

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
20 B
55









D. IVSTINIANI IMP.
INSTITVTIONES IVRIS CIVILIS
VENETIIS Apud GVERLIOS 1648.

L. Piccini.



D. IVSTINIANI IMP.
INSTITVTIONES
IVRIS CIVILIS.

Cum Annotationibus SYLVESTRI ALDOBRANDINI
Patris CLEMENTIS VIII. Pont. Max.

FRANCISCI CORNELII BRIXIANI,
aliorumque Iurisconsultorum crucis, vel asterisci
nota præmonstratis, editæ.

Addita Earumdem Institutionum Epitome
DIONISII GOTHOFREDI.

Nec non alijs Annotationibus eiusdem CORNELII, ac VIRGILII
CAPRIOLI I.C. Histoniensis illustratæ.

Ac etiam ex Tractatu Nouellarum & Dissolutione antinomiarum
FABII RANVCCII I.C. Maceratensis, aucta.

Hac omnium nouissima editione diligenter emendatæ, & quæ in alijs
omissa fuerant ex veteribus codicibus fideliter insertis, in cupidæ
legum iuuentutis gratiam, atque vtilitatem in publicum emissæ.

Quibus præter XII. Tabularum fragmenta, ac lectionum varietates
accessit Index materiarum iuridicarum locupletissimus.



VENETIIS. MDCXLVIII.

Apud Guerilios.




Cum Priuilegio.



INDEX PER ALPHABETVM
RVBRICARVM
INSTITVTIONVM.

a 3 Sa-



INDEX

INDEX RERVM, ET VERBORVM, QVÆ TOTO HOC OPERE CONTINENTVR.

Et

Accu-

Alter-

Bona

Cita-

Eman-

Filio

Hu-

Et

Et

Re-

Te-

Vis

Vsu

FON-

FONTES IVRIS CIVILIS
LEGES ROMVLI.

I.



N E quid inaugurato faciunto.

II.

Patres sacra magistratusque soli peragunto, ineuntoque.

III.

Sacrorum omnium potestas sub regibus esto, sacra patres custodiunto.

IIII.

Plebeij agros colunto.

V.

Populus magistratus creanto leges sciscunto, bella decernunto.

VI.

Deorum fabulas ne credunto.

VII.

Deos peregrinos præter Faunum, ne colũto.

VIII.

Nocturnas in templo vigilias ne habento.

IX.

Ne quis præsentibus feminis obscænaj verba facito.

X.

Quisque demissam ad talos togam in vrbe, habeto.

XI.

Patricidas omnes capite puniunto.

XII.

Ne quis nisi per portas vrbem ingreditor, neue egreditor. Mœnia sacrosancta sunto.

XIII.

Mulier viro legitimè coniuncta fortunarum & sacrorum socia illi esto, vtique domus ille dominus, ita hæc domina.

XIIII.

Filia vti patri, ita defuncto viro hæres esto.

XV.

Adulterij conuictam vir & cognati, vt volent, necanto.

XVI.

Si vinum biberit, domi vt adulteram puniunto.

XVII.

Parentum liberos omne ius esto relegandi, vendendi, & occidendi.

XVIII.

Monstrosos partus sine fraude cedunto.



QVÆ-

QVÆDAM DVODECIM
TABVLARVM CAPITA,
Ex antiquorum monimentis collecta.

I.



Priuilegia nisi centuriatis comitijs ne interrogato.

II.

Qui septem in confinio ponet, terminum excedito, qui murum, pedem derelinquito, qui domum, pedes duos, qui sepulchrum foueam ve, quantum id profundum erit, qui puteum, passum, qui oliuam, ficumve, pedes nouem, qui denique al-ias arbores plantabit, quinque pedes ab alieno loco ponito. in controuersia de finibus, quinque pedum vsucapio nulla est.

III.

Eius arboris, quæ in alienum agrum impenderet ramos quindecim pedes altius à terra, ius esto vicino.

IIII.

Viæ latitudo in porrectum, octo pedum esto. in anfractum, sedecim.

V.

Ne quis vnciario fœnore amplius exerceto.

VI.

Sodalibus, qui eiusdem collegij sunt, & ius coeundi habent potestas esto pactionis. quam volent inter se ineundæ, dum ne quid ea publica lege corrumpant.

VII.

In contractibus ea præstantor, quæ lingua nuncupata sunt.

VIII.

Venditæ, & traditæ res non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori pretium soluerit, vel alio modo satisfecerit.

IX.

Vsus & auctoritas fundi, biennium esto, cęterarum rerum vsus annuus esto.

X.

Aduersus hostem æterna auctoritas esto.

XI.

Rei furtiuæ æterna auctoritas esto.

XII.

Tignum iunctum ædibus vineæ suæ ne soluito, sed duplum cui iunxit dato.

XIII.

Glandem in alienum fundum decidentem colligere liberum esto.

XIIII.

Si in tuo alienum pecus pascatur, de pastu pecoris actio esto.

XV.

Si quadrupes pauperiem fecerit, ei cuius interierit, aduersus eum, qui dominus erit quadrupedis, actio noxalis esto.

XVI.

Patricij plebeijs coniugium ne contrahunto,

XVII.

In decem mensibus hominem gigni.

XVIII.

Parentibus liberos ter vendendi ius, atque potestas esto.

XIX.

Statuliberos venundari posse.

XX.

Vel quis legassit super pecunia, tutelave sua rei, ita ius esto.

XXI.

Parentibus tutorum liberis in potestate dandorum testamento ius esto.

XXII.

Quibus testamento tutor datus non est, agnati tutores legitimi sunto.

XXIII.

Si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecunia ve eius potestas esto.

XXIIII.

Prodigo bonis interdicto esto, isque in curatione agnatorum esto.

XXV.

Suspecti tutoris iudicio esto.

XXVI.

Vti quis legassit suæ rei, ita ius esto.

XXVII.

Intestatorum hæreditates primo suorum hæredum, velint nolint, sunto, & in locum filiorum, nepotes ex iis succedunto.

XXVIII.

His deficientibus agnatus proximus familiam habeto.

XXIX.

Intestato liberto mortuo primum sui succedunto, si hi non fuerint, patronus.

XXX.

Si pluribus hæreditas iure delata sit, atque hi à communione discedere volent, familiæ erciscundæ iudicio inter eos res hæreditariæ diuiduntur.

XXXI.

Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neve vrito.

XXXII.

Rogum, bustumve nouum propius sexaginta pedes ne adijcito ædes alienas, inuito domine.

XXXIII.

Hos plus ne facito, rogum ascia ne polito.

XXXIIII.

Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.

XXXV.

XXXV.

Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat.

XXXVI.

Qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutis ergo arguitor, ipsi mortuo patribusve eius, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude imposita esto.

XXXVII.

Forum bustumve ne usucapito.

XXXVIII.

Inter hæredes pro hæreditarijs portionibus obligationes hæreditariæ ipso iure diuisæ sunto.

XXXIX.

Si quis lege agendo plus petierit, causa cadito.

XL.

Si quis in ius vocatus, si morbus æuitasq; vitium esset, qui in ius vocabit, iumentum dato, si nolit, arceram ne sternito.

XLI.

Si iudex, vel alter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iudicij dies diffusus esto.

XLII.

Si statutus dies sit cum hoste venito.

XLIII.

Assiduo vindex assiduus esto, protelatio cui quiuis volet, vindex esto.

XLIIII.

Vtrisque superstitibus, idest præsentibus, vindiciæ sumuntor ab ijs, inter quos controuersia est.

XLV.

Vindiciæ secundum libertatem dantor.

XLVI.

Aeris confessi rebusque iure iudicatis, 30. dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ne iudicatum facit, aut qui pseudo eo in iure vim dicit, secum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus 15. Pondo, nec minore, aut si nolet, maiore vincito, si volet, suo viuito, in suo viuit, qui eum vinctum habebit libras farris in dies dato, si volet, plus dato. Tertijs nundinis partes secanto, si plus minusve secuerunt, sine fraude esto.

XLVII.

De capite ciuis, nisi centuriatis comitijs, ne rogato.

XLVIII.

Perduellionis crimen capite punito.

XLIX.

Senatibus idem iuris esto, quod fortibus.

L.

Qui falsum testimonium dixerit, e Saxo Tarpeio deijcitor.

LI.

Iudex qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est capite punitor.

LII.

Si quis actitauerit, siue carmen condiderit, quod infamiam flagitiumve alteri precetur, capite punitor.

LIII.

Qui malum carmen incantarit, frugesve excantarit, coercetor.

LIIII.

Qui iniuria ceciderit alienas arbores luito in singulas æris xxv.

LV.

Frugem aratro quæsitam furtim noctu si pauerit, secuerit ve pubes, suspensus Cereri necator, impubes verberator, noxiamque duplionemve præstato.

LVI.

Fur manifesto furto prehensus si aut cum faceret furtum nox esset, aut interdiu se telo, cum deprehenderetur, defenderet, impunè occiditor, ex cæteris manifestis furibus liberi verberantor, & ei cui luci factum furtum erit, si se telo non defendat, addicuntor serui verberibus affecti, de saxo præcipitantor.

LVII.

Furta per lancem liciumque concepta sicut manifesta vindicantor.

LVIII.

De furto pacisci licitum esto.

LIX.

Si membrum rupit meum è pacto talio esto.

LX.

Si iniuriam alteri faxit, xxv. æris pęnę sunto.

INSTI-



INSTITVTIONES IVRIS CIVILIS D. IVSTINIANI IMP. QVAM EMENDATISSIMÆ.

Cum annotationibus cùm aliorum Iurisconsultorum, tùm verò Syluestri Aldobrandini iam ex eius scriptis.

Francisci Cornelij opera, multò, quam ante, locupletioribus factis, Additis quoque eiusdem Cornelij annotationibus, nunc primum in lucem emissis.

STL. Diuisio.



N nomine Domini. Diuiditur hæc rubrica in quatuor partes: in prima ponitur inuocatio: in secunda nomina & cognominia Iustiniani: in tertia cui dirigatur liber: in quarta (quæ re vera in bonis codicibus non inuenitur) ponitur particularis intitulatio proœmij: quam ideo posui, quia glo. eam præsupponit. Non continuatur, quia est principium & proœmiũ operis secundum glo. in rubric. ff. de condi. fur & decla. Ange. hic column. penult. Nota nomen Domini inuocandum esse. Item dignitates suas a se scribi licite posse. Item stylum scribendi, vt præponatur nomen scribentis nomini eius, ad quem scribitur: quod est vtile pro rescriptis, contra quæ, si aliter in eis scriptum reperiatur, præsumitur, secundum Spec. in tit. de rescript. præsen. Quæ verò de iuuentute cupiditate, genitiuo, & de triplici Imperatoris corona notantur hic per Ange. non bene colliguntur ex hac rub.

† *IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.*

a ¶ *Iesu Christi*. Ex hoc nota; quod Christianus fuit: aliàs non posset imperare, i. imperij iurisdictionem exercere, vt in auth. iusiu. quod præstatur. in princ. ibi. Et communicatur ecclesiæ col. ij. vbi dicitur, quod quilibet administrator debet iurare, se esse communicatorem sacræ catholicæ Ecclesiæ.

† aliàs non sunt hæc verba, in nomine Domini nostri Iesu Christi.

STL.

¶ Adde, quod illud est iuramentum aliorũ administratorum: iuramẽtum aũt Imperatoris, de quo hic agitur, ponit in cle. j. §. ego. de iureiu.] Sic. & aliàs incipitur, vt C. de off. præf. præt. af. l. in noĩe Dñi, & in auth. de armis, in prin. col. vj. Ex hoc. n. sequitur bonũ initiũ, melius mediũ, & optimus finis, vt in auth. quomodo oporteat episc. in prin. col. j.]

Noĩs diuini inuocatio tria bona facit.

Imperator Cęsar[a] Flauius[b] Iustinianus,[c] Alemanic⁹,[d] Gotthicus, Francicus. † Germanicus, Antic⁹, Alanicus, Vãdalic⁹, † Africanus, pius,[e] felix,[f] inclytus,[g] victor,[h] ac triumphator[i] semper Augustus,[k] cupidæ[l] legum iuuentuti S.

¶ † *Incipit*[m] *procemium.*

Arma legesque, vt in bello, & pace rectè ĩperetur, Imperatori necessaria sunt h.d.

IMperatoriam ma-

Cęsar vn de dicatur. Luc. ij.

a ¶ *Cęsar.* A Cæsare Augusto qui regnabat tẽpore natiuitatis Christi. Vnde illud, Exijt edictum a Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. i. vt quilibet æstimarẽt bona sua, & exinde quilibet Imperator dictus est Cæsar. Vel dicitur Cæsar, q̃a fuit cæsus de ventre matris suæ.

SYL.

* ¶ Adde quod non ab Augusto, sed à Iulio Cæsare dicti fuerunt, vt hic in nostris Annotationibus apertius ostendimus.

† Nõ loquitur de Gallia secũdũ Fab. sed de quadam Francia quæ est in Alemania, de qua fit mentio in c. 1. ex trã spõs. Blondus contra. li. 7. de inclinatione imperij. Sed verius Frãciei nomẽ vnde acceperit Iusti. docet Alciat. li. Disput. 2. c. 22.

** ¶ Dubium non est, quin Iustinianus Cæsaris nomen à Iulio Cæsare duxerit, hoc ipse palam attestatur in nouella constitut. xxx. cui titulus, De Proconsule Cappadociæ, in princ. quæ extat in editione Haloandri.

b ¶ *Flauius.* Quia erat de familia Flauiorum; vel quia deuicit Flauios, vt dixi. ff. eo. in princ.

¶ Adde quòd Flauius est nomen, aut potius prænomen, quod arbitror Iustinianum à Constatino sumpsisse. solebant enim posteriores Imperatores nomina anteriorum, qui egregia aliqua virtute excelluissent sibi assumere, vt de Cæsare, de Augusto, de Pio euenisse traditum est: nec probare possũ, quòd fuerit de familia illa Flauiorum antiquissima, quæ ex agro Reatino duxit originem, habuit quippe Iustin. Anitiorum familiam, gens verò Flauia auctore Tranquil. in Domitiano extincta est.

c ¶ *Iustinianus.* Quia fuit filius Iustini, vt infra de donat. §. est & aliud & inf. quibus nõ est per. fa. te. §. pen. Sed in decr. cõtra, distin. xvj. habeo librũ, vbi dicitur quòd fuit filius Cõstantini. Sed forte ibi loquitur de alio Iustiniano q̃ hic. Vel dic quòd fuit filius Cõstãtini, quia successit ei in regno. Vel dr̃ à iustitia, quã semper coluit, & subditis iniuxit colendam, vt C. de Sum. Trin. & fid. Cath. l. j.

SYL.

¶ Adde, quòd fuit nepos ex sorore Iustin. fuerunt autem plures Iustiniani, cuius hoc nomen proprium est, de cuius deriuatione disputare pertinacis est secundũ gl. in prin. inf.

† Cur Vãdalicus & Aphricanus appelletur videlicet apud eũde Iust. l. 1. C. de off. pref. pret. Afr.

d ¶ *Alemanicus.* hoc nomen, & omnia sequentia nomina sunt ab euentu sibi imposita: vt puta q̃a vicit Alemanos, & sic de alijs vt in auth. de hære. & fal. in prin, coll. j. S. hęc sunt omnia noĩa prouinciarũ, quas deuicit.

SYL.

** ¶ Adde q̃ Anticus (sic enim legendũ est, non atticus) idem fuit appellatus, quia Antas Histri fluminis accolas debellauit * Vandali autẽ fuerunt veteris Germaniæ populi, qui Honorij principatu in Hispaniam penetrarunt iuxta fluuium Hispalim: Beticæ tractu occupato, qui ab ipsis olim Vandalia; ab hoc Hispanis Vulgo Vãdalasia appellat.

e ¶ *Pius.* A Pio Antonino, vt in auth. Vt lib. de cete. colla. vj. §. nobis autem. † vel pius pietate animi, vt C de Sum. Trinitat. & fide Cath. l j. in princ. & C. de nup l. Imperialis. & C. de caduc. tol. l. vnica. vl. respon.

† Verba sequẽtia non sunt Acc.

f ¶ *Felix.* à virtute animi vel felix. i. prosper quia omnia sibi ad votum succedebant.

† Sicuti fuit in donatione facta per Constantinũ Papæ Syluestro & videtur non valere: sed contrariũ tenet gl. in l. ij. §. cum vrbem ff. de off. pret. vrb.

g ¶ *Inclytus.* A gestis magnificis Accur.

h ¶ *Victor.* in fugando hostes, Accur.

i ¶ *Triumphator.* post victoriam gloriosus enim erat propter magnifica gesta sua.

** ¶ Triũphauit Iust. de Vandalis & Persis.

k ¶ *Semper Augustus.* Quia huius debet esse propositi quilibet Imperator vt augeat: † licet hoc semper non faciat: sic in diffinitione matrimonij, vt inf. de pa. po. in princ. licet interdum diuidatur, vt C. de rep. l. consensu. sic in diffinitione iustitiæ, vt inf. de iustit. & iu. in princ secundum Ioann.

SYL.

¶ Augustus, hoc est sacer & maiestatis plenus: & non augustus ab augendo, vt hic voluit glo. cuius & suorum sequacium errorem dicit esse ridiculum Nicolaus Perotus in suis commentarijs epigrammate iij. In verbo Cæsar. * Primus autem hoc cognomine appellatus est à Senatu Octauianus Rom. Imp. vt ex Suetonio docuimus hic in nostris Annot. quòd ceteri Imperatores postea sibi vendicarunt.

l ¶ *Cupidæ* legum iuuen. scilicet mittit suam gratiam, & hunc lib.

† alias nõ adsunt verba ista.

n ¶ *Incipit* More rectè scribentium pręmittit procmium, in quo reddit lectorem attentum, docilem, & beneuolum. Attentum, cum dicit Summis vigilijs. nam per hoc quòd ipse vigilauit, reddit nos attentos, vt vigilare debeamus: nam ius ciuile vigilantibus scriptum est, vt ff. quæ in fraud. cred. l pupillus. in fi. & ibi, summa prouidentia, vt inf. proxi. §. Docilem, cum dicit: & cum sacratissimas constitutiones antea confu. &c. vt inf. eod. §. omnes, docilem enim facit qui summam rei breuiter comprehendit: nam per hoc, q̃ ipse abbreuiauit, poterunt amodo, facilius edoceri. Beneuolum, l. bonæ voluntatis ad addiscendum, vbi dicit: & quod priori tempore, & ibi, summa itaq. ope. vt inf. eo. §. cumq. in fi. & §. summa itaq &c.

SYL.

* ¶ Accur. æquiuocat in assignandis partibus procmij, secundum rhetoricam rationem, de hac te vide hoc in loco nostros Commentarios.

Diuiso

IMperatoriam. Diuiditur in tres partes principales totum hoc procmium vsq; ad

ad finem,licet Ioan.Pla.diuidat in quinque. Nam primo ponit in quibus debet versari Imperator.Secundo ponit qualiter Iustinianus illud adimpleuit. Tertio nos ad studium exhortatur, ostendendo fructus,qui sequũtur ex assiduo studio,secunda ibi in §. Quorum tertia ibi, Summa itaq.] Iterum prima diuiditur in duas partes: quia primo ponit dictum secũdo ponit tres caus. s secunda ibi, Vt vtrumq.

iestatem[a] non solum armis decoratã,[b] sed etiã legibus oportet [c] esse armatam: [d] vt vtrũque tempus, & bellorum,[e] & pacis [f] rectè possit guberna ri:[g]& princeps[h] Romanus non solum in hostilibus[i] prelijs victor existat,sed etiã p legitimos†tramites[k]

¶Imperatoriam. CASVS in proęmio non est figurandus,cum in eo non intendat Imper. aliquid pro l disponere,sed tantum cõsilium suum aperire, & modum narrare, quo librum hunc componi curauit. Si tamen vis ponere, potes pro ratione dubitandi adducere,quòd cum Imperator nomen sit ducis exercituum,& millium,& pariter militię,l.i.ff.de testa.milit.nihil aliud ab eo exigivi debatur quam vsus armorum,l. fi. in princ. C. de iur.deli, cuius contrarium respõdetur, ex eo,quia cum ad eum spectet non tantum milites regere,sed prouincias,quibus preest, tempore belli & pacis, eidem non minus ll. sunt necessarię,quam arma,ex caussis in tex. expressis. No. summarium. Item quod appellatione principis Romani venit Imperator. Item calumnias vitandas, & calumniatores repellẽdos. Item idem esse rectè,quòd iustè. Item quod Imperator dicitur religiosus,quòd largè accipitur,vt declarat Ias. in l. j. in j. lectura in princ. C. de Sum. Trin. Item nota attributionem armorum factam ll. & econuerso ad demonstrandam coniunctionem, & colligantiam ipsorum: & quòd dictio,vt,est redditiua rationis. Item ibi.vtrũque, quòd expressio verborum,quæ inerant, toleratur pro maiori declaratione.]

a ¶ Maiestatem.idest,Imperatorem,qui est in maiestate, vt Cod. de leg. & const. l. digna.

¶Adde,q̃ maiestas est decus,amplitudo,& dignitas cuiusque:quam etiam pro Dea honoris & reuerentię filia prisci coluerunt.]Si mihi est loquendi ornatius infra quib. mod. ius pa.po.sol.§.filius.ibi,Imperatoriam celsitudinem.Et nota,quòd antipophorizat respondendo ad tacitam quæstionem, hanc scilicet, quare Imperator non facit, quod sium est,scilicet armis intendere,cum milites magis arma scire,quam iura oporteat,vt C. de iur. delib.l.fi.ad quod respondet,Imperatoriam maiestatem &c.

b ¶ Armis decoratam. Quæritur quare quod erat armorum attribuit legibus,& e contra? Respondetur,vt ostenderet alterum alterius auxilio semper egere, vt Cod. de Iusti. Co. cõfir. in prin. & ff. de rei ven.l.qui restituere. Vel hic propriè ponit: nã arma sunt ad decorem,leges sunt ad armandũ:vnde & militant namque &c.vt C.de aduo.diuer.iud.l. aduocati. Et leges dicuntur armare homines vt C. ad l. Iul. de adult. l.cum vir nubit. Vel ideo posuit,vt euitetur malus sonus verborũ scilicet cacophathon, idest turpis sonus.

* ¶ Prima expositio verior est, vt abundè tam ex eodem Iusti. quam ex alijs scriptoribus demõstrauimus hic in nostris annotationibus.] SYL.

c ¶ Oportet.idest opportunum est.

¶Adde,quòd immo necesse est,vt C.de iusti. Co. confir.in princ.exponuntur autem hæc verba necessitatiua secundum subiectam materiam, Ias. in l.j.col.v.in princ.ff. de Iust.& iur. SYL.

d ¶ Armatam. scilicet ad hanc vtilitatem, quæ sequitur Accursius,

e ¶ Et bellorum. Et sic quo ad vsum armorũ.

f ¶ Et pacis. Sic quo ad vsum legum.

**¶Hinc not.q̃ iudex debet esse iuris peritus aliter repellitur à munere iudicandi, nisi caussarum habeat experimentum,auth. de iud. in prin. & gl. in c. Iciscitatus de rescrip.

g¶ Gubernari. Alterum legibus,scilicet tempus pacis:alterum armis,scilicet tẽpus belli, SYL.

¶ Adde,q̃ non tempore belli.ll.seruari non debeant,sed quòd eo tempore minus seruẽtur,sumpta denominatione ab eo,quod plerumque fit,l.nam ad ea.ff.de legi.]

h ¶ Et princeps.scilicet Imperator.

**¶ Hic intelligitur de Imp. vel per excellentiam,vel propter adiectionẽ illius dictionis,Romanus:nam alioquin principis appellatio latius patet,vt not.gl.in cle.j de bap.

i ¶ In hostilibus. Qui sunt hostes,dicitur.ff. de capti.& postli.reuer.l.hostes,& ff.de ver, signif.l.hostes.

K ¶ Per legitimos tramites.i.leges quæ sunt via gradiendi sicut tramites eundi,secundũ Ioannem. Bene dico calumniantes puniri, per leges:nam in criminibus,siue ordinarijs, †siue extraordinarijs,ad similitudinẽ supplicij punitur calumniator,vt C. de accu.l.fi.& ff. ad Tur,l. & in priuatis, vbi dicitur, Et in priuatis,& in extraordinarijs criminibus omnes calumniosi pro qualitate admissi plectuntur. Item In ciuilibus,modò pecuniaria pęna, modò sacramento calumnię, modò nota infamię,vt infra de pę. te. liti.per totum & infra de actio.§ si quis agens,& C.de plus pet.l.vnica,& C.de iudi.l.properandũ §.& si quidem,vbi punitur contumax in expensis. Vel dic,q̃, septem genera pęnarum vocat legitimos tramites, vt ff. de pęn. l. si quis forte.in fine,cum duabus seq. Vel dic,q̃ magistratus vocat tramites p quos iura redduntur:nam parum valeret iura esse in ciuitate,

Margin notes: Calũnia toris punitio. †Extraordinarias criminas & priuata quæ sint not. glo. l. ind.l. Et in principatis. †Legum tramitẽ notat idẽ Iustin.l. l. in prin. C. de ve. iu. enuc. & iustis tramitẽ in l. consensu C. de repud. Magistratus sũt tramites legitimi.

tate, nisi essent quia ea executioni mãdarẽt, vt ff de orig. iur. l. ij. §. post originem, qui puniunt in criminalibus, puniunt & in ciuilibus in expensis, & in viatico, vt ff. de indi. l. eum quẽ, quæ vltima verior est. Accursius.

STL. ¶ Adde tramites hic vocari modos, quibus ll. vtuntur; & quod iudex criminalis cognoscit incidenter de causa ciuili, dummodo sit accessoria, etiam in eadem sententia. l. interdum. §. qui furem; & ibi doct. ff. de fur.

† *Sic in l. 1. C. de ve. iu. enu. in prin.*

calumniantiũ, [a] iniquitates expellat: † & fiat tã iuris religiosissimus, [b] quàm victis hostibus triumphator magnificus. ¶ *Vtrumque assecutus est Iustin. quod testantur populi ab eo deuicti, & ll. latæ, præsertim. C. & ff. h. d.*

STL. a ¶ *Calumniantium*. Calumniator est, qui falsa crimina scienter intendit, vt ff. ad turpi. l. j. in princ. & facit ad hoc. ff. de ijs qui no. infa. l. athletas. §. calumniator, quis autem sit præuaricator, & tergiuersator, dicitur in prædictis legibus.

¶ Adde calumniantem hic accipi pro quocunque aliquid contra Ius faciente, calumniatoremque alias puniri in ordinarijs pro motu iudicis, vt per doct. in d. §. calũniator & in l. j §. ad turpil. quod plenius explicauimus hic in nostris Annotationibus.

b ¶ *Religiosissimus*. Nota quem fieri religiosum per leges: nam ipsæ sunt sacræ, vt C. de leg. & consti. l. leges.

STL. * ¶ Religiosus, vt ait Cic. lib. ij. de nat. deo. dicitur, qui diligenter ac fideliter tractat, quæ ad cultum deorum pertinẽt, & quia iustitia olim pro Dea celebratur, factum est vt eius obseruatores religiosi, iuris recti appellẽtur, quemadmodum in nostris Annotationibus ostensum est: vnde & sacratissimum templum iustitiæ dixit idem Iustin. in l. j. §. cumque, C. de vete. iu. enu.] Item nota hic quatuor proportionabilia. s. arma, vsus armorum, victoria, triumphus, Item leges, vsus legum, calumniæ repulsio, iuris religio.

ADDITIO Nam sicut se habent arma & vsus armorum ad victoriam, sic victoria ad triumphum: & sicut leges & vsus legum ad calumniæ expulsionem, sic calumnię expulsio ad religionem. Ioan. Fab.

¶ *Quorum*. ¶ Diuiditur in duas partes. Primo dicit, quod Impe. perfectè se habuit circa arma & circa leges. Secundo hoc suũ dictum probat ab effectu. Secunda ibi. Et bellicos; item secũda subdiuiditur Nam primò exemplificat qualiter se habuit circa arma: secundò circa iura. secunda ibi, Omnes verò populi. Ang

STL. ¶ Quorum. *CASVS* ¶ Cum hic tantum tractetur: qualiter quod maxime principem decet, fuerit in Iustin. non exigitur alia casus

figurario: pendet enim hic, à generali propositione supra facta. Not. quod licet seipsũ laudare: & quod quãdo quis ad aliquid faciẽdum tenetur, debet illud omni opera, & diligentia adimplere. Item quod ea quæ facimus, a Deo sunt omnia: & quod differunt promulgare, & cõponere. Item quod confusa debent distingui. Item quod iugum ponitur pro iurisdictione & potestate. Item quod innumerum dicitur quod est multiplex, licet, numerari possit: & quod dictio iterum, importat secundam vicem.]

¶ Quorum vtramque [c] viam cũ summis vigilijs [d] summaque prouidẽtia, [e] annuente Deo: [f] perfecimus. Et bellicos [g] quidem sudores nostros Barbaricæ [h] gẽtes sub iuga nostra † deductę [i] cognoscũt; & tam Africa, [k] quã

† *aliàs reductię.*

c ¶ *Quorum vtramque*. Si ista debent esse in principe, tu Iustiniane quid fecisti? Respon. quorum vtramque. *Procasu.*

d ¶ *Cum summis vigilijs*. id est cum summo labore quo ad leges: nam ius ciuile vigilantibus, & non dormientibus, scriptũ est, vt ff. quæ in fraudem credito. l. pupillus. in fi. Acc. *Vigilãtibus iura subueniunt.* STL.

e ¶ *Prouidentia*, scilicet quo ad arma, & nota tres esse hominis status, memoria præteritorum, scientia præsentium, & prudentia futurorum.

¶ Dic per vigilias intelligi labores corporis: per prouidentiam, prudens animi consilium. Nam prouidentia, vt diffinit Cicer. de Inuen. est per quam futurũ aliquid vr, antequam eueniat. facit l. j. ff. de legi. tut. in princ.

f ¶ *Annuente Deo*. Deo gratias refert, cuius auxilio triumphum meruit obtinere, vt C. de offi. præf. præt. afri. l. j in princ.

g ¶ *Et bellicos*. Quod coniunctim dixerat dicendo, Vtramque viam &c. nunc diuidit, dicendo primo qualitẽr se habuit circa arma. Accur.

h ¶ *Barbaricæ*. Barbari sunt qui extra Romanum imperium sunt, & maximè hostes. *Barbari.*

¶ Adde, quod barbari ponũtur hic pro indomitis & incultis aliàs enim barbari dicuntur qui nec Latini, nec Græci sunt, à linguæ duritie: quo barbari dicuntur antiquo vocabulo, qui duro atque aspero sermone erant.] STL.

i ¶ *Deductæ*. de nouo.

** ¶ Quod ait, Sub iuga nostra deductę, dictum videtur ex priscorum more, cum victos, inermes, ac discinctos transire cogebant sub iugum, quòd fiebat duabus hastis in terra defixis, tertiaque super ligata, vt Festus memoriæ prodidit.

K ¶ *Tam Africa*. Sub qua multę prouincię continentur.

** ¶ Victoriã de Africa partam, & quę prouinciæ in ea contineantur, copiosè explicat Iusti.

Iustl. in l. j. C. de offic. præf. præt. Afri.

a ¶ *Prouinciæ*. Sic constrие, Tam Africa, quã aliæ innumerabiles prouinciæ iterum additæ, idest adiunctæ ditioni Ro. i. iurisdictioni, nostroq. Imperio post tãta &c.† & protestãtur nostris victorijs cælesti numine præstitis: nam istæ prouinciæ prius fuerunt de Ro. Imperio. post desieruut & post centum & quinque annos redierunt, vt hic: & hoc innuit quãdo dicit iterum.

† alias numerosæ.

aliæ † innumeræ prouinciæ, [a] post tanta tẽporum spacia, nostris victorijs à cælesti numine præstitis, iterũ ditioni Romanæ, nostroq. additæ Imperio, † protestatur. Omnes verò [b] populi legibus tã à nobis promulgatis [c] quam cõpositis [d] reguntur.

Et cum sacratissimas cõstitutiones antea cõfusas [e] in luculẽtã ereximus cõsonãtiã, [f] tunc [g] nostrã extẽdimus curã [h] ad immẽsa [i] veteris prudentiæ volumina, & opus desperatũ [k] quasi p medium profundũ [l] eũtes; cælesti fauore [m] iã adimpleuimus. [n]

† i. testãtur, vt ac cipiturét in c. cum qui. de dolo & cont. in vi.

¶ Adde, quòd aliquando significat prima vice, c. tua nobis. de appella. quandoque bis vt hic, aliquando, pluries. l. veluti, §. hæc vox. ff. de eden.] Et quando dicit. Et post multa temporum spacia &c. vt C. de officio præfec. præto. afri. l. j.]

STL.

† Idest pro testimonio sunt, cũ sit notorium.

b ¶ *Omnes verò*. vsque huc dixit qualiter bellicam curam habuit: nunc qualiter legalem. Accursius.

Promulgare & cõponere, quod sint.

c ¶ *Promulgatis*. Scilicet à nobis: & dic de nouo. Et est promulgare, æqulitatem rudem & naturalem occultã iuris laqueis innodare. Componere autem est difficilè promulgata in ordinem compẽdiosè redigere.† Vel dic, quod promulgare legem est eam condere, & conditam recitare, proferre, pronũciare, patefacere, prodere. vel manifestare. Sed componere propriè est disponere & constituere. & quasi simul ponere, vt patet in gl. seq.

† Verba sequẽtia non sunt Accursii.

d ¶ *Compositis*. Scilicet ab alijs, quare reformauimus in alijs. Vel dic compositis à nobis: quasi diceret compilatis à nobis: quasi simul positis à nobis: quales sunt leges ff. & C. & aliorum Imperatorum: suas enim & promulgauit, & composuit.

STL.

* ¶ Dic quòd promulgatas intellexerit à se latas, compositas verò collectas atq; in ordinem digestas: quæ differentia non est perpetua, cum componere, vt hic diximus in Annot. non minus propriè significet inuenire & primo facere, quam ab alijs inuenta, aut facta colligere. l. ij. §. deinde ex his legib. ff. de orig. iu. Promulgari verò lex propriè dicitur, cum primum in vulgus editur, quasi prouulgari, vt Festus ait.

e ¶ *Confusas*, scilicet in tribus Codicibus positas, Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano, vt C. de no. Co. fac. l. j. in princ.

f ¶ *Consonantiam*, scilicet in vnum Codicem, quem nõ habemus, sed ex eo factus est iste, quem habemus. vt C. de ver. iu. enuc. cius princ. & l. j. de emend. Cod. Iustin.

STL.

¶ Adde quod hic factus est post Institutiones, ille, scilicet, quem nunc habemus. l. meminimus. C. de legi. hæred. ponit Ias. in §. rursus col. xiij. inf de actio.

g ¶ *Tunc*, idest statim post compositionem illius Codicis fecimus Digesta.

h ¶ *Curam*. Vt nulla contrarietas posset reperiri, nullaq. superuacua, aut similitudo, vt C. de no. Cod. com. §. quibus.

i ¶ *Ad immensa*. Nam erant tricies centena millia versuũ, idest legũ, vel §§. vel respons. & duo millia librorum, & aliæ multæ leges, vt C. de veter. iur. enuc. l. ij. §. omnia. & in prooemio, ff. §. & antea.

** ¶ Veterem autem prudentiam appellat Ius verus, quod ad vrbe Roma condita, & à Romuli tempore ad sæculum vsque Iustin. fermè per mille quadringentos annos confusissimè sparsum erat: quod post modum idem Iustin. in tit. de vet. iu. enuc. mandauit enucleari, idest exponi, & in certum librorum ordinem redigi.

K ¶ *Desperatum*. scilicet à Constantino, nam Constantinus voluit hoc facere, sed non potuit. †

† cogitauit & Iustinus Cæs. deinde et vils, ordine redigendo auctore Seneca.

l ¶ *Profundum*. Reperit enim omnium legũ tramitem, quia ab vrbe Romana condita & Romuli descendit temporibus, ita esse confusum, vt in infinitum extenderetur, & nullius humanæ naturæ capacitate concluderetur, vt C. de vet. iu. enu. l. j. in princ. Accur.

m ¶ *Cælesti fauore*. Subaudi mediante.

n ¶ *Adimpleuimus*. Post Digesta ergo & post primam compositionem Codicis, quem non habemus, factus fuit hic liber, tamen ante compositionem secundi Codicis, quem habemus: vnde quod hic dicitur, quãdoque per Codicem corrigitur, vt facit de anno vtili, qui obtinet secundum hunc librum, in restitutione minorũ & maiorum, vt inf. de act. §. rursus. secus est per Codicem in dictis restitutionibus, vt C. de temp. in integ. restitut. l. fi. Item in secunda eius compositione facit mentionem Institutionum iam compositarum, vt C. de emen. Iustin. Cod. & secunda eius editione, l. 1. §. supradictis.

Institutiones factæ sunt ante Codicem.

** ¶ Adde quod cũ Iustin. concordasse primum suum C. cum Digestis & Institutionibus, fateatur, quisquis velit asserere, in C. quem hodie habemus, subesse correctionem Digestorum, aut Institutionum, oportet, vt id ab vna ex quinquaginta constitutionibus

secundo Codici insertis, & post primū promulgatis, esse factū, ostendat: cuius rei sciētia ex eo haberi potest: si ad finem scriptum sit, datas Lampadio & Oreste Coss. vel post Lampadij & Orestis consulatum semel, aut iterum, vel tertio, aut quarto Iustiniani, & Paulini consulatum, vt rectissimè Alciatus noster docuit in Parer. *ADDITIO.* De hoc etiam casus in l. meminimus. In prin. C. de leg. hær. vbi text. facit mentionem de hoc libro facit. l. j. Cod. de ve. iu. enu. quod not. quia si aduersarentur adinuicem, debet magis stare legi. C. tanquam vltimę, quam huic libro: nisi in illis legibus, de quibus hic fieret mentio. Ang.

¶ Peracta. C. & ff. cōpilatione mādauit institutiones cōponi, vt principia huius sciētiæ auspicarentur à ll. Imperatorijs: quod ante non nisi per quadriennium licebat. h. d. vsque ad §. igitur.

¶ Cumque hoc[a] Deo propitio[b] peractum est[c] Triboniano[d] viro magnifico, magistro, & Exquęstori[e] sacri palatij nostri †, necnon[f] Theophilo, & Dorotheo, viris illustribus;[g] antecesso-

¶ *Cumque.* ¶ Diuiditur in duas partes. Primo ponitur qualiter mandauit fieri hunc librum, secundo ponit causas propter quas; secunda ibi, Vt liceat. Ang.

SLI. ¶ Cumque. *CASVS.* ¶ Pro casu hic aiaduertes qualiter lu... declarat cur, qualiter, & per quos fecerit hunc librum condi: & illius vtilitatem ostendit per modos expressos in tex. Nota igitur summam. Item quòd quis pluribus officijs cōpatilibus fungi potest: & quòd tria requiruntur ad implenda iniuncta, sciētia, diligentia, & fides. Itē nota significatum verbi, antecessor. Item quòd scientia diligentia, & fides, experientia comprobantur, & quòd ex vnico actu non dignoscuntur. Item quòd institutiones sunt principia ll. & quòd introducendum est quod conferat animæ & corpori: & quod hæc scientia habet principium & finem. §. & quod pęnæ. in proœm. ff. Item quòd condere ll. à principe delegari & demādari alteri potest, dummodo id specialiter fiat.]

a ¶ *Hoc.* scilicet volumen. Digest. & Codicis.

b ¶ *Deo propitio.* idest Deo coadiuuante.

c ¶ *Peractum est.* idest completum.

d ¶ *Triboniano.* hoc nomen, & sequētia sunt datiui casus, & etiam dictio conuocatis & cōstruūtur cū illo verbo inferius, mādauimus.

e ¶ *Exquæstori.* Pro suo simplici ponitur scilicet quæstori. Nota quòd tribus modis dicitur quæstor. Primo, ille, qui quærebat pecunias tributorum per mundum & seruabat. Secundo ille, qui præerat capitalibus causis. Tertio, qui stabat vt legeret libros principales qui candidatus principis dicebatur: & ita hoc tertio modo accipio hic, vt ff. de offic. quæstoris. l. j. in fin. & de orig. iu. l. j. §. deinde cū ęrarij. Vel secundū Ioan. quod iā fuit in illo officio, sed nunc non est: inde exquæstor, idest extra quæsturā positus. Vel dicas tertio, esse nomen dignitatis vt exconsul, vt C. de aduo. diuer. iud. l. petitionem, ibi, egredientem.

† *aliàs quęstori. al. exquæstore.* *Quæstor dicitur tripliciter.* † *Et hic in iure diuersis nominibus nuncupatur: susceptor & epinator vt C. de suscep.* & Arc his. l. nisi opinatores li. 10.

SI L.

* ¶ Quæ nam fuerit Triboniani quæstura, seu exquæstura (vtroque enim nomine idem puto significari) & quaniæ esset potestatis, id quod nemo fere adhuc bene declarauit, vide hic nostras Annotationes, vbi demonstratum est hanc sacri palatij quæsturam summum fuisse magistratum, & principatui proximum. † Eiusmodi quæstor apud Græcos appellatur paredros, auctore Procopio lib. primo de bello Persico. Estque ferè eiusdem potestatis, cuius est hodie apud Gallos Cancellarius & inter alia munera constat eum principis responsa, & rescripta dictasse. l. vlti. C. de diuer. rescri Iustinianus in auth de exhiben. reis. Appellat gloriosissimum quæstorem diuinis nostris ministrantem literis, in auth. vt diuinæ iussiones col. viij. iubet, vt diuinæ iussiones à quæstore subscribantur, in l. præcipimus. C. de appellation. quæstor dicitur sacrorum iudiciorum præses. nam cum præfecto prætorio iudicabat de appellationibus, quę ab omnibus spectabilibus iudicibus in sacrum auditorium principis deferebantur, vt etiam colligitur ex auth de appellat. palatium autem dicebatur locus habitationi Principis dicatus. l. j. Cod. de pala. l. quicunque. de ope. pub.

† *Alia litera nō habet nostri.*

f ¶ *Nec non.* Nota duæ negationes faciunt vnam affirmationem, vt hic & ff. de vèrb. signific. l. duobus.

¶ Adde quòd Alciat. ibi optimè declarat: & ex mēte Ang. hic dic gl. veram, nisi de mēte contraria cōstet: vel nisi simus in rustico, secundum Bald. in l. qui se patris. col. iij C. vnde lib. vel nisi ad diuersa referantur, secundum Bar. in l. manifestæ. ff de iureiur. SI L.

g ¶ *Illustribus*, Quatuor sunt ordines dignitatum: maximi, vt superillustres: magni, vt illustres: medij, vt spectabiles: minimi, vt clarissimi: quos specifica, vt in auth. de appell §. j ij. iij. & iiij. col. ij. & in auth. vt ab illustri, & qui supra eos sunt. col. v. Sunt & infimi, vt defensores ciuitatum, & magistratus municipales & isti non habent merum imperium, sed superiores sic.

Imperiū merūcertis dignitatibus est concessum.

ADDITIO. Et ideo potestates, & rectores ciuitatum non deberent posse ingerere pęnam sanguinis: quamuis contrarium de facto obseruetur, vt hic per Angel. sed superiores sic.

¶ Antecessoribus Scientia, vel ętate: vel quia fuerant cum pręcedentibus Imperatoribus.

a ¶ *An-*

a ¶ *Antecessoribus*. Verius est antecessores dictos fuisse, qui ius ciuile profitebantur, ex eo quòd scholasticis quodam modo præirent illos docendo, vt manifeste deprehenditur ex proœmio ff. in princ. versic. Sed cum vos.
b ¶ *Quorum*. Hic est interpositio vsq. illuc, Conuocatis &c. Et nota quòd in tribus hic commendantur qui sunt huic arti intenti. Primo in scientia, id est in cautela, vel ingenij scientia, vt l. j. C. si ma. fac. alie. fac. si. ne decret. rahab. Item in legum scientia. Eligendus est enim talis magister, qui in se laudabilem vitam probis moribus monstrauerit, & docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandique subtilitatem, & copiam disserendi se habere patefaceret, vt C. de profes. qui in vr. con. doc. l. j. lib. xij. Item in fidelitate: nam ex quo hactenus fideles extiterunt, præsumitur pro eis. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. de præteritis enim sumimus coniecturam ad futura. ff. de accusa. l. si cui. §. eisdem, & quandoque occultam coniecturam sumimus ad præteritum, vt C. ad l. Iul. de adul. l. si quis adulterij.

Magister qualis esse debet.

Præsumptio a va ry sumitur.

ADDITIO. Vide glos. in c. scribam, de præsumpt.
c ¶ *Ex multis rerum argumentis*, id est ex multis rebus vel negotijs, quæ sunt argumenta, Vnde dicit prouerbiũ. Opus laudat magistrum, sic in auth. de mota, §. sancimus. col. j.

Prouerbium.

d ¶ *Accepimus*, id est recepimus.
e ¶ *Mandauimus*, id est præcepimus.
f ¶ *Suasionibus*. In bona parte accipe, alias in mala accipitur. ff. de ser. cor. l. j. §. persuadere, & C. de fur. & ser. cor. l. si quis persuaserit.
g ¶ *Institutiones*. Ideo sic dictas, quia in statum Romani iuris nostram erigunt intelligentiam, vt infra. tit. j. §. his igitur.
¶ Adde quòd ab instituendo dictæ sunt, sicut & opus Quintiliani. Oratoriæ institutiones appellantur, quid autem differant institutiones ab institutionibus. Vide Lau. Val. in lib. elegan. iv. cap. xj.

STL.

h ¶ *Vobis*. Loquitur iuuenibus.
i ¶ *Cunabula*. Per simile loquitur: quia sicut in cuna infantes primo morantur, ita iuris preceptor instituta primo legere dẽt sic, ff. de offi. præ. prætor. l. j. §. his cunabulis.

¶ Sic inf. de liber. §. libertinorum, ibi, à primis vrbis Romæ cunabulis.
K ¶ *Fabulis*. Quia in antiquis Institutionib. erat fabulę, quæ fabulę nec vera, nec verisimilia continent secundũ Tullium. li. j. de Inu.
* ¶ Per fabulas videtur intellexisse prima illa exercitamenta iuuenum in scientia legali, cum preceptores rhetorum more ipsis casus proponerent fabulosos, vt ita illecti, deinde ad difficiliora deducerentur. Aut certè sensit de adulterina illa doctrina, q̃ antea tradebatur. §. Hæc autem, in proœm. ff.

STL.

rebus[a] nostris (quorum[b] omnium solertiam, & legum sciẽtiam, & circa nostras iussiones fidem, iam ex multis rerum argumẽtis[c] accepimus) [d]conuocatis mandauimus[e] specialiter: vt ipsi nostra auctoritate, nostrisq. suasionibus[f] Institutiones[g] componerent: vt liceat vobis[h] prima legum cunabula[i] nõ ab antiquis fabulis[k] discere, sed ab Imperiali splendore[l] appetere: & tam aures quã animi vestri, nihil inutile[m] nihilque perperam positum[n] sed quod in ipsis[o] rerũ obtinet argumẽtis, accipiãt: & quod priore tempore vix post quadrienniũ prioribus cõtingebat, vt tũc cõstitutiones Imperatorias legerẽt,[p]

l ¶ *Ab Imperiali splendore*. i. ab Imperatore, qui splendet.
ADDITIO. Vel dic. Ab Imperiali splendore, i. ab Imperialibus constitutionibusque splendere dicuntur.
m ¶ *Nihil inutile*. Quo ad animam: vel nihil inutile, i. inusitatum: vt patet ex eo, quod dicit inf. proximè. Sed quod &c.
n ¶ *Perperam positum*, quoad aures. Vel dic id est male positum & contra ius.
¶ Theophilus vertit ibi, hoc est, temere, frustra: vt sit sensus, nihil, esse in hisce institutionibus otiosum, & sine causa positum.
o ¶ *In ipsis*. Id est in ipsa rei veritate vel in his, quæ quotidie emergere possunt. Non autem inueniuntur hic ea, quæ non possunt euenire: quia de his non curant legislatores, vt in authẽt. vt sine prohib. matres debi. & cred. §. quia verò. col. vij. & ff. de legib. l. nam & l. nam ad ea.
* ¶ Melius est accipere argumenta, vt & Quint. sæpe, pro specieb. seu casib. qui proponuntur, vt sit sensus, his libris illa solum tradi, quæ in decidendis casibus obseruantur, non quæ abrogata sunt legib. aut cõsuetudine abolita: quod latius hoc loco in Annotationibus explanauimus.

STL.

† Adde, quod eadem locut. vtitur Imp. infra titu. de satisda. §. vlt. & planius sensus huius §. percipitur ex §. sed cum perspeximus. l. ij. C. de ver. iu. enu.
p ¶ *Legerent*. Nam & olim à principio legebant Imperiales constitutiones, scilicet Institutiones antiquas, vt in proœmio. ff. §. discipuli.
** ¶ Hic locus intelligendus est nõ de institutionibus antiquis, vt intellexit Accur. sed de constitutionibus primo Codici inser-

secundo Codici insertis, & post primū promulgatis, esse factū, ostendat: cuius rei sciētia ex eo haberi potest: si ad finem scriptum sit, datas Lampadio & Oreste Coss. vel post Lampadij & Orestis consulatum semel, aut iterum, vel tertio, aut quarto Iustiniani, & Paulini consulatum, vt rectissimè Alciatus noster docuit in Parer.

ADDITIO. De hoc etiam casus in l. meminimus. in prin. C. de leg. hær. vbi text. facit mentionem de hoc libro facit.

¶ Peracta. C. & ff. cōpilatione mādauit institutiones cōponi, vt principia huius sciētiæ auspicarentur à ll. Imperatorijs: quod ante non nisi per quadriennium licebat. h. d. vsque ad §. igitur.

¶ Cumque hoc[a] Deo propitio[b] peractum est[c] Triboniano[d] viro magnifico, magistro, & Exquęstori[e] sacri palatij nostri †, necnon[f] Theophilo, & Dorotheo, viris illustribus;[g] antecesso-

l. j. Cod. de ve. iu. enu. quod not. quia si aduersarentur adinuicem, debet magis stare legi. C. tanquam vltimę, quam huic libro: nisi in illis legibus, de quibus hic fieret mentio. Ang.

¶ *Cumque.* ¶ Diuiditur in duas partes. Primo ponitur qualiter mandauit fieri hunc librum, secundo ponit causas propter quas; secunda ibi, Vt liceat. Ang.

SLI. ¶ Cumque. *CASVS.* ¶ Pro casu hic animaduertes qualiter Iust. declarat cur, qualiter, & per quos fecerit hunc librum condi: & illius vtilitatem ostendit per modos expressos in tex. Nota igitur summam. Item ꝙ quis pluribus officijs cōpatilibus fungi potest: & ꝙ tria requiruntur ad implenda iniuncta, sciētia, diligentia, & fides. Itē nota significatum verbi, antecessor. Item ꝙ scientia diligentia, & fides, experientia comprobantur, & ꝙ ex vnico actu non dignoscuntur. Item quòd institutiones sunt principia ll. & quòd introducendum est quod conferat animæ & corpori: & quod hæc scientia habet principium & finem. §. & quod pęnæ. in proęm. ff. Item ꝙ condere ll. à principe delegari & demādari alteri potest, dummodo id specialiter fiat.]

a ¶ *Hoc.* scilicet volumen. Digest. & Codicis.

b ¶ *Deo propitio.* Idest Deo coadiuuante.

c ¶ *Peractum est.* idest completum.

d ¶ *Triboniano.* hoc nomen, & sequētia sunt datiui casus, & etiam dictio cōuocatis & cōstruūtur cū illo verbo inferius, mādauimus.

e ¶ *Exquæstori.* Pro suo simplici ponitur scilicet quæstori. Nota ꝙ tribus modis dicitur quæstor. Primo, ille, qui quærebat pecunias tributorum per mundum & seruabat. Secundo ille, qui præerat capitalibus causis. Tertio, qui stabat vt legeret libros principales qui candidatus principis dicebatur: & ita hoc tertio modo accipio hic, vt ff. de offic. quæstoris. l. i. in fin. & de orig. iu. l. ij. §. deinde cū ęrarij. Vel secundū Ioan. quod iā fuit in illo officio, sed nunc non est: inde exquæstor, idest extra quæsturā positus. Vel dicas tertio, esse nomen dignitatis vt exconsul, vt C. de aduo. diuer. iud. l. petitionem, ibi, egredientem.

* ¶ Quæ nam fuerit Triboniani quæstura, seu exquæstura (vtroque enim nomine idem puto significari) & quantæ esset potestatis, id quod nemo fere adhuc bene declarauit, vide hic nostras Annotationes, vbi demonstratum est hanc sacri palatij quæsturam summum fuisse magistratum, & principatui proximum.

† Eiusmodi quæstor apud Græcos appellatur paredros, auctore Procopio lib. primo de bello Persico. Eratque ferè eiusdem potestatis, cuius est hodie apud Gallos Cancellarius & inter alia munera constat eum principis responsa, & rescripta dictasse. l. vlti. C. de diuer. rescri. Iustinianus in auth. de exhiben. reis. Appellat gloriosissimum quæstorem diuinis nostris ministrantem literis, in auth. vt diuinæ iussiones col. viij. iubet, vt diuinæ iussiones à quæstore subscribantur, in l. præcipimus. C. de appellation. quæstor dicitur sacrorum iudiciorum præses. nam cum præfecto prætorio iudicabat de appellationibus, quę ab omnibus spectabilibus iudicibus in sacrum auditorium principis deferebantur, vt etiam colligitur ex auth. de appellat. palatium autem dicebatur locus habitationi Principis dicatus. l. j. Cod. de pala. l. quicunque. de ope. pub.

f ¶ *Nec non.* Nota duæ negationes faciunt vnam affirmationem, vt hic & ff. de verb. signific. l. duobus.

SI L. ¶ Adde quòd Alciat. ibi optimè declarat: & ex mēte Ang. hic dic gl. veram, nisi de mēte contraria cōstet: vel nisi simus in rustico, secundum Bald. in l. qui se patris. col. iij C. vnde lib. vel nisi ad diuersa referantur, secundum Bar. in l. manifestæ. ff de iureiur.

g ¶ *Illustribus*, Quatuor sunt ordines dignitatum: maximi, vt superillustres: magni, vt illustres: medij, vt spectabiles: minimi, vt clarissimi: quos specifica, vt in auth. de appell. §. j ij. iij. & iiij. col. ij. & in auth. vt ab illustri, & qui supra eos sunt. col. v. Sunt & infimi, vt defensores ciuitatum, & magistratus municipales & isti non habent merum imperium, sed superiores sic.

ADDITIO. Et ideo potestates, & rectores ciuitatum non deberent posse ingerere pœnam sanguinis: quamuis contrarium de facto obseruetur, vt hic per Angel. sed superiores sic.

¶ Antecessoribus Scientia, vel ętate: vel quia fuerant cum pręcedentibus Imperatoribus.

a ¶ *An-*

† aliàs questori. a l. exquæstore.

Quæstor dicitur tripliciter.

† Et hic in iure diuersis nominibus nuncupatur: susceptor & opinator vt C. de suscep.

& Ar[illegible] c ki. l. nisi opinatores li. 10[illegible]

SI L.

† Alia litera nō habet nostri.

Imperiū meriū certis dignitatibus est concessum.

a ¶ *Antecessoribus.* Verius est antecessores dictos fuisse, qui ius ciuile profiterentur, ex eo quòd scholasticis quodam modo præirent illos docendo, vt manifestè deprehenditur ex proœmio ff. in princ. versic. Sed cum vos,

b ¶ *Quorum.* Hic est interpositio vsq. illuc, Conuocatis &c. Et nota quòd in tribus hic commendantur qui sunt huic arti intenti. Primo in solertia, id est in cautela, vel ingenij scientia, vt l. j. C. si ma. fac. alie. fac. si ne decret. rahab. Item in legum scientia. Eligendus est enim talis magister, qui in se laudabilem vitam probis moribus monstrauerit. & docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandique subtilitatem, & copiam disserendi se habere patefaceret, vt C. de profes. qui in vr. con. doc. l. j. lib. xij. Item in fidelitate: nam ex quo hactenus fideles extiterunt, præsumitur pro eis. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. de præteritis enim sumimus coniecturam ad futura. ff. de accusa. l. si cui. §. eisdem, & quandoque occultam coniecturam sumimus ad præteritum, vt C ad l. Iul. de adul. l. si quis adulterij.

Magister qualis esse debet.

Præsum ptio a varijs sumitur.

rrbus[a] nostris (quorum[b] omnium solertiam, & legum sciētiam, & circa nostras iussiones fidem, iam ex multis rerum argumētis[c] accepimus) [d]conuocatis mandauimus [e] specialiter: vt ipsi nostra auctoritate, nostrisq. suasionibus[f] Institutiones[g] componerent: vt liceat vobis[h] prima legum cunabula[i] nō ab antiquis fabulis[k] discere, sed ab Imperiali splendore[l] appetere: & tam aures quā animi vestri, nihil inutile[m] nihilque perperam positum[n] sed quod in ipsis[o] rerū obtinet argumētis, accipiāt: & quod priore tempore vix post quadrienniū prioribus cōtingebat, vt tūc cōstitutiones Imperatorias legerēt, [p]

ADDITIO. Vide glos. in c. scribam, de præsumpt.

c ¶ *Ex multis rerum argumentis*, idest ex multis rebus vel negotijs, quæ sunt argumēta, Vnde dicit prouerbiū, Opus laudat magistrum, sic in auth. de mora, §. sancimus. col. j.

Prouerbium.

d ¶ *Accepimus*, id est recepimus.

e ¶ *Mandauimus*, id est præcepimus.

f ¶ *Suasionibus.* In bona parte accipe, alias in mala accipitur. ff. de ser. cor. l. j. §. persuadere, & C. de fur. & ser. cor. l. si quis persuaserit.

g ¶ *Institutiones.* Ideo sic dictas, quia in statum Romani iuris nostram erigunt intelligentiam, vt infra. tit. j. §. his igitur.

¶ Adde quòd ab instituendo dictæ sunt, sicut & opus Quintiliani. Oratoriæ institutiones appellantur, quid autem differant instituti ab institutionibus. Vide Lau. Val. in lib. elegan. iv. cap. xj.

STL.

h ¶ *Vobis.* Loquitur iuuenibus.

i ¶ *Cunabula.* Per simile loquitur: quia sicut in cuna infantes primo morantur, ita iuris preceptor instituta primo legere dēt sic, ff. de offi. præ. prætor. l. j. §. his cunabulis.

¶ Sic inf. de libert. §. libertinorum, ibi, à primis vrbis Romæ cunabulis.

K ¶ *Fabulis.* Quia in antiquis Institutionib. erat fabulę, quæ fabulę nec vera, nec verisimilia continent secundū Tulli. li. j. de Inu.

* ¶ Per fabulas videtur intellexisse prima illa exercitamenta iuuenum in scientia legali, cum preceptores rhetorum more ipsis casus proponerent fabulosos, vt ita illecti, deinde ad difficiliora deducerentur. Aut certè sensit de adulterina illa doctrina, quę antea tradebatur. §. Hæc autem, in proem. ff.

STL.

l ¶ *Ab Imperiali splendore*, i. ab Imperatore, qui splendet.

ADDITIO. Vel dic. Ab Imperiali splendore, i. ab Imperialibus constitutionibusque splendere dicuntur.

m ¶ *Nihil inutile.* Quo ad animam: vel nihil inutile, i. inusitatum: vt paret ex eo, quod dicit inf. proximè. Sed quod &c.

n ¶ *Perperam positum*, quoad aures. Vel dic id est male positum & contra ius.

¶ Theophilus vertit ibi, hoc est, temere, frustra: vt sit sensus, nihil, esse in hisce institutionibus otiosum, & sine causa positum.

o ¶ *In ipsis.* Id est in ipsa rei veritate vel in his, quæ quotidie emergere possunt. Non autem inueniuntur hic ea, quæ non possunt euenire: quia de his non curant legislatores, vt in authēt. vt sine prohib. matris debi. & cred. §. quia verò. col. vij. & ff. de legib. l. iur. & l. nam ad ea.

* ¶ Melius est accipere argumenta, vt & Quint. sæpe, pro speciebus seu casib. qui proponuntur, vt sit sensus, his libris illa solum tradi, quæ in decidendis casibus obseruantur, non quæ abrogata sunt legib. aut cōsuetudine abolita: quod latius hoc loco in Annotationibus explanauimus.

STL.

† Adde, quod eadem locut. vtitur Imp. infr. titu. de satisda. §. vlt. & planius sensus huius §. percipitur ex §. sed cum perspeximus. l. ij. C. de ver. iu. enu.

p ¶ *Legerent.* Nam & olim à principio legebant Imperiales constitutiones, scilicet institutiones antiquas, vt in procemio. ff. §. discipuli.

** ¶ Hic locus intelligendus est nō de institutionibus antiquis, vt intellexit Accu. sed de constitutionibus primo Codici inser-

tis, quæ quintò anno olim prælegebantur, §. duabus in proœm. ff.

STL.

a ¶ *Primordio*, i. tantum primo anno proficietis, quantum proficiebatis in quatuor. Et nota quod adulatur nobis imperator.

* ¶ Inepta expositio, Sensus enim est, hodie primo anno hasce Institutiones tradi, quæ & ipsæ propterea quod ab Imperatore compositæ sunt rectè Imperatoriæ constitutiones appellantur. § sed & quod. infra de iu. na. gen. & ciu. cum olim non nisi post quadriennium primus Codex, qui liber constitutiones Imperiales continebat, prælegeretur. § duabus in proœmio. ff.

hoc vos primordio [a] īgrediamini, digni [b] tanto honore, tantaque referti felicitate, vt & initium [c] vobis, & finis [d] legū eruditionis, à voce prīcipali [e] procedat.

¶ *Post completa ff. iussit componi Institutiones, in quibus principia huius sciētiæ sūt posita cum correctionibus iuris antiqui, quibus auctoritas per ipsum data fuit, hoc dicit vsque ad §. fin.*

b ¶ *Digni*. vos dico digni &c.

c ¶ *Initium*. Scilicet liber iste.

d ¶ *Finis*. idest Codex. Nam primo anno institu. legi debent, in quinto legitur Codex, vt in proœmio. ff § duabus ibi; Quibus si bene. Ac flor.

e ¶ *Principali*, idest principis. Et nota, quod hæc scientia caput habet & finem: licet in alijs artibus hoc non fit, licet vilissimæ fini, vt proœm. ff. §. Et quod pene.

¶ Igitur. Diuiditur in duas partes: in prima ponitur commissio compilationis, cum ijs, quæ in Institutionibus continentur. in secūda, vnde sint extractæ & quòd auctoritate Imperiali confirmatæ sunt. ii. ibi, quas.

STL.

CASVS in narratione Imperatoris non figuratur. Not. ꝙ facere dicimur quod per aliū facimus. Itē ꝙ per desuetudine tollitur vel vmbratur. Item quod non sufficit principem cōmittere li. compilationē, nisi postea approbet. Item quod quotidiana diligenter sunt attendenda: & ꝙ breuiter dicitur, scdm subiectam materiā l. antiquitas. in fi. C. de vsu fr. Itē quod nō sufficit simpliciter legere, sed requiritur cognitio, & examinatio. Itē quod accōmodare importat idē, quod tribuere: & obtinere, esse in viridi robore, & obseruantia.

Cōtinuatur.

f ¶ *Igitur*. Ita continua secundū Ioan. quia prædictorum virorū sciētiam, & auctoritatē probauimus, nec per alios poterant commodius expediri: igitur mandat per eos diuidi: vel quia ab Imperiali splendore † approbatur, & ideo mandat diuidi, vt melius possint

† aliàs appetit.

intelligi ff. de verb. sign. l. ij §. cuiusque.

¶ Adde tamen, quod §. continuatio non est facienda. glo. in l. Gallus in princip. in verbo. posthumos ff. de lib. & posthu.

g ¶ *Quinquaginta*, qui comprehenduntur intra ff. vetus, & Infortiatum, & ff nouum.

STL.

h ¶ *Digestorum*. Ideo dicuntur Digesta, quia omnia ibidem decidenda digeruntur, & soluuntur Accurs.

Digesta vnde dicuntur.

† Hoc optime declaratur ab eodem Imp. in l. ij. §. omnia igitur, C. de ver. iu. enucl.

† aliàs quod.

* ¶ Quare libri Digestorum hac nota. ff. significentur, & an rectè. vi de Alciat. li. iij. Dispunct. ca. xvj.

STL.

† alias deest. hos.

¶ Igitur [f] post libros quiquaginta [g] Digestorū [h] seu Pādectarū, [i] in quibus omne ius antiquum collectū est, † quos [k] per eūdem virum excelsum Tribonianum, necnon & ceteros [l] viros illustres, & facūdissimos confecimus, in † hoc quatuor libros easdē Institutiones [m] partiri iussimus, [n] vt sint totius legitimæ sciētiæ prima elemen-

i ¶ *Pandectarum*. a pan, quod est totum, & dectem, quod est doctrina, quia ibi est doctrina omnium iurisconsultorum, vt C. de veteri iure enuc. l. ij. §. omnia.

Pādecta vnde dicuntur.

STL.

¶ Adde, quod aliter interpretatur Gell. lib. xij. c. vlt. * ad quod vide Budæum in l. j. in fi. ff. de iusti. & iu. nam hoc nomē deriuatur à pan. i. omne, & decomai i. cōplector, contineo, vt innuit etiam Imperat. in d. §. omnia.

k ¶ *Quos*. Scilicet quinquaginta libros, ff. Accurs.

l ¶ *Et ceteros*. Scilicet x v. ex permissu Iustiniani electos, vt C. de vet. iur. enuc. l. 1. §. 2. & l. ij §. quæ omnia.

STL.

m ¶ *Easdem institutiones*, i. eadem instituta.

¶ Adde, quod hanc expositionem reprehendit Lau. Val. lib. 4. c. 1t * ait enim instituta dici bonos mores consilio, & ratione sumptos: institutiones verò præceptiones, quibus instituimur & docemur, rectè igitur institutiones iuris ciuilis appellātur hi quatuor libri, quibus ius ciuile docetur: sicuti Fab. quoq. Quint. opus suum de artis oratoriæ præceptis inscripsit de institutione oratoria.] Vnde collige hunc librum sumptum ex volumine Digestorum: vel propriè dicit Institutiones, quas mandauit fieri. nunc mandat partiri: nam partitio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriā artificiosè reformat, vt inf. de leg. §. sed non vsque. & ff de except. doli lib. 1.

Diuisio tria operatur.

n ¶ *Iussimus*, q. d. Institutiones iussimus fieri ex libris antiquorum, ita vt contineret quicquid in rebus, quę in præsenti quo versatur, consen-

ta; [a] in quibus [b] breuiter expositum est, & ꝙ antea obtinebat. [c] & ꝙ postea desuetudine, [d] inumbratũ, Imperiali remedio illuminatum est: quas [e] ex oĩbus antiquorũ Institutionibus, & precipuè ex cõmẽtarijs Caij nostri [f] tam institutionũ, quã rerũ quotidianarũ, [g] alijsque multis cõmentarijs cõpositas, cũ tres [h] viri prudentes prędicti nobis obtulerũt: & legimus, et recognouim[o], & plenissimum nostrarũ constitutionũ robur eis accõmodauimus.

¶ *Hortatur iuuenes ad studia, vt ijs perfectis possint rempub. administrore. h. d. vsque ad fin.*

¶ Sũma itaque ope, [i] & alacri [k] studio has leges nostras [l] accipite, & vosmetipsos sic eruditos ostẽdite, [m] vt spes [n] vos pulcherrima foueat; toto legitimo opere pfecto, [o] posse etiã nostram [p] rẽpublicam in partibus eius [q] vobis [r]

consentaneum est, vt C. de vet. iu. enu. l. ij. §. sed cum despeximus. Accur.

Elemẽta & eorum qualitates sunt quatuor.

a ¶ *Prima elementa.* Quia sicut ex quatuor elementis omnia corpora conficiuntur, scilicet vt ex terra & aqua. ex igne & aere, idest ex viribus horum quatuor elementorum totus mundus gubernatur, ita hic liber comprehendit omnia iura.

STL. ¶ Adde quòd melius diceretur oĩa principia & fundamenta. l. ij. §. sed cum perspeximus. C. de ver. iu. enucle. similitamẽ locutione vsus est etiam Cic. in Topi. vt admonuimus hoc loco in Annor.] Et nota quod terra est frigida & sicca: aqua frigida & humida: ignis calidus & siccus: aer calidus & humidus. Primum habet naturam melancholiæ: secundum scilicet aqua phlegmæ: ignis choleræ: sanguis respondet aeri.

b ¶ *In quibus,* scilicet institutionibus.

c ¶ *Obtinebat*, idest erat in vsu: & nunc desijt. Accur.

d ¶ *Desuetudine*. Nota legem tolli per desuetudinem.

STL. ¶ Adde, quod communis doct. sententia est, quòd si non vsus non habet in se actum contrarium, non tollat legẽ. Ias. in l. de quibus. in vj. not. ff. de legi.]

¶ Vel per contrariam consuetudinem: & iterum eandem consuetudinem, per superuenientem legẽ tolli: sic. ff. de sepul. vio. l. 3. §. Diuus. & in auth. de hær. & fal. §. sed quoniam. col. j. & subijcit, Ab Imperiali &c. & est optimum exemplum: C. de iusti. l. rem non nouam.

e ¶ *Quas,* scilicet Institutiones: & accipere legimus, & recognouimus, idest esse compositas ex omnibus &c.

f ¶ *Caij nostri*. commentarijs, dico factis super libros institutionum antiquarum.

STL. g ¶ *Quotidianarum.* Liber erat sic appellatus, eo quòd singulis diebus gerẽda à magistratibus continebat, qualiter iudicarent.

¶ Adde, vel dic rerum magis vulgatarum, & quæ quotidie in controuersiam venire poterant.

h ¶ *Cum tres.* interpositio est.

¶ Summa itaque. Cum hic §. vnicum tantum habeat contextum, non recipit diuisionem: & cum sit simplex cohortatio, non exigit casus figurationem. Nota ll. nostras dici ex hoc, quod eis à nobis sit tributa auctoritas: & quod in quolibet opere perficiendo requiritur summa diligentia. Item quod ambitio virtuti innexa non damnatur, & spes, & desiderium honorum & dignitatum. Item quod nihil actum videtur, quando aliquid superest agendum. Item quod à ll. studijs discedere non debemus, nisi perfecta omnis iuris cognitione. Item quòd reipubl. administratio per iuris peritos facienda est.

i ¶ *Ope.* Quantum ad corpus. Vnde Virg. li. j. Geor. Labor omnia vincit Improbus. Accursius.

K ¶ *Et alacri.* Affectio enim operi tuo nomen imponit, vt C. ad l. cor. de sic. l. j. ff. de fur. l. qui iniurię. in prin.

l ¶ *Leges nostras*. Scilicet Institutionum, Accur.

m ¶ *Ostendite*, idest ita proficite in hoc libro: vel ita moribus informati sitis, nam boni mores plus quàm diuitiæ operantur. vt ff. de tuto. & cura. da. ab ijs. l. scire. §. fin. & ff. de verb. obl. l. si quis stipulatus sit stichũ, in fin.

* ¶ Nihil hæc ad mores: sed planè intelligendus est hic locus, ostendite ô iuuenes vos ita doctos, & legum scientia exultos, vt optimam spem concipiatis, rempublicam nostram studio perfecto recte à vobis posse administrari, ac gubernari.

n ¶ *Vt spes*, idest hæc spes sit de vobis nostram rempubl. posse gubernari.

o ¶ *Perfecto,* idest lectis alijs libris.

p ¶ *Nostram,* aliàs vestram.

q ¶ *Eius:* reipublicæ

r ¶ *Vobis*. Idest à vobis credendis, lectis etiam alijs libris: Vel si habes credẽdam, id est committendam, vobis datiuè legitur: & hoc dico legitimo opere perfecto, idest cum quinquennio legeritis: nam tunc opus consummatur, vt in proęmio: ff. §. duabus alijs. Et quod dicit in partibus eius, ideo

† Hoc est Datũ Cõstantinopoli. xi. calen. Decembris D. Iustiniano patre patriæ tertio Cõsul.

est,

est, qu'a multæ sunt partes eius, vt præfectura consulatus, & aliæ multæ, vt patet ex tractatibus de officijs, in ff. & in C.

SIL. a ¶ *Credendis*, id est quia creditur secundũ primam expositionem, vel si habes credendam, dic vt in glos. supra Accursius.

† *Hoc est Dat. Cõstantinopoli xi. cal. Decembris D. Iustini ano, pa. trepartita tertiu Consule.*

* ¶ Vtro modo legatur, siue credendis siue credendã, vna est verbi credere significatio: accipitur enim pro cõmittere: quo genere loquendi vtitur etiam in l. ij. §. Nos itaq. C. de veter. iu. enucl.

† *alias institutionum Imperialium.*

b *De iust. & iure rubrica.*

credendis a gubernari.† D.C.P.xj.Calẽd.Decẽbr.†D.Iustinia. PP.iij Consu.

¶ † *Institutionum seu elementorum D. Iustiniani sacratissimi principis.*

LIBER PRIMVS.

¶ *De iustitia* b *& iure.*

¶ c *Iustinianus veluti optimus præceptor imitatus est rectũ ordinẽ procedendi, qui debet esse diffinitiuus, diuisiuus, & exẽplorũ positiuus: & primò ponit diffinitionẽ iustitiæ & iuris prudẽtiæ, ex l. iustitia ff eod. tit.*



Vstitia d est cõstãs & perpetua voluntas, ius suũ † vnicuiq.

¶ Iustinianus tractaturus iura populi Romani præmittit de iustitia, quæ est mater iuris.

Iustitia est mater SIL. ¶ Adde quòd Ias. hic intelligit de iustitia in actu.] Et ideo ab ea incipit: sic obligatio mater est actionis, vers. de procur. l. licet. §. ea obli. & ideo prætermittitur in tractatu, vt infra de obl. in prin. & de ac. in princ.

¶ Adde, quòd ideo præposuit, quia iuri operam daturum prius nosse oportet, vnde nomen iuris descendat, quod a iustitia dicitur l. j. ff. eod. titulo.

c ¶ *Et iure*, quod ius iustitiam profequitur vt minister, vel filius.

SIL. ¶ Adde, quòd potius vt effectus iustitiæ & vt administratum, quia si iustitia est voluntas tribuens ius, ius nõ est minister iustitię, sed ipsa iustitia est illa, quæ ius administrat.] Sed quare de hoc ponitur in rubrica

Quæstio. cum in textu nihil dicatur diffiniendo, licet diuidendo sic? Respondet quidã, ideo nõ posuit in textu de iure, ne grauaret rudes animos secundum Py. quod nihil est. Vel dic

Rubur. quandoque est generalior nigro. hoc plerumque fieri, vt aliquid ponatur in rubrica, quod in textu non ponitur, vt C. de relig. & sump. fu. & de lu. aleæ, nam nihil in textu ibi dicitur de ludo alea.

SIL. ¶ Adde, quod tunc fuerunt addita illa verba in rubrica, quando fuit addita illa constitutio græca: antiquiores enim codices non habent.] Vel dic (quod est verius) vt diffiniatur, vt dicemus inf. eo. tit. §. iuris præcepta. in gl.

SIL. *Diuisio.*



Vstitia. ¶ Diuiditur titulus in sex partes. In prima diffinitur iustitia: In secunda iurisprudentia. In tertia ostendit qualiter ad iuris cognitionem sit procedendum In quarta ponit præcepta iuris. In quinta diuidit inter publicum & priuatum. In sexta proponit dicendum de priuato. Casus figurari non potest cum ponat diffinitionem, ratio autem dubitandi & decidendi inde colligitur, quod dixit Cicer. j. offic. quod omnis de aliqua re disputatio debet a diffinitione proficisci, vt sciatur id, de quo disputatur. Nota diffinitionem iustitiæ. Item ibi, vnicuiq; quod non est habenda acceptio personarum. Item ibi, constans, quod iudex non debet moueri passionibus. Item ibi, tribuens, quòd vera iustitia consistit in administratione, non in cognitione. Item quod iuris prudentia versatur etiam in cognitione rerum diuinarum, & quod est cognitio iusti & iniusti. Item quod enumeratio contrariorum non est superflua, nisi superflua, nisi super vtroque detur doctrina.

† *concord. cum hoc princ. 24. q. 4. c. cum deuotissima. & gl. in c. forus vers. iusti tia extra de verbor. sign.*

† *alicuique tribuendi.*

d ¶ *Iustitia*, Hæc iustitiæ diffinitio põt intelligi de diuina iustitia. q. d. Diuina iustitia est voluntas cõstans & perpetua &c. & tñ hoc, hæc verba in ea posita sunt plana. Sed nõne iniustum fuit, quod tñ datũ fuit mercenariò sero venienti, quantum illi, qui mane venerat (quod tñ Dei iustitia laudat) vt ff. de annu. leg. l. j. & de verb. sig. l. ij. §. cuiusque: Respon. illud diuinum mystice dicitur. cõ d. tantum habebit de paradiso ille, qui decedit in hoc vltimo sæculo, si faciat bonum, quantum & ille, qui decessit in primo sæculo.

ADDITIO. Et hoc ideo est quia ecclesia nunquam claudit gremium redeuntibus, vt in epistola. Inter claras, C. de sum. trin. c. super eo. extra de hære. lib. vj. Angel. & Iaso.

ADDITIO. Immo non fuit iniustum: quia paterfa. tanquam moderator rei tuæ potuit in ea talem legẽ statuere, vt C. man. l. in re mandata secundum Iason.

SIL. ¶ Adde quòd illud iustum fuit, quia sic fuerat conuentum. l. §. si conueniat. ff. depositi. dicit enim. Amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum?]

¶ Vel dic secundũ Ioã qd de fragili hominis iustitia loquitur. q. d. iustitia humana, velque est in hoie, est volũtas cõstãs &c. & secũdũ hoc illa duo verba, cõstans & perpetua; abijciuntur extra, quia homini nõ põt cõuenire, cũ scriptũ sit, qd septies in die cadit iustus, & ideo nunquã in eodẽ statu permanet, vt

in

In auth. de non ali. aut permu. §. vt autem. ¶ Adde, quod intelligitur quatenus homini conuenire potest. l. si quis venditor. ff. de ædil. edic.] Item quod in fi. dicit, ius suum vnicuique tribuens, intellige quantum ad affectionem, quia ad actum non potest o. d. habens affectum tribuendi, sicut sup. in rubrica procemij dicitur de Augusto: sic & de matrimonio, quod est indiuiduum, vt in fi. de pa. po. in prin. licet interdum diuidatur, vt patet C. de repud. consensu. Vel tertio expone, vt in summa huius tituli, vt voluntas, idest mens: constans, idest bona, quasi habitus mentis bonus. Sed Tullius sic diffinit, Iustitia est habitus animi, communi vtilitate seruata, suam cuilibet tribuens dignitatem, secundum Pla: iustitia est virtus, quæ plurimum potest in ijs, quæ minimum possunt: Vel prout ego credo, Iustitia est animi congrua dispositio in singulis rebus rectè diiudicans;

Iustitiæ diffinitio secundū Tul.

Iustitia secundū Pla.

STL.

tribuēs [a] Iurisprudētia est diuinarum atque humanarum rerū notitia, [b] iusti, atque iniusti scientia. ¶ *Primo leuia, deinde difficiliora sūt docenda: ne scholares, aut studium deserāt, aut cum magno labore ad scientiam diffidenter, aut tardius perducantur, hoc dicit Aretin.*

¶ His igitur generaliter [c] cognitis, [d] &

ADDITIO: Dicite, quod hic iustitia diffinitur generaliter Ad argumēta verò breui distinctione facilè sic respondebitis. Aliquādo cōsideratur iustitia prout est in abstracto, tunc iustitia est constans & perpetua. Aliquando consideratur prout est in concreto, vt est posita in corpore hominum administrantiū, & tunc dicitur corruptibilis non ratione essentialitatis iustitiæ, sed ratione mali contēri, hoc est praui hominis. Exemplum posset poni in rustico, qui posuit vinum optimum in prauo vase, & destructum est Christoph.

STL. ¶ Adde, quòd fuit opin. Albe. in l. iustitia. ff. eo. quòd hic diffinitur iustitia in abstracto, secus in concreto: pro pleniore tamen & vera huius diffinitionis intelligentia, vide quæ hic scripsi in Annot.

a ¶ *Tribuens:* vt honestè viuat sibi: & sic alterum non lædat, immo proficiat: vel dic ius suum, idest hominis meritum.

STL. ¶ Adde, quòd hic est potius effectus iustitiæ, quam ipsa iustitia, vt dicit August. lib. xix. de ciuit. Dei.

† Immo vtraque est nominatiui casus secundum Christopho. quia penitus sub verbo notitia obtinet vim copulæ.

STL.

b ¶ *Notitia:* Potest rectè legi, vt illa dictio, scientia, sit ablatiui casus: vel cōtra sit nominatiui casus, & hæc dictio, notitia, sit ablatiui casus, † sic inst. tit. j. in princ. Sed numquid secundum hoc oportet, quod quicunque vult iurisprudens, vel iurisconsultus esse, debeat theologiam legere? Rn. non, nam in corpore iuris hæc omnia inueniuntur, vt Cod. de sum. trin. & fid. cath. & C. de sacrosan. eccles. & de episc. & cle. & in auth. sub multis titulis: vbi specialiter de diuinis tractatur;

* ¶ Dic verbum diuinarum, positum in hac diffinitione, referendum esse ad illam iuris publici partem, quæ in sacris & sacerdotibus consistit, vt plenè tam in Annotat. quam in Commentarijs in hoc loco declarauimus.] Item quæ est differentia inter iustitiam, & ius; & iurisprudentiam? Respond. Iustitia est virtus: Ius est eius virtutis executiuum.

ADDITIO: Angelus non putat hoc verum: quia Immo magistratus est ille, qui exequitur ius, vt l. ij. §. post originem. ff. de orig. iur. Ang.

¶ Iurisprudentia est scientia illius iuris. † Item iustitia est summum bonum, ius medium, Iurisprudentia infimum. Item iustitia vult tribuere vnicuique ius suum. Ius verò coadiuuat, Iurisprudentia docet qualiter illud fiat.

† Hoc verum secundum doct. hic: si considerentur hic verba quo ad ordinē prioritatis & posterioritatis, & tunc dic summum bonum, i. primum &c. vt inf. de iure perso. in prin. alias secus.

STL.

¶ Adde, quod cōis resolutio est, quod hæc verba accipiantur nō quo ad essentiam, sed quoad ordinem, quia iustitia tanquam in abstracto est primum: ius vt in concreto secundū: iurisprudētia tertiū, sicut scientia post scibile;

¶ *His igitur.* ¶ Diuiditur in duas partes. in prima ponit, consilium suum docendi primo leuia: in secunda rationem reddit per locum ab inconuenienti secunda ibi, alioquin.

¶ *CASVS.* ¶ Quærebatur, visa diffinitione iurisprudentiæ, quo ordine deueniendum esset ad illius cognitionem: & respondetur vt in text.* nec placet ratio dubitandi aliàs assignata per §. discipuli, in procem. ff. cum illa epistola facta fuerit post compilationem Institutionum; vt ibidem apparet, vnde ille §. nullā potuit præbere materiam dubitandi. sed loco casus legendum est, quæ in proœmio viij. lib. scribit. Quint. aurea sanè, & ad hunc locum maximè pertinentia. Not. quòd ea, quæ diffinitionibus cognoscuntur. dicuntur cognita generaliter. Item quòd à facilioribus est inchoandum. Item quòd rudis animus rerum multitudine onerari non debet. Item quod non debemus causare quòd iuuenes studia deserant. Item quòd faciliore via eundum est: & quòd doctrina debet procedere à generalibus ad specialia: & quod ea doceri debēt, quæ auditoribus conueniunt. viij. quæst. j. ca. oportet. Item quòd diffidentia plerumque remouet animum à studijs. Item quòd in quacunque re est habendus ordo: quod multitudo parit confusionem, quòd illud est simplex cui nihil additur.

c ¶ *His igitur generaliter.* Nunc vult dicere, qualiter leges docendæ.

d ¶ *Cognitis.* idest posita diffinitione iustitiæ & iurisprudentiæ. Accursius.

a ¶ Et

incipientibus[a] nobis [b] exponere iura populi Romani; ita maxime videntur[c] posse tradi commodissimè; si primo levi[d] ac simplici[e] via, post deinde diligētissima[f] atque exactissima[g] interpretatione[h] singula tradātur: alioquin, si statī ab initio rudē† adhuc, & īfirmū animū studiosi, multitudine ac varietate rerū onerauerimus, duorum alterū, aut desertorē studiorū efficiemus, aut cū magno† labore, sępe etiā cum diffidentia (quæ[i] plerūque iuuenes auertit[k]) serius ad id pducemus, ad quod leuiore via ductus, siue magno labore, & sine vlla diffidētia maturius [l] perduci potuisset.

¶ *Tria iuris præcepta, ex l. iustitia. ff. eod. titul.*

¶ Iuris pręcepta [m] † sūt hec. honestè [n] viuere: † alterū non lędere [o] ius suum [p] cuique tribuere.

a ¶ *Et incipientibus*. Datiuè possunt legi cum verbo infra, videntur: vel ablatiuè, vt superius respiciant: & hæc verior.

b ¶ *Nobis*. Loquuntur compilatores huius libri in persona Iustiniani, qui debet exponi per eos.

¶ Adde, quòd immo loquitur Iustin. vt supr. in proœ. §. j. vbi dicitur, perfecimus.]

c ¶ *Videntur*, scilicet iura populi Romani.

d ¶ *Leui*, quo ad verba.

e ¶ *Simplici*, quo ad sententiam.

* ¶ Levem ac simplicē viam dixit, idest facilem quemadmodum etiam in §. sed quia, inst. de fideic. hære & in l. vl. §. tales, Cod. de furt. quare probanda non est differentia Accur. inter verba & sententiam, nec illatio de respondendo positionibus simpliciter, quam hinc colligunt Doctores.]

f ¶ *Diligentissima*, quo ad subtilia verba.

g ¶ *Exactissima*. quo ad subtilem materiam, & scientiam.

h ¶ *Interpretatione*, idest facili sententia.

i ¶ *Quæ*. sc. licet diffidentia.

K ¶ *Auertit*, non contra inconstantiam.

* ¶ Variatio quando permissa sit, vide Dyn. in c. Mutare de reg. iur. lib. vj. & Dec. in l. Nemo potest mutare. ff. eod.] Sic ff. de procu. l. in causæ. in princ. & in auth. de mon. §. si quis autem forte. vnde Salomon, Tria sunt mihi incognita, & quartum quod penitus ignoro: via colubri super lapidem: via auis volantis in aere: via nauis in medio maris: quartum difficilius, † via iuuenis in adolescentia sua: vnde dantur in integrum restitutiones eorum facilitatibus. vt infra de hered. qua. & differ. §. extraneis.

l ¶ *Maturius*. Hic Nota prouerbium, Qui vadit planè, vadit sanè.

¶ Iuris præcepta. Tex. hic non recipit diuisionem, summam, aut casum: & notabilia alia non colliguntur nisi ea, quæ in tex. dicuntur.

m ¶ *Iuris præcepta*. idest iura præcipientia: præcipiunt aliquid, quod pertinet ad aliquod istorum trium: nam non omne ius præcipit, immo quoddam punit; quoddam permittit, vt ff. de legi. l. legis. quoddam consulit, vt ff. de rei vend. l. is qui. & quoddam hortatur, vt C. de transa. l. age.

¶ Adde quod non intelligit, quòd omnia iura præcipiant, sed quod omnia iura reducantur ad ista tria: aut enim respiciunt honestatem vitæ, aut tribuere quod suum est cuique.]

n ¶ *Honeste*, scilicet quantū ad se: quæ honestas & circa matrimonia est, vt ff. de ri. nupt. l. semper & circa minores seruatur, vt ff. de tut. & curat. da. ab his. l. scire oportet. §. penult.

ADDITIO.

Et ideo dicit Ange. mulierē honestè viuere quæ viuit secundum mores loci: sed castè viuere non intelligitur quę transit ad secunda vota scilicet respectu mariti defuncti, vel filiorum eius: sed respectu aliorum secus.

o ¶ *Alterum non lædere*, vnde illud, Quod tibi nō vis fieri, alij nec feceris, vt in decr. in prin.

p ¶ *Ius suum*, vt non solum non lædat, sed etiam adiuuet. nam non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est, vt argum. in decret. lxxxvj. dist. non satis. Sed nonne hæc verba accipiuntur hic sicut in diffinitione iustitiæ in fine? Respond. non, immo ibi hæc tria comprehendit: hic autem illud solum quòd extra duo prima relinquitur. Et not. quòd in hoc reprobo opi. Py. & aliorum, qui dixerunt, quòd in hoc titulo non diffiniebatur ius, quòd est ars boni, & æqui, cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. nam dico quod hæc verba, quæ hic sunt, tantumdem præstant: nam quod hic dicit: præcepta iuris: per hoc dicit, ars, cum ars sit collectio multorū præceptorum. Item per hoc quod dicit: honeste viuere: alterum non lædere, valet tantum, quantum, boni & æqui. Item per hoc, quod dicit, ius suum vnicuique tribuere colligo, cuius merito quis nos sacerdotes appellat, idest sacra, vel iura sua cuilibet ministrantes, vt hic & ff. eo. l. j. ij. resp.

* ¶ Iuris diffinitionem, quam tradit Vlpia. in d. l. j. explicauimus hoc loco diligenter in nostris Commentarijs, post Budæum in Annot. ad d. l. j.

ADDI-

STL.

STL.

† Rudem intelligit nouū, & adhucnē primū. fi. cuiꝰ & Neratius pater, nouos & recētes. rudes appel lat. l. vsufructuarius de vsufru. Eodē loquendi modo.

STL. vetera idem Iustin. in hac ipsa fere sn̄ia explicā. d. l. ij. §. sed cū. de veter. iur. enuc. ibi, hoies rudes, & qui in primis legum vestibulis stant.

STL.

STL.

† sic in proœ. decre. in gl. honestè. & s̄ prin. decreti c. humanum genus.

† An ante sponsū liceat offendere, vel alteri offensione sui permittere, vide hic p Io. Fa. & Angel. & per Arct. in c. si non licet. xxij. q. 1.

Quæstio. Iuris diffinitio.

STL.

ADDITIO. Glos. hic loquitur inutilia & remota. vnde Py verum dicit, ꝙ, hic lo pe-rator non diffinit ius: aliud enim est ius diffinire, aliud iuris præcepta enarrare, Ioan. Fa.

¶ *Huius*. Diuiditur in duas partes. In prima diuidit ius: in secunda proponit dicere de iure priuato.

STL. *CASVS*. In diuisione non figuratur. No. ius diuidi in publicum & priuatum: & quod sit publicum, & quod priuatum, Item quod resp. Romana ponitur pro omnibus rebus publicis]

¶ *Ius aut publicū est, aut priuatū: publicū, quod ad rem Romanā: priuatū, quod ad priuatos spectat. dicēdū est de priuato h.d. ex l. j. §. huius study. ff. eo. tit.*

¶ Huius studij[a] duæ sūt positiones,[b] publicū, & priuatū. Publicum ius[c] est, quod ad statum rei Romanę[d] spectat.[e] Priuatū est, ꝙ ad singulorū vtilitaté pertinet.[f] Dicēdū est igitur de iure priuato:[g] quod est tripartité[h] collectū. Est enim ex naturalibus[i] pręceptis, aut gentium[k] aut ciuilibus[l]

a ¶ *Huius study*. idest artis adipiscendæ per studium.

b ¶ *Positiones*. i. species, secundum Pla. sed secudum Azo. sic. i. super duobus generibus, non speciebus, ponitur hæc ars studio discéda, nec enim placet, quòd ex mulitudine rerum multa dicantur iura: sic enim diceretur ius aliud equinum, quod super equo tractaret: aliud asininum: & sic de singulis: sed credo quod iste non fuit Pla. intellectus, sed ille, qui est præceptoris mei. Accursius.

STL. *¶ Ego positiones hoc loco, reiectis subtilitatibus, pro speciebus aut generibus accipi existimo: ius enim aut publicum est, aut priuatum; tametsi aliter Budæus interpretetur in l j. ff eod.

c ¶ *Publicum ius*. Et consistit in sacris, in sacerdotibus(1) & magistratibus. ff. eo. l. j § publicū, & in auth. vt li. ma. & auiæ. §. qa vero ita. col. viij & C. de sū. tri. & fid. cath. l. inter claras. & ff de ori. iu. l. 2. §. post originem.

STL. * Cur publicum ius in sacris & sacerdotib. cōsistere dicatur, vide Alc. li. ij. Parer. c. xxv.

ADDITIO. (1) Notat hic Ang. quod cum ius publicum cōsistat in sacerdotibus, sacerdos est persona publica: non pōt tñ alteri stipulari, nisi de eo, quod spectat ad sacerdotis officium, vt vsuras restitui, vt notat Ioan. And. in c quamquam. extra de vsu, lib. vj. Ang.

d ¶ *Rei Romanæ*. id est, Romani Imperij. sic ponitur infra de pat. pote. §. ius autem.

e ¶ *Spectat* scilicet principaliter, nam & singulorum est vtilitas, rempublicā conseruari.

f ¶ *Pertinet* s. principaliter: secundariò autem ad publicam vtilitatem pertinet. expedit enim reip. ne quis re sua male vtatur; vt infr. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iu. § fin.

** ¶ Annotandum est, quatuor modis publicam vtilitatem accipi; alia enim vtilis est & publ. & cuiuslibet singulariter, vt illa quæ in sacris, & magistratibus consistit. d. l. j. §. publicum. altera, quæ publicè quidem vtilis est, nō et a n singulariter, qualis est illa, quę ad fiscum pertinet. l. penult. C. de prin. lib. xij. Alia, quæ & ipsa publice quidem sed magis singulariter vtilis est: vt quod dotatæ sint mulieres, vtile est id in primis ipsis mulieribus, deinde & ciuitati, nempe vt repleatur liberis hominibus. l. j. ff. solu. matrim. Quarta & vltima, quæ actu singulorum vtilis est; publice vero non nisi collectim, & cuiusdam vniuersi contemplatione, commoditatem quandoque afferre potest: vt quod subiecti sint locupletes: quòd nemo re sua male vtatur. d. §. fi. Infr. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. Sed hæc à proxima non multum distat, nisi quòd à publico commodo longius abest. Alciat.

g ¶ *De iure priuatò*. Sed quid de publicò, Respon. non dicet in hoc libro: sed ff. de iur. fisc. & C. eod. tit. & in alijs tit. sequentibus: & ferè per omnes tres libros Codicis, vbi de iure pub. tractatur. Et nūquid illud est tripartite collectum? Respon. sic vt statim dicam, & ex eisdem præceptis. Cum ergo eadē sint exempla publici & priuati, quare de priuato tantum dixit, ꝙ est tripartite collectum? Respōdeo. quia plura erat de eo priuato dicturus. Item cum fecisset hunc librum causa rudium, nolebat eos multum aggrauare: quod fecisset, si tractasset de iurepublico in hoc. li.

h ¶ Tripartitè. In iure enim priuato, vt in suo toto, tripartita sunt præcepta naturalia, vt hic, Neminem cum alterius damnō fieri locupletem, vt ff. de cond. inde. l. nā hoc natura. Item gentium: vt, Quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iure fecisse existimetur, vt ff. eod. l. vt vim. Item sunt præcepta ciuilia: vt pręcepta de vsuca. quia de priuata vtilitate est vsucap. vt Inf. de vsuc. in princ. ibi, Ne dominia &c. Et sic publicum est ex eisdem exemplis: & pone eadem exēpla. vt ecce, à iure naturali, vt non locupletetur cum iactura alterius respu. à iure gentiū, vt liceat reipubl. propulsare iniuriam. Itē à iure ciuili, vt respub. vsucap. sicut priuatus: quæ exempla posuimus supra statim in iure priuato.

Iuris priuati tripartiti exēpla.

Iuris publici tripartiti exēpla.

i ¶ *Naturalibus*. id est, iuris naturalis.

k ¶ *Aut gentium*. Id est pceptis iuris gētiū.

l ¶ *Aut ciuilibus*, scilicet præceptis.

De iure naturali.

¶ Dictum est supra, quòd ius priuatum est collectum ex naturalibus præceptis gētium, & ciuilibus: nunc de eis dicit, Et primo de iure naturali, Accur.

Ius nat.

Hinc liberorũ procreatio [a] †&†educatio. [b] Videmus etenim cetera [c] quoque animalia istius iuris [d] perita censeri.

¶ *Quilibet populus aut suo proprio iure vtitur à se statuto, q̃ dicitur ius ciuile; aut cõmuni omniũ hoĩum naturali rõne introducto, quod ius gentiũ vocatur, & po. Rom. vtroq. vsus est hoc dicit ex l. omnes populi ff. eod.*

¶ Ius autem ciuile † à iure gentium ita † distinguitur, [e] quòd omnes populi, qui legibus & † moribus [f] reguntur partim suo

de iure ciuili, vt ff. de iusti. & iu. l. ius ciuile. ¶ Adde, quòd quo ad formam verborum dicitur de iure canonico, & de iure diuino quo ad prohibitionem graduum ascendentium, & descendentium. c. literas. de testit. spo. sed dici potest, quòd non coniunctio sed prohibitio sit de iure diuino.

a ¶ *Hinc liberorum procreatio*. Nam Deus operatur ad liberorum procreationem, & naturalis instinctus.

b ¶ *Et educatio*. Nam hoc iure. s. naturali, mouetur parens, ad educationem filiorum suorũ potius quam alienorum, vt ff. vnde lib. l. scripto hære. in si † & ad etiã hoc tenetur parẽ, nisi per se sit sufficiens, vt ff. de lib. agno. l. si quis. §. Sed & si filius.

¶ Adde q̃ in tantum est verum, vt teneatur ad alimẽta filij, etiam si legitimam assignasset. l. Libertus operarum. ff. de ope. lib. Alex. in l. si cum dotem. §. 1. ff. solut. matr. * & considerando hoc modo educationem, nẽpè vt redacta est ad necessitatem nõ est dubitandum, quin sit iuris ciuilis: inspecto verò illo instinctu naturæ, quo ducimur ad educandum liberos nostros, à iure naturali descendit, vt tradit Dec. in l. pe. num. xxvj. C. de pac. Adde, quòd licet pater non teneatur alere filium, qui ex aliquo artificio alere se potest, hoc tamen intelligendum est, si illud artificium honestum sit, & possit secundum qualitatem personarum honestè exerceri. l. Nepos. de verb. sign. & ita declarat Bart. in d. l. si quis à liberis. item adde, quod pater non tenetur alere filios illicitè natos, vt not. glo. §. f. inf. de nup. secus tamen est de æquitate canonica.

c ¶ *Cætera*, Scilicet aialia, nedum homines.

d ¶ *Istius iuris*, Scilicet naturalis, de quo loquimur. Ex eo enim quòd auis volat, piscis natat, gallina oua calefacit, mouentur isto iure naturali.

SIL. ¶ Adde pro declaratione istorum verborum Budæum in suis Anno. l. 3. ff. eo. qui exponit verbum censeri. i. admirationi nobis esse ob huius iuris peritiam.

** Ego verò cum sciam apud Latinos sæpe ea dici censeri, quæ in aliquem ordinem & numerũ referuntur, & in eum quasi censum ascribuntur, crediderim verũ sensum huius loci esse, quasi Iustinianus dicere voluerit non solum hominum, sed cetera quoque animalia ascribi, & referri siue recenseri inter ea, quæ instinctu hoc naturali mouẽtur, & legẽ hanc à natura sensibus inditam exequuntur: quod & verba Græca Theophili hoc loco manifeste demonstrant. Vel simpliciter accipe verbum censeri id est prædita esse, vt & Iustinus dixit Scythas virtute animi & duritia corporis censeri; quo sensu etiam Vlpian. accepisse videtur l. j. ff. ad municip. et Sue. in libello de illustr. Grammat. qui loquens de Arteio Phil. ait, multiplici variaque doctrina censebatur.

¶ Ius autem. Diuiditur in iv. par. in prima ponitur dictũ, quòd omnes populi aut proprio iure vtuntur, aut communi omnium gentium: in ij. declaratur quid sit ius proprium & ciuile: in iij. quid ius gentium: in iiij. quòd pop. Roma. vtroque vsus est. ij. ibi, nam quod iij. ibi, quod verò. iiij. ibi, & populus.

CASVS. Declaratum fuerat quid esset ius naturale: & quia dictum fuerat, quòd cõstabat ius omne ex preceptis naturalibus, gentium, & ciuilibus declarandum, modò veniebat, quid esset ius gentiũ, & ciuile, dubiũ autem faciebat, quia cum ista iura essent communia hominibus tantum, non videbantur etiam in nomine diuersificanda, sed esse eiusdem speciei. Attamen contrarium deciditur, & diuersitas sumitur ab origine, declarando, quòd quoties aliquod ius obseruatur apud omnes gentes peræq. ratione quadam naturali, tunc est ius gentium: quoties autem ius seruatur ex dispositione particulari alicuius ciuitatis, illud vocatur ius ciuile, quasi illius ciuitatis: & quia declarandum erat ius Romanorũ. dicit pop. Roma. vtroq. iure vsum esse Not. q̃ oẽs populi possunt sibi condere statuta, & q̃ talia statuta dñr ius ciuile. Item q̃ relatiuũ, quis vel qui, stat restrictiuè secũdũ gl. hic. Item quòd differunt ll. & mores, & sic cõsuetudo. Item q̃ oẽs populi partim vtuntur suo proprio iure, partim cõi. Item quòd ius cõe hic appellatur gentium. Item vnde dicatur ius ciuile & quare. Item quòd ius gentiũ introducitur naturali ratione. Item q̃ ius gẽtium dicitur quod apud omnes gẽtes peræq. obseruatur: & vnde dicatur. Item quòd pop. Rom. habet suas ll. partim à iure gentium, partim à se ipso. Item quòd singulæ materiæ sunt tractandæ suis locis, & non sunt confundendæ.]

e ¶ *Distinguitur*. i. vnum ab altero sic cognoscitur. Accur.

f ¶ *Legibus & moribus*. Nam quidam sunt qui reguntur tantum moribus: & etiam quidam qui nec moribus nec legibus, vt homines

† aliàs hic educatio.

† Nam ipse naturalis stimulus parentes ad liberorũ suorum educationem hortatur, vt ait idem Iust. l. 1. §. silcar. C. de rei ux. act.

† Quod sequitur non est Accur. SIL.

† aliàs vel gentium.

† aliàs diuiditur.

† mores quemodo hic accipiendi sint, vide Budaũ ad Ius ciuile ff. de iust. & iu.

proprio partim cōi [a] omnium hominū iure vtuntur. Nā quòd quisq. popul[9] ipse sibi ius cōstituit, id ipsius propriū ciuitatis est: vocaturque ius ciuile[b] quasi ius propriū ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis rō[c] inter oēs gētes cōstituit; id apud oēs populos pereq; custoditur; vocaturq. ius gētiū, quasi quo iure oēs gētes vtuntur.[d] †Populus itaq.[e] Roman[9] partim suo[f] proprio, partim cōi omniū hominū iure vtitur: quę singula[g] qualia sint, suis locis ꝓponem[9].[h]

¶ *Ius ciuile denominaturà populo cōdēte: & iuris ciuilis appellatione ius Romanum intelligitur per antonomasiam. hoc dicit.*

mines sylvestres: & etiam quidam legibus tantum, & non moribus.

STL. ¶ Adde, quòd hæc glo. communiter reprobatur hic & in l. omnes populi, quia hoc relatiuum stat declaratiuè, & competit cuilibet de genere. Defendi tamen potest declarādo vt hic in nostris Commētarijs & Ann. **. Theophilus hæc verba legit disiunctiuè, Legibus, aut moribus: & Salomonius quoque ita legi oportere, ex antiquis exemplaribus asseuerat: secundum quam lecturam non paucæ sopluntur difficultates, quas hic doctores excitarunt.

a ¶ *Communi*. Id est eo iure, quod est in communi apud omnes, siue scriptum sit, siue non.

Ius ciuile sex modis dicitur.

b ¶ *Ius ciuile*. Vt sunt statuta terrarumq; quæ iura municipalia dicuntur, vt C. de eman. li. l. i. & sic dicitur ad differentiā iuris naturalis, & iuris gentium: & ita accipitur hic. Secundo mō dicitur ius ciuile lex xij. tabularū, vt ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. §. hoc agitur.

STL. ¶ Adde hoc verum secūdum interpretationem glo. ibi: sed tn̄ non se restringit tex. magis ad xij. tab. quam ad aliud ius Romanorum. Tertio dicitur ius ciuile omne ius, quod non est prætorium: & sic accipitur. ff. de iust. & iu. l. ius autem ciuile, in princ. & §. ius prætorium. Quarto dicitur disputatio prudentium, quæ fuit facta super l. xij. tabul. vt ff. de ori. iur. l. ij. §. hæc disputatio. secundum Ioan. Quinto quicquid scriptum habemus de iure, dicitur ius ciuile: vt cum dicitur. Est enim sanctissima res ciuilis sapientia, quæ pretio nummario non est æstimanda, vt ff. de va. cog. l. j. §. proinde. Sexto dicitur quoties adijcitur aliquid iuri naturali, vt in matrimonio modò diximus: vel detrahitur iuri naturali, vt in vsucapionibus, vt inf. de vsuc. in princip. †vel adijcitur iuri gentium, vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter, vt inf. de tut. in princ. vel detrahitur, vt in potestate seruorum restricta, vt inf. de ijs qui sui vel alieni iuris sunt §. sed hoc tempore. hoc enim ius dicitur, vt ff. de iustit. & iur. l. ius ciui. j. respon. & hæc exempla sunt tibi notata.

† In hoc §. quia eo iure omnia erat cōia secūdum Ias. hic. alias si gl. præsup. quod illo iure esset dare meū & tuū, esset fal. vt per.

¶ Adde, quòd hæc glo. dicitur magistraliter ab Ange. hic, tn̄ dicendum est clarius, quòd qn̄que ius ciuile capitur strictè: & ponitur ad differentiam prætorij: qn̄que largius. & comprehēdit prætorium, & oē id, quod à po. Ro. est constitutum, qn̄doque largissimè. & capitur et pro naturali vel gentiū recepto à iure ciuili, siue sit simpliciter receptum, siue aliquid additum vel mutatum: quæ probantur in l. ius ciuile ff. eo. tit.]

STL. Iaco. de Are. Bal. & Alb. in l. ius ci. ff. de iuf. & iure.

c ¶ *Naturalis ratio*. Nota, quod ius gentiū naturali ratione est inductū vt hic, & inf. de re. diui. §. singulorum. vnde est immutabile, vt inf. eo. §. sed naturalia. Accu.

† alias & populis. † Tex. est not. secūdū Iac. in l. i. §. & generaliter. ff. de ri. n. in pom. quē Bal. reputat sing. in l. matres. C. ad tex. & cui potius sit parendū vide per Ang. Are. hic.

d ¶ *Vtuntur*. Vt est religio erga Deum, vt parentibus & patriæ pareamus, & contra violentiam resistamus, vt ff. de iust. & iur. l. j. in fi. & l. ij. & iij. Item conuentiones siue pacta, quæ apud omnes gentes valent, vt in eo. §. ius autem gentium. & ff. de pact. l. iuris gen. in princip.

** ¶ Adde, non esse parendum patri, si turpia aut impia, imperarit, veluti proditionem patriæ, matris necem, & id genus alia. l. minimè de reli. & sumptu. fu. qua de re pulcherrimè A. Gel. lib. ij. c. vij. Amplius, si pater violata pace hominem occiderit, ei filius alimenta præstare non tenetur, c. j. §. si quis hominem, de pace ten. in feu.

e ¶ *Itaque*. Quia omnis populus vtitur partim iure communi, partim &c.

f ¶ *Suo*. Quod pro se tantum composuerūt alias esset lex generalis, vt inf. eo. §. lex.

** Dic generaliter suo iure, i. à se composito non pro se. Ius enim ciuile est, quod po. Ro. pro se & Imperio suo statuit, siue lex sit generalis, siue alia pars. §. constat. inf. eo.

g ¶ *Quæ singula*. Scilicet iura gentium, & ciuilia: quibus vtuntur ciues Romani, & effectus eorum iuriū dicetur inf. de re. diui. §. singulorum, vsque ad finē tituli, vbi dicitur qualiter acquirūtur dn̄ia iure gentium: item inf. de vsuc. & in tit. sequentibus, in quibus dicitur qualiter acquirūtur dn̄ia iure ciuili, & secundum hoc refertur ad proximum dictum, & illud intelligas de iure ciuili Romanorum generali. Vel aliter dic: proponemus. inf. eo. tit. §. penult. vbi dicit alterum variabile, vt ciuile, alterum non, vt gentium, & secundum hoc non refertur ad proximum dictum, sed ad id, quod dicit sup. Nam &c. & etiam, Quod vero, &c. ¶ Adde, quòd prima verior est propter illa verba, Suis locis.]

h ¶ *Proponemus*. Sed vbi? Respondeo fortè inf. de STL.

† *Ista gl. contradicit gl. preced. sed ambæ sūt bonæ ut referatur ad proximū dictum vel ad remotum. cum secundum ambas expositiones loquimur de iure gētium & ciuili secundum Ni.*

¶ Sed ius quidem[a] ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellatur:[b] veluti Atheniēsium: nā si quis velit Solonis,[c] vel Draconis leges appellare ius ciuile Atheniensiū, nō errauerit.[d] Sic.n.& ius[e] quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorū appellamus: vel ius Quiritū,[f] quo Quirites vtūtur. Romā.n. à Romulo; Quirites à Quirino[g] appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius sit ciuitatis,[h] nostrū[i] ius[k] significamus: sicuti cū poetam dicimus, nec addimus ei nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius.[l]

¶ *Ius gentium omnibus hominibus est cōmune, et à gētibus factū vsu, et necessitatibus ita exigētibus: ex quo bella licita oriūtur, & captiuitates, & seruitutes: & contractus quibusdam exceptis. h. d. vsque ad §. constat. ex l. manumissiones, & l. ex hoc iure ff. eodem.*

inf. de re. di. §. singulorum. † & refertur non ad proximum dictum, sed ad id, q dictum est: Nā q quisque &c. & ibi. Quod verò &c. ¶ Sed ius quidem. Diuiditur in duas partes in prima declaratur, q ius ciuile ab vnaquaque ciuitate condente appellatur: in ij. quid venit appellatione iuris ciuilis. secunda ibi, sed quoties.

CASVS. Quia dictum fuerat vnamquamq. ciuitatem ius sibi constituere posse, idque vocari ius ciuile: quęsitum fuit an, in iure ciuili esset particularis aliqua appellatio. dubium faciebat quia cū esset positum ad differentiā iuris gentium, quod vno vniformi nomine appellatur, videbatur eodem modo esse etiam ius ciuile. Cuius contrarium deciditur, dicendo ius ciuile nomen recipere ab vnaquaque ciuitate condente. Ratio differentiæ est, quia cum illud sit ius gentium, quod peræquè apud omnes seruatur, non potest esse nisi vnicum: at ius ciuile diuersificatur secundum diuersas qualitates dispositionum à diuersis populis factas. Sed tunc dubitatum fuit: quid si reperiatur facta mentio iuris ciuilis, inter tot iura ciuilia, de quo intelligēdum erit? & dubiū faciebat, quia cū tot essent quot ciuitates, nomen videbatur æquiuocū, quia casus presupponitur remotis oībus coniecturis, & posito simpliciter iure ciuili in eius simplici denominatione; & ideo ea videbatur capiēda interpretatio, quæ solet fieri in similib. æquiuocis. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. Tñ cōtrariū dr̄ disponēdo q intelligitur de Romano per antonomasiā, quæ rō per se tollit rōnem dubitandi: quia alijs cessantib. excellētia ipsa est cōiectura, q ostēdit, q fuerit mēs disponētis, & noīantis ius ciuile. Not qd ius ciuile ab vnaquaq: ciuitate appellatur. Itē vñ sint dicti Romani, & vñ Quirites. Itē q nō adiecto alio nōie, iuris ciuilis appellatione, intelligit de Romano, & ita itelligas hūc tex. qa quis a plurib. allegatur hic tex. nr̄, q d appellatione iuris veniat ius Romanorum, tñ qui ita intelligunt, nō bene intelligūt, deciditur enim hic, non quid veniat appellatione iuris, sed quid veniat appellatione iuris ciuilis. ita enim probat aduersatiua illa (sed) quæ facit retineri eosdem terminos Alex. in l. filius à patre, ff de libe. & post. Itē tex. ibi, si nō addimus nomen cuius sit ciuitatis. Itē no. quod verba equiuoca in dubio intelliguntur in digniori, & potentiori significatu.]

a ¶ *Sed ius quidem* &c. Diximus autem populos omnes aut proprium ius habere: Sed &c.

b ¶ *Ciuitate appellatur* idest nomen illius ciuitatis, vbi factum est ius ciuile dēt ei imponi.

c ¶ *Solonis.* Nomina sunt cōpositorū statutorum in illis ciuitatibus sicut si appellat quis ius ciuile Bonon statutum à compositoribus inuentum, & consilio confirmatum.

** Solon leges scripsit Atheniensium Tarquinio Prisco Romæ regnante anno regni eius 33. teste Gell. lib. 17. c. 21. primus sn omnium Draco tulit, ll. quibus Atheniēses vterentur, auctore eo. Gell. l. 11. c. 18.

d ¶ *Non errauerit*. immo benedixerit.

e ¶ *Sic enim & ius.* Quod pro se tātum cōposuerunt: aliter esset gnālis lex. vt inf. eo. §. lex est, & d hoc. C. iure ciuili gnālis̄ hic loq.

f ¶ *Ius Quiritū.* Pro eod. licet noīa mutet.

g ¶ *A Quirino.* qui fuit eorum rex; dictus à Quiris quod est hasta: quia magna hasta in bello vtebatur. *Quirinus vnde dicitur.*

¶ Adde, quod Quirinus & Romulus idem est † ita dictus ab hasta, quam erat solitus gestare, quæ Sabinorū lingua curis dicitur, sicut & Iuno curitis est appellata.] *SYL.* † *Ex Ouid. lib. 2. Fast.*

h ¶ *Ciuitatis.* Sed si simpliciter, dr̄ ius ciuile.

i ¶ *Nostrum. s.* Romanorū per excellentiā.

ADDITIO Et ideo dicit Io. Fab. quod in supplicādo pro præbēda ecclesiæ cathedralis, specificatio ipsius Ecclesię vitiaret: quia sufficit quod dicatur: in Ecclesia Lugdunēsi, vel Parisiē. & qd ita d facto vidit obseruari.

K ¶ *Ius. s.* ciuile Romanorum proprium, vel generale. si est factum vt sit generale. *Diuisio.*

l ¶ *Virgilius.* Idē in Apostolo. nam Paulus

in diuina scriptura intelligitur. Item vbi dicitur, sapiens, intelligitur Salomon.

STL.

¶ Ius autem. Primo ponitur vnum dictum. Secundo ponitur ratio, quare ius gentium fuit inuentum. Tertio ponuntur exempla rationis. Secunda ibi, Nã ius. Tertia ibi, bella, Angelus Aretin.

¶ Ius autẽ gentium. *CASVS.*

¶ Visum fuit in quo differret ius gẽtium à iure ciuili & vtrunque satis declaratũ: vnde quæsitum fuit, an sicut ius ciuile habebat suas dispositiones, ita & ius gẽtium. Ratio dubitãdi fuerat, quia supra dictum fuerat, quòd illud erat gentium, quod naturali ratione peræque custodiebatur: non videbatur ergo esse debere aliquod ius constitutum in ipso iure gentium, sed quasi omnibus gentibus à natura pariter insitum. Respondetur tamen contrarium, & assignatur ratio in tex. ibi, nam vsu. In hoc tamen differt à iure ciuili, quia hæ constitutiones omnium gentium consensu factæ sunt, illæ particulari alicuius vrbis. Not. ius gentium esse commune omnibus gentibus, & quòd constitutiones iuris gent. vel ex commoditate, vel ex necessitate gentium sunt introductæ. Item quo iure bella & seruitutes ortæ sunt, & seruitutes naturali iuri esse contrarias: & quod de iure naturæ omnes homines liberi nascebantur: & quod omnes ferè contractus sunt de iure gent. Item no. quod ll. & statuta debent fieri aut propter commoditatem, aut propter necessitatem hominum: item quod ius gentium derogat iuri naturali: item quod dictio, ex, denotat principium temporis.]

† Primi omnium Afri. prælium contra Aegyptios fecere fustib. quas phalangas vocant.

¶ Ius autem [a] gentiũ omni humano [b] generi commune est. Nã vsu [c] exigente, & humanis necessitatib9, gentes humanę iura quędã sibi cõstituerũt. Bella [d] etenim orta † sunt, & captiuitates secutę, & seruitutes: quę sunt naturali iuri contrarię. Iure enim naturali omnes homines ab initio [e] liberi nascebant. Et ex hoc iure gentiũ omnes penè [f] cõtract9 introducti sũt: vt emptio & venditio, locatio & conductio, societas, depositum, mutuum, &

a ¶ *Ius autem.* Autem, pro sed: & repetit de iu. gen. vt aliquid addat.

STL.

¶ Adde notandum esse hanc glo. vt non dicatur superfluum, quando aliquid repetitur, vt aliquid addatur.]

Genus humanũ est vnicum.

** ¶ Adde, quod repetitio eiusdem rei alio quoque casu toleratur, cũ. s. fit, vt quod ante dictũ est, clarius & dilucidius enarretur, gl. j. in c. canon. de cle. li. vj. & in c. i. in ver. & si iro. de fu. tri. eod li. qua de re late Dec. in l. 2. §. vlt. si cer. per. & in l. q̃ dubitatio de reg. iu.

b ¶ *Oĩ humano.* Sed nunq̃d plura humana gña sunt? Rñ. non: exponõ † ergo. i. oĩb. hoĩb.

† Vel expone. i. to ti secũdũ Nic. & Io. Fab.

** Similis tropus apud Marcum c. vlt. euntes in mũdũ vniuersũ, pdicate euãgeliũ oĩ creat.

quis diceretur in fraudem manumittere: & respōde prout in tex. l. secundò quæsitū est, an qui re ipsa fraudat, quia soluendo non est, dicatur in fraudē agere, si animus fraudandi esset & ratio dubitandi videbatur, quia cum in fraudem committēdam effectus ipse inspiciatur, satis videbatur effectus ipse absque consideratione animi, l. 3. C. de institut. & substit. Sed cōtrarium deciditur ea ratione: quia fraus ipsa sine animo fraudandi non censetur, quia fraus sine dolo nō existimat. l. iuris gēt. §. sed & si fraudandi. ff. de pact. vbi omnes not. ad rationem dubitandi responderi potest ex his quę not. in glo. Not. quòd siue ante, siue post statim, sit non soluendo, debitne non potest manumittere. Item quòd animus & intentio distinguunt facta. Item quòd quo ad libertatem non sufficit creditores damnificare, nisi adsit animus damnificandi. Item quòd quis potest verisimiliter ignorare vires sui patrimonij.]

† In dubio. n. s. a nedū est validitas actus. l. quoties in stipulationibus de verb. oblig.

a ¶ *In fraudem.* sic. ff. eod. tit. §. qui & à qui. ma. li. vel non. l. in fraudem.

ADDITIO. Multis modis quis præsumitur alienare in fraudem. Primò si omnia bona sua alienauit. Secūdò, si alienauit in personam cōiunctam. Tertiò, si post alienationē nihilominus alienās reperiatur possidere. Quartò, si alienatio est facta clam. Quintò, si de proximo sequatur delictum vel fuga alienātis. Sextò, si alienatio est facta sub conditione; si contingat bona sua publicari, vel per creditores auferri Ang.* Adde Ias. in §. Item si quis In fraudem. inf. de act.

b ¶ *Soluendo.* Cum & sciat se habere creditores, vt ff. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. Lucius.

STL. ¶ Adde si fit de facto suo recēti, aliàs secus, arg. l. fi. ff. pro suo. secundum Ang.

c ¶ *Non est.* Et tunc erit peius soluendo.

d ¶ *Præualuisse.* Nam quidam dicebant, quòd sufficiebat solus euentus: & alij dicebant, quòd exigebatur vtrumq scilicet fraus & euentus: & ista sententia præualuit: tamen ex prædictis videbatur sufficere euentum solum, tamen, &c.

¶ Adde nota casum quem omninò vide in l. si quis cum haberet. ff. quæ in frau. cre.

STL. Libertas in fraudem data an possit reuocari.

e ¶ *Non impediri libertates.* Hic diligenter attende, quod si directè detur libertas, non solū inter viuos, sed etiam in vltima voluntate, duo necessaria sūt scilicet consilium, hoc est fraus: & euentus, vt hic, & ff. eod. l. in fraudem, & C. eod. l. 1. in fideicōmissaria sufficit euenus, vt C. qui man. nō poss. l. fin. Et est ratio, quia facilius libertas de facto data ab hærede † reuocatur, quā à defuncto, cum ius videbatur dispositio lex vt ff. de fidei com. li. l. 2. & 4. §. si quis autē exemplū. Alia ratio. not. C. eod. l. fin. In alijs autem alienationibus, quæ in fraudem creditorum fiunt, dic vt inf. de acti. §. item si quis in fraudem.

† Quia in ea nō est voluntas testatoris. vt est text. not. secū dū Iaso. in l. si. pater. in prin. ff. d ys quæ in te. s. qd fraudentur creditores. l. creditor. §. fi. ff. ma. Itē nec hæredis, quia videtur facere ex debito nō sua voluntate l. 1. C. de. STL. lib. & cor. lib. & ita hāc glo. approbat Iason. quāuis Angel. teneat gl. in cōtrarium. STL.

¶ Adde quod ratio de qua in d. l. in fraudē, communiter reprehēditur per doct. hic alias rationes assignat glo. in l. fi. C. qui ma. non post. quarum vlti. approbatur per doct hic: & aliam tradit Ias. in §. Item si quis in frau dem. inf de acti. col. 11.

f ¶ *Sæpe.* Respondet tacitæ obiectioni, quomodo potest esse animus bonus, cum ipsa veritate fraudet eos? Respon. Sæpe enim & c. Sed argu. contra. C. de rescin. vendit. l. quisquis.

¶ Adde, quòd de hac ratione assignata in hoc versi. sæpe. & de eius veritate, videnda sunt quæ ponit Bart. in authent. sed cum testator. C. ad fal. & Ias. in d. §. item si quis in frau. coll. x]

ADDITIO. Dic ad contrarium. d. l. quisquis, quòd ibi loquitur in contractu inter viuos, hic in vltima voluntate Ange.

g ¶ *Cum vtroque modo.* scilicet cum fraus, & euentus interuenit: vt subijcit: & facit ad hoc. ff. qui & à quib. manu. lic. vel non. l. in fraudem.

h ¶ *Consilio.* Nota quem teneri de consilio. Sed cōtra. ff. man. l. 2. § fin. sed hic fuit fraꝰ, & ideo fuit tale consilium obligatorium, quia fuit fraudulentum.

¶ Adde, quod male sumitur hic hoc ne, quia

verbum

verbum consilium, hic pro proposito sumitur, prout quando dicimus donationem re & consilio inofficiosam. * Ex consilio autem an quis obligetur, vide Decium in l. consilij. ff. de reg. iur. Auth. de defens. ciuit. §. nulla. col. 3.

¶ Adde legendum concilio, vt habetur in l. si minor. ff. de manu. vind. * quamuis vtraque lectio defendi possit: sed declara, vt hic in nostris Annot. & Comment.]

fiat in STL. loco manisorum : quia exigit plenã causæ cognitionem.

¶ Eadem. Iste § cũ §. sequẽti diuiditur in tres partes. Primò ponit, qualiter minor viginti annis nõ potest manumittere nisi ex causa. Secundò ponit, quæ sint causæ iustæ. Tertiò limitat vnam prædictarum causarum. Secunda ibi, Iustæ. Tertia ibi, Et seruus. A ret.

STL.

¶ Eadem lege. CASVS elicitur ex § seq. vbi ponitur ratio dubitandi, ibi quod non erat ferendũ. & ratio decidendi exprimitur in tex. ibi, sed cum Not. formam manumissionis minorum, & quæ sint iustæ causæ. Item quod pædagogus, nutrix, & alumnus, æquiparantur consanguineis. ** Item quod seruus non potest esse procurator, nec matrimonium contrahi cum serua.] Item quod procurator esse potest qui excedit 17. ann. Item non sufficere causam allegare, nisi approbetur: & quod semel approbata non retractatur]

numittentis, & ipsare, eo quòd eius bona non sunt suffectura creditoribus.

¶ *Minor viginti annis causa probata penes consilium vindicta manumittit: qua approbata, licet falsa nõ reuocatur: & quæ sint iustæ causæ. hoc dicit ex l. iusta & l. si minor. ij. cum se. ff. de manu. vind.*

¶ Eadem [a] lege Ælia Sẽtẽtia dño minori [b] 20. annis non aliter seruos suos manumittere permittitur, quã si vindicta [c] apud cõsilium, [d] iusta causa manumissionis ap̃probata, fuerint manumissi. Iustæ autem manumissionis causæ [e] hæ sunt: veluti si quis patrem, [f] aut matrem, filium filiamue, aut fratres sororesve naturales, [g] aut pędagogũ [h] aut nutricem, aut educatorẽ,

* Consiliũ appellat conuentum iudicium, quod adhuc cõsiliũ appellamus, vt ostendit Cic. in ora. pro Sex. Roscio. Theophilus autem hoc loco scribit, cõsilium esse cõsessum certorũ virorum statis anni dieb9 coeuntium: quod latissimè explicat: quamuis & cõcilium rectè legi possit, vt in d. l. si minor. est autem cõcilium propriè conuentus cõsulendi gratia cõgregatus: dictum a concalando, idest in vnum conuocando: sensu accipit Virg. cum ait, Conciliumque vocat diuum pater, atque hominum rex.]

a ¶ *Eadem.* Scilicet de qua habita est mentio supra eo. in principio.

b ¶ *Minori.* Sufficit ergo, si non sit minor 20. annis, etiam si non sit maior, vt quia tetigit vltimum diẽ vicesimi anni, vt ff. de manu. l. 1. sicut in testamento fauore sui: vt ff. de testa. l. qua ætate.

¶ Adde, quòd in dispositione legali, in qua loquimur nos, debet distingui, au loquimur de odio, & nõ habetur pro finita: aut de fauore, & habetur, vel non secundum quòd fauor est haberi, vel non haberi pro finita: ita concludunt communiter doct. & hic in l. 2. § minorem, ff. de mino.

c ¶ *Vindicta.* Hoc expone vt supra titu. 1. §. multis.

d ¶ *Apud consilium,* idest apud locum illum vbi habetur sup. hoc cõsiliũ, idest deliberatio, & sic ponitur id, quod fit, pro eo, vbi fit, vt ff. de iusti. & iu. l. pen. §. fi. † Vel dic apud eos qui præsunt consilio, vt sunt omnes habẽtes ordinariam iurisdictionẽ, etiam minimi magistratus, cum hoc fit de volũtaria iurisdictione, vt ff. de offi. procon. & le. l. 2. & in

STL. † Et hæc vera, secundum qua tex. non superfluit etiam con filiis & verbum vindicta expositũ, vt in gl. 2. §. 1. supra de li. sint diuersa & sic est speciale vt hac manumissio

e ¶ *Iustæ autem manumissionis causæ,* facit. ff. de manu. vin. l. si minor. cum. l. seq. vsque ad l. apud. vbi iustæ causæ connumerantur. connumeratur enim inter iustas causas manumittendi, si dominum à periculo vitæ, vel infamiæ liberauit seruus, vt ff. de man. vind. l. iusta

f ¶ *Patrem.* Sed qualiter potest filius habere seruum suum patrem, vel econtra, vel frater fratrem suum, siue sororẽ? R. bene potest: vt quia instituit dñs filiũ serui sui hæredem, vel filium ancillæ, vel econtra, & sic de alijs: quo casu sic institutus hæres liber est, & dominus omnium bonorum, quorum dominus fuerat testator, vt sup. eod. §. i. & ff. de acquir. pos. l. cu hæredes: itẽ potest esse, vt si habeat quis filium ex ancilla sua: nam est seruus & filius, vt C. commu. de ma. l. fin. & ecõtra si seruus habeat filiũ ex dña; nã filius est & liber & dñs, cum ventrẽ sequatur, quo ad statum, vt C. de rei vend. l. partum. licet possint ipse & domina accusari, vt C. de mu. quæ seruis propri. se i. & inf. de hær. inst. §. j.

g ¶ *Naturales.* Et legitimos: vel naturales tantum.

h ¶ *Pædagogum,* scilicet qui ab initio instruit pueros, à pais quod est puer, & ago, quod est ducere: quasi ductor siue gubernator puerorum.

* Dic: quod dicitur à pais puer, & agogus ductor, quasi pueri ductor.]

STL. a ¶ *Alumnum*, passiuè, quem vel quam dominus aluit, vt differat à superiori.

¶ Qui propriè dicatur alumnus, & ꝙ coniunctis æquiparetur in omnibus, quamuis matrimoniū inter eos nō prohibeatur, vide Decium in l. legem. in prin. C. de pact.]

alumnū,[a] alumnāve, aut collactaneū[b] manumittat, aut seruū ꝓcuratotis habēdi gratia, aut ancillā matrimonij habēdi cā, dū tñ intra sex mēses in vxorē ducat,[c] nisi iusta cā[d] ipediat: & seruus, q manumittitur ꝓcuratoris habendi gratia, nō minor decē & septē annis[e] manumittatur. Semel autē causa[f] approbata,[g] siue vera sit, siue falsa,[h] non retractatur. †[i]

¶ *Qui xviij. annū attigit, potest testamēto seruo libertatē relīqre, q̃uis iure antiquo ante xx. nō posset. h. d.*

¶ Cum ergo certus modis manumittendi minoribus 20. annis dominis per legē

*Rectè Accurs. interpretatur verbum alumnum hoc loco passiuè, comprobat hoc & tex. in l. alumnos, ff. de man. vi. licet aliàs actiuam quoque significationem habeat, vt tradit glo. & doc. in leg. 1. Cod. quæ res pign. ob. pos.

b ¶ *Collactaneum*, qui simul mecum lactauit quem fratrem Bon. appellant.

STL. ¶ Adde hæc vera dummodo habeat pluras seruos, vt est tex. in l. si collactaneus. ff. de ma. vin.]

c ¶ *Ducatur*. præstito sup. hoc sacramento, vt ff. de manu. vin. l. si collactaneus in fine.

d ¶ *Iusta causa*. Vt infirmitas, quæ tribuit dilationem, vt ff. si quis cau. l. 2. §. 3 & 4. ff. de te iud l. quæsitum. vel alia qualibet iusta cau. vt ff. ex qui. cau. ma. l. 1. in fi.* Tu exemplifica secundum Theophilum, veluti si manumissor interim fiat senator, quod innuit etiā text. in l. si rogatur. §. matrimonij. de man. vin. libertinam enim vxorem duci à senatore. l. Iulia prohibetur l. lege. ff. de ri. nup. nam exemplum infirmitatis non videtur bonum, quia cum nuptias, de reg. iur. excusandus non videtur ob infirmitatem, q iurauit ducere libertā vxorē si matrimoniū non cōtrahat, ꝙ cōtrahi pōt etiā cōstituto i extremis, vt no. Io. And. in c. sine culpa, de reg. iur. & Alex. in l. si qs posthumos. ff. d lib. & post.

e ¶ *Decem & septem annis*. Sed quomodo minor 25. annis potest esse procurator, vt C. de procu. l. exigendi. & ff. de procur. l. si minor? Respond. hic ad negotia fuit: non autem in iudicio esse potest: † sic aliàs est differentia inter hos procuratores, vt ff. man. l. si procuratorem §. 1.

*Adde, ꝙ text. iste nō potest intelligi de ꝓcuratore ad negotia, cū is cōstitui possit le iure ēt si nō manumittatur l. sed & si quis. § parui ff de inst. & l. deniq. §. si de min. quinimmo & minor 17. ann. l. nam. ff. de instit. Intelligas ergo de ꝓcuratore ad lites, qui licet hodie secundū ius canonicū cōstitui nō possit nisi 25. an, c. qui generaliter, de ꝓcu. lib. 6. tamen de iure ciu. ætas 17. an. ad postulandū idonea est, dr in §. seq. & in l. 1. ff. de postul.

† *Et hæc veritas hodie decisa in c. qui generaliter, de proc. lib. 6. fallit tamē in casu dicta l. exigēdi. secundū doct. mo.*

f ¶ *Causa*. Scilicet manumissionis.

g ¶ *Approbata*. Scilicet apud consilium.

h ¶ *Siue falsa*. q. d. si dixit filium, licet nō sit: vel patrem, vel similia, licet hæc ita nō sint, secundum quosdam: quod reprobo: cum id, quod falsum sit, nihil sit, nec pręstet causam, vt ff. de verb. signific. l. Paulus & C. si ex fal. istru. per totum. & ff. de excep. l. qui agnitis, vnde dic vera, id est iusta, falsa, idest iniusta: vt quia dixi eū socium meum fuisse in armis vel in scholis, quod inducebam pro iusta causa: & fuit talis causa, vel similis approbata, licet non debuerit approbari: & sic vera ponitur pro iusta, sic ff. de leg. 1. l. si fideiuss. §. 1 & ff. de in int rest. l. omnes. sic econtra iusta pro vera, vt sup. tit. 1. in prin.

† *aliàs retractetur.*

STL. ¶ Adde pro expositione huius gl. tex. in l. iusta § 1 ff. de man. vin. ibi qualiscuq. cā recepta.* Adde, quod tex. potest intelligi, vt iacet, per tex. in l. iusta. §. 1. de ma vin. quia vt ibi dicitur, causæ probationi contradicendū est, non autē causa iam probata retractāda: nā libertas data nō nisi ex maxima cā retractatur. l. si ex causa. in fi. & seq. ff. de min. & sic ratio fauoris libertatis tollit obiecta glo.

i ¶ *Nō retractatur*, sic ff. de ma. vin. l. iusta, qa nihil facilè immutādū est ex solemnibus, vt ff. de in inte. rest. l. diuus Sed cōtra. ff. de excusa. tu. l. sed & reprobari. Respōso. sed hoc fauore libertatis, illud fauore sanitatis. Accu. * Melior est rō, quia libertas semel coll. non retractē nisi ex magna cā l. si ex cā. in fi cum l. seq. ff. de min. & quia cā iā probata, qa antea poterat cōtradici, non debet retractari. d. l. iusta. & quia cum semel sit quęsita libertas quodammodo per sententiam approbationis causæ, præiudicat quo ad omnes sicut causa ingenuitatis, cūpro veritate habeatur. l. res. de reg. iur. & l. ingenuū de stat. homin.

* Quid de sententia lata ex falsis allegationibus, testibus, vel instrumētis, an & qn̄ dicatur nulla, seu retractet, vide ti & ibi doct. præsertim Bart. C. si ex fal. alle. & tit. si ex fal. instr.

¶ *Cum ergo*. Diuiditur in duas partes. In prima recitatur ius antiquū, & inconueniēs ꝙ ex eo insurgebat. in tertia ponit decisionem & correctionē suā: secūda, ibi, sed cum.

STL. ** ¶ *CASVS*, Ita figurari potest. visum est sup. proximè, ꝙ l. Ælia Sentia prohibet minoribus 20. ann, manumittere, nisi iusta causa apud consiliū approbata, vnde cū indistin-

ctę

Aeliam Sentiā constitutus[a] esset, eueniebat, vt q quatuordecim annos expleuerat, licet testamentū[b] facere, & ī eo sibi hęredē instituere: legataq. relinquere posset: tamē si adhuc minor esse vigitiannis; libertatē seruo dare non† poterat. Quod nō erat ferendum† si is, cui totorum suorū bonorū in testaméto dispositio data erat, †vni seruodare libertatē nō permittebatur; quare† nō similiter ei, quemadmodū aliæ res, ita & † seruos suos ī vltima volūtate disponere, quēadmodū voluerit pmittimus, vt & libertatē eis possit pręstare: Sed cum libertas[c] inęstimabilis res sit, & propter hoc ante xx. ætatis annum† antiquitas libertatē seruo dare prohibebat: Ideo nos mediam[d] quodammodo viam

ctè loqueretur, videbatur indistinctè interpretanda, & ita vt nec testaméto quoq. aliter dari posset libertas, quia l. generaliter loquēs generaliter debet intelligi l. 1. §. & generaliter ff. de leg. præst. licet sit maior ratio in vno, quā in alio. l. 1. ff. de aleæ lu. & alea. Sed hinc oriebatur magnum absurdum, quod posset maior 14. annis in testaméto de omnibus bonis disponere, & sic etiam omnes seruos legare: vni autē seruo longe minoris pretij libertatē relinquere nō permitteretur. si esset minor xx. ann. Neq. enim videbatur habendam esse i animaduersionē ipsā libertatē, quā daret minor. sed damnum, quod hinc ferret, si eius damni vitandi gratia constitutum erat. His tamen non obstantibus Iusti. ait motam antiquitatem ad ita decidendum, ob ipsam libertatem inæstimabilem: ipse vero mediam quandam viam eligendo cōcessit, vt quam primum minor xx. annis attigit 18. ann. libertatem in testamento dare possit, cum hæc ætas satis iudicij habere visa sit maiorib. qui huius ætatis adolescentibus postulare permiserint. l. 1. § pueritiam, ff de post. nec non & iudicandi munus suscipere. l. quidam ff de re iud. nam qui adeo sapit. vt possit alios tueri, & iudicare, is vr̄ sibi commodè cōsulere posse. verum fuit potiùs hæc quædam decisio rusticana absque rōne, quam quod re vera tollatur suprascripta obiecta. Et ideo tādē abrogata fuit prorsus hæc dispō. l. Æliæ Sētiæ. & sancitū, vt liceat dn̄is seruos manumittere in ea ętate, in qua licet sibi testari, auth vt sponsa. largi. §. j. Illud tā etiā admonere vos libet, quā inepta sit ratio pp quam putat Iustin. l. Æliam Sētiam vetuisse minorem xx. an. dare seruis libertatem: nā etsi libertas inęstimabilis res sit, quod attinet ad seruū cui datur, attamen respectu dn̄i sed ex manumissione dn̄o infert, ad qđ lex Ælia Sētia videtur spectasse, certā recipit ęstimationē singuli. n. serui olim xx. aureis æstimabātur l. si mulier ff. de mino. & l. Papi. 1. ff. de inof. test. itaq; probabilior est ratio, quā perpendisse vr̄ Vlpia. in l. illud ff. de manu. vind. ne illecebris seruorum circumuenti, imbecillitate iudicij ad manumittendum prolaberentur.] No. quod argumentum ab inconuenienti valet. Item quod cui conceditur quod est plus, conceditur quod est minus. Itē quod vna determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare. Itē quod libertas est res inæstimabilis. Item quod in dubijs ex æquitate debet eligi media via. Itē quod vbi est eadem ratio, idem ius debet constitui. Et quod attingens xviij. an potest libertatē dare seruo. Item quod maior ann. 14. potest testari. & legare. Itē quod maior 17. ann. potest postulare, allegare, & aduocare pro alio.

a ¶ *Constitutus*. Nam cum dicit sine causa non posse manumitti, ergo econtra cum causa valet manumissio. sic ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. prætor. & §. prohi. & ff. de pac. l. iuris gen. §. prætor. & §. dolo malo.

b ¶ *Testamentum*. §. si est masculus: femina verò in 12. vt ff. de test. l. qua ętate. & ff. de libe. & le. l. Aurelio. §. Gaius.

c ¶ *Sed cum libertas*. Vsque huc allegando innuit quod eodem tempore possit manumittere quo testari: nunc ecōtra duas rōnes considerat, & quia inæstimabilis est libertas, nam si vendat quis se, precium ad venditorem non transit; imò penes emptorem eundemq. dn̄m remanet † vnde est inæstimabilis, vt hic, & ff. de re iu. l. libertas & ff đ tabu. exhi. l. 1. §. si & qa antiquitas aliter statuebat, cui est deseruiendū, vt C. de testa. l. testaméta. quare visis allegationibus soluit, mediam eligens viam, sic infr. de rerum diui. §. cum ex aliena. sed ar. contra. ff de neg. gest. l. Nesennius in fi. & ff. de in rem vet. l. si pro parte. §. idem quærit.

ADDITIO. Dic quod si est maior presumptio pro vna parte quam, pro alia. tunc non eligitur media via, vt l. Nesennius Secus quando non esset maior præsumptio pro vna parte, quam pro alia. ita notatur in l. sed si leg. §. adeo. ff. de pet. hær. Ang.

d ¶ *Mediam*. Nota mediam viam sic. ff. si pars hæred. pet. l. antiqui. & inf. de rerum diui. §. cum ex aliena.

¶ Adde, quod vbi rationes sunt hinc inde pares,

† aliàs posset.

† aliàs nam cui &c.

† aliàs non sunt hæc verba. Vni seruo dare libertatem non permittebatur.

† aliàs nos.

† aliàs de seruis suis.

**

† ob fragile & infirmum huius ætatis iudicium. l. 1. ff. de minc. l. illud. de man. vin.

† Sed hoc reprobat Christo. hic per l. 1. §. si. qui. ad l. præc. non li. & gl. su. verf. maior. ī §. pe. sup. de iure per so. adisti text. respondet qđ hic nō libertas, sed seruitus pu tatina æstimatur, cum emptor putet cū seruum, vt not. in d. glo.

pares, & opiniones contrariæ, poteſt eligi hæc media via, de quo late Deci. in cap. 1. in 1. lect. in 11. col. de conſtit. & in c. 1. in 4. notab. le probat.

a ¶ *Impleuerit.* Sed hodie ex quo teſtari poſſent, & libertates relinquere poſſent, vt in Auth. vt ſpon. lar. §. 1. coll. 9. quod exaudio, ſi in vltima voluntate velit quis libertatem relinquere: quod patet ex verbo relinquere, quod in dicta auth. poſitum eſt, quod ad morientes tantum ſpectat. vt ff. de tab. exhib. l. 1. §. final.

eligētes nō aliter minori xx. annis libertatē in teſtamēto dare ſeruo ſuo concedimus, niſi xvij. annū impleuerit,[a] & decimum octauū attigerit. Cum enim antiquitas[b] huiuſmodi ętati & pro alijs poſtulare[c] conceſſerit, cur nō etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam

STL. * ¶ Verum eſt in dubio, Bar. in l. Vnum. in prin. ff. de leg. 2. ſed quando eadem ratio eſſet in contractu, vel actu inter viuos, tunc diſpoſitio, loquens per verbum, relinquo, vel derelictis, haberet etiam locum inter viuos, vt declarat Deci. in conſ. 499. ad fin. ver. nec obſtar.] Sed quid inter viuos velit quis manumittere? Reſpond. non poteſt, niſi habeat 20. annos: vel niſi cauſa cognita: cum nec liber iſte, nec authen. loquantur niſi in vltima voluntate. Vnde ſeruatur tenor eiuſdem legis Æliæ Sentiæ, cum non ſit correctus, vt C. de appell. l. præcipimus in fi.

STL. * ¶ Et ſic nota, ꝙ licet alias bonum ſit argumentum de contractu ad vltimas voluntates inſ. tit. 1. tamen. l. noua corrigens quippiā in vno æquiparatorum a l. veteri, non trahitur ad alterum, quod limita, niſi facta fuiſſet æquiparatio per modum regulæ, vel in eo caſu, ſuper quo proceſſit correctio, ſecundum Dec. in cap. Translato. in 1. lectu. 2. col. de conſtitut. 2.]

b ¶ *Antiquitas.* vt ff. de poſtu. l. 1. §. initium.

† *Sententia tamē contra iura lata valet, ſed reſcinditur per in integ. reſti. l. cū maiores. ff. ſi aduerſus rē iud.*

c ¶ *Poſtulare.* Id eſt deſiderium amici ſui, vel clientuli ſui coram iudicibus exponere, † vt ff. de poſtu. l. 1. §. 1. non autem pro ſe poterit eſſe in iure, vt C. de auc. præſ. l. clarum. & eſt ratio, quia qui ſolo pro alio accedit, ſibi imputet qui tali committit cauſam ſuam, vt ff de mino. l. cum mandato.

d ¶ *Peruenire.* Inter o3atiue legas & reſpondeas: non eſt ratio, quare ſit diuerſum, eſt ergo & idem ius ſtatuendum, vt ff. de verbor. oblig. l. 2 Titio. in fi. nam vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatuendum eſt, vt ff. ad l. aqui, l. illud, & C. ad l. fal. l. vlt.

¶ *De lege Fuſia Caninia tollenda.*

¶ Viſo ex quibus cauſis manu. fieri poſſit: & quia manumiſſio interdū prohibea ur ā l. Fu. Can. ideo de ea nunc ſubdit Por. Ege Fuſia. ¶ Diuidit in tres partes. Primo facit mentionem legis Fuſiæ caninię. Secundò eam corrigit. Tertiò aliam rationē aſſignat. Secunda ibi, Quam quaſi, Tertia ibi, Cū faris. Aret.

ſeruis ſuis poſſint peruenire[d]?

¶ *De lege Fuſia Caninia tollenda.*

¶ *Sicut inter viuos ita in vltima voluntate, omnibus ſeruis licet hodie dare libertatem. h. d.*

¶ Caſum figurate nō expedit, cum corrigat, & ratione correctionis adducat: ſed loco caſus, libet referre vetere diſpoſitionem l. Fuſiæ, quam refert Caius li. 1. Inſti. tit. 2. ea enim cauebatur, quod habens duos ſeruos, ambos poſſet manumittere: qui tres, duos tantum: qui quatuor, duos: qui ſex, tres: qui octo, quatuor: qui 10. quinque vſque ad xvij. qui xviij. ſex: & ab hoc numero vſque ad xxx. tertiam partem: à xxx. vſque ad centum, quartam partem: & ab inde ſupra quintam partem: dum tamen non excedat centum, latius tamen ibi videndum eſt. * Rationem autem huius legis credo eam fuiſſe, quam refert Sueto. in Auguſto, vt difficilior eſſet aditus ad libertatem, ne ſcilicet Romana ciuitas ſeruili ſanguine pollueretur, aut ne cura rei ruſticę dereretur.] No. diſpoſitionē l. Fuſiæ. Item debere tolli impedimenta libertatis. Item quod inuidia reprobatur. Item quod inhumanitas damnatur. Item quod valet argumentum ab inconuenienti. & quod non debet minus concedi in vltima voluntate, quam in contractibus & inter viuos. Item quod generalis diſpoſitio præſupponit omnia alia habilia: ibi, niſi alia cauſa. STL.

LEge Fuſia Caniniacertus[e] modus[f] conſtitutus erat in ſeruis teſtamento manumittendis: quā[g] quaſi libertates im-

a ¶ *Certus.* Vt vltra duos vel tres fortè non poſſet manumittere in vltima voluntate, vt int. eod. in fin.

¶ Adde declarationem & numerum vt dixi in caſu.] STL.

f ¶ *Modus,* id eſt, numerus.

g ¶ *Quam.* ſ. legem Fuſiam Caninlam: & forte a quodam, qui canis nominabatur, inductam: vt in publiciana dicitur, vt infra de actio §. aliæ: nam canis ſeruabat naturam, qui ſtat in palea: qui nec ſibi pōt habere paleam, nec alij permittit accipere: ſic nec ſibi poterat tenere ſeruos, quia moriebatur. vt i-

tra

fra de donatio. §. 1. nec libertatẽ patiebatur eis dari: vnde meritò canina dicitur. vt est consequens nomen rei, vt in s. de donatio. §. est & aliud.

SYL. * ¶ Adde, qod fuit dicta Fusia Caninia à Furio Caninio eius auctore, vt docui hoc loco in Annota. post Alciatum in l. verbis legis, ff. de verb. signific. * Nam Fusios, & Valesios, Furijs, Valerijs, veteres dicebant, l. 2. versi. inde Appius, ff. de orig. iur. Sed Ant. Aug. Hispanus iurecõsultus, rerumque antiquarũ non incuriosus, censet à Furio & Caninio rogatam fuisse, quòd ambo nomina sint familiæ Romanæ, sicuti Ælia Sentia, Papia poppæa.

† aliàs fuerit.

† aliàs libertate.

pediẽtem,[a] & quodãmodo inuidã,[b] tollẽdã esse censuimus: cũ satis † fuerat inhumanum, viuos quidẽ licẽtiam habere totã suã familiam[c] † libertate donare, nisi alia causa[d] impediat libertatem, morientibus[e] autem huiusmodi licentiam adimere.[f]

¶ *De ijs, qui sui vel alieni iuris sunt.*

¶ *Personarũ aliæ sui iuris, aliæ alieni, & videndum de ijs, quæ alieni iuris sunt, quæ aut patri, aut domino subsũt: quia ijs cognitis reliqua cognoscũtur. h. d. ex l. 1 ff. eod.*

SEquitur de iure personarum alia diuisio.[g] Nam quædam personæ sui iuris sũt[h]

a ¶ *Impedientem*. i. impedimentum afferentem.

b ¶ *Inuidam*. Nota contra inuidos. sic C. de cadu. toll. l. 1. in princip.

c ¶ *Familiam*. i. omnes seruos, quia familia dicunt. vt ff. de ver. sign. l. pronunciatio, §. j.

d ¶ *Causa*. Ve fraus, vel ætas manumittentis, vt sup. tit. 1. in prin. & §. eadem.

e ¶ *Morientibus*. Sed quo potest aliquid adimi, cum nihil habeant: nã mors omnia abstulit, vt in auth. de nup. §. deinceps. colla. 4. Resp. dic morientibus. i. ad mortem tendentibus, quia laborabãt in extremis, vel quasi: vel ẽt erant sani, sed timore mortis hoc faciebant ff. de don. cau mor l. 3. 4 5 & 6.

* Dic, quod non dixit morientibus, vt significaret defunctos, vel in extremis laborantes, sed eos, quia aliquid disponut in vltima voluntate, quemadmodum dicimus actus inter viuos, contractus, quamuis & contractus fieri possint in extremis, vt per doct. in l. heredes palã, ff. de testam. & illæ, qui testatur, faciat etiam ipse actum inter viuos, sed quia debet habere locum post mortem, & confirmari morte, dicitur fieri quasi à moriente habito respectu ad tempus, quo cõfirmatur.

f ¶ *Adimere*. No. hic arg. quod ea, quæ fiunt inter viuos, trahuntur ad voluntates vltimas sic econtra, ff. de pac. l pactum, & C. de lega. l. fi. & ff. de pign. act. l. non est mirum.

Argui potest de contractib. ad vltimas volũtates.

¶ Adde hoc verum, vbi est eadẽ ratio, aliàs secus, l. seruum, § eum qui, ff. de leg. 1. in dubio autem vltimæ voluntates plenius interpretantur. l. in testamentis, ff. de regul. iuris. * nam vltimis voluntatibus defunctorum fauendum est, l. 1. C. de sacros. eccl.]

SYL.

¶ *De iis qui sui vel alien. iuris sunt.*

¶ Posita prima diuisione personarum, restat videre de secunda. Textus seipsum satis continuat, ponendo secundam diuisionem personarum, quæ magis specialis est.

Diuisio.

SEquitur. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinq. partes. Primò ponit duo genera personarum. Secundò, qui sunt in potestate dominorum: & quo iure fuit introductum eorũ dominium. Tertiò ponit nouum statutum, restringens potestatẽ circa mortem & puniens cõtra facientes. Quartò aliam restrictionem potestatis, etiam circa sæuitiam de occidendo. Quintò ponit verba nouæ constitutionis. Secunda ibi, In potestate. Tertia ibi, sed hoc tempore. Quarta ibi, Sed & maior. Quinta ibi, Cuius. Et diuiditur hoc principium. Primò ponit vnam diuisionem personarum bimembrem. Secundò secundum subdiuidit membrum. Tertiò dicit se velle tractare de secundò membro subdiuisionis. Secunda ibi, Rursus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi, Ac prius. Aret.

¶ *CASVS* non figuratur, quia diuidendo procedit. Nor. quod sunt quædam personæ sui iuris, quædam alieni. Item quod personarum subiectarum alieno iuri, aliæ sunt in potestate parentum. aliæ dominorum. Item quod cognito vno de cõtrarijs cognoscitur aliud.

g ¶ *Alia diuisio*. Quæ est de iure ciuili, cum in ea ius gentium distinguatur, vt ff. de iust. & iur. l. ius ciuile, superior autem quam habuimus, supr. de iu. pers. 1. respon. est de iure gentium, cum non sit seruitus iure naturali cognita, vt sup. de lib. §. 1.

¶ Adde, quod communiter concluditur, quod hæc diuisio respectu potestatis dominorum fit de iure gentium in uentio § j. inf eo. licet receptione & reformatione fit de iure ciuili §. fi. inf. eod. respectu autem potestatis partũ fit de iure ciuili, inf. tit. 1. per tot. & alio modo saluat. gl Bar. in l. 1. ff. eo.]

SYL.

h ¶ *Sui iuris sunt*. † Hic restringitur primum membrum primæ diuisionis positæ, sup. de iure perso. vt non comprehendat quosdam liberos homines. i. filios familias. Item statim, cum dicit. Alieno iuri ampliat secundũ membrum dictæ diuisionis, vt comprehendat etiam quosdam liberos. i. filios familias. Cum ergo sint additio & detractio dictæ diuisio-

† hæc gl. in aut. codicibus non est sub rub.

uisioni, iam esto e iure ciuili hæc diuisio, vt ff. de iu. & iur. l. ius ciuile. At superior de iure personarum, fuit secundum ius naturale gentium, vt ibi diximus: & ideo immutabile, vt sup. de iu. na. gen. & ci. §. pe. Accurs.

¶ Adde hoc verum, quo ad cognitionem absolutè, sed quo ad iuris dispositionē ita demum, si sit eadem ratio, vt concludunt communiter doct. in rub. ff de acqu. poss.]

quædam alieno[a] iuri subiectæ† sunt. Rursus earū, quæ alieno iuri subiectę sūt, aliç sunt in potestate[b] parentum, aliç in potestate† dominorū. Videamus itaq. de ijs, quç alieno iuri subiectç sunt. Nam si cognouerimus quç istç personç sunt, simul intelligemus quç sui iuris sūt. Ac prius inspiciamus de ijs, quæ in potestate dominorum sunt.

¶ *Olim poterāt serui à dominis impunè occidi: hodie autem non sine causa legibus permissa. hoc d. ex l. 1. §. 1. ff eod.*

¶ In ptāte itaq; dn̄orū sūt serui. Quç quidē potestas iuris gētiū[d] est. Nā apud omnes perçque gentes ani-

a ¶ *Quædam alieno*. Quædam neutro iure tenētur, vt filij, quorum patres sint capti ab hostibus, vt infr. qui. mod. ius pa. po. so. §. si ab hostibus. nam & aliæ quædam sunt in pendenti, vt ff. de vsufruct. l. sed & si quis. §. interdū. & in auth. de nō eligen. §. hoc autem colla. 1. & hoc secundum quosdam Nos cōtra, nam sui iuris sunt: cū enim pater fit seruus hostiū, & in eorum potestate, vt sup. de iur. perso. §. serui: ergo alium habere non potest in potestate, vt ff. de acqu. rer. do. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acqui. poss. l. cum hæredes circa me. & ff. ad l. Iul. de adul. l. sic eueniet. & præterea eorum ratio vel sententia est absurda, qui dicunt, quod hæc diuisio recipiat medium, vt C. de senten. pas. l. fi. circa princip.

¶ Adde, quod hæc gl. cōiter approbatur, quia licet ex futuro euentu dicantur in pendenti, tn̄ attento præsenti statu dicuntur liberi.]

b ¶ *Potestate*. Hoc verbum quinque modis accipitur, vt ff. de verb. sign. l. potestatis.

¶ Adde, quod capitur etiam pro ipsis magistratibus, quos potestates appellamus: Iuue. Gabiorum esse potestas accipitur etiā pro qualibet iurisdictione l. 3. § j. ff de rebus eo. quandoque (vt antiqui accipiebant) pro maioribus magistratibus, iuxta illud Pauli ad Rom. c. fi. de iudi. & qui merum imperium haberent. l. eum qui de iurisd. om. iudi. dicitur etiam episcopum habere in potestate bona ecclesię, i. in cura. c. 1. de reb. eccl. & tutorem in caput pupilli: quòd pro auctoritate accipimus, infr. de tu. in prin. & sua potestate facere dicitur in authen. de defen. ciui. in prin pro sua & pro propria auctoritate, & in potestatem non facere, pro eo quod est latitare l. 3. ff. ex qui. cau. in poss. ea.

c ¶ *Simul intelligemus.* nam, vt dicit Arist. contrariorū eadē est disciplina: vt hic & inf. de tutel. 1. rn̄ & ff. eo. l. 1. § Et est hic arg. qd per notitiā vnius immediatorū peruenit ad alterius notitiā. & faciūt ad hūc. §. ff. de pc. l. Pomp. §. pe. & ff. eo. l. 1. & ff. de præt. stipul. l. 1. §. stipulat. istatum, inf. de tut. circa princ.

¶ *In potestate* ¶ Diuiditur in tres partes. Primò ponit, qui sint in dominorum potestate. Secūdò, vnde dicta potestas descendit. Tertiò, duos eius effectus. Secunda ibi, Quæ quidem. Tertia ibi. Nam apud Ang.

¶ CASVS. Quia dictum fuerat, quod aliqui erant in potestate dominorum, quęrebatur cuius effectus esset hæc potestas: & refertur ius antiquum, cuius dispositio erat, quod domini haberent potestatem vitæ & necis in seruos: ea ratione, quia cum seruus pleno iure esset in bonis suis, videbatur quod in re sua esset suo arbitrio moderator & arbiter l. in re mandata, C. mand. etiam abutendo, l. sed & si lege §. consuluit de peti. hære. quod hodie corrigitur ratione expressa in text. ibi, expedit. n. in § seq. Not. quod serui sunt in potestate dominorum. Item quod talis potestas est de iure gētiū. Item quod illud dicitur esse de iure gētium, quo apud omnes gentes peræque obseruatur. Item quod de iure antiquo dn̄i poterant occidere seruos suos proprios. Item quod quicquid acquirit seruus, acquirit domino. Item quod hodie sine causa nō licet dominis in seruos supra modum sæuire. Item quod non sufficit causam subesse, nisi probetur. Item quod ita punitur occidens seruum proprium, sicut alienum. Item ibi, sub imperio nostro potes notare, quod ll. non ligant extra iurisdictionem constituentis.]

d ¶ *Iuris gentium.* i. de iure gentiū introducta, vt sup. de iure perso. §. seruitus.

* Adde, quod seruorum conditio, iure gentium melior fuit, quam iure ciuili, quo iure eorum status pro nihilo habetur l. quòd attinet. de reg. iu. sed iure gentium non vidētur serui pro nihilo habiti. l. nec seruus, de pac. ideòque possunt dici naturaliter possidere l. stipulatio ista §. hæc. de verb. obli. & l. quod seruus de acqu. poss. quin etiā eo iure in iudicio contra dn̄os stabant, Iob c. 31. & dn̄o sine filijs decedētis succedebāt, Genesis c. 15. Item ad militiam assumebantur. Genesis c. 14. & bona possidebāt. 2. Regū c. 9. & 16. & si paulo honestiores erant: assumebantur

† aliàs non est, sunt.

† Id est dominio. Ias. §. rursus. col. 8. inf. de actio.

STL. quo ad cognitionem, vt hic, secus quo ad effectus vel iuris dispōnem: vbi contraria est rō. l. inter stipulantē, §. sacrā. ff. de verbo. obl. et l. 1. ff. sol. ma. & l. pen. C. de fol. STL.

STL.

STL.

Prio. Topic. c. 11.

† Quod è versus in directo cōtrarijs, &

babtuit ad munera publica, Arist. lib. 5. c. 15. Politices, se & apud priscos Germanos, qui iure gentium viuebant, non multum à liberis distabant quod Cotne. Tacitus tradit.
a ¶ *Animaduertere.* i. in animo vertere & cogitare, vt dixit Cato.
b ¶ *Esse.* Impropie ponitur pro fuisse, vt statim colligitur, & ff. eo. l. 1.

† *aliàs fuisse.* STL.

¶ Adde: quod apud Grammaticos locutio nō est impropria.] Et erat eadem patris in filium, vt colligitur secundum vnam literam ff. de libe. & postum. l. in suis & infra de noxa. §. fi. & Cod. de pa. po. l. fina.

nicæ potestatis: & est tertius, vt nō torqueatur in dominū, nisi in casibus, vt C. de quæstio. l. 1. & l. seruos.
f ¶ *Licet.* i. lic. tum est legibus, quia si seruus sciat insidias domino parari, & ipse auxilium non tulerit, supplicium debet pstare, quod mortem interpretamur. sed & si accusauerit eum criminaliter (excepto crimine læsæ maiestatis) vel si dominium viderit periclitantem, & eum non adiuuerit, vel si imiscuerit se vxori suæ, vel alijs modis.

Praecipitur dominicæ triplex est effectus.

** *aliàs ae est, Py.*

maduertere [a] possumus, dñis in seruos vitę necisq. potestatē † esse: [b] & quodcunque per seruū acquiritur, [c] id dño [d] acquiri. [e] Sed hoc tempore nullis hominibus, q sub Imperio nostro sunt; licet [f] sine causa legibus cognita [g] in seruos suos supra modum sæuire. Nam ex constitutione [h] diui † Pij Antonini, qui sine causa seruum suū occiderit, non minus puniri iubetur, quàm si alienum seruum [i] occiderit.

c ¶ *Acquiritur.* f. iustè secundum quosdam, vt ff. de acqui. poss. quod seruus, in fi. Sed certè hoc esse nō potest: nam si acquiritur, ergo domino: quia sibi nō, vt inf. per quas perso. no. acqui. § Item vobis, & ff. de acqui hered. l. placet. Quare dic. quod semper domino quæritur, etiam si quid per dolum. vel metū seruus acquirat, vt ff. pro empt. l. 2. § Celsus. & §. Pomponius, & §. si seruus.

STL.

¶ Adde hoc verum in domino: quia recessit a priori domino, & nō potest stare in pēdēti l. si ego ff. de nego. gest. secus in possessione, quę potest stare absque eo, ꝙ sit apud aliquem: ꝙ declaratur per doct. in d. l. ꝙ seruus] sed hoc solo inspecto, an quæratur puta, si seruus stipuletur operas à liberto, vt ff. de stip. ser. l. antepen. vel si aliud factum sit in stipulatione, vt inf. de stipu. ser. §. sed cū factū. nisi in casibus: ꝙ dic, vt inf. de stipu. ser. §. sed cum. Nec ob. d. l. quod seruus quia non quærit domino, vt sibi remaneat: nam tenetur reddere. Sed numquid libertas data a dño. vel a lege (ꝙ fit interdū, vt C. de ser. qui pro præmio liber. ac ꝑ totū, & in auth. de mo; §. 2 col. 1.) dño quæritur? Resp non: nā licet quæratur seruo, libero tamē nō potest dari libertas, vt inf. de actio: §. sic itaq; & ff. de fideicōmis. lib. l. generaliter, §. si homini: tū eo ipso momento sic fit liber, vt dominum non habeat: † & sic hæc oppositio est de puncto: sic & aliàs, vt hic vadit Romā & hic facit mutum: non est tamen verum eum fuisse, vel opus fecisse, licet sit in vltimo momento perficiendi; similis quæstio fit ff. quod metus causa, l. extat.

† *Intellige istud verū in ijs, quæ nunquam possunt quæri domino, sed bene ipsi seruo, aliàs secus vt d. l. placet, in gl. alle. secundū Ias.*

d ¶ *Domino.* Vel quasi domino, vt fructuario, & bonæ fidei possessori: quibus quæritur ex duabus causis, vt inf. per quas perso. nob. accu. §. de ijs. & seq.
e ¶ *Acquiri.* Not. hic duos effectus domi-

¶ Adde, quod hæc glo. non est Accursij, sed quædam additio, quæ in bonis codicibus non reperitur.

STL.

g ¶ *Cognita.* vt quia eum cum vxore inuenerit, vel simili delicto, quo casu etiam occidere licet, vt ff. de verb. obl. l. qui seruū: & ff. de leg. 1. l. quid ergo. §. si hæres, & ff. ad l. Iul. de adult. l. marito §. 1. si autē alias deliquit, vel dño nōn obedierit, legitime eum corrigere potest: non tamen vltra modum boni viri arbitrio comprehensum, vt C. de emen. seru. l. 1. Sed numquid sine causa verberare potest? Rñ. sic modicè secundum Io. † vt C. de emē ser. l. 1. sed Pla. dicit, qđ non aliter, si nimis corripiat sine culpa tenetur, vel vendere, vel dare, vt ff. ad l. cor. de sic. l. 1. §. 1. & hic sequitur, & ff. eo tit. l. 1.

† *Ista opi. Io. approbauit hic Pet. de Bellapet. & Ang.*

¶ Adde, quòd hæc gl. communiter tenetur: de qua late dixi in l. vt vim. in 6. exemplo in gl. 1. ff. de iust. & iur.]
h ¶ *Constitutione.* cuius verba sunt infra eod. §. fina.
i ¶ *Alienum seruum.* Sed certè qui seruum alienum occidit. l. aquilia tenetur, vt ff. ad l. aqui. l. 2 in princ, & inf. de l. aquil. in princip. quæ actio hic habere locum nō potest: cum non dño, immo contra dñm daretur. quod esse non debet; vt ff. ad l. aquil. l. Itē Mela. §. legis. Sed dic, quòd hoc est verū quantū ad criminalem pęnam legis Corneliæ de sicariis, vt inf. de pu. iu. §. Item lex. quæ pęna tā in seruis quam in liberis locum habet, vt ff. ad l. corn. de sica. l. 1. § (i.) interdum etiam ciuiliter tenetur si alterius interest, vt creditoris, vt ff. de pig. l. seruum quem quis. vel fructuarij, vt ff. ad l. aquil. l. sed & si proprietatis, & ff. de dolo. l. & eleganter. §. si seruū vsuarium.
ADDITIO. (i. Nisi probaret eum non ex vulneribus mortuum: vt quia post triduū surrexit, & cum baculo incedit, vt no. glo. in l. 1, C. de emen. ser. secundum Ias.

¶ Sed

¶ Sed & ¶ Diuiditur iste §. in quinque partes. Primo ponit dictum in genere. Secundò illud exemplificat, & rationem reddit. Tertiò ponit verba rescripti, de quo fit mentio in principio §. Quartò concludit. Quintò minatur officiali non obseruanti legē istam. Secunda ibi, Nam Antoninus. Tertia ibi, Cuius rescripti. Quarta ibi, Ideoque. Quinta ibi, Qui Sabinus.

† Non est se contē nēdā ser. STL. uorū cōditionē disputat grauissime Macrob. c. 11. lib. 1. Satu. ubi vide pro ornamēto materia huius loci.

¶ CASVS. Quia iam supra prohibitū fuerat seruos proprios occidi: dubitatum fuit, an saltem circa mortem illibata remāserit potestas dominorum: quod ea ratione videbatur dicendum, quia licet abuti re propria, l. sed si leg. §. consuluit, ff. de pet. hæred. At contrarium respondetur ex rescripto diui Antonini, inducto ea ratione ne quis re sua male vtatur. * Nam cum serui quoque homines sint, indignum visum est optimo Imperatori, quod domini in eos ita imperiū exercerent, sicut in iumenta.] Not. q nimia seueritas dominorum in seruos damnatur. Item q confugiens ad ædem sacram, vel statuam principis, est securus. Itē quod ex causa quis cogitur vēdere rem suam, cōtra l. nec emere C. de iur. delib. Item quod publicè interest, quem re sua non male vti. Itē q ius suū non est alicui auferēdum, & q iuste precātibus non est negādus assensus. Item q seruus contra dominum potest habere recursum ad iudices, itē quòd potest puniri qui aduersus l. fraudem facit circa quod aduerte: qa aliqui (vt Ang. hic) videntur intelligere hoc in officiali, qu. si iste Sabinus fuerit officialis, quod est falsum. Nam Sabinus erat dominus seruorum male habitorum, vt colligitur ibi. Qui ex familia Iulij Sabini &c.

¶ Dn̄i. qui atrocius. q̄ par est, seruos tractāt, vendere coguntur, & p̄tiū recipere. h. d. ex l. 1. in fi & l. seq. ff. eo.

¶ Sed † & maior [a] asperitas dominorū eiusdē principis cōstitutione coercetur. Nā Antoninus cōsultus[b] à quibusdā Præsidibus prouinciarū de iis seruis, q ad ędē sacrā [c] vel ad statuā principū confugiūt, pręcepit, vt si intolerabilis videatur sæuitia dominorū, cogātur[d] seruos suos bonis cōditionibus[e] vēdere, vt pretiū dominis daretur: & rectè.[f] Expedit enim reipublicæ, ne sua re quis

a ¶ Maior. Id est magna, vel maior quam æquum sit.

STL. ¶ Adde, q hęc glo. no. ad hoc, q comparatiuus ponitur aliquando pro positiuo. sed hic ponitur comparatiuus ad ostendendū magnam quandam sæuitiam, sicuti appellatur vis maior in l. si merces, §. vis, ff. loca.]

b ¶ Consultus. i. Interrogatus: sic, ff. de pac. l. item quia, §. si vnde illud. Consulo te quærens: tibi consulo consilium dans. Accursius.

Versus.

c ¶ Aedem sacram. Ad quæ loca olim & hodie confugiunt: circa quæ distingue, vt diximus in auth. de man. prin. §. neque autem collat. 5.

STL. * ¶ Vnde originem duxerit mos iste confugiendi ad ædem sacram, & ad principū statuas, exposui hoc loco in Annota.

* Idem, si quis confugiat ad sacerdotem ferentem corpus Christi, nam & is multo magis tutus est, vt not. Host. in c. fane. de celebrat. missar. & Alex. in rub. ff. de oper. no. nūc.] ADDITIO. Et iuuātur secundum Ioan. Fab. & Angel. quādo fine armis nullo præcedente delicto sed propter domini sæuitiam, vel etiam sui criminis grauiorem punitionem confugiunt vt hic: aliàs non, vt l. si seruus, & l. fi. §. & hoc quidem, Cod. de iis qui ad eccles. conf. & c. inter alia, extra de immu. eccl. sed de iure canonico non iuuatur delinquens in eccle. c. si extra eodem titu. alias sic: nisi esset publicus latro, vt d. c. inter. & idem per omnia intelligas, de cœmeterio, vt 17. q. 4. cap. si quis contumax. lat.

d ¶ Cogantur. Not. hic quod aliquis cogitur vendere rem suam.

* Hoc est contra, l. inuitum, C. de contrah. emptio. Sed dicas hoc tolerari ob immanem dn̄i sæuitiam, nam & aliàs quoque propter nimiam seueritatem à communibus iuris regulis recedi vidimus: vt ecce, ex hac causa pater cogitur filium emancipare, l. fi. si quis a par. vxor à viro separatur, c. literas, de restit. spoliat. societas dirimitur, l. si conuenerit pro soc. Sunt tamen & alij casus, quibus vendere cogimur ex quibus multos colligit glo. in d. l. inuitum, & in l. Iulianus, §. idem. Celsus, ff. de actio. empti & in l nec emere, & ibi lal C. de iure delib.

d ¶ Bonis conditionibus. s. vt pretium habeat & ad dominum primum non reuertātur, vt inf §. prox. & § fin. Et ne simili pęna anteriorum efficiantur, vel ne exponantur, vel prostituantur, ab codē, vt inf. proximo, §. & §. fina.

STL. * ¶ Tu dicas quemadmodum declaraui hic in Commen. ex Theophilo. Id. ò dixisse bonis conditionibus, ne forte iratus seruo dominus in venditione graues aliquas conditiones apponeret, veluti, vt aliquandiu in vinculis continuaretur, vel nunquam manumittatur, vel in aerem in salubrem ablegetur.]

* Huic declarationi congruit. l. Statulibero. 2. de statulib.]

f ¶ Rectè. scilicet præcepit.

male vtatur.[a] Cuius reſcripti ad Ælium Martianum[b] miſſi verba ſunt hæc; Dominorum[c] quidē poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam[d] eſſe oportet, nec cuiquā hoīum ius ſuum detrahi: ſed & dominorum intereſt,[e] ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilē iniuriā[f] denegetur[g] ijs, qui iuſtè deprecantur. Ideoq; cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſacram ſtatuā confugerunt; & ſi, vel durius habitos, quam æquum eſt, vel † infami[h] iniuria affectos eſſe cognoueris, venundari iube, ita vt in poteſtatem domini nō reuertantur: qui Sabinus ſi meę cōſtitutioni fraudē[i] fecerit, ſciat me hoc admiſſum aduerſus ſe ſeuerius executurum.

¶ *De patria poteſtate.*

¶ *Deſcendentes ex iuſtis nuptijs in poteſtate noſtra ſunt, & quid ſint nuptiæ, hoc dicit ex l. item, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

IN pote-

a ¶ *Malè vtatur.* Quia intereſt principis locupletes ſub ſe habere ſubiectos, vt in Auth. vt iu. ſine quoquo ſuf. in princ. colla. 2. quod non cōtingeret, ſi cui libero ſeruos ſuos liceret occidere. Et nota, quòd illud idem, quod intereſt priuati principaliter, & reipublicæ intereſt ſecundario, vt ſupra diximus de iuſti. & iu. in ſi. argu. cōtra. ff. ſolut. matr. l. etiam §. licet. † & l. ſi conſtante, §. ſi maritus. Accur.

* Quod dicit de ſubiectis locupletibus, poteſt intereſſe reip. ſecūdum Alex. in l. 1. ff. ſolut. matrim. propter collectas imponendas, quando reip. egeret pecunia pro expediendis militi. & de multiplici vtilitate publica, vide quę dixi ſup. de iu. & iu. §. vlt.

b ¶ *Martianū* Proconſulē Beticę alias Euticæ vrbis, vt ff. eo. l. 2. §. ſi dn̄s.

* Legendum eſt Beticæ.

c ¶ *Dominorum.* Hinc inde allegat, & primo duas pro dn̄is rationes, vel dicta ponit.

d ¶ *Illibatam*, ideſt non diminutam.

e ¶ *Intereſt*, i. eis proderit, vt ſeruos non perdat: & dic denegetur, ſcilicet à nobis, vel dic intereſt. i. ad eos pertinet, ne denegetur. ſ. à ſe dominis: cum fortè vxor, vel filij, vel alij domini familiares inferant hoc: ſed prima verior.

* ¶ Verius eſt quod ait Theophi. in inſtitu. Græcis: ne ſerui oppreſſi nimia dominorum ſæuitia, deſperantes ab huiuſmodi iugo ſe liberatum iri, aut manus ſibi ipſis inferant, aut arrepta fuga pretium ſui domino auferant: cuius rei exemplum celebre poſuimus hic in noſtris Annot.

f ¶ *Iniuriam*, quā patiūtur iure naturali inſpecto nō iure ciuili, vt inf. de Iniu. §. ſeruis.

* Dic, quod verè iniuriam patiuntur, quia id, quod contra eos fit, non iure fit l. 1. ff. de iniur. ſed non habent iniuriarum actionem, quia iuris interpretatione dn̄o fieri cenſetur iniuria.

g ¶ *Denegetur.* ſic. ff. de offic. præſ. vt l. 1. §. quod autem.

h ¶ *Infami*, ideſt infamata, ſeu magna iniu.

* Infamem appellat, quam ſup. dixit intolerabilem, vel intelligit impudicam & turpem violationem, l. 2. ff. eo.

i ¶ *Fraudem.* vel euidenter, quia non obedit, vel callidè dicens non eſſe illum ſeruū qui fugit.

¶ Adde, quod hæc gloſ. malè intelligit: quia text. intelligitur, de fraude commiſſa à dn̄o, non à ſeruo, cuius fraudis exempla vide hic per Chriſtophn. & Iaſ.]

* Senſus autem huius loci eſt, ſi Sabinus non paruerit, vel callido aliquo commento ſententiam, & vim meæ conſtitutionis eluſerit: & poteſt poni exēplum veluti ſi hic Sabin. ſubmitteret emptorem, qui ſeruum pecunia ipſius Sabini emeret, & eius intuitu poſtea ſemper in vinculis haberet. Fraus enim legi fit, cum quis ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit l. contra, ff. de legi.

¶ *De patria poteſtate.* ¶ Continuatio clara eſt ex diuiſione facta in prin. tit. præcedēt. ſed circa hanc rub. cōſidera, quod videtur malè poſita: quia cum patria poteſtas, ſit cauſata ex nuptijs, vt inf. tit. noſtro in princ. & ex adoptione, ergo illi titul. erant præponēdi: quia cauſa debet præcedere cauſatum: & ita alias vidi Marian. Soci. iuniorem opponere: ſed reſponſio eſt, quod cauſa immediata eſt ius ciuile, nō nuptiæ, alias patria poteſtas diceretur de iure gētium. quod eſt falſum & dictio, expoſita hic in tex. exponi poteſt, ideſt propter l. 1. §. ex incendio, ff. de incen. ruin. nau. vel dicas. cauſata cauſis poſtponi quo ad ordinem intellectus, vt per doct. in rubr. infra de obligatio.

IN poteſtate, Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere, qui ſunt liberi in noſtra poteſtate. Secundò diffinitionem nuptiarum, vel matrimonij. Tertiò qui habet filios in poteſtate. Quartò ex prædictis inferri, ſpecificando

† *Saluus ſecundū doc. hic & dic quod non tenetur de culpa vt ibi. ſ. de ſæuitia. & dolo maximè in homine, ſic vt hic quod dolus ex facti atrocitate dic.*

† *alias immani STL.*

STL.

cando quod primo dixerat. Secunda ibi, Nuptiæ. Tertia ibi, ius autem. Quarta ibi, Qui igitur. Angel.

¶ CASVS. Non ponitur, cum diuidendo, & diffiniendo procedat. Not. qui sint in potestate nostra. Item quid sint nuptiæ. & quid matrimoniū: & dic aliter diffiniri nuptias in l. 1. ff. de ritu nup.]

† Côcor. cum hoc tex. c. vl. ext. de cō uer. in fid. i me. in cum ar.

stare a † nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis b nuptijs procreauimus. † Nuptię c autem siue matrimonium est viri & mulieris coniunctio d † indiuiduam e vitæ consuetudinē continens.

** †Concor. 27. q. 2. in summa.

a ¶ In potestate. Hoc verbū multis modis sumitur, vt sup. proxi. tit. diximus. § 1.

b ¶ Ex iustis. Quæ sint iustæ, dicitur inf. tit. proxim.

¶ Ex hac glo. iuncto tex. no. quod filij spurij vel aliter illegitimi, nō sunt in potestate parentis, nisi postea legitimentur. §. fi. inf. tit. 1.] STL.

* Adde, quod non solum per matrimoniū, & legitimationem inducitur patria potestas, sed etiam per adoptionem ascendentium, & arrogat onem §. 1. inf tit. 2.

†Nuptiæ vnde dicuntur.

† His adde, quod hæretici non habent filios in potestate c. 2 in fi. lib. 6.

c ¶ Nuptiæ. & dicuntur ab obnubēdo, id est velando, quia velatæ incedere debent, vt ait Isidorus.

¶ Adde, quòd rationem assignat tex. in cap. hæc imago. xxxiij. quæst. 5. quia non est gloria, aut imago Dei.

* Adde, quòd ideò velabantur, vel pudoris gratia c nec illud xxx. q. 5. vel vt scirent sem per maritis subditas futuras, & humiles c. feminæ ead. q. 5.

Matrimonium vnde dicatur. Sed matrimonium dicitur ideò, quia mulier nubit, vt mater fiat: † idest, & hæc duo nomina (licet diuersis rationibus) idem significant. Item coniugium, & connubium, & consortium, vt ff. de ritu nupt l. in eo iure. §. hoc caput. licet hoc vltimum quandoque inter seruos accipiatur, vt C. de seruis fugitiuis, l. fin. inter quos proprè dicitur contubernium, vt C de incestis nupt. l. cum ancillis.

† Facit tex. in c. 1. de frig. & malef. Adde Gell. lib. 18. c. 6.

ADDITIO. Ideò ab ea potius, quam patre, denominatur, quia maiora sustinet onera. Est enim ante partum onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa, vt ext. de conuer. in fid. c. ex literis. Io. Fab. & Ang.

d ¶ Coniunctio. animorum, non corporum tantum, vt ff. de reg. iu l. nuptias, & illa coniunctio animorum significat vnionem, quæ consistit inter Deum, & iustam animam. Vnde Apostolus. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Reliquum, scilicet, coniunctio corporum, designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christū, & tantam ecclesiam, idest humanum genus. Vnde Euangelista. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioannes.

¶ Adde tamen, quòd sola coniunctio animi sufficit cum intentione coniungendi corpus d. l. nuptias, ff. de reg. iu. & vltima verba glo, sunt verba tex. in c. debitum de biga.] STL.

e ¶ Indiuiduam. Quo ad affectionem: sic supra de iust. & iu. in princ. actu enim plerumque fit separatio, tam iure veteri, quam nouo permittente, vt C. de repu. l. consensu, & in Auth. de nu ptijs, §. si igitur columna, in Auth. vt li. ma. & aui. § quia verò plur. col. lat. 7.

¶ Adde hoc verum de iure ciuili, secus de iure canonico, c. de infidelibus de coniung. & alibi. quod ius canonicum in materia peccati seruatur. cap. 1. de operis noui nuncia.]

* * Adde, quòd ad demonstrandum hanc vitæ indiuiduam, quæ esse debet inter coniuges, consuetudinem olim cingulo noua nupta præcingebatur, & illius caput comebatur hasta celibari, quæ in corpore gladiatoris abiecti, occisiq; stetisset, qđ latius explicat Festus in ver. celibari, & ver. cingulo.] †Concor. 32. q. 2. c. solet.

Matrimonij diffinitioni aliquid addendum est. Concubinatus an sit permissus.

¶ Sed nunquid hanc affectionem habet aliquis ad concubinam quandoque? Certè sic: & ideò adijcias huic diffinitioni, Diuini & humani iuris communicatio, vt ff. de ritu nup. l. 1. Diuini quia eiusdem sectæ debent esse, vt non sit vnus Christianus, & alter Iudæus, vt C. de Iudæ. l. nequis humani, quia forum viri sequitur vxor, ff ad muni. l. fi. §. 2. sed f cus in concubina, velqualibet minus legitima vxore, vt ff. ad muni. l. de iure. §. fi. licet concubinatus iure permittente fit, ff. de concub. l. in concubinatu, in fi. 1. Neque valet oppositio de matre ad filium, quia ibi non est talis consuetudo qualis ad vxorem, vt infra titu. 1. §. ergo, & in Auth. quomodo opor. epi. §. 1. coll. 1. & §. quinta ibi, Sed aut sole &c.

¶ Adde, quod Christop. hic dicit, quod hæc gl. peccat in Spiritum sanctum. i. in Imperatorem, volendo supplere: ideò dicit tenendum esse tex. vt iacet, & ad oppositionem de concubina dicendum est, quod non continet concubinatus indiuiduam consuetudinem vitæ, quia ex voluntate sola dirimi potest, vt per eum hic. STL.

* Adde præter ea, quod falsa est expositio gl. circa verbum, diuini, positum in d. l. 1. de ritu nup. Nam, vt docui hic in Annot. Modestinus loquitur de communicatione sacrorum, quod scilicet vxor tenetur seruare ritus sacrificiorum viri. olim enim quęlibet familia propria sacra habebat. Quod autem dicit, concubinam non sequi forum concubini, intellige ex eo quod sit cōcubina, sed bene alio respectu potest effici, de eius foro, vel ati, si eò conferret maiorem partem fortunarum suarum, vel ibi domicilium suum collocaret, vt declarat Bart. in d. l. vlt. §. 2. ad municipa.

ADDITIO. Idest. Dummodo vnum de quatuor, quæ habentur in l. 1. eo. tit. interueniat.

hiat, vt ibi no glo. & Bar. in l. fi. eod. tr. Sed hodie secundū fidem, & iura canonica, concubinatus nullo modo est permissus, immo quælibet etiā simplex fornicatio est peccatum mortale, vt in cle. ad nostram. extra de hereti. lo. Fab. & Ang. Aret.

¶Ciues Romani tantum filios habent in potestate, & descēdētes ex masculis, nō feminis. hoc dicit ex l. itē cum sequen. ff. de ijs, qui sunt sui. vel alie. iur.

¶ Ius autem[a] potestatis, quod in liberos habemus, propriū est ciuium Ro-

*Hic non est effectus patriæ potestatis: nam nec filius emancipatus vocat in ius patrem sine venia d. l. fin. idemq. est in patre naturali, & in matre. l. 4. & l. 6. ff. de in ius vocan. hoc autem introductum est propter reuerētiam omnibus parentibus exhibendam. d. l. 6.]

¶ *Ius autem.* ¶ Diuiditur in tres partes, in prima ponitur qui habeāt filios in potestate: in secūda qui sint in potestate: in tertia exceptionem in descendentibus ex feminis. Secunda ibi, Qui igitur 3. ibi, Qui autem.

STL. ¶ *CASVS.* Quæsitum fuit, qui haberent filios in potestate, & ex definitione, sup. in princ. huius tit. facta videbatur, quod omnes qui eos susceperant ex iustis nuptijs: cōtrariū deciditur, quod soli ciues Romani: ratio decidendi est, quia cum hæc sit inuentio iuris ciuilis Romanorum, non potest talis l. ligare ext. iurisdictionem disponentis. l. fin. ff. de iur. om. iud. sed tunc in secundo loco fuit dubitatum, an nepotes, vel alij descendentes essent in potestate aui, vel patris, & videbatur dicendum, quòd patris, quia cum inter ipsum & vxorem sint iustæ nuptiæ, & ij habeant in potestate qui ex iustis nuptijs generant, vt sup in princip. videbātur esse in potestate patris generantis. Contrariū tamē deciditur, quia immo sunt in potestate aui, ea ratione, quia qui in potestate alterius est, non potest alium habere in potestate. §. itē vobis inf. per quas perso. no. acqui. Vltimo dubitabatur, an idem esset in descendentibus ex filia & dubium faciebat proxima decisio, cuius contrarium respōdetur ea ratione, quia filij patris familiam, & dignitatem sequuntur, non matris. l. liberos. ff. de sena. No. quod soli Ro. ciues habēt filios in potestate. Item quod verba non dicuntur superflua, quæ ad maiorem declarationē ponuntur: non enim erat necessaria illa clausula: Nulli enim, cum esset dictum, proprium, quod est, quod alteri non competit. l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. & ad hoc allegatur iste tex. per Dec. in cons. 261. col. 1. Item quod dictio igitur, est illatiua. Item quod eādem potestatē habet auus in nepotem, quam pater in filiū: Item quod descendētes ex filia non sunt in potestate aui materni: & sic quod descendentes seq. patrem non matrem, quo ad patriam potestatem, & familiam.]

Potestas patria in septē consistit. a ¶ *Ius autem.* Quod consistit in septem. Primo, quia necessitate famis pater filiū vēdere pōt, vel obligare. vt C. de pa. q. fi. distr. li. 2. * Cautè gl. loquitur de patre non enim hoc liceret auo, vt tradit Saly. post alios in d. l. 2.] Secundò, quia ab eo in ius vocari non potest, vt C. de in ius voc. l. fi.

Tertiò, quia nec cum eis agendo iudiciū habere possumus, vt ff. de iudi. l. is. *Excipe causā castrensis peculij, & alios casus: ibi relatos per gl.] Quartò, quia per eum acquirimus, vt inf. per quas perso. no. acqui. §. j Quintò, quia in iudicio contra alium sine licentia nostra esse non potest, vt C. de bo. quæ li. l. fi. §. 1. (1)

* Limita hoc multis modis, quos prosequitur Soc. in trac. reg. & fall. reg. 96. incip filiusfa. in iudicio.] Sextò quia eo inuito sua bona aduentitia administramus, vt inf. per quas perso. no. acqui. §. 1. Quidam tamen dixerunt: quod alimenta ad inuicem hoc iure præstantur, quod falsum est, cum in emancipatis hoc fit, vt ff. de lib. agno. l. si quis a liberis. in princ. † *melius facit l. 14 C. de bo. ma.*

Item ciuilis obligatio inter nos esse non potest, vt inf. de inuti. isti. §. item inutilis. † *Adde alium secundum doc. q. a in atrocioribus delictis filius, q. est in potestate patris, propter iussū patris minus puniatur licet non excusetur in totū, vt ff. de re iud. l. ad ea secundum Pe. de Bellape. hic.* * Hinc est, quod donatio patris facta filio est inutilis, eamque reuocare potest. l. donationes quas. C. de don. int. vir. & vxo. nam alioquin videretur sibi redonare, cum quicquid acquirit filius: patri acquirat, quæ obligatio non consistit. l. liber homo ij. in princip. de verb. oblig. naturalis autem obligatio bene inter eos contrahitur, sicuti etiam cum seruo. §. 1. de fide iusso.] Est & octauus, vt possim petere filium in meam potestatem. Circa quod distingue, quod aut à nullo detinetur, aut ab aliquo. si ab aliquo, volens, aut inuitus. Primò casu petam eum per officium iudicis, ff. de lib. exhi. l. 3. §. hoc autē, & præiudiciali actione in rem agam, vt inf. de actio. §. præiudiciales non interdicto, nisi in casu, vt si volo eum adire hæreditatē, in qua factus est hæres, vt ff. de acqui. hær. l. si quis mihi. §. iussum. & ff. de lib. exhib. l. si eum. In secundò eadem auxilia locum habent, & plura, scilicet rei vendicatio de iure Romano, vt ff. de rei vendic. l. 1 §. 1. In tertio locum habet interdictum De libe. homi. exhi. Item actio in rem de iure Quiritum, vt ff. de rei vendic. l. 1. §. 1. & de lib. exhi. l. 1. j. respon. *Vide Bar. da. in l. in auditū. ff. ad l. Cornel. STL. de sic. & Alc. li. 2. Disp. ca. 22. & Ald. hic in Ann. & Cāme.*

* ¶ Adde nonum, quod olim habebat in filium ius vitæ, & necis. l. in suis. ff. de lib. & posthum. hodie verò emendandi & moderate corrigendi. l. 1. C. de emend. prod. Decimus est, quod filius non poterat vti alijs sacris, atque pater vteretur, vt inquit Alciat. li. Prætermiss. 1. in ver. sacra. Vndecimus quod non

manorum. [a] † Nulli enim alij sunt homines, qui talem in liberos habeāt potestatē, qualē nos habemus. Qui igitur ex te, & vxore [b] tua nascitur, in tua [c] potestate est. Itē qui ex filio tuo, & vxore eius nascitur, i. nepos tu°, & neptis, æquè in tua sunt potestate: & pronepos, & proneptis, & deinceps ceteri omnes. Qui † tñ ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, [d] sed † patris eorum.

¶ *De nuptijs.*

¶ *Iustæ sunt nuptiæ, quæ secundum ll. fiunt inter puberes & in filijs cum consensu parentis: dato etiam modo filijs furiosi, quomodo nubere iure possint. hoc dicit ex lege secun. & sequent. ff. eodem.*

IVstas autem nuptias inter se

obligatur ex voto facto reipub. l. 2. §. voto. ff. de polli. 12. quod non potest testari, nec codicillos facere. l. pen. & fi. C. qui testa. fa. pos. 13. quod debet institui, aut nominatim exhæredari. inf. de exhær. li. in prin. 14 quod non potest donare causa mortis absque consensu paterno. l. Tam is, ff. de donat. cau. mor. 15. quod non potest contrahere matrimonium secundum ius ciuile nisi patre consentiente inf. tit. 1. in princ. quos supra scriptos effectus latius in Comment. declaraui.

ADDITIO.

(i) Scilicet speciali: nec sufficeret generalis siue vniuersalis. Item nec ratihabitio postea sequens, vt no. glo. i. l. 3. §. sed verum ff. de mi. Et hæc vera, nisi simul cum patre agat, vel conueniatur. Item nisi in causa criminali, vel in casibus vbi patri non quæritur vsusfructus, secundum Angel. hic. Item nisi sit tutor alicuius, vel procurator. c. qui generaliter. de procur. lib. 6. Ias.

a ¶ *Romanorum.* idest omnium † qui sunt de Romano imperio: aliæ vero gentes: quædam vt se suos tenent filios, vt Sclaui: aliæ vt prorsus absolutos, vt Frãcigenæ ideò caute dicit int. Talem qualem.

¶ Adde, quod ex gl. aliàs referebat Decius, quòd in Gallia non daretur suitas, & quod filij Galliorum testari possent etiam in aduenticijs quod tamen dicit falsum, quia in Gallia habetur ratio patriæ potestatis: Dec. in l. qui se patris, col. 2. C. vnde lib. * licet non eodem modo, de quo vide Alciat. libr. 2. Dispun. cap. 22.]

* Adde, quod hoc ius potestatis moribus receptum fuit. l. patre ff de ijs, qui sunt sui, vel ali. iu. & sic à lege 12. tabul. descendit: sed cum constitutione Antonini, de qua in l. qui in orbe, de sta. ho. qui in orbe Romano sunt, ciues Rom. effecti sint, sequatur ad omnes christianos hodie illud pertinere, quapropter & Francis communicatum est, quia & ipsi pars sunt Romani Imperij, eoque iure viuunt, licet Regibus Germanorum, quos Imperatoris titulo Romani Pontifices insigniuerunt, non subsint, secundum Alcia. in l. potestatis. de verb. signific. hodie tamen ex consuetudine Franciæ filiusfa. sibi acquirit, non parentibus, vt testatur And. Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 67. vbi vide circa hanc gl.]

b ¶ *Et vxore.* Aliud si ex concubina, vt inf. tit. 1. §. fi. vel incesto coitu natus, vt in Auth. qui. mo. na. ef. fi. le. collat. 6. § fin.

* Adde, quod si sit vxor illegitima, alter tamen coniugum ignorauerit impedimentum, de iure canonico filij sunt legitimi, & succedunt patri etiam scienti cap. 2. & cap. ex tenore, qui fil. sint legi.

c ¶ *In tua.* Si tamen tu sis tui iuris, non aliàs vt ff. ad l. Iul. de adult. leg. sic eueniet.

d ¶ *Non sunt.* Quia qui nascuntur patris familiam sequuntur, vt infr. de legit. agnat. tut. §. 1. & in hoc sequitur conditionem patris, vt ff. de stat. ho. l. cum legitimæ.

¶ *De nuptijs* Supra tit. prox. dictum est, quod in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptijs procreauimus: ideo hic subiūgitur, inter quos dictæ iustæ nuptiæ contrahuntur. Aret.

IVstas. Iste tit. diuiditur in octo partes In prima ponit qui possint contrahere matrimonium, & qualiter subijciēdo q. de filio & filia furiosi, secunda ibi. Ergo non omnes, vbi ponit quasdam esse personas, inter quas non potest esse matrimonium, scilicet inter ascēdentes & descendentes, tertia ibi, Inter eas vbi ponit inter quas personas ex collateralibus, etiam coniunctis per adoptionem, potest fieri & non fieri matrimonium, 4. ibi, Affinitatis, vbi ponit inter quas personas nō potest fieri matrimonium ratione affinitatis, §. ibi. Illud certū vbi ponit: qualiter matrimonium prohibetur ratione seruilis cognationis. 6. ibi. Sunt & aliæ, vbi ponit generaliter quādā esse alias personas, inter quas non potest constitui matrimonium 7. ibi. Si aduersus, vbi annullat matrimonia contracta contra iuris præcepta, & quicquid secutū est exinde, & punit contra facientes. Octaua ibi, Aliquando, vbi ponit de filijs naturalibus & quomodo possunt legitimari. Item prima pars principalis diuiditur in tres partes Nam in prima ponit dictum generale: in secunda illud declarat: in tertia determinat inci-

† aliàs autem.

† Hoc inductum fuit ex constitutione D. Antoni. Si L. qua oēs qui in orb. R. sunt ciu. Ro. effecti sūt l. qui in orb. de sta. ho.

† aliàs in patris.

† aliàs de iustis nuptijs.

Cōtinuatio.

incidentem quæstionem. Secunda ibi, Masculi, Tertia ibi, vnde quæsitum, secundum Por.

STL. ¶ *CASVS*. Quærebatur quæ essent iustę nuptiæ, & respondetur, ꝙ intelligũtur illæ, quæ factæ sunt secundum præcepta legum; quia tamen ex hac generali declaratione non habebatur particularis doctrina,

ciues Romani[a] cõtrahũt, qui secũdũ pręcepta[b] legum coeũt: masculi quidẽ puberes,[c] fęminæ autem viripotentes:[d] siue

quæsitum fuit, an circa ætatem esset limitatus terminus: & cum nuptias faciat consensus, non concubitus.l nuptias, ff. de reg. iur. videbatur considerari debere tempus, quo homines habent perfectum cõsensum, & sic tempus 25. annor. l. 1, ff. de min, quia sumus in casu: In quo restitutio non potest ponere in pristinum. Hoc tamen non obstante deciditur, quod attendatur pubertas, quia hoc tempore & mulier est viripotens, & mas aptus ad generandum: & statim quod quis est habilis ad generandum, dicitur habilis ad matrimonium: quia hac ratione inuenta est coniunctio: quæ ætas ad obligationes habilis est. §. pupillus, infra de inutilibus stipula. Successiuè quæsitum est, an filijfamil. dummodo essent puberes, absolutè contrahere possent nuptias, & videtur dicendum quod sic: nec quicquam obstare patriam potestatem, quia cum hic agatur de coniunctione naturali, non videtur, quod patria potestas aliquid operetur. §. sed naturalia. sup. de iur. natur. gent. & ciui. At contrarium deciditur, & ratio decidendi ponitur in tex. Quo factum est, vt sit dubitatum, an filij furiosi, cuius nullus est consensus, possint nubere: & dicendum videbatur, quod non: quia cum consensus eius sit impossibilis: *tam expressus, quia scilicet mẽte caret §. Itẽ furiosi, infra qui testa, fa. poss. quam tacitus, quia is tacendo consentit, qui contradicere posset.] lex autem consensum paternum exigat, priuatus videbatur filius ex hoc impedimento. Attamen deciditur oppositum, & dicitur, quod quãuis iure antiquo hoc esset, tamen Imperator ad remouenda matrimonij impedimenta dedit modum nubendi l. si furiosi C. eod. * Pronior autem fuit antiquitas in permittendo filiæ furiosi nubere absque patris consensu, quia in conseruanda eius pudicitia plus sub erat periculi, tum ob naturæ stimulos in mulieribus acutiores, tum ob sexus imbecillitatem. Videmus enim eadem ratione constitutum, vt in neptis matrimonio consensus aui sufficiat, in nepote verò tam aui, quam patris voluntas exigatur, l. oratione. ff. de rit. nup.] Not. quæ sint iustæ nuptiæ. Item in qua ætate contrahere matrimonium liceat. Item quod in filio contrahente matrimonium requiritur consensus paternus ex ciuili & naturali ratione. Item ꝙ non solum consensus, sed iussus requiritur, Item quod filij furiosi sine paterno consensu contrahunt nuptias. Item quòd statutum de filia furiosi non extenditur ad filium, contra hic not. per Angel. aliàs enim non fuisset necessaria decisio Imperatoris, nec fuisset variatum, vt dicit. Item ibi, Ciues Roman. no. quod matrimonium est tantum inter liberos.]

*Iustas nuptias dixit, hoc est legitimas & in quibus nihil iure possit desiderare. Nã iustum dicimus, quod Græci acribes i. numeris omnibus absolutum, sic iustos liberos & iustam vxorem appellamus l. si senatori de ri. nup. & l. cum quis. C. de na. lib.

matrimonium nõ est inter seruos.

a ¶ *Ciues Romani*, i. liberi homines, vt sup. de lib. §. fi. serui ergo non faciunt matrimonium, †sed contubernium, vt hic, & C. de incest. nup. l. cũ ancillis, & in auth. de nupt. §. si verò ab initio. coll. 4. † Sed aliud est iure canonum (1) quod præualet, vt in auth. de eccl ti. §. 1. coll. 9 vbi dicitur, quod canones sunt seruandi pro legibus.

¶ Adde, quod de iure cano. matrimonium est inter seruos, & potest contrahi etiam inuitis & contradicentibus dominis, cap. 1. de coniug. seruo.]

** †*Innuit hoc & Plant. et in prologo Cassi.* STL.

†*Simile est in c. sane. extra de cle. coniug. vbi matrimonia contracta per sacerdotes dicũtur contubernia.*

b ¶ *Præcepta* quæ sunt, inf. eo. tit. per totum & ff. eo. & C. eo. tit. per totum, vt colligemus in magna gl. inf. eo. §. sunt & aliæ.

c ¶ *Puberes*, i. maiores 14 annis, vt inf. quibus modis tu fi. in princ.

d ¶ *Viripotens*, id est maiores 12. annis, infra qui. mo. tu. fi. & respon, sed in sponsalibus 7. anni sufficiunt, vt ff. de spon. l. in sponsalibus.

* Ratio, cur maturius feminæ nubãt, quam mares, est, quia prius generationi aptæ sũt, qđ tradit Macrob. lib. 7. saturna. c. 7. in sponsalibus autem contrahendis æquiparantur, & septem anni sufficiunt in mare & fęmina, quia in his consensus solus requiritur, qui par est in vtroque.

¶ Sed numquid hodie 15. anni sunt necessarij ad matrimonium. vt in auth. de tem. non so. pe. §. naturaliter, col. 7. Respond. lex illa consuetudinem, & frequentiam hominum ponit. Item quid si aliquis, antequam istud tempus attingat, inuentus sit sufficiens ad matrimonium? Videtur quod nubere possit. † vt ff. quando di. le. ce. l. pe. quasi felici diplomate vsus, vt ff de verbor. obligat, l. continuus §. cum ita. Sed contradico, immo. l. Iulia de adulterio & stupro commisso poterit puniri, vt ff. de adul. l. inter liberos i. respon. & est pro hoc ff. de concub. l. 1. §. fin. Si autem de facto intra dictum tempus vxorem quis acceperit tunc erit vxor cum ad ætatem prædictam peruenerit, vt ff. de ritu nup. l. minorem.

†*Ista est vera secundum omnes scrib. p. c. puberes & c. continebatur ext. de despon. impu. & l. fin. vxor. §. fi. ff. ad adul.*

¶ Adde hoc verum de iure ciuili, sed de iure cano. consideratur potentia coeundi: &

patresfamilias [a] sint, siue filijfamilias: dū tamen si filijfamilias sint, consensum habeant parentū, quorum in potestate [b] sunt. Nam hoc fieri debere, & ciuilis, [c] & naturalis [d] ratio suadet: in tantum, vt iussus parentis præcedere debeat [e]. ¶ Vnde [f] quæsitū est, an furiosi filia nubere, an furiosi filius vxorē ducere possit: [g] cumque super filio [h] variabatur, nostra processit decisio [i], qua [k] permissum est, ad exēplū filię furiosi, [l] filium quoque furiosi posse & sine patris interuentu matrimoniū sibi copulare, secundum datum [m] ex nostra constitutione modum.

¶ *Matrimonium nō potest contrahi inter ascendētes, & descēdentes vsque in infinitum, etiā per adoptionem: & etiam adoptione finita per emancipationem. h.d. ex l. nuptiæ consistere. ij. cum ll. seq. ff. eod.*

si ante ann. 14. vel 12. ann. inueniatur, contrahitur matrimonium. c. puberes. c. de illis 2. de despon. impub.

a ¶ *Patres familias.* s. qui sunt iuris sui, cuiuscunque ætatis sint: sic & matresfa. sed filij & filiæ familias; qui sūt in potestate, cuiuscunque ætatis sint, vt ff. de iis qui sunt sui, vel alie. iuris l. nam ciuium Accur.

b ¶ *In potestate.* Quid ergo de emancipatis? Videtur idem, vt C. eod. l. viduæ. Sed illud consilium est, † nō præceptū quod autem possit filius emācipatus, dicitur ff. de cōtra tab. l. 3. §. si emancipatus. & ff. de rit. nup. l. filius emancipatus.

*¶ Vera resolutio est, ꝙ filius emācipatus indistinctè potest absque interuentu patris contrahere matrimonium. d. l. filius. filia verò nubere debet secundum modum datum in l. in coniunctione. C. de nupt. & hoc intelligendum est secundum Ius ciuile. aliud enim secundum ius cano. quod in hac materia præualet.

**Adde, quod nepos ducat vxorem, non solum requiritur consensus aui, in cuius potestate est. sed etiam patris, si verò neptis nubat, sufficit consensus aui. l. ratione. ff. eo. & ratio diuersitatis est, vt ibi scribit Accursius quia mulieres oportet accelerare nuptias, ne quid turpe committatur.]

c ¶ *Et ciuilis.* Quia est in potestate de iure ciui. Roman. vt sup. tit. 1. §. ius.

** Quid si nolint parentes consentire? & videtur eos cogi posse. l. qui liberos. de ritu nuptia.]

d ¶ *Et naturalis.* Quia pater, vt ff. de iust. & iur. l. 2.

e ¶ *Debeat.* Aliàs non valet, vt ff. de sta. ho. l. Paulus respondit. videtur tamen consentire, nisi contradicat expresse, vt ff. de spon. l. in sponsalibus, in fi.

STL. ¶ Adde hoc falsum de iure canon. quia sine consensu patris contrahere potest c. fin. vbi glo. 32. q. 2. & est communis opin. contra quā non valeret statutum hodie disponens idē, quòd hic dicitur, vt proseq. Dec. in c. ecclesi. sanct. Ma. colum. 6. de constit.

f ¶ *Vnde.* Quia patris consensus exigitur

g ¶ *Possit.* Videtur, quod non, cum pater non possit consentire, vt ff. de iur. co. l. 2. §. furiosus.

h ¶ *Super filio.* Nam de filia facilè concessum fuit: qa fortè calidior sanguis est in ea, vt in Auth. de non elig. §. cū igitur coll. 1. Vel verius propter fragilitatē sexus, argu. inf. qui. alii. li. in princ. sed prima nō placet.

*¶ Veram rationem posui in figuratione casus. STL.

i ¶ *Decisio:* id est sentētia vel lex. vt C. eo l. si furiosi.

K ¶ *Qua.* Decisione.

l ¶ *Furiosi.* Idē & si captus fuerit, & ab fuit pater per triēnium: Vel si nescitur an viuat, vel non. vt ff. eo. l. si nepus. §. fin. & l. si ita.

** Adde, quod tamen valet matrimonium ante effluxū triennium captiuitatis, vel absentiæ paternæ, dummodo ducat talem, cuius conditionem certum sit patrem non esse repudiaturum. l. si filius. ff. eo.]

m ¶ *Secundum datum.* Scilicet cum auctoritate curatoris patris, & dote secundum quantitatem patrimonij patris data, vt C. eod. l. si furiosi. in fi. sed iure canonum sufficit* cōsensus eorum, de quorum matrimonio agitur: sed illud fortè in alijs, & non in filijs familias intelligitur. Vel credo, quod hoc corrigitur, quia ita honesta est res contrahere matrimonium, sicut & intrare monasterium, vt in Auth. de san. epi. §. sed & hoc præsenti. coll 9.

¶ Adde hoc corrigi per Cano. vt dictum est sup. in glo. in ver. debeat.** & declarat latè Dec. in l. nuptias de reg. iur. dum autē æquiparat gl. matrimoniū spirituale, & tpale, dicit verū, vt patet per tex. in c. quoniā. §. porrò. vt lite non conte. c. inter. & c. fi. de transla. episc. c. cum inter. de elec. bonus text. in auth. nisi. vbi Cyn. Saly. & alii. C. ad Trebell. §. Ergo. Diuiditur in quinque partes. In prima ponit regulam in secunda exempla: in tertia quid accidat ijs, qui contra regulam nubunt: in quarta ampliatio exempli: In quin- STL.

Marginal notes:

† *Si consiliū sit reuerentia, est de necessitate obediendū.* STL. *secus si præceptio* — *nis gl. est ord. in c. ad aures de ata. et qualit.*

† c. sufficiat. 27. q. 2.

quinta ampliatio ampliationis, Secunda ibi, inter eas. Tertia ibi. & Quarta si tales. ibi, & hæc adeò. Quinta ibi, in tantum.

vt ff. de ritu nup. l. nuptiæ consistere. *ADDITIO.* Et hæc vera, siue sint ex legitimo matrimonio, siue non, vt ff. de ritu nuptiarũ. l. & nihil. Apud quasdam tamen gentes aliud seruari, ait Ouid. lib. 10. Meta. Gentes tamen esse ferũtur, in quibus & nato genitrix, & nata parenti iungitur, & pietas geminato crescit amore.

¶ Ergo[a] non omnes[b] nobis vxores ducere licet. Nam à quarũdã[c] nuptijs abstinendum est. Inter eas enim psonas, quæ parẽtum, † liberorumve† locũ inter se obtinẽt, cõtrahi nuptiæ nõ possũt: veluti inter patrem, & filiam, vel auum, & neptẽ, vel matrem, & filiũ, vel auiã, & nepotẽ, & vsque in infinitũ.[d] Et si tales personæ inter se coierint, nefarias † atq. incestas nuptias cõtraxisse dicuntur. Et hæc adeo vera sunt, vt quãuis per adoptionem parẽtum, liberorumve loco sibi esse cęperit, nõ possint iter se matrimonio iũgi: in tãtum, vt, ẽtiam dissoluta adoptione, idẽ iuris[e] maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis esse cęperit, non poteris vxorem ducere, quamuis eã emancipaueris.

Fratres & sorores iure nõ cõiungũtur, etiã adoptiui, nisi alter emancipatus sit. h. d.

¶ Inter eas quoq; psonas, quæ ex trãuerso gradu cognationis iũgũtur † est quędã similis obseruatio,

STL. ¶ *CASVS.* Quæsitum fuit, an cum quocumque iustæ nuptiæ contraherentur, & videbatur dicendum, quod sic, quia cum maris, & feminæ coniunctio de iure naturæ sit, & ius naturale sit inuariabile, videamusq. animalia cetera passim cõmisceri, nulla habita distinctione, videbatur dicendum hoc idem in hominibus esse seruãdum. Cuius cõtrarium dicitur, quia cũ aliud ratio hominis exigat, quam impulsus ille naturę, iure gẽtium & ciuili sũt prohibiti certi gradus ratione honestatis, qui in animalibus non considerantur. Vnde quamuis illa cõiunctio naturalis sit, tamẽ modus cõiunctionis de iurę ciuili est. Non variatur itaque, quod naturale est, sed aliquid additur inter homines, quod ratione naturali dispositum est: veluti inter ascendentes, & descendentes: & quamuis inter adoptiuos non sit tanta ratio, maximè adoptione soluta, idem tamen statutum est, in memoriam reuerentiæ debitæ, & qui iam fuit iure ciuili filia, quia adoptio quantum potest naturam imitatur, §. minorem, infra de adoptio. Nota, quod regula nuptiarum est prohibitoria certarum personarum, & ideò qui non prohibentur contrahere, intelliguntur permissi. Item quod inter ascendentes, & descendentes in infinitum, etiam adoptiuos, & soluta adoptione non sunt iustæ nuptiæ. Item quod incestus & nefarius coitus dicitur cum consanguineis. Item quòd cessante causa quandoque non cessat effectus.

† declarat gl. ver. parẽtis, infra ti. 2. in princ.

† Vide gl. in §. ita ver. personis inf. de here. qua ab intest.

† No. quod licet aliàs nefariæ nuptiæ propriè dicãtur inter ascẽdentes, et descendentes, incestæ autẽ inter collaterales, & affines, attamen quandoque his appellationibus promiscue vtimur gl. in auth. de incest. & nefa. nu. coll. 2. circa princ.

a ¶ *Ergo.* Quia secundum præcepta legum fiunt matrimonia, ergo &c.

b ¶ *Non omnes.* scilicet mulieres.

c ¶ *Quarundam.* id est mulierum.

d ¶ *In infinitum*, adeò vt si Adam hodie viueret, non posset habere vxorẽ, secũdũ Io.

e ¶ *Idem iuris.* vt non possunt coniungi. *ADDITIO.* Et est ratio secundum Petr. quia licet filiatio sit finita per emancipationem, tamen prohibetur honestatis causa: quia in copulandis nuptijs semper inspicitur honestas, l. semper, ff. de ritu nupt. Aret.

Inter eas. ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere in trãsuersalibus: secũdò illud specificat in trãsuersalibus coniunctis per sanguinem: tertiò de coniunctis per adoptionem; quartò infert ex prædictis vnum casum. Secunda ibi. Sane. Tertia ibi, Sed & si. Quarta ibi. Et ideò Aret.

¶ Inter eas. *CASVS.* Quærebatur an inter collaterales quoque seruãda esset suprascripta prohibitio: & videbatur dicendum, quod non, quia cessabat ille ascensus, & descensus sanguinis, qui est inter liberos, & parentes. cuius contrarium deciditur in fratribus, & sororibus, ratione cuiusdam honestatis, quæ in nuptis maximè spectatur. l. semper, ff. de ritu nupt. licet sint adoptiui, quia adoptio quoque naturam imitatur. Sed tunc dubitatum fuit, quid iuris soluta adoptione: & videbatur idem respondendum ex proximè præcedente §. vbi dissoluta per emancipationem adoptione durat adhuc impedimentum: sed contrarium deciditur: quia cum adoptio sit tantum iuris ciuilis vinculum, alio ciuili instrumento. i. emancipatione penitus est dissolutũ. l. nihil tam. de reg. iur. diuersitatis autem ratio inter hunc casum, & casum præcedentis §. illa est, quia paternum illum nomen pudori semper esse

† Huius prohibitionis triplicẽ affert rationem Plu. in probl. quæ vide. STL.

oportet, cum maneant adhuc reliquiæ prioris potestatis, arg. l. vnius, §. seruus in eius caput, ff. de quæstio. quod non est inter fratres & sorores. Abhorret enim à publica honestate, vt quis iungatur cum ea, quam loco filiæ prius habuit. l. si quis alumnam C. eo.] Not. quod maior est prohibitio descêdêtium quam collateralium, quia illa est in infinitum, hæc vsque ad certos gradus. Itê quod inter fratres & sorores non sunt iustæ nuptiæ, siue ex vtroque, siue altero se parente contingant: Item quod adoptiua, durante adoptione, nô ducitur i vxorê. Item quod emâcipatio intet adoptiuos collateralessoluit penitus affinitatem. Itê quod finita causa impedimenti finitur impedimentum.]

g ¶ *Filiam*, hoc ideo, quia emancipatione facta desinit esse agnata patri: ergo per patrem non potest fieri agnata tali adoptiuo, vt ff. de adopt. l. qui in adoptionem. hodie verò non desinit, vt inf. de legit. agnat. succes. §. fin: & ita hoc consilium hodie nô valet.

¶ Adde, quod licet ita communiter teneât doctor: tamen hodie etiam emancipatione tollitur agnatio per istû text. & §. fin. inf. de leg. agna. tu. Nec obst. §. fi: quia nô deterr patri hæreditatem, vt agnato, sed vt emâcipanti côtracta fiducia. Nec ibi dicit, quod iure nouo fit agnatus, sed quod semper videtur cô tracta fiducia emancipare: quæ fictio manente agnatione non esset necessaria.]

† *Quod elegater deplorat. Byblis apud Oui. lib. 9. Met.*

† *alias ab.*

§. duo tamê, & ideò hæc glo. reprehendit hic Iâs.

ST L.

sed non tanta.[a] Sanè enim inter fratrê sororemq. nuptiæ prohibitæ sunt, † siue ab eodem patre, eadêq. matre nati fuerit, siue † ex altero eorum. ¶ Sed si qua per adoptionê soror tibi esse cœperit, quâdiu[b] quidem côstat adoptio, sanè inter te, & eam nuptiæ côsistere non possunt, cû verò per emâcipationem adoptio sit dissoluta,[c] poteris eam vxorê ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimêto nuptijs. Et ideò constat, si quis generum[d] adoptare velit debere eum[e] antea[f] filiam[g] suam emancipare: & si quis velit nurum[h] adoptare, debere eum antea filium suum emancipare.

¶ *Filiam, vel neptem fratris naturalis vxorem ducere prohibetur: secus adoptiuam: hoc dicit.*

¶ Fratris verò, vel sororis filiam, vxorem ducere † non licet. Sed nec neptem fratris, vel sororis quis ducere potest, quis quarto gradu sint.

** † *Aliter olim, vt scribit Plutar. in probl.*

h ¶ *Nurum*, id est vxorem filij, vt probatur, infra eod. §. affinitatis:

¶ *Fratris*. ¶ Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit dictum: in secunda extendit: in tertia assignat rationem: in quarta ponit quid in adoptiuo. Secunda ibi, sed nec, tertia ibi, cuius quarta ibi, eius.

* ¶ *CASVS*. Figuratio facilis est. Dicitur enim quod filia fratris, sororisve vxor duci non potest, In quo nulla est difficultas; cum sit in tertio gradu. l. Iurisc. §. ; ff. de grad. Solum videbatur subsistendum in eorum nepte, quæ cû sit in quarto gradu, qui regulariter est permissus, videbatur, quod cû ea nuptias liceret contrahere. & tamen respôdetur contrarium ex regula posita in tex. cuius enim, & c. illud præterea quęsitû est, an vxor duci potest filia sororis adoptiuæ, & videbatur quod non, cum teneat tertium gradum: attamen deciditur contrarium ex ratione in tex. allegata, quâ optimè declarat gl. hic, & apertius in l. si qua. ff eod.] Not. quod inter patruum & neptem ex fratre, vel etiam inter patruum magnum, non licet contrahere nuptias. Itê quod de iure ciuili neptis fratris, vel sororis est in quartò gradu. Item quod cuius filiâ prohibeor vxorem ducere, ita & eius

ST L.

a ¶ *Sed non tanta*. scilicet vsque ad gradum septimum, secundum canones. vt xxxv. quæstio. 3. cap. progeniem & c. de consanguinitate. & cap. in copulatione. & cap. nulli. sed secundum leges vsque ad quartum, vt infra eodem, §. fratris. Idem hodie † iure canon. † vt extra de consanguinitate, & affinitat. c. non debet. & cap. vlt. sed tamen aliter accipitur gradus secundum canones, quam secundum nos, vt dicetur. inf. de gra. cog.

¶ Adde, quod hodie de iure canonico prohibitio est vsque ad quartum gradum cap. non debet, §. prohibitio de consanguinit. & affinitat.]

b ¶ *Quamdiu*. Sic. ff. de verborum obligat. l. si stipulatus fuero. in fin. aliàs, si stipuler. §. 1. sic. ff. de libe. & posthum. l. si quis posthumos in fi.

** Ratio est. quia per adoptionem efficitur agnata fratris, vt declarat hic Theophilus.]

c ¶ *Dissoluta*, quia ipsa est emancipata, vt differat à sequenti casu.

d ¶ *Generum*. id est maritum filiæ.

e ¶ *Eum*. Scilicet patrem,

f ¶ *Antea*. Id est primo,

† *Aliter antiquitus vt legitur de Abraham, qui ST L. habuit vxorem suâ consanguineam, Gen. ca. 20. quod institutû deinde prohibitû fuit, vt est Leu. ca. 18.*

† *f. inclusiuè sed de iu ci. exclusiuè, vt infr. eod.*

eius neptem. Item quòd filia sororis adoptiuæ non coniungitur, nec ciuili, nec naturali iure mecum. Item quod fortius est vinculum naturale quam ciuile. Item quod vinculum legale tantum est inter adoptantem, & adoptatum.

descendentibus fratrum & sororum, an iustas inter se nuptias cōtraherēt; & ratio dubitandi oriebatur ex eo, quod nuptiæ prohibitæ erant in quarto gradu sup. §. proxi. deciditur tamen contrarium, quia in æqualibus non cadit ratio honestatis & reuerentiæ, quæ cadit in insuperioribus, qui quasi loco patris sūt: qua ratione fuit etiam idē responsum in amita, & matertera quāuis adoptatiua, & ratio est assignata in text. Not. quod filij duorum fratrū iure inter se nubunt. Itē quod amitā & materterā etiā magnam ducere in vxorē, etiam quod adoptiuæ sint, non possumus. Item, quòd amita & matertera sunt loco parentum.

Cuius [a] enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur.

¶ Eius [b] verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam nō videris impediti vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure [c] tibi coniungitur.

¶ *Duorum fratrum filij iure coniunguntur, secus in amita, & matertera etiā magna hoc dicit.*

¶ Duorum [d] autem fratrum, vel sororum liberi, vel fratris & sororis, coniungi possunt.

¶ Item amitam [e] licet adoptiuam [f] ducere vxorē non licet: itē nec materterā: [g] quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnam quoque amitam, & materteram ...

a ¶ *Cuius*. Sed opponitur; filiam aui, vel auię non possum ducere, tamen neptē possum, quæ est mihi consobrina, vt inf. eod ti. §. duorum. Respon. hanc regulam strictè intelligi in eo casu, in quo loquitur, & in omni simili, scilicet quādo ego & ille, cuius filiā ducere non possum, sum[9] in gradu primo ad stipitē, & in potestate eiusdem: & sic, cuius, scilicet fratris, vel sororis meæ filiam &c. & hoc in naturalibus, secus in adoptiuis vt infr. §. proximo.

STL. ¶ Adde, quod las. hic aliter declarat, quod si loquitur in collateralibus æqualibus, cessat ista: si verò in ijs qui ab. inf. sunt durat propter reuerentiam: quæ satis placet. * Vel dic, vt declaraui in Annot. quod Imperator in vers. Sed nec neptem. ibi, quamuis quarto gradu sint. docet nos responsionem, quia cum iam sit expresse decisus ille casus, qui obijcitur, in §. duorum. non potest comprehendi sub reg. l. de li clausula. ff. de verb. obl.

b ¶ *Eius*. Sic construe: Non videris impediri ducere vxorem filiam eius, quam pater, &c.

c ¶ *Ciuili iure*. De naturali constat, de ciuili sic probo. Illa filia sororis adoptiuæ non est in potestate matris, vt inf de hæredum qualit. & diffe. § quia de causa. ergo non transit in potestatem, illius qui adoptat matrem, liceat mater transeat, quia illi transeunt cum alijs, qui sunt in potestate, vt inf. ti. 1. §. illud. & ff. de adop. l. si pater. at ipsa mater adoptata est mihi coniuncta per agnationem per patrem, in cuius potestate est. ff. de adopt. l. qui in adoptionem.

STL. ¶ Adde, quod gl in l. si qua, in verbo Adoptiuæ ff. de ri. nu. apertius declarat, & assignat aliam rationem.]

Diuisio. ¶ *Duorum*. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò ponit de duobus consobrinis: secundò de amita: tertiò de matertera. Secunda ibi. Item amitam. Tertia ib'. Item nec materteram.

STL. ¶ *CASVS*. Primò dubitatum fuit, quid in

d ¶ *Duorum*. Hoc secundum leges, vt hic, C. & eo. l. celebrandis. secus iure canonum. Vel dic hunc § loqui de adoptiuis, secus in naturalibus.

¶ Adde, quod loquitur in vtrisque, & de iu. cano. hodie corrigitur. c. non debet. §. prohibito. de consang. & affi] STL.

e ¶ *Item amitam*. quæ est soror patris.

f ¶ *Adoptiuam*. Ab auo paterno.

** Exemplifica, si auus ipse paternus habens filium, qui est pater meus, adoptat puellam. hanc enim pater meus habebit sororem adoptiuam, mihi verò erit amita adoptiua.]

g ¶ *Materteram*. Cautè non repetit, adoptiuam materteram &c. † quia matertera, vel auunculus nō fit adoptione, vt hic, & sup. eo §. eius, & ff. eo l. si qua, § fi. Sed cōtra videt, ff. de ritu nup. l. per adoptionem §. fi. Respō. illud intelligitur, quādo adopto in nepotem quasi ex filia natum, vel in pronepotē quasi ex nepote nato e a filia, quod possum, sicut si nullū haberem filium, vt inf. tit. 1. §. licet tunc enim soror & frater eius, loco cuius filij, facta est adoptio, est matertera. & auūculus: alij mihi filij sunt, vt pater. & sic non imitatur naturam, quia aliter nepos ex filia naturali & legitima nō est in potestate: hic autem cum suis concordātijs loquitur, quādo aliquam adopto in filiam; hęc quidē non erit matertera filij nati ex alia mea filia & naturali & legitima. Sed quę est ratio diuersitatis? Respondeo, quia altero casu scilicet quādo adopto in nepotem e a filia, est com-

** † *hoc idē ammad. uertit hic Theophilus in Instit. Græcis.*

modum materteræ, & auunculo: quia maiores quidem parentes impetant minoribus, quod secus est in aduerso casu & ex hac dependet alia, vt naturales & legitimi sint adoptiuo subiecti. & est in ridiculū, econtrario casu esset æquum.

STL. * ¶ Ad declarationē istius glos. videnda sunt quæ post Ang. & Christo. dixi hic in commen latius enim necesse est declarare, quam capiat additio.

materterā magnā a prohiberis vxorē ducere. ¶ *Non potest aliquis cōtrahere matrimonium cum nuru, vel priuigna præsenti, vel præterita. h.d.* ¶ Affinitatis b quo-

* ¶ Dic ex mente doct. rationem diuersitatis esse, quia in priore exemplo glo. ad d. l. per adoptionem. cum adoptatus loco nepotis efficiatur de agnatione. & familia aui adoptantis, in cuius potestatem transit, (quia in se adoptio non imitatur naturam) agnascitur & filijs, & filiabus, & alijs existētibus in familia eiusdem aui l. p. l. qui in adoptionem, ff. de adopt. qui filij & filiæ sunt auunculi, & materteræ ipsius nepotis. Et hæc quidem agnatio parit impedimentum nuptiarum. At in posteriore exemplo gl. cum adoptatur aliqua in filiam nulla resultat agnatio inter eam, & nepotem ex alia filia naturali, & legitima adoptantis, quia illa (vt ita eam vocem per similitudinem) matertera non potest agnasci illi nepoti ex filia, cū extra familiam adoptantis sit, §. fin. sup. de pat. pot. & consequenter nec eidem iure cognationis iungitur, l. patris. ff. de in ius vocand quippe cum in adoptione pro nulla reputetur cognatio, quæ natura contingit, vt scribit hic Theophilus, meritò igitur nō impediuntur nuptiæ.

Matertera magna, Amita magna, Frater aui materni, an dicatur patruus magnus. a ¶ *Materteram magnam*. Magna matertera, soror auiç maternæ est, amita magna, soror aui paterni est, vt infra de gra. cog. §. 4. Sed quid de fratre aui materni? Respond. est patruus magnus, vt C. de succes. edi. l. l. 1. licet Plac. contra, vt ibi not. Sed cum sint in quarto gradu, quare prohibentur, vt sup. eo. §. fratris? Respond. quia hæc. Personæ sunt de superioribus transuersalibus, quæ habētur loco parentum, vt in hoc §. & quia ipsa est in primo gradu stipitis, vt not. supra eod. §. sed nec neptem. & sic nota cautè, quia ordo transuersalium subdiuiditur in tres partes, sup. infra, & ex latere, vt inf. de gra §. 3. 4 5 & 6. & maior est abstinentia versus superiores, vt hic, & inferiores, vt sup. eod. § fratris, quam transuersales, vt sup. eo. § duorum.

Diuisio. ¶ *Affinitatis*. ¶ Diuiditur in septem partes. Nam primò ponit quandam prohibitionem in genere. Secundò illam prohibitionem exemplificat in nuru, & priuigna. Tertiò rationem prohibitionis factæ de nuru. & priuigna assignat. Quartò dictam prohibitionem de nuru factam modificat. Quintò rationem dictæ modificationis assignat. Sextò modificat prohibitionem circa priuignā. Septimò rationem dictæ modificationis assignat. Secunda pars incipit ibi, Vt ecce. Tertia ibi, Quia vtraque. Quarta ibi, quod ita. s. Quinta ibi, Quia eadem. Sexta ibi, Item si. Septima ibi. Quia duas. Areti

STL. ¶ Affinitatis. CASVS. Quærebatur, an prohibitio nuptiarum ratione agnationis traheretur ad affines: & ratio dubitandi erat, quia affinitas, vt potè contracta per feminas, non videbatur paris potentiæ cum agnatione; * quemadmodum nec antiquitus erant pares in successionibus, infra de legi. agnat. suc. & de succes. cogna. in prin.] cuius contrarium respondetur ex eo, quia nurus & priuigna, de quibus primo loco fuit dubitatum, filiæ loco habentur etiam dissoluta affinitate; nam ea constante alia ratione abstinendum est ab ipsarum nuptijs: quia quis duas vxores habere non potest, vt hic dicitur.* Abhorret enim lex coniunctionem illarum personarum, quæ inter se parentum liberorumve locum obtinēt. §. ergo. sup. eo.] Not. quod ratione affinitatis prohibentur etiam nuptiæ. Item quod nurus & priuigna filiæ loco sunt. Not. quod vbi sunt duæ rationes finales, vna cessante. alia non, non cessat dispositio: * quod intelligas verum esse, dummodo singulæ rationes efficaces sint, & sufficiant, alioquin secus. l. si familia. de iur. omn. iud. Item quod l. in dubio debet interpretari in casu probabiliter dubio. Item quod non licet eodem tempore habere duas vxores. Item quod dictio, quoque, est implicatiua. Item quod nomina affinitatis durant ea soluta: & verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis temporis.

b ¶ *Affinitatis*. Est autem affinitas, regularitas personarum ex nuptijs coniunctarum omni carens parētela. scilicet sanguinis. † vt ff. de gra. aff. l. nō facilè §. affines. & §. sciendum est, ideò dicit, ex nuptijs † quia sine nuptijs contrahi non potest: sed secundum canones etiam sine nuptijs.

¶ Adde, quod affinitas est propriè personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela, ita diffinitur communiter per can.] Sed cū vxor videatur affinis viro, quare permittitur matrimonio vti? Respon. nō est affinis, sed causa affinitatis sicut vnitas non est numerus, sed principiū numeri.

¶ Adde, quod hæc est communis opinio, vt per doctor. in leg. prima, C. vnde vit. & vxor.

*x Adde, quod quamuis statuta loquētia de affinibus non verificentur in viro, & vxore secundum proprietatem verbi, tamē verificantur ex ratione, per regulam, propter vnūquodq. tale & illud magis, & est tex. in oppo- sito

fito in d.l.1.C. vnde vir. & vxor. vt ibi declarant Cast. & latius Alex. in prin.c. nente, non cessat effectus.

a ¶ *Quarundam*. f. mulierum.

b ¶ *Priuignam*. Hæc nomina exponuntur statim proxi. in versi. quod ita &c.

i ¶ *Socrum*. Quæ sint hæ personæ, dic vt ff. eo. ti. de ri. nup. l. adoptiuus §. nunc videamus.

K ¶ *Prohibitum est*. iure affinitatis: & ad hoc refertur illud, Quod & ipsum &c.

c ¶ *Loco sunt*. Facit ad hoc. ff. solu. matr. l. quia. 2. & i[illegible]. in §. fin.

d ¶ *Quod*. i. quę prohibitio.

† *aliàs deest, in.*

e ¶ *Nurus est*. Quę continētur appellatione istarū, dic vt ff. eo. l. adoptiuus. §. nunc videamus.

† *aliàs fuit.*

f ¶ *Nupta est*. Argument. sumitur hic, & ex proximo §. qđ siquis habet generale auxiliū, non potest petere speciale, vt ff. de mino. l. in causæ 2. & de ver. obl. g. l. doli, & ff. de eden. l. quædam sunt in princip.

† *aliàs possit.*

g ¶ *Alia ratione*. Non solum supradicta.

h ¶ *Non licet*. imò efficitur infamis, vt Cod. ad l. Iul. & ad d. l. cūqui. ADDITIO. Idem in habente duas sponsas, vel concubinas: seu vxorem, & concubinam, vt est glo. not. in §. antepen. sup. verb. consistente, in auth quibus modis na. effi. sui. licet de facto non obseruetur, vt hic per Ias.

qua veneratione, à quarundam[a] nuptijs abstinere necesse est: vt ecce priuignā[b] aut nurum † in vxorem ducere nō licet; quia vtraq. filiæ loco sūt.[c] Quod[d] ita scilicet accipi debet, si † fuerint nurus, aut priuigna tua. Nā si adhuc nurus tua est:[e] idest, si adhuc nupta est[f] filio tuo, alia ratione[g] vxorem eam ducere nō † poteris: quia eadē duob[9] nupta esse nō potest. Item si adhuc priuigna tua est, id est si mater eius tibi nupta est, ideo eam vxorem dicere non poteris, quia duas vxores eodē tempore habere non licet.[h]

¶ *Cum socru, vel nouerca, præsenti, vel præterita, matrimonium contrahi non potest Aretin.*

¶ Socrum[i] quoque & nouercā prohibitū est[k] vxorē ducere: quia † matris loco sunt. Quod & ipsum dissoluta demū affinitate[l] pcedit. Alioquin si adhuc nouerca[m] est, idest, si adhuc patri tuo nupta est: cōmuni iure impeditur tibi nubere: qa eadē duobus nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, idest, si adhuc filia ei[9] tibi nupta est, ideo impediūtur, tibi nuptiæ, qa duas vx[o]res habere non potes.[n]

l ¶ *Affinitate*. Hæc litera sibi contraria vr: nā si dissoluta est affinitas; nō ergo debēt nuptiæ rōe affinitatis impediri. Sed dic. Dissoluta &c. i. dissoluto matrimonio, pter quod contingit affinitas; sed ipsas affinitas nō est dissoluta. Adde, qđ quo ad impedimētum matrimonij, & quo ad successionē durat: quo ad alia non, ita communiter tenetur in l. 3. §. affinitatis. ff. de postul. in l. sicut, vbi Ias. ff. de re iud.] **Et ideo statutum, qđ affinium causę cōpromittantur, nō procedit soluto matri. vt tradunt doct. in l. fin. C. de verbor signif. & refert. Ias. in d. l. sicut.]

† *nouercam esse loco matris quo modo intelligatur, declarat Deci. in l. 1. col. 1. C. de in ius voca. & Alex. in l. generaliter col. 2. ff. eo. tit.* — SYL.

m ¶ *Nouerca*. sic dicta, quasi nocens arcus. Vel quia noua est arca, quasi sine fructu: & facit ff. de inoff. test. l. 3. in fin & l. 4.

SYL. ¶ Adde, quod dicitur quasi quæ noua domus princeps à patre superinducatur, quasi nearcos.

n ¶ *Non potes*. aliàs, Non possis. s. eodem tempore subaudi, vt sup. proxi. §.

¶ Mariti. Non diuiditur propter vnicam verborum structuram.

Diuisio. ¶ *Socrum*. ¶ Diuiditur in quatuor partes: quia primo ponit vnum dictum prohibitiuum cū ratione: secundo illud modificat: tertio modificatum declarat circa nouercā cum ratione: quarto declarat circa socrum cū ratione. Secunda ibi, quod & ipsum. Tertia ibi. Alioquin. Quarta ibi, Item si. Aret.

SYL. ¶ *CASVS*. Eodē modo figurari potest, quo in superiore. §. cum prosequatur eadē exempla. Ratio dubitandi erat, quia soluta affinitate, tāquam cessāte ea, videbatur impedimentum deficere: cuius contrarium respōdetur ex eo, qđ matris loco sunt, sicut superiores filiæ loco erant. Nota, qđ dissoluta affinitate non licet socrum, aut nouercam ducere vxorem. Itē quòd hæ matris loco sunt. Itē quod cessante vna ex caussis, alia remanente, non cessat effectus.

SYL. ¶ *CASVS*. Quæsitum fuit, an filij duorum coniugum ex alio matrimonio iure copularentur, & dubitationem faciebat: quia cum sint priuigni patris, vel matris suę, & per cōsequens loco filij, videbatur quòd adinuicem præsumerentur loco fratrum: quia se affinitate attingunt: cuius contrarium respondetur ea rōne, quia (vt dixi) non ita par gradus transuersalis est in consideratione, sicut dispar, propter affinitatis venerationē, licet ergo habeantur certo modo loco fratrum, tñ non sunt, & reuerentia, qua facit con-

consid e rari quem pro patre, matre, vel filio, cessat existente gradu æquali : & quia quãuis agnati vxoris fiant affines viri, & econtra. tamen inter affines vtriusque non contrahitur aliqua affinitas impeditiua matrimonij, c. quod super his, de consan. & affi. Not. summarium. Item quod dictio, rectè idẽ importat, quod iustè & legitimè & in hoc differt à dictione ritè, quæ importat idem, seruatis solennitatibus, l. iustè & ibi not. ff. de acquirenda possessione.

ra, adeant hoc in loco nostros Commentarios, vbi in eorum gratiam posuimus figurationem casus.

** Adde, quòd dum glo. ait in fin. (vt pleriq; omnes eam intelligunt) quòd consanguinei vxoris succedunt viro, deficiẽtibus cõsãguineis eiusdem, excluso fisco, & econuerso, cõmuniter reprobatur, vt tradunt doct. in l. 1. C. vnde vir. & vxor. & diffusè Tiraq. in tract. de retra. ligna. §. 14 glo. 1. nu. 19 opinio tex. in l. affinitatis. C. cõ. de succe. vbi dicitur, quod affinitatis iure nulla successio permittitur.]

¶ *Filij coniugum ex alijs matrimonijs licitè contrahunt. h. d. ex l generali, § inter priuignos. ff. eo.*

¶ Mariti [a] tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contra, [b] matrimonium rectè contrahunt, licet habeãt[c] fratrẽ, sororẽve ex matrimonio [d] postea[e] cõtracto natos.

¶ *Non licet in vxorẽ ducere filiam vxoris quondam tuæ natam post diuortium, sicut nec sponsam patris, aut filij. hoc dicit ex l. si qua. ff eod.*

¶ Si vxor tua post diuortium ex alio filiã procreauerit: hęc nõ est quidẽ priuigna [f] tua, sed Iulian[g] ab hu-

a ¶ *Mariti.* licet inter se frater & soror prohibeantur, vt sup. eod. §. inter eas, tamen &c.

b ¶ *Vel contra* id est econtrario.

c ¶ *Habean.* illi minores.

d ¶ *Ex matrimonio.* maiorum.

e ¶ *Postea* †. i. post natiuitatem istorum: & sic aduerbium, postea, determinat dictionẽ contracto, vel dic, quòd determinat verbum habeant. & dic, & contracto, id est prius. Nã qui ex eo matrimonio. scilicet maiorum, nascuntur, fratres sunt ex parte matris illi, qui natus est vel nata prius ex femina. Idem dicas ecõtra, quòd erit frater vel soror ex parte patris illi, qui fuerat ex illo patre natus: & tamen isti nullo iure sibi inuicem iunguntur: viro enim cognati vxoris iunguntur, & non alijs cognatis viri. Idem econtra, quia cognati viri vxoris iunguntur, non autem alijs cognati vxoris. Vnde reprobatur, quorundam opinio, qui dixerunt, quòd nullus de arbore ducit alium: nam in ea continentur cognati viri & vxoris, & tamen iunguntur, vt hic dicitur. Nec inter se ante matrimonium inter duos cognatos viri, & vxoris contractum succedunt, vt C. communia de succes. l. amitæ. nec postea, nisi sicut facit vir vxori, deficiente omni parentela, & excluso fisco, vt C. vnde vir & vxor, l. 1. & in Authen. ibi signata.

† Dũ dicit in secundo ĩtellectu, quod verbum postea, posset referri ad verbũ. habeant, & cõtracto s. prius. intelligite prius. s. quam isti duo cõtrahebãt matrimonium. Ias.

* Quòd inquit glo quòd nullus de arbore &c. hunc habet sensum, id est nullus, qui positus est in arbore, ducit alium, ad affinitatem, scilicet contrahendam, quæ tamen opi. reprobatur, cum videamus maritum ducere ab arbore omnes eius coniunctos, eosque facere affines vxoris.

¶ Adde, quòd de hoc est casus in c. quod super his. de consang. & affi. * & si verba d. l. amitæ, videbuntur adolescẽtibus sub obscu-

¶ *Si vxor.* Diuiditur in duas partes in prima ponit dictum: in 2. rationem per locum a simili. 2 ibi, nam constat.

¶ *CASVS.* Quærebatur, an filia vxoris q. meæ, à qua diuortium feci, possit duci in vxorem: & videbatur dicendum, quòd sic, *quia cum non sit priuigna mea, ex quo nata non fuerit ante nuptias cum eius matre contractas, sed post diuortium. nec alio vllo iure mihi iungatur.] non videbatur subesse aliquod impedimentum: cuius contrariũ deciditur propter rationem publicæ honestatis sicut in sponsa patris & filijs obseruatum est. * Valde enim abhorret ab honestate, quæ in primis spectanda est in nuptijs, quod quispiam matrem, & filiam vxores habuerit.] No. summarium. Item quod publica honestas seruatur in matrimonijs. Item quòd appellatione nurus non venit sponsa filij: nec appellatione nouercæ sponsa patris. Item quòd ex hoc text. videtur quasi, quòd si contractum sit matrimonium, non dirimatur, quod hodie secus est c. sponsam. de spon. Item quòd valet argumentum à simili. *ST. L.*

f ¶ *Priuigna.* quia illa est priuigna mea, quæ ex mea vxore est nata, antequã esset vxor: & feminæ ille est priuignus, qui ex marito natus fuit, antequam suum esset maritus, vt sup. eo. §. affinitatis, & §. socrũ, sed hæc postea fuit nata, tamen dicit Iulianus abstinẽdum ratione honestatis *(i.)* vt subijt, & ff. eod. l. si qua. §. si vxor. & l. semper. & ad hoc inducit duo argumenta. Nam &c.

ADDITIO (i.) Quæ oritur etiam exponsalib. de futuro, & de facto contractis, vt non possit contrahi cum aliquo primi contrahentis consanguineo. c. 1. de despon. impu. in 6. Ang.

a ¶ *Nu-*

iusmodi nuptijs abstineri † debere ait: Nam constat, nec sponsam filij, nurum esse:[a] nec patris sponsam, nouercam esse: rectius[b] tamen & iure facturos[c] eos, qui ab huiusmodi nuptijs † se abstinuerint.

¶ *Inter seruos etiam manumissos cognatio impedit matrimoniũ contrahendum.*

¶ Illud certũ est, seruiles[d] quoq. cognationes,[e] impedimento nuptijs esse: si fortè pater & filia, aut frater & soror manumissi fuerint.[f]

¶ Sũt & alię personę, quę propter diuersas rationes nuptias cõtrahere prohibẽtur: quas in libris Digestorum seu Pãdectarum, ex veteri iure collectarũ, enumerari[g] permisimus. †

a ¶ *Nurum esse*. Licet sit sponsa, tamen non est nurus, antequam eius fiat vxor: & econtra: licet sit sponsa patris, quia vxor non est patris adhuc, ideò non est filij nouerca, vt hic, & ff. de ri. nup. l. si qua. §. 1. & tamen licet nulla sit affinitas, est abstinendum; vt subijcit, Rectius &c.

* Not. ex hac gloss. quòd ex solis sponsalibus affinitas non contrahitur. Et ratio est, quia affinitas contrahitur ex copula, vt liquet ex eius diffinitione.

b ¶ *Rectius*. A simili concludit in caso proposito primò in hoc §.

* ¶ Ioan. Fab. & Ang. putant hoc esse consilium, ac per hoc valiturum matrimonium, si de facto contraheretur quorum opin. videtur huic text. maximè repugnare: etenim si iure facient qui abstinebunt ab huiusmodi nuptijs, non iure igitur facturi sunt qui contrahere audebunt, & consequenter matrimonium erit inualidum, §. Si aduersus. inf. eodem, de quo latissimè disserui hic in Commen.]

c ¶ *Facturos*. s. scimus, vel cõstat.

* Not. facti verbo etiam non factum cõtineri, de quo vide Alcia. in l. facere de ver. sign.

Illud certum est seruiles.

STL. ¶ Diuiditur in duas partes. In prima ponit dictum: in secunda remittit se ad ff.

¶ *CASVS*. Quæsitum fuit, an quod dictum est de liberis, habeat locũ in seruis & videbatur dicẽdum, quòd nõ, quia cũ ista agnationis, & cognationis iura sint à iure ciuili, ea non videbatur ptinere ad seruos l. quod attinet, ff. de re iur. ** & quia inter seruos nõ datur matrimonium. l. cũ ancillis. C. de ince. nup.]

* Quod si loquamur post secutam manumissionem, sicuti intelligendus est hic, §. idem quoque videtur dicendum, vt cognationis causa æ in seruitute nulla debeat haberi consideratio. Videmus enim, quòd si liber efficiatur seruus, perit ius cognationis propter seruitutem §. quod autem inf. de ca. dimi. ergo multo minus dicẽdum est, quod in seruitute causetur cognatio, cum facilius impediatur aliquid fieri, quam postea quã factum est tollatur. l. patre. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. cuius cõtrariũ decidit. quia ad sũt iura sãguinis pariter in seruis sicuti in liberis, q nullo iure ciuili, aut gentiũ tolli põt. Nec obstat. §. quod autem; quia verum est perimi cognationem quo ad effectus iuris ciuilis, vt quo ad successionem & tutelam, non quo ad sui essentiam. matrimonijve contractum, qui fundatur super ratione naturali, quæ dictat nõ esse honestum, vt qui tam arcto naturæ vinculo iuncti sunt, matrimonio etiam copulẽtur.] No. quòd seruilis cognatio est impeditiua matrimonij. Item quòd sufficit allegare librũ absque eo, quod ai legetur lex. Item quòd iura sãguinis mãnẽt in seruis.

d ¶ *Seruiles*. id est dum durãt serui.

e ¶ *Cognationes*, id est consanguinitates, duę sunt inter seruos, impediunt nuptias inter eos: item affinitas, vt hic, & ff. eod. l. adoptiuus, §. seruiles. Sed quomodo hoc, cum nulla cognatio sit inter eos, vt inf. de capi. dim. §. quod autem? Sed illud in iure succedendi, & in tutela, vel hæredit ate dicitur: hoc autem in iure sanguinis, quod nullo iure ciuili tolli potest, vt hic & ff de reg. iur. l. iura sanguinis, & per consequens etiam in prohibitione matrimonij. Sed nonne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur: quia sunt serui, vt sup. eo. tit. 1. & C. de incest. nup. l. cum ancillis? Respon. durante seruitute hæc sunt duo impedimenta: & eis manumissis durat hoc vnum vt sequitur.

Adde hoc de iure cano. esse correctũ c. 1. de coniu. ser. quod præponitur etiam in foro ciuili, quo ad matrimonia, vt dictum est. STL.

f ¶ *Manumissi fuerint*: Vel ambo, & tunc tantum est impedimentum sanguinis. vel vnus tantum & tunc duo sunt, quæ impediunt, vt modò diximus. De seruitutibus nuptijs disertè Alc. lib. 6. c. 21.

g ¶ *Enumerari*. Possunt autem enumerari quatuordecim modi, cum ijs, quos in hoc titulo habemus. Primus est ratione seruitutis sup. eodem. 1. respon. & C. de incest. nupt. l. cum ancillis.

¶ Adde, quod hoc corrigitur in d. cap. 1. de coniu. seru.] Secundus est ratione ætatis, vt mares minores 14. ann. feminæ minores 12. vt sup. eod. 2. resp. STL.

¶ Adde, quod de iure cano. attenditur potẽtia coeundi, c. puberes, de despon. impub.] STL. Tertius ratione sanguinis; quod in tria diuiditur

† Idem in sponsa alicuius, quia nullus consanguineorũ sponsi potest du cere vxorem, vt in c. spõsam. extra de sponsa, et matrimonio; taliès dè est fe. STL.

† i. manumissi dantur, vt & in l. 1. §. quib. C. de no. C. comp. tas. contracta.

ditur f.ascendentes & descendentes,& collaterales, vt sup.eod.§.ergo,& §.inter eas. & §.fratris,& §.eius.& §.duorum.

* Adde, quod inter ascendentes,& descendentes prohibetur in infinitum, inter collaterales æquales, vsque ad quartum gradum exclusiuè, si sunt inæquales prohibetur etiam vlterius propter reuerentiam. vt dictũ est sup. eod.in §. fratris. hodie verò secundum ius Cano. in collateralibus prohibitio non egreditur quartum gradum cap. Non debet.de consan.& affi.

Quartus ratione adoptionis, vt sup.eo.§. ergo,& §.inter eas.in fi.vtriusque.

* ¶ Adde, ꝙ (etiam de Iure Cano) est perpetua prohibitio inter adoptantem,& adoptatum, & inter adoptatum, & vxorem adoptantis: inter alios verò, dum durat adoptio tantum.c.1.de coniu.lega.

Quintus ratione affinitatis præsentis,præteritæ,& futuræ,vt sup.eo.§.affinitatis,& §. socrum,& §.si vxor.

* Dic, ꝙ affinitas superueniens non dissoluit matrimonium.ca.pen de eo,qui cogno. consan.vx.suæ.Et dũ glos.allegat. §.si vxor. confundit impedimentum propter affinitatem,cum eo, quod introducitur propter publicam honestatem.

Sextus ratione matrimonij. Nam si habet vnam, non debet habere alteram eodem tempore,aliàs est infamis, vt sup. eo. §. socrum. in fi.& §.affinitatis,in fi.& C.ad l. Iulia.de adult l.eum.

Septimus per senatusconsultum,quod vetat fieri matrimonium inter tutorem & curatorem,& filios eorum ad quondam pupillam & adultam suam vel patris,vt C. de interd.mat.inter tu.l.1.

¶ Adde,quod de iure cano.corrigitur hoc c. fi.de secund.nupt.& ibi Abb.]

Octauus per legẽ Papiam. & Iuliã f. inter senatores, & eorum liberos,& libertas,vel aliàs vilis conditionis feminas, vt ff. de ri. nup.l. lege Papia.& C.de nup.l.si libertam. quod capitulum hodie correctum est, vt in Auth.vt lib.de cet.aut.§.si quis aut.collat.6.

** Limita, nisi filia senatoris corpore quæstũ, vel artẽ ludricã fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit.l.senatoris,ff de ri.nup.

¶ Adde,ꝙ & hoc corrigitur d.c.fi.vbi Abb.

Nonus est, vt inter præsidẽ & sibi subiectã ratione iurisdictionis, vt C. de nuptijs t & si contra,& C si quacunque præpo.l.1.

** Adde, idem esse in filijs masculis Præsidis, vel aliorum officium aliquod gerentium. l. qui in prouincia ff.eo. secus verò in filiabus.l.si quis officium,in fi.eo.tl.limitat tamen, nisi illud officium gerant in patria sua, quia tunc non prohibentur illic vxorẽ ducere,l.eos.ff.de ri.nupt.

¶ Omni effectu, & nomine matrimonij etiã quo ad filios carent, qui contra ll. coeunt: nec dotes repetunt, & penas ll. incurrunt. hoc dicit.

¶ Si aduersus ea, quę

Decimus est per constitutionem principis: vt cum ea, quam quis de sacro fonte leuauit vt C.de nupt.l.si quis alumnam: in fi. Idem seruatur de ipsa commatre, licet nostro iure cautum non reperiatur.

¶ Adde ꝙ idẽ seruatur de iure can.c.j.& 2. de cogni. spi. de qua cognatione spirituali diai plenissimè hoc loco in Commen.]

Vndecimũ est ratione honestatis,vt sup.eo.§.si vxor.& ff. eo.l.si qua. Est & duodecimus ratione ordinis annexi; vt cum clericis in sacris ordinibus constitutis, vt in auth. quomodo opor. epis.§.hæc autem.col.1.& in auth. de sanctis.epis.§.si quis,coll.6. † Est & tertiusdecimus. vt in monachis conuersis, & monialibus,licet non sint in sacris ordinibus constituti, vt in authent de mona. § antepen. coll. 1. & in authent. de pup.§. per occasionem coll.4.

* ¶ Adde,ꝙ §. per occasionem,loquitur de eos,qui est impotens ad coeundum.** & sic erit 15.casus.]

Est & 14.in muliere rapta,quæ proprio nubit raptori: quod prohibetur, vt in auth.de rap.mulie.quæ prop.rap.nu.§.1.coll.9.

¶ Adde quod de iure cano. hoc corrigitur. c.fi.de rap. & quia in ijs ipsum ius cano. attenditur,dicas de iure can. esse aliqua impedimenta,quæ impediunt contrahendum, & dirimunt contractum, quæ clauduntur his versibus.*

Error. conditio, votũ,cognatio,crimẽ:Cultus,disparitas,vis, ordo,ligamen,honestas. Sexus,& affinis:si fortè coire nequibis.Hæc socianda vetant connubia, facta retractant. Aliqua verò impediunt, sed non dirimunt, de quibus his versibus.

Incestus,raptus,spõsari,mors mulieris: Susceptus propriæ sobolis, mors presbyteralis. Vel si pœnitet solenniter, aut moniale. Accipiant prohibent hæc coniugium sociãdum: Ecclesia vetitum, nec non tempus feriarum, impediunt fieri, permittunt facta teneri. Quorum versuum declarationem ponit.Henri.Roys.In c.Iræ.de frig. & male.

¶ *Si aduer.*¶ Diuiditur in tres partes,in prima ponitur dictum quantum ad contrahentes contra ll. in secunda quantum ad filios. in tertia quantum ad alias pœnas,secũda ibi. Itaque:tertia,Qui autem.

**CASVS.* Nõ est figurãdus nisi liberaliter. Cũ Imperator diffinierit iustas nuptias esse illas,quæ secũdũ pcepta legũ cõtrahũtur, simulq;eaposuerit casus,in quib. matrimoniũ contrahi leges vetãt,nũc infert ꝙ qui aduersus suprascripta prohibitiones coierint, iniustas nuptias contraxisse intelliguntur, quo fit, vt cũ iuris effectu exutæ sint, carere etiã debeant noie à legibus imposito l. nõ putauit,§.non quæuit,ff. de bon.possess.cõtra tab.

Itaque

dximus, [a] aliqui coierint: nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimoniũ, nec dos intelligitur. Itaque [b] ij, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt; sed tales sunt, (quantum ad patriam potestatem [c] pertinet) quales sũt ij, quos mater vulgò [d] concepit, †Nam nec hi [e] patrem habere † intelligũtur: cũ & his pater icertus sit. [f] Vnde solẽt spurij appellari, vel à Græca voce † σποράδην, [g] idest vulgò cõcepti: vel ἀπάτορες, quasi sine patre [h] filij. Sequitur [i] ergo, vt dissoluto tali coitu nec dotis, nec donationis † exactioni [k] locus sit.

¶ Quĩ autẽ prohibitas [l] nuptias contra-

† aliàs, nam nec hi patrē habere intelliguntur, cū & ijs pater incertus est.

Itaque nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec dos appellatur: & qui ex eo coitu nascuntur, non sunt in potestate parentum, cum sint ex iniustis nuptijs procreati. supra de par. pot. in princ. sed quantum ad patriam potestatem similes sunt vulgò cõceptis: quia sicut illi patrem non habere fingitur, quia illum habent incertum, ita & hi perinde existimantur, ac si patrem non haberent, quia illum habent, quem habere non licet, reliqua in text. sunt plana.] Not. ꝙ appellatione viri, vxoris, nuptiarum matrimonij, intelligitur de legitimis: & sic quòd dispositio loquens de aliquo: intelligitur de legitimo. Item quod filij ex coitu illegitimo non sunt in potestate, quia non sunt ex iustis nuptijs. Item nota, quòd spurij æquiparantur vulgò conceptis: & vulgò concepti intelliguntur non habere patrem. Item vnde dicantur spurij. Item, quòd vbi non est matrimonium legitimum, non est dos: & dissoluto tali matrimonio non est locus exactioni alicuius dotis, Item, quòd coitus contra ll. punitur alijs pęnis. Item ꝙ actus contra ll. caret non solum effectu, sed nomine. Item ibi, Nec hi patrem not. quòd idem operatur fictio, quod veritas, quo ad iuris effectum. Item quod verbum, intelligitur, denotat fictionem.

a ¶ *Diximus*, vt sup. eo per totum, & etiam adiecimus in proximo. §.

ADDITIO. Vide cle. 1. de consan. & af.

b ¶ *Itaque*, bene infertur vt sup. tit. 1. in prin.

c ¶ *Ad patriam potestatem*. Propter hunc casum posuit de nuptijs post titulum de patria potestate.

d ¶ *Vulgò*. Scilicet qui patrem demonstrare non possunt, vel illicitum, vt ff. de statu hom. l. vulgò.

e ¶ *Nam nec hi*. Scilicet vulgò concepti. Vel dic hi, de quibus loquitur, scilicet illicitè concepti.

STL. * ¶ Prima expositio verior, quam intellige, vt declaraui in figuratione casus.] Sed quod dicitur de illicitè conceptis, adde hoc verũ, si vterque sciuit: si verò alter coniugum ignorauit, filij legitimi sunt de iure cano. c. qui filij sint legit. & succedunt patri etiam scienti. c. ex tenore, eo. tit.

f ¶ *Incertus sit*, Cui pater est populus, pater est sibi nullus, & omnis, Cui pater est populus, non habet ille patrem, & secundum hoc dic his. i. vulgò cõceptis. Vel dic his. s. incestuosis, & tũc dic iuris fictione est incertus.

g ¶ *A græca* voce sporàdin. i. passim & sparsim, & apator dicitur quasi sine patre: simili ratione amator dicitur sine matre.

† similis text. in §. vulgo infra, de suc. reg. STL.

¶ Adde, quod hoc vocabulũ spurij latè declarat Budęus in suis Annot. in l. vulgò. ff. de sta. ho. * Alciatus libr. 1. Prætermis. reponit hic. sporadin, id est vulgò, passim, & sparsim, cuius sententiam amplexus sum hic in Annota.

† Idẽ passim, vulgò, & sparsim. hinc sporades insulæ quædã sic dictæ quod in mari sparsæ sint.

*Adde, ꝙ Plutarchus in Proble. aliũde trahit etomologiã spurij. Cum veteres (inquit) prænomina notis scriberent, vt Sex. pro Sextus Ser pro Seruius, Spu. pro Spurius. eos autem qui vulgò concepti erant, ita notarent S. P. quasi sine patre, hoc errore factum est, vt qui sine, patre dici deberent spurij appellati sint.

h ¶ *Sine patre*. Iure ciuili inspecto.

i ¶ *Sequitur*. Bene infert cum enim sine matrimonio esse non potest. s. dos & vbi non est dos, actio dotis non est, vt C. de do. ante nup. l. fi. ibi. sicut enim &c. †

† Melior text. in proposito in l. 3. cũ alijs ibi relatis p glos. ff. de iu. do.

K ¶ *Exactioni*. scilicet per actionem ex stipulatu * quæ datur pro dote, vt inf. de actio. §. fuerat. Sed numquid per condictionem, sine causa, vel ob causam, quasi ob causam datum fuerit, nec causa fuit secuta? Respon. Pla. sic: siue ignorans, siue sciens dederit, vt ff. de condi. sine causa. l. fi. Sed Io. dat talem condictionem ignoranter non scientes dãti, vt C de condi. ob causam. l. 1. & ff. de condi. ob causam l. 1 §. fin. & l. 2. nec immeritò, cum turpiter danti nulla sit repetitio, vt ff. de cõdi. ob tur. cau. l. si ob turpe, & hæc omnia locum habent, quando non fuit secutum matrimonium.

STL. ¶ Adde, quòd opin. glos. hic & in l. fi. communiter approbatur per doc. hic, & in d. l. fi. ꝙ si mater sciebat matrimoniũ illicite contrahendum non repetat: si ignorabat, secus, matrimonio non secuto; ita dicunt Angel. & Christoph. hic, & nouissimi in d. l. fi.

l ¶ *Prohibitas*. Per. aliquem de 14. modis licet Hyrne. has pęnas imposuerit tantum eis, qui incestas nuptias faciunt, vel nefarias nõ qui aliàs inutiles vt in authen. de incest. nupt. §. colla. 1.

** Adde,

** Adde, quòd communis opin. est contra glo. quo ad pœnas contentas in d. auth. de incest. nupt. secus quo ad pœnas contentas in l. qui contra. C. de incest. nupt. nam eas incurrunt omnes contrahentes nuptias contra ll. & sic contra quascunque prohibitiones non tantum iure sanguinis, sed etiā alijs rationib. hoc tit. cōprehensis, ita Sali. in auth. incestas. C. de incest. nupt.]

non est, vt hic, & sup. tit. 1. in princ. facere in potestate, detur in seruitio imperatoris, vel Præsidis prouinciæ. Nam in potestate efficitur loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij, † vt hic & in authen. quibus mo. na. ef. sui, §. si quis igitur coll. 7.

hunt, & alias pœnas[a] patiuntur, quæ sacris constitutionibus cōtinentur.

¶ *In potestatem patris rediguntur, qui per oblationem curiæ legitimantur, vel per subsequens matrimonium. hoc dicit.*

¶ Aliquando est aut euenit, vt liberi, qui statim vt nati sunt, in potestate parentum non † fiant,[b] postea† autem rediguntur in potestatem patris: qualis est is, qui dum naturalis,[c] fuerat, postea curiæ[d] datus, potestati patris subijcitur. Nec non[e] is, qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictū[f] fuerat, sed ad quā pater consuetudinem† habuerat, postea ex nostra cōstitutione[g] dotalibus instrumētis[h] cōpositis ī potestate patris efficit. Quod

† aliàs fiunt. aliàs sunt.
† aliàs vacat autem.

a ¶ *Alias pœnas.* Vt est amissio bonorum, & incursus infamiæ, vt C. de incest. nupti. l. qui contra & l. si quis incest. Hodie verò & confiscatio bonorū & exilium, & cinguli siue dignitatis depositio, & verberatio simul eis imponitur, vt in Auth. de incest. nup. §. 1. coll. 2.

ADDITIO. Adde secundum Ioan. Fab. ꝙ contrahentes incestas nuptias sunt infames: & ita approbantes & defendentes, vt patrocinium præstantes, vt 3. q. 4. c. consanguineorum, & ipso iure sunt excommunicati, vt in cle. 1. de consan. & affi. Ang.

¶ *Aliquand.* ¶ Diuiditur in 2. partes, prout duos casus decidit, Secunda ibi, nec non.

STL.

¶ *CASVS*, Quæsitum fuit, an alio modo patria potestas, quam ex iustis nuptijs, acquireretur iure ciuili: & videbatur, ꝙ non, ex regula generali affirmatiua posita sup. in pri. tit. 1. & ex negatiua posita in §. præced. versi. Itaque. cuius contrarium deciditur in duobus casibus ex constitutionibus Imperatoris. s. per oblationem curiæ, & per subsequens matrimonium. primum fauore curialium, §. si quis igitur. in auth. qui. mo. na. effi. sui in si. secundum fauore matrimonij. & filiorum l. nuper. C. de nat. lib. Not. ꝙ ius ciuile alios modos inuenit reducendi filios in potestatem, quam ex iustis nuptijs, s. per oblationē curiæ, & per subsequens matrimonium: & ita naturales fiunt legitimi.

b ¶ *Parentum non fiant.* Hoc mirabile per duo probat exempla Accur.

¶ Adde similem tex. inf. de hær. quæ ab intesta. d. fer §. 1. ver. Quibus vsque in fin. §.

c ¶ *Naturalis*, Scilicet tantum.

d ¶ *Curia.* Cum enim vult aliquis naturalem filium tantum, qui in potestate patris

* ¶ Dic, quòd per curiam intellexit ordinē decurionum, qui erat quasi quidam senatus municipalis, sumebantur. n. in municipijs eo munere, quo Romæ senatores. Hi autem inter alia munera exigebant omnia tributa, eaque vel antea quæstoribus mandātibus persoluebant, vel postquā ea exegissent, ita tamen vt quod a tenuioribus exigi non poterat, ipsi de suo penderent. vnde & prohibita illi erat prædiorum alienatio, ne solum verterent euitandorum munerum causa. Sed quo magis allicerentur homines ad dandum se ordini eiusmodi decurionum, visum fuit Imperatoribus eum ordinem plurimis priuilegijs exornare, vt legitur in nouella Maiorani, & Leonis, quæ hodie impressa est cum C. Theodosiano, & inter cætera hoc quoque additum fuit à Iustiniano vt naturales filij per oblationem curiæ legitimi fierent, vt manifestè ostendi hoc loco in Annot.

e ¶ *Nec non.* Nunc ponitur aliud exemplum.

f ¶ *Interdictum*, Nam aliam vxorem non habuit tempore concubinatus: alias contra, vt C. de concu. l. 1.

¶ Adde, quod ratio est, quia subsequente matrimonio fingitur illam semper fuisse vxorem & maximè temporis partus, per fictionem translatiuam: & si illo tempore, quo peperit, erat impedimentum tale, quod cum ea matrimonium esset interdictum, non fit legitimatio: quia extremum ad quod fictio trahitur, non est habile.]

g ¶ *Constitutione.* Vt C. de natu. liber. l. cum quis.

h ¶ *Instrumentis.* † Sed numquid sine instrumentis est matrimonium tale? Dicunt quidam quod non, vt Pla. & Azo. quādo decorati maximis dignitatibus faciunt matrimoniū, vt in Auth. vt li. mat. & auiæ, §. quia verò legem dudum, collat. 8. melius autem,

quibus

& alijs liberis, qui ex eodē matrimonio postea fuerint ꝓcreati, similiter nostra cōstitutio [a] præbuit †

¶ *De adoptionibus.*

¶ *Adoptiui etiā sunt in potestate, qui sui iuris, rescripto principis arrogātur; alieni, adoptantur imperio magistratus. h. d. ex l. 1. & 2 ff eod.*

NOn solum aūt naturales [b] liberi sm̄ ea, quæ dixi-

STL. quibus mo. natu. effic. legi. §. hæc ergo casta. colla. 6. Sed dic, ꝙ matrimonium nudo consensu perficitur sine scriptura, vt in Auth. de nupt. §. nuptias. coll 4. & ff. de reg. iur. l. nuptias. Sed filij primogeniti non sunt legitimi, si dotalia instrumenta non sunt facta, vt hic: & facit ad hoc. C. de natu. libe. l. cum quis, & l. nuper, & l. fin. & in Authent. de hæredit. ab intesta. venien. §. 1. collat. 9. & in Auth. de filijs ante do. instr. nat. circa med. colla. 3. & in Authen. de incest. nupt. §. fi. col. 2. & de trien. & semis. §. fi.

† Cū hoc tex. concor. §. 1. prope fi. inf. de hæred. quæ ab intest. defer.

¶ Adde, quod hoc hodie in vtroque foro de iure canon. corrigitur: secundum quod talia instrumenta non requiruntur. c. tanta, qui fil. sint leg. & ibi communiter doct. vt per Abb. in 1. not.]

** Declara tamē hoc esse verum quoad legitimationem, non quoad successionem, in qua ius ciuile attenditur non enim talis legitimatio operatur quoad successionem, nisi confectis instru. dotal. vt post multa concludit Car. Alex. in d. c. tanta in 10. q. versic. descendo ad tertium. & Socin. iun. cons. 52. col. 2. volu. 1.]

a ¶ *Constitutio.* vt C. de nat lib. l. nuper. Sed si non fecerit eam sibi vxorem, adhuc huiusmodi naturales sunt alendi a patre. Item succedunt ex testamento in totum, si pater vult, legitimis non existentibus, vel parentibus iam defunctis, alias liberi in vnam vnciam tantum permittunt naturales succedere: superiores, quando ipsi tantum supersunt: non impediunt eos, nisi in sua legitima, quæ superioribus debetur: ab intestato vero duas habent vncias paternæ substantiæ, cum matre eorum viriliter diuidēdas, quando non sunt ascendentes, nec descendentes alunt & ipsi patrem, & hoc in licitè natis: sed si illicitè nati sunt, non immo omni beneficio sunt exclusi, vt in Auth. qui. mo. na effi. sui. §. discretis, vt quein fi. consti. colla. 7.

Filij naturales tantum an succedant.

¶ Adde, ꝙ illicitè nati sunt alēdi à patre de benignitate canonica c. cum haberet in fin. vbi gl. de eo. qui du. in mat. quā pol. per adul.

¶ *De adoptionibus.* ¶ Dicturus Imperator de ijs qui in potestate parentum sunt, posuit titulum particularē de hoc: ad cuius declarationē fuit necessarius tractatus de nuptijs: sed quia etiam per adoptionem iure ciuili sunt in potestate; qui adoptantur, ideò sequitur tractatus de adoptionibus, prout optimè ipsemet Imper. in princ. continuat.

NOn solum. Iste titulus diuiditur in nouem partes principaliter. Primò ponit, quòd adoptiui sunt in potestate adoptantis. Secundò, qualiter fiat adoptio, & arrogatio. Tertiò primum dictum imitat, & declarat. Quartò de impubere qui se ad arrogandum dedit. Quintò quod adoptans debet filium adoptatū præcedere 18 ann. Sextò, quando aliquis vt nepos vel pronepos adoptatur. Septimo, in quibus adoptatus æquiparatur naturali. Octauò, in quibus conueniunt, & in quibus non adoptio, & arrogatio. Nonò, quòd serui adoptati à dominis sunt liberi. Secunda ibi, Adoptio. Tertia ibi, Sed hodie. Quarta ibi, Cum autem. Quinta ibi, Minorē. Sexta ibi. Licet autem. Septima ibi. in plurimis. Octaua ibi, illud. Nona ibi, Apud Catonem. Aret.

¶ *CASVS* non figuratur, quia partiendo & declarando terminos adoptionis & arrogationis procedit. Not. filios adoptiuos in potestate nostra esse. Item quòd adoptio sumitur dupliciter; vt genus, & comprehendit etiam arrogationem: vt species, & est illa, quæ fit eorum, qui in alterius erant potestate, imperio magistratus. Item quòd arrogatio est de reseruatis principi. Item quod difficilius liberi & sui iuris transeūt in potestatem alterius, quam ij, qui in alterius potestate erant: ex quo not. potes, quod in habentibus symbolum facilior est transitus.] STL.

b ¶ *Naturales*, subaudi, & legitimi. Quare distingue: quia filiorum alij sunt naturales & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati, vt hic, & supra de patria potestate in princ. Alij naturales tantum, vt nati ex concubina, vt supra titu. 1. §. fina. Alij legitimi tantum, vt adoptiui: de quibus hic titu. loquitur. Alij nec naturales, nec legitimi, iuris præsumptione, vt incestuosi, vel aliàs illicitè nati vt in Authent. qui. mo. na. effi. sui. §. fin. coll. 7. Alij sunt qui prius non fuerunt legitimi, sed nunc sunt, idest efficiuntur duobus modis, vt in authen. qui. mo. natur. effi. sui. §. quod verò. & supra tit. 1. in fin.

¶ Adde tu clarius septem esse species filiorū qui diuersimodè à iure considerantur: prima est legitimorum & naturalium, qui sunt nati ex verò, vel putatiuo matrimonio, sup. tit. 2. in prin. secunda est species, naturalium tantum, qui sunt nati ex vnica concubina in domo retenta, indubitato affectu coniūcta, si vterque sit solutus, vt not. in rub. ff. de cōcubi dicti naturales, quia eos natura nō honestas genuit. c. liberi 32. q. 4. tertia species dicuntur spurij, nati ex coitu non approbato, nec improbato à l. vt vulgo concepti, & simi-

similes: quarta species est eorum, qui ex dānato coitu nascūtur, vt adulterini, incestuosi, sacrilegi, & similes. §. fi. in Auth qui. mo. na. effi. sui quinta species est, legitimorum tantum. de quibus hoc tit. sexta species est legitimatorū, de quibus. §. fi. sup tit. proxi. septima est spiritualium, quos ex sacro fonte, vel confirmatione leuamus, de quibus in tot. titul. de cog. spir.
** Adde, quòd sūt aliquot casus, quib9 adoptiuus nō habetur pro filio, quos annotauimus in §. in plurimis. inf. eo.]

mus, in potestate nostra sunt, verumetiā ii, quos adoptamus.[a] ¶ Adoptio [b] autem duobus modis fit: aut principali rescripto, [c] aut imperio magistratus.[d] ¶ Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos, easve, qui quæve sui iuris sunt: quę species adoptionis dicitᷣ arrogatio.[e] ¶ Imperio magistratus adoptamus eos

a ¶ *Adoptamus*, scilicet in potestate nostra sunt: & hoc iure veteri, vt hic, & ff. eod. l. 1. sed hodie distinguitur, vt inf. eod. §. sed hodie.
** Pulcherrimum s. c. ad adoptiones pertinens P. Mario l. Asinio Coss. tempore Neronis factum refert Cornel. Tacitus lib. 15. ex quo etiam ostenditur, quantam differētiam antiqui inter iustos filios, & adoptiuos constituerint.]
b ¶ *Adoptio*. Est autem adoptio secundum Pla. & Io. legalis actio ad solatium eorū, qui liberos nō habent penè. i. ferè naturam imitans, sed certè & ab ijs, qui liberos habēt, fit adoptio, vt ff. eod. l. nec ei. §. prætereà, & inf. eo. §. licet, quare potest sic simpliciter definiri. Adoptio est legitimus actus per quem fit quis filius, qui non est, pene, id est ferè naturam imitans: & est hæc veritas, vt ff. eo. l. 1. & inf. eo. §. minorem.

STL. * ¶ Dic q̄ reperitur adoptio in genere, quæ postea diuiditur in adoptionem in specie, & arrogationem. Adoptio in genere sic rectè diffinitur: Est actus, per quem, auctoritate iuris ciuilis, qui filius non est, instar naturæ filius efficitur. Adoptio verò in specie hoc modo. Est actus, per quē qui in alterius potestate est imperio magistratus instar naturæ alterius filius efficitur, concurrēte naturali vinculo, in potestate non concurrente, habilis ad succedēdum. Arrogatio autem est actus, per quem qui sui iuris est. principis auctoritate instar naturæ filius efficitur, & in potestate. Sed & hoc loco libet apponere verba A. Gellij lib. 5. c. 19. noc. atti. Inquiril-le. Cum in alienam familiam, inque liberorum loco extranei sumuntur, aut per prætorem fit, aut per populum: quod per prætorem fit, adoptio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, cum à parēte, in cuius potestate sūt, tertia mācipatione in iure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat apud eum, apud quem l. actio est, vindicantur. Arrogātur ij, qui, cum sui iuris sunt, in alienam sese potestatem tradunt, eiusque rei ipsi auctores fiunt: sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur. Nam comitia arbitris pontificibus præbentur, quæ curiata appellantur. Ætas quoque eius, qui arrogare vult, an liberis potius gignendis idonea sit, bonave eius, qui arrogatur, ne insidiosè appetita sint, consideratur: iusiurandum à Q. Mutio Pontif. maxim. cōceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur: sed arrogari non potest nisi iam vesticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit: eius rogationis verba hæc sunt: Velitis, iubeatis, vt L. Val. Titio tam iure legeque filius sibi siet, quam si ex eo patre matreque fami. natus esset, vtique ei vitæ necisque in eum potestas siet, vti pariendo filio est hæc ita, vt dixi, ita vos Quirites ergo. Hæc ille, quæ in Annota nostris latè exposuimus.
* Adde, quòd apud veteres de causis adoptandi Pontifi. iudices erant, deinde si causę probarentur, curiata lex ferebatur, quam qui ferret, is omnia seruare debeat, quę in ceteris legibus ferendis seruari mos fuita atque ita adoptio fiebat, quod vtrumque indicat Cicero. in orat. pro domo sua, & latius explicat Paulus Manutius libro suo De leg. Rom.
c ¶ *Rescripto*. Hoc est, vel ante ipsum principem, vel ante alium magistratum delegatione facta per rescriptum à principe. vt Cod. eod. leg. 2. in fin. & l. arrogationes. Sed quid si Imperator non est? Respond. non potest fieri, licet imperium semper sit, vt in Authen. quomodo oportet episc. §. fina. colum. 1.

¶ Hoc verū de iure ciuili, sed de iure canonico succedit vacante imperio Pot. vel iud. ecclesiasticus, secūdum quod habetur in c. licet ex suscepto, de foro compet. STL.
d ¶ *Magistratus*. Scilicet cuiuscunque ordinarij, etiam defensoris ciuitatis, qui minimus est, vt in Auth de defen. ciu. §. nulla. col. 3. Nec mirum, cum sit de voluntaria iurisdictione, vt ff. de off. pro. & le. l. 2.
e ¶ *Arrogatio*. quia adoptatur interrogatur, an velit eum, quem adoptat, sibi iustum filium esse: & adoptatus, an id fieri patiatur, vt ff. eod l. 2. Vnde ver. Arrogo qui suus est, sed habet meus esse necesse. Patris adopto suum, sed patris permanet idem.
¶ Adde, quòd quamuis hanc ordinationem alleget iuriscon. in l. 2. ff eo. tamen verisimilior videtur illa, quam posuit Gel. vbi supra quia fiebat per populi rogationem.]

a ¶ In-

a ¶ *Inferiorem.* idest sequentem.

¶ *Sed hodie.* ¶ Diuiditur in duas partes. In prima ponit regulam prohibitiuam: in secunda dispensationem in ascendentibus. secunda ibi. si verò que secundum communem opinionem, vt l. cum in adoptiuis. C. eo. sed cum hodie nemo emancipetur inuitus, §. generaliter. in Auth. qui. mo. nat. effi. sui. videtur iste. §. esse correctus, de quo vide Ias. hic.

SYL. ¶ *CASVS.* Quærebat, an perpetuò verũ esset, quòd in adoptatis potestatem transiret filius adoptatus: dubitationem faciebãt verba generalia in per in prin. tit. nostri, & omne ius antiquum: cuius contrarium test. ood. ex correctione Iustin. scilicet, vt nisi adoptetur ab aliquo ex ascendentibus patris, vel matris, nõ trãseat in potestatem: ratio fuit quia cueniebat vt adoptatus aliquãdo, & patris naturalis, & adoptiui successionẽ perderet: prout rationem suæ dispositionis latè explicat in l. cum adoptiuis. in princ. Cod. eo. Not. quòd extraneus adoptans filium, non habet eum in potestate. Item quòd per adoptionem ab extraneo factam, iura patris naturalis non dissoluuntur. Item quod filius adoptiuus succedit patri extraneo ab Intest. Item quod ascendentes adoptantes habent adoptiuos filios in potestate. Item quod duo vincula magis ligant. Item quod adoptiuus dicitur de familia patris adoptantis. Item quod in vna persona naturalia, & ciuilia iura concurrere possunt.]

† *Extraneũ hic accipe omnem, qui non sit ascẽdens.*

easve, qui quæve in potestate parentum sunt: siue primũ gradum liberorũ obtinent. qualis est filius filia; siue inferiorem,[a] qualis est nepos, neptis, pronepos proneptis.

¶ *Per adoptionem non transit quis in potestatem nisi ascendẽtium, quamuis patri adoptiuo extraneo succedat. hoc dicit ex l. cum in adoptiuis. Cod. de adopt.*

¶ Sed hodie ex nostra cõstitutione[b] cũ filiusfamilias à patre naturali[c] extraneæ †personę in adoptionẽ datur, iura patris naturalis minimè dissoluuntur: nec quicquam ad †patrẽ adoptiuum trãsit, nec in potestate eius est, licet ab intestato iura successionis ei à nobis tributa[d] sint. Si verò pater naturalis[e] nõ extraneo, sed auo filij sui materno,[f] vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus,[g] etiã auo paterno, vel proauo simili modo paterno, vel materno filiũ suũ dederit in adoptionẽ; in hoc casu, quia cõcurrũt[h] in vnam personã & naturalia, & adoptionis iura,[i] manet stabilie ius patris

* ¶ Adde, quod nec patrẽ adoptiuum in ius vocare potest sine venia. l. generaliter. l. quia. & l. adoptiuum. vbi gl. ff. de in ius vocan. & versa vice adoptiuus filius præfulget dignitate patris adoptiui quãuis extranei, l. Senatoris, ff. de senat.

** † *saltiũ patris naturalis, etra removeantur. alioquin. n. non pauca etiam transeũt ad patrẽ adoptiuum vt ius corrigendi, & ne vocetur in ius sine venia.*

e ¶ *Pater naturalis.* & legitimus.

f ¶ *Materno.* in cuius potestate prius nõ erat, sed modò efficitur, vt subijcitur, vt sup. de pa. po. in fi. Accurs.

g ¶ *Emancipatus.* Aliàs cum esset i potestate aui, quomodo adoptaret eum quem habet? Certè non potest plus esse, quam filius vel nepos, vt hic, & ff. eo. l. si pater, §. qui duos. & intellige emancipationis tempore filium non esse conceptum. qui nunc datur in adoptionem, aliàs in potestate aui remansisset, vt infra tit. i. §. fi.

* ¶ Simili modo, idest similem facit distinctionem: nam materno proauo, indistinctè; paterno verò, secundum quod modò distinxit in auo, datur in adoptionem.

h ¶ *Concurrunt.* Sed si ergo adoptem filium fratris mei. numquid potestati meæ subijcitur? Respond. secundum Ioan. quod non: & quod hic dicitur, naturalia, expone, idest natiualia, quia ab eo auo cõtrahit natiuitatem, & originem: quod non est in filio fratris mei.

* Hoc idem significat Theophilus, qui verbum naturalia vertitur ta hek tis geneseos. sed & aliter responderi potest, quod tex. dicit non simpliciter, non extraneo, nec non coniunctio. sed nominatim auo, vel proauo, & ideò nõ fit extensio extra psonas expressas in exceptione. l. nam quod ff. de pen. leg.

i ¶ *Iura.* Vnde præferendus est ei, in quem vnum tantum concurrit, & sic duæ rationes

b ¶ *Constitutione*, vt C. de adopt. l. cum in adoptiuis.

c ¶ *Naturali.* & legitimo.

d ¶ *Tributa.* scilicet in prædicta constitutione (i.) & facit ad hunc §. infra de hæred. quæ ab intestat. §. sed ea omnia, & infra de exhær. lib. §. circa adoptiuos. & infra de inoffic. testat. §. 2.

ADDITIO. Etiam concurrentibus legitimis & naturalibus, quamuis inter se nihil habeant parentelæ: quod not. secundũ Ang. & ideò non transit in potestatem, quia per emãcipationẽ priuaretur hereditate vtriusque

prævalent vni, vt in authen. de consang. & vter. fra. §. 1. coll. 4. & C. de ed. di. adri. tol. l. si nisi vna sit melior duabus, vt colligitur. ff. de inoffi. test. l. nam & si. & ff. vnde liberi, l. scripto.

adoptiui, & naturali vinculo copulatũ, & legitimo adoptionis modo† constrictum: vt & in familia, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

¶ *Impubes arrogatur causa cognita: & cauet arrogator, si impubes decedat, de restituendis bonis pupilli ijs, qui illi successuri essent, si arrogatio facta non esset: nec arrogatus, nisi ex causa, emancipari, exheredari ve potest: alioquin præter bona propria consequitur etiã quartam partem bonorum arrogatoris. h. d. ex l. si paterfamilias, §. fin. ex l. nec ei. & l. sequen. ff. eod. & ex l. fi. ff si quid in fraudem patro.*

¶ Cũ autẽ† impubes per pricipale rescri-

† aliàs constitutum.

SYL. ¶ Adde, quòd doct. qui not. hoc, quod duæ rationes vincunt vnam, intelligunt vnam ex illis duabus vt si in vna persona vna ex illis concurrat, in alia duæ, illa præferatur. ita colligitur ex ll. allegatis, & ita intelliges: quo casu nõ est ad propositum limitatio glo.]

* Adde, quod alia quoque ratione tex. in l. Nam etsi, nõ proba limitationem gl. Nã ibi vna ratio non est potior duabus, sed eis æquipollet. vera tamen est illa limitatio, & probatur apertè in l. 1. § omnibus C. de vete. iu. enu. nam non est nouum, vt vnum vinculum validum arctius liget, quam duo infirmiora, vt quia aduersus illa duo stet vitium formę. l. 1. §. si quis ita vbi Ias. vlt. not. de verb. obl g. vel non ad idem concurrant, sed circa res diuersas distrahatur. l. spadonem. §. qui iura. de excus. tut. l. si sub conditione in fin. quibus mo. vsusf. amit.

* Adde, quòd & vnum vinculum æquiualet duobus, cum agitur de materia, in qua alterum illorum duorum nullius sit considerationis. Vnde in feudis, frater ex latere patris tantum coniunctus, non minus admittitur ad successionem, quam frater vtrinque coniunctus, quia in feudis ad cognationem matris non attendimus, Bald. in c. 1. vers. quæro ergo. de grad. succe. in feud.

Diuisio. ¶ Cum autem. ¶ Diuiditur in quinque partes. Primò quod arrogatio fiat causa cognita. Secundò, quòd sit iusta causa. Tertiò ponit modum, sub quo fiat. Quartò quòd non potest arrogator ipsum emancipare sine causa. Quintò quod quartam partem bonorum suorum eidem, siue in vltima voluntate, siue inter viuos, relinquat. Secunda ibi, Et exquiritur. Tertia ibi. Et eum. Quarta ibi, Item non aliter. Quinta ibi, Sed & si. Aret.

SYL. ¶ Cum autem. * ¶ *CASVS.* Quæsitum fuit, an pupillus posset dare se ad arrogandum. & videbatur quod non, quia in arrogatione in primis exploranda est mens illorum, qui arrogantur. l. in adoptionibus. ff. eodem. pupillum autem nullam habere mentem, traditum est, l. pupillus, ff. de reg. iur. E conuerso autem videbatur, quòd talis arrogatio permitti deberet absque alijs adminiculis, ex quo celebratur auctoritate principis, quæ omnem suspicionẽ submouere videbatur, & quia nihil addi posse videbatur pricipali cõfirmationi. Sed supradictis nõ obstantibus, deciditur, impuberem arrogari posse, dummodo id fiat causa cognita, caueatque arrogator se bona arrogati, si impubes decesserit, illis restituturum, ad quos peruentura erant, arrogatione non facta. Exigitur autem causæ cognitio ea ratione, quia nisi adhiberetur, facilè eueniret, vt non haberetur ea ratio honestatis, quæ in patribus, & filijs requiritur. Adhibetur autem & satisdatio, vt occurratur illis, qui forte inhiantes patrimonio pupilli, illum ideò arrogare excogitassent, & ex his rationibus temperantur, quæ pro rationibus dubitandi supra allegabantur. Successiuè quæsitum est, an arrogator possit quotiescumque velit, arrogatum emancipare: & videbatur quòd sic. §. præterea, infra titul. prim. Cuius contrarium deciditur illa ratione, quia, cum in constituenda arrogatione leges voluerint causæ cognationem adhiberi, similiter voluerunt eam solui non posse absque eiusdem causæ cognitione, l. nihil tam naturale, dige. de re iudic.] & quia cum talis emancipato incommodum affert emancipatio, quia iura omnia soluuntur, id à eo inuito sine causa fieri non debet, & facienti pœna imponitur, vt sequenti.

Nota, quòd arrogatio impuberis requirit causæ cognitionem, vtrum vtilis, vel honesta sit filio arrogato. Item not. ex ordine literæ quòd prius attendenda est honestas, quam vtilitas. Item no. cautionem requiri de restituendis bonis illis, qui ei successissẽt, si arrogatus non fuisset. item quòd tabellio dicitur persona publica, & quod per eum nobis quæritur. Item quod arrogatus non potest emancipari non cognita causa. Item quod arrogatus quicquid quęrit, quærit patri arroganti. Item quod dictio, præter, includit]

† *In h... derogatum fuit le... veter. quand... si vesti... ceps, ... est pub... arroga... poterat aucto. Aul. Gelli. l. 5. c. 19.*

2 ¶ *Re-*

ptũ [a] arrogatur, causa cognita [b] arrogatio fieri permittitur. Et exquirit causa arrogationis, an honesta [c] sit, expediatq. pupillo. Et cum quibusdã † cõditionib. arrogatio fit, id est, vt caueat [d] arrogator per sonę publicę † hoc est tabellioni, [e] si intra pubertatẽ pupillus decesserit restituturũ se bona illis, qui, si adoptio facta nõ esset, ad successionem eius venturi [f] essent. ¶ Item non aliter emancipare eũ potest

a ¶ *Rescriptum.* Vt qui sui iuris est, vt supra eod. in princip.

b ¶ *Cognita.* Quæ autem in causæ cognitione vertuntur, per ordinem scripta sunt. ff. eodem l. si pater, §. in arrogationibus, & l. sequen. vsque ad §. final. & quædam etiã hic dicuntur in persona impuberis, quæ & ibi dicũtur.

* Adde, circa causas adoptãdi, quæ grauiter ac eleganter scribit Cicero in oratio. pro domo sua cum ait, Quod est Pontificis ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, & cum potuerit sit expertus: quæ deinde causa cuique sit adoptionis: quæ ratio generum, aut dignitatis, quæ sacrorum, quæri à Pontificũ collegio solet &c. ex quo loco colligere etiam licet olim Pontifices de causis adoptandi notionem habuisse, de quo diximus supra eod. in princip. extat & pulcherrimum caput Au. Gellij de hac materia, scilicet. c. 19. lib. 9. cuius verba, sup. retulimus.

* Adde, quod in arrogando requiritur consensus omnium suorum glo. 1. §. 1. inf. quibus mo. iu. fin.

† no. plurale nume. pon. pro sin. nõ enĩ subycitur nisi vna cõdi. sic & alias vt l. 2. §. ex aliis, ubi gl. & ori. in.

c ¶ *An honesta.* Id est non eo proposito, vt eius res deuoret, vt ff. eod. l. nec ei. § eorum.

d ¶ *Vt caueat*, id est vt cautionem promittat: cum fideiussione tamen, vt ff. eod. l. nec ei. §. fin. & C. de verb. sign. l. sancimus.

S T L.

* Adde, quod hoc est ex eo, quia ab alia l. hoc declaratur. l. si verbis ff. eod. alias enim cum simus in lege ciuil, intelligitur verbũ, cautio, pro nuda promissione, quando est simpliciter prolatum, vt est communis omnium doctrin. in l. diuortio. §. interdum, ff. solut. matrim.]

e ¶ *Tabellioni.* Quid seruus publicus dicitur, vt C. eod. l. 2. alias enim seruus purus tabellio esse non potest, vt Codice de tabul. generali. l. x. Sed certe ideò sic dicitur, quia publice seruit.

Notarius non potest esse seruus.

** Vnde compellitur conficere instrumenta, & si recusat est periurus, & abdicatur officio, secundum Bart. in l. 1. §. 1. ff. fur. aduer. nau. & Hosti. in summa de fide instrum. §. ex quibus, & Deci. l. inuitus. de reg. iur.]

* Adde, quod in iure tabelliones, quandoque appellantur serui publici, quia antiquitus serui ciuitatum præponebantur tabulis, & scripturis publicis: licet postea id prohibuerit Arca. Impera. in dic. l. generali. Vnde factum, vt eosdem seruos publicos tabularios, interdum seruos ciuitatis appellauerint iurisconsulti. l. fin. ff. quod cuiusque vni. no.

f ¶ *Venturi.* Vel iure successionis ex testamento, vel ab intestato, vel ti. vniuersali, vel singulari, vt legatarius. omnib. enim cõsuluit hac cautione, pupillo decedente in pupillari ætate: alias si postea, pupillaris substitutio euanescit, vt hic, & ff. eod. l. non aliter, & l. his verbis & infra de pupil. sub. §. 1.

† alias persona publica appellatur magistratus, vt §. nos autem infra de atti. tu. Satisdatio arrogatoris quibus prodest. S T L.

Adde, quod ratio est, quia per arrogationem pupillaris substitutio tanquam filij testamentum euanescit, l. nec ei. §. eorum. ff. eo. vnde consulendum est substitutis per cautionem, alij enim substituti præterquam directi pupillares, quia habent actionem non ex testamento filij præsumpto, sed ex testamento paterno, non possunt aliquod præiudicium pati: de quo vide Ang. hic.]

Sed nonne sine hac cautione facta admittuntur supradictæ personæ ex testamento? Respon. non, cum testamentum sit ruptum, minima capitis dimi. scilicet arrogatione, vt infra quib. mo. testa. infi. §. non tamen. Item numquid legitimi sine hac cautione admitterentur? Respond. non, quia pater arrogator omnia iure peculij occuparet, vt ff. de cast. pec. l. 2. Hæc tamen cautio omissa, pro facta habetur, vt ff. eod. l. his verbis. in fi. vt & alias. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. 1.

* Adde, quod est differentia inter hanc cautionem præstitam, & subintellectam, quia si præstatur, adhibetur & fideiussor. si autẽ subintelligitur, est simplex cautio.

Sed quare legitimi non stipulantur etiam vltra pupillarem ætatem, & postea erant admittendi ad successionem, si adoptio facta non esset. Respond. illud est de fortuna & aduentitium erat, vnde non fuit considerandum, vt digest. qui & à qui. lege Iulianus, potuisset enim post pubertatem testamentum fecisse, vt supra qui. ex caus. §. cum ergo.

¶ Adde declarando mentem gl. secundum Christo. hic, quia vult dicere quod ideò legitimi, infr. pupillarem ætatem stipulari possunt, quia non facta arrogatione, & decedente pupillo, omninò erant habituri successionem: & ideò, quia læduntur, stipulantur, sed in maiore. quia non omninò læduntur, quia poterat esse. quod conderet testamentum, ideò non stipulantur: quod tene.]

arrogator nisi causa[a] cognita dign⁹ emãcipatione fuerit, & tũc sua bona ei reddat. Sed & si decedẽs pr̃ eũ exhæredauerit,[b] vel viu⁹ sine iusta causa eũ emãcipauerit, iubetur [c]quartã partem [d] ei bonorũ suorum† relinquere: videlicet pręter bona, quę ad patrem† adoptiuum transtulit, & quorum commodũ [e]ei postea acquisiuit.

a ¶ *Nisi causa.* veluti si ita hæres instituitur iste adoptatus, si emancipatus fuerit, & tunc quartam perdit, quam tunc deberet habere de bonis arrogantis, vt infra prox. respon. & ff. si quid in fraud. pa. l. fin. secundum quosdam. Vel dic quòd tunc nõ perdit quartã, vt infra proxi. respon. probatur, quod cum isto continuatur, & quod d. l. continetur, intelligitur quando erat iusta causa contra filium, vt quia prouocabat patrem ad iram, & in tantum, vt etiam exhæredari potuerit. & beneficium collatum, vel conferendum reuocari, vt Cod. de reuocan. donatio. lege finali, & in Authent. vt lib. de cetero. §. illud versic. quin etiam. collatio. 6. & secundum hoc intellige proxi. respon. quod sequitur.

STL. ¶ Adde, quòd quando filius emancipatus ex causa proueniente ex defectu ipsius, perdit quartam, aliter non, siue sine causa emãcipetur, siue causa aliunde proueniat: ita resident hic doct. * ex omnibus autẽ illis causis emancipari potest, ex quibus & exhæredatur, nam exhæredatio, & emancipatio æquiparantur a iure l. quidam cum filium. ff. de verbor. oblig quod latius ostendi hoc loco in Comment.]

b ¶ *Exhæredauerit*, vel præterierit, vt ff. eo. l. si arrogator.

STL. * ¶ Male supplet glos. tum quia præterito arrogato testamentum est nullũ. §. adoptiui. inst. de exhær. lib. & sic ille succederet in totum, si filij legitimi & naturales non superessent. l. pen. §. fi. C. eo. tum quia l. si arrogator. non loquitur in filio præterito, vt ibi admonet Ias. in 4. col.]

c ¶ *Iubetur.* Not. non cauet sic se relictutũ; tunc enim non valeret, vt C. de inuti. stipu. l. ex eo. & C. de inoffi. testa. l. si quãdo. §. 1. sed ei iubetur per legem, vt sic faciat.

d ¶ *Quartam partem.* Quid ergo si alios filios sex, vel plures habeat, nunquid hic plus quam alij habet? Respon. sic, secundum Bul. quasi debeat imputari ei, quare arrogauerit. Vel dic (vt puto) quartam suæ partis per condictionem ex l. diui Pij petit, vt hic, & ff. eo. l. si arrogator. & ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si quis impubes. & hoc ad instar naturalium & legitimorum, vt ff. de inoffic. test. l. Papinianus. §. quoniã. & C. de inoffi. testamen. l. cum quæritur, & l. parentibus. Absurdum est enim tunc legitimum plus iuris habere, quam naturalem & legitimum, vt sup. eod. §. sed hodie. in fi. Accursius.

Arrogatus nõ plus iuris hẽre debet, q̃ naturalis & legitimus.

STL. ¶ Adde, quòd hæc opi. glo. communis est, si aliter intelligeremus adoptantis quinque (quod fieri potest. l. si pater. §. fin. ff. eo.) quintus remaneret sine quarta: quæ quarta secundum communem sententiam in d. l. si arrogator. hodie non est aucta ad trientem.

e ¶ *Commodum repete*. Et præter ea bona, s. aduentitia, commodum quorum filius, arrogatus post arrogationem acquisiuit patri. s. vsumfructum: nã & hęc acquisita restituit nõ dico vsumfructum, quem debet lucrari, pater, vt C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. si quis itaque, ad instar mariti in rebus dotalibus, vt ff. fam. ercisc. l. si filia. § 1. & sic hoc verbum, præter, non excludit, vt ff. de pign. act. l. 1. in fin. & ff. de procur. l. sed & hæ. §. pe. & tacit. ff. de vulg. sub. l. sed si plures. §. in arrogato,

* ¶ Dic quod dictio, præter iuncta termino cõtento sub præcedenti dispositione, stat exceptiuè. l. nam quod § fin. ff. de pen. leg. alias stat inclusiuè. l. Seio. §. vxori ff. de ann. leg. nisi induceretur, vel prohibitio actus alias de iure permissi, vel permissio actus aliàs de iure prohibiti, secũdum Curt. Iun. in l. Actione C. de transact.]

¶ *Minorem natu.* Diuiditur in duas partes: in prima ponit vnum dictum cum ratione: in secunda illud declarat, secunda ibi, debet.

* *CASVS.* Quærebatur, an in adoptionibus habẽda esset ratio ætatis: & videbatur quod non, quia cũ adoptio fuerit ad solatiũ carentiũ liberis introducta, eaq; solo cõsensu, adoptãtis s. & adoptati egrediatur, nõ videbatur tã benigna facultas adsciscendi sibi filios, ratione ætatis coangustanda, sed solum agentium voluntas spectanda. Quo non obstante contrarium respõdetur, quod cum adinuenta hæc via sit ad similitudinem naturæ, vt qui natura liberos non haberet, posse hoc ciuili modo sibi procreare, eam debet imitari: Ideoque statuitur, minorem natu maiorem adoptare non posse. Sed tunc dubitatum est, quot annis oporteret esse maiorem adoptantem, quam is, qui adoptatur: & cum adoptio naturam imitetur, videbatur sufficere, quod eum excederet xv. annis, quia post quartũdecimum annum quis censetur habilis ad generationem naturalẽ supra de nupt. in princ. Quo non obstante decidittur, quod debet illũ pręcedere xviij. annis, quia licet præsumatur potẽtia gignendi in decimoquarto anno, tamen cum per adoptionem quis certe, non pręsumptiuè, filium efficiat, placuit etiam illud tempus statuere ad hanc rem, quo certum est omnes à communi

¶ *Maior 18. ann. esse debet adoptans adoptato. h. d. ex l. arrogato. §. non tãtũ, & ex l. adoptio. ff. eodẽ. tit.*

¶ Minorem natu [a] maiorem non posse adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur,[b] & pro monstro est [c] vt maior [d] sit filius, quam pater. Debet itaque is, qui sibi filium per adoptionem vel arrogationẽ facit, plena pubertate, i. 18. annis [e] præcedere.

¶ *Potest quis etiam filium alienũ adoptare in nepotẽ, & deinceps, licet filium non habeat, & nepotem in locum filij; sed vbi adoptat aliquem in nepotem quasi ex filio, quem in potestate habet, natum, requiritur consensus filij: aliud, si nepotem ex eo alij velint adoptionem dare. hoc dicit ex l. adoptare ex l. si paterfam. §. qui duos. & l. cum nepos. ff. eo. tit.*

¶ Licet autẽ & ĩ locũ nepotis vel neptis.

muniter accidentibus secundum naturã generare posse, prout hanc rationem elegãter deducit Ias. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. dum tractat materiam fictionis inductiuæ, allegando. l. si paterfamil. in fin. ff. eodem.] Not. quòd minor natu maiorem adoptare non potest * quod pulcherrimè prosequitur Mar. Tul. in ea oratio, quam pro domo sua dixit, dum conqueritur Fõteium adoptasse P. Clodiũ natu grandiorẽ vt Tribunus pl. in ipsius perniciem fieret.] Item quòd ars & ius imitatur naturam, in quãtum potest. Itẽ quod plena pubertas est in 18. ann.

a ¶ *Natu*. i. natiuitate. sic. ff. de min. l. 1. §. 1.

b ¶ *Imitatur* plerumque; quandoque tamen non, vt inf. eo. §. sed & illud. & §. in plurimis. * Solue, quòd adoptio & lex ciuilis imitatur naturam in genere, non in specie: quod latè declarat Bar. in l. eadem. ff. de duobus reis. & in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & ibi latissimè Ias. dum tractat materiam fictionis inductiuæ.

c ¶ *Pro monstro est*. i. non secundum naturam, sed contra naturam, vt & aliàs. ff. de sta. ho. l. non sunt liberi.

d ¶ *Maior*, s. tempore, non persona.

e ¶ 18. *annis*. Id est tot annos debet habere plus adoptans, quam adoptatus, qui faciant vnam plenam pubertatem tanti temporis. Sed nũquid qui plures adoptat, debeat pluribus vicibus præcedere in tãto tempore? Respon. non (vt puto) cum secundum naturã etiam in vno anno ex diuersis feminis, vel etiam vna possit habere filios plures: & in hoc adoptio imitatur naturam, vt hic. Et nota pluribus modis dici plenam pubertatem. Nam interdum 14. annis, vt infra qui. mo. tute. fin. §. 1. & supra tit. 1. pri. respõ. aliàs 15. annis. vt in Auth. de tempore non so pec. super dote. §. generaliter. coll. 7. aliàs 17. ann. vt supra. qui manu. non poss. § fina. & ff. de postu. l. 1. §. pueritiam, interdum 18. ann. vt hic, & ff. de ali. & ci. le. l. Mela.

SYL. ¶ Adde tu, quòd glos. non intellexit plenam pubertatem: nam vt primum masculus impleuit 14. an. incipit esse pubes, tunc enim dicitur pubes, & ante id tempus impubes: & hoc est quod dicitur in tex. in d. §. 1. inf. qui mo. tute. fi. plena autem efficitur pubertas in 18. anno; alia enim iura allegata in glo. nihil faciunt: & ita declar.]

¶ Licet. Diuiditur in duas partes: in prima ponit vnũ dictum: in secũda illud modificat. secunda ibi: sed si quis. SYL.

¶ *CASVS*. Quærebatur, an liceret adoptare loco nepotis: dubium faciebat: quia cum in defectum generationis inductus videatur modus adoptionis, non videbatur vltra filium extendẽdus: cuius cõtrarium deciditur, quia sicut optamus perpetuitatem generationis naturalis. l. liberorum. in fi. ff. de verborum significatione, ita & ciuilis, quæ illam imitatur. Tunc dubitatum est, an posset alienus filius loco nepotis adoptari aut econuerso, videbatur enim seruandus ordo naturæ, attamen deciditur contrarium vt latius pateat ista facultas generandi liberos ciuiliter. Item dubitatum est, an cum nepos adoptatur quasi ex filio natus, consensus filij exigatur: & videbatur quòd non, quia cum adoptio fit, non requiritur voluntas eorum, inter quos iura agnationis consequuntur. lege cum adoptio ff. eodem, quod eo magis dicendum erat hoc casu, quia hic filius est in potestate adoptantis, vnde videbatur eius consensum non esse requirendum. Sed contrarium deciditur, & ratio assignatur in text. Læderetur enim filius, & ideò adhiberi debet. lege nam ita ff. eodem quod non est, vbi auus daret illum in adoptionem, vt patet ex glosa in versiculo consentire secunda, vbi habetur ratio dubitandi, & decidendi huius dicti. Not. quòd datur fictio fictionis in adoptione loco nepotis.

Item quòd is, qui lædi posset, requirẽdus est.

Item quòd nullus potest agnasci inuito.

Item quòd nepos datur in adoptionẽ absque consensu filij.

 a ¶ Non

pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat. [a] Et tam filium alienum quis in locū nepotis adoptare potest, quàm nepotē in locum [b] filij. Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo filio, quem habet iam adoptatum, vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: eo casu, & filius consentire [c] debet ne ei inuito suus hæres agnascatur. Sed ex contrario, si auus ex filio nepotē det in adoptionē, nō est necesse filium cōsentire. [d]

a ¶ *Non habeat*. Vel licet vxorem non habeat, quo casu tamen est contra naturam, vt ff. eo. l. & qui vxores.

STL. ¶ Adde non esse contra naturam, quia potest habere: & quamuis actu nō habeat, habet habitu. Repugnat enim natura in ijs, quæ nec habitu, nec actu esse possunt, sicut in §. minorum, sed non in ijs, quæ habitu, vtputa in adoptione nepotis, non existēte filio immò eo nunquam nato, vt hoc. §.]

b ¶ *In locum*. Item nepotem ex vno, quasi ex altero natum, vt ff. eo. l. si pater. §. qui duos. Non autem loco fratris, vt C. de hæred. instit. l. nec apud.

* Ratio est, quia nec per naturam, quam adoptio imitatur, frater fratrem procreat.

c ¶ *Consentire*. Quod non est in alijs agnatis, qui possent sperare successionē, vt ff. eo. l. cum adoptio.

* Ratio in promptu est, Licet enim agnati sperent successionem adoptantis, ea tamen spes nullius est considerationis cum testari, & alios sibi hæredes facere possit. Sed filius, cui nepos iste agnasci debet, meritò requiritur, ne inuitus eum hæredem habeat necessarium.] Et sic not. ex hoc tex. iun. glos. quod in vnoquoque actu requirendus est is, de cuius præiudicio principaliter agitur, secus si per quandam consequentiam, facit, l. de vno quoque. ff. de re. iud. vbi doct.]

Et siquidem filius consentiat, benè est, & recidet nepos adoptiuus in potestatē suam, scilicet filij, mortuo patre, vt ff. eo. l. si quis nepotem. Si autem non consentiat filius, tūc agnascitur, seu agnatus fit ei, id est, auo, hic nepos, & suus efficitur hæres, etiā filio inuito. nec recidit in potestatem eius: siue dicas eum succedere vt filium, licet non sit filius, siue vt nepotem, quasi ex altero filio præmortuo natum, quo casu æqualiter cum patruo admittatur, vt inf. de hæ. quæ ab intest. §. cum autem. Alij dicunt hoc totum, Et inuito, id est filio inuito: & Agnascatur, id est, iuxta eum quasi nascatur, quo ad successionem, quod satis in idem redit. Alij hoc totum, Et inuito, id est auo inuito, qui voluntate filij proposuerat adoptare, nunc autem contra suum propositum facit: & sic dicitur inuitus ratione propositi primi. Et secundū istos hic nepos inuito auo, & filio adoptatus non succedit vnà cum filio, sed demum eo mortuo: prima verior est.

¶ Adde, quòd tex. est clarus, & intelligitur et filio inuito, cum loquatur de adoptione nepotis facta tanquam ex eo filio, cuius consensus exigitur. * Fallitur autem gl. inquiens, hunc nepotem fieri suum hæredem auo: non enim potest, filio existente in medio, §. sui, infr. de hæred. qua. & dif. Itē & aliud animaduertendū, quòd auus nō prohibetur inuito filio adoptare loco nepotis: sed si adoptet, filius non habebit hūc nepotem, mortuo auo, nec in potestate, nec suū hæredem, & ideò vt adoptio pariat hos effectus, necessarius est consensus filij, alias non. l. cum nepos, & l. seq. ff. eo.] *STL.*

Sed quare hic filius impediret matrimonium sui filij etiam auo volente, & non impedit hunc ciuilem actum, vt ff. de rit. nup. l. oratione. §. 1. Respon. quia matrimonium est vinculum magis indiuiduum, vt sup. de pa. potesta. 1. respon.

** Quinimmo concordant, quia licet filius nō possit impedire adoptionem impedit tñ ortum suitatis, quæ inde proueniret, si eo consentiente fieret ipsa adoptio, & sic cum non producat effectus ipsi filio præiudiciales, pro eo est, quasi facta non esset quo ad eum. vnde nihil facit ad casum ratio indiuiduitatis, quam glos. perpendere videtur.

d ¶ *Consentire*. Sed videtur q͏̃ sic: nā læditur filius in duobus, & in hæreditate siue in bonis, quæ ad filium suum proponebat ex voto trāsmittere, vt ff. vnde libe. l. scripto, quod nō facit, vt inf de hære. quæ ab intest. defe. §. athi. & quia in potestatem illius transit: quare in patris sui naturalis potestatem non recedit iure illo veteri, vt sup. eo. 1. respon. Ad primum respondeo, quia alio modo potest euitare instituendo eum. Ad secundum dico, q͏̃ non potest æstimari patria potestas, vt ff. de lega. 1. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem.

† Sed hodie vterque timor cessat: nam, & succedet, & in suam potestatem recidet, vt C. de adoption. l. cum in adoptiuis. §. scimus & sup. eo. §. sed hodie.

* Adde hoc esse verum, nisi adoptio sit facta ab auo paterno, vel materno, vt dicitur in d. §. sed hodie.

* ¶ In plurimis. *CASVS*. Quæsitum est, an pater adoptiuus possit filium alij in adoptionem dare, & videbatur q͏̃ non, quia cū tam sit ficte filius, si alij quoque in adoptionem

† Sed facit cōtra gl. sicut dñ Iaco. quia si de inæstimabili agitur præiudicio videtur necessarius eius consensus. STL.

ne traderetur, ſuperinduceretur alia fictio, contra l. 1. C. de dot. prom. Sed hoc non obſtante deciditur contrarium, ob ſimilitudinem, quæ inter adoptionem & naturam intercedit: quę facit, vt, ſicut pater naturalis poteſt filium alij adoptandum dare, idē poſſit & adoptiuus. nec obſtat, quod ſit fictio fictionis, quia cū veniat in conſequentiam primæ, non inconuenit, vt tradit Bart. & alij in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. Nota, quod in plurimis filij legitimi tantum comparantur legitimis, & naturalibus. Itē quod adoptatus poteſt dari in adoptionem.]

¶ *Arrogatus vel adoptatus à nō extraneo, poteſt ab eodē alij in adoptionem dari, hoc dicit.*

¶ In plurimis[a] autem caſus aſſimilatur is, qui adoptat[9], vel arrogatus eſt, ei, qui ex legitimo matrimonio nat[9]: & ideò ſi qs per Imperatorē, vel apud Prætorem, vel Præſidem prouincię non extraneū[b] adoptauerit, †poteſt eūdem in adoptionem alij dare.

¶ *Spadones adoptare poſſunt, caſtrati autē non. h. d. ex l. 2. §. illud. ff. eo.*

¶ Sed & illud vtriuſque[c] adoptionis cōmune eſt, quòd & ij, qui generare non poſſunt[d] quales ſunt †ſpadones[e]) adoptare poſſunt. caſtrati autem non poſſunt.

a ¶ *In plurimis.* Quandoque enim contra. vt inf. de hær. quæ ab inteſta. §. minus. ſecūdum Azo. Item in eo, quod adoptiuus pater nō tenetur eum inſtituere, vt inf. de hæred quæ ab inteſt. §. Sed ea ibi, teſtamento autem.

* Adde duos caſus, quibus adoptiuus pro filio non habetur. Primus, cum non de ſucceſſione adoptantis agitur, ſed de alterius. Vnde in fideicōmiſſis, quibus nō ipſi grauato, ſed teſtatori ſuccedirur, l. cohęredi. §. cū filiæ. ff. de vulg & pupil. conditio, ſi deceſſerit abſque filijs, non deficit adoptione, l. ſi ita quis. de leg. 2. Quod & in feudis receptum eſt, cap. 1. §. adoptiuus. ſi de feud. de fun. & quoties de munerum excuſatione ageretur, non enim hæc facto adoptantis mutari poſſunt §. 1. infra de excuſat. tutor. l. ſextum, §. adoptiui. de vaca. muner. Secundus caſus eſt, cum lege municipali maſculi excludunt filias feminas, intelligitur enim de maſculis legitimis, & naturalibus non de adoptiuis: vt tradit Anania. conſ. xxvij & Iaſ. in l. quique. §. Prætor ff. de in ius voc.

b ¶ *Extraneum,* vt ſic tranſeat in ſuam poteſtatem, vt ſup. eo. §. ſed hodie.

** Animaduertte, quod hæc verba text. non extraneum, referenda ſunt tantum ad illa verba. vel apud Prætorem, vel Præſidem, non autem ad verb. per Imperatorem, nam ſi fiat adoptio apud Imperat. quæ peculiari verbo appellatur arrogatio, nihil refert, vtrū ſit extraneus, nec ne, qui arrogatur, omnes enim indifferenter tranſeunt in poteſtatem arrogatori.

STL. * Sed &. *CASVS*. Dubitatum fuit, an adoptare poſſit inhabilis ad generādum; & dubium faciebat, quia cū debeat imitari adoptio naturam. non videbatur danda illi facultas generandi filios ciuiliter, qui non poterat gignere naturaliter, quia fictio nō poteſt habere locum niſi vbi, & veritas, ſecundum Bart. in l. ſi is q. pro emptore, ff. de vſucapio. cuius cōtrarium deciditur in ſpadone, non autem in caſtrato rationem videbimus in glo. Not. quod adoptio fieri non poteſt ab ijs, qui nō habent poteſtatem generādi de facto, ſecus ſi à natura. Itē quod impoſſibilitas de facto magis impedit quam naturalis.

c ¶ *Sed vtriuſque.* Quarum vna vocatur arrogatio, alia adoptio, vt ſup. eo. §. Imperatoris.

d ¶ *Non poſſunt*, Qui omnes Eunuchi vocātur: ſed ab hoc genere detrahit caſtratos, qui generare non poſſunt, id eſt caſtè ſic natos, vt nunquam potuerint generare.

ADDITIO. Pone, quod aliquis generare poteſt, ſed illicitè, vt clericus, numquid poterit taliter adoptare? vide Chriſtophor. hic verſic. Hinc inſurgit dubium vbi concludit quod non.

e ¶ *Spadones*, quibus teſticuli, vel genitalia abſciſa ſūt cultello, vel ſpatha: et eſt ratio, quia fortius impedimentū eſt naturæ, quam accidentis, vt hic. & ff. de libe. & poſthu. l. ſed eſt quæſitum, §. 1. & 2. & ſic no. quod vulgariter promiſcui appellantur.

¶ Adde, quod magna fuit æquiuocatio in his nominibus glo. vt tamen verum diſcas, dic duobus modis accipi ſpadonem, vt & adoptio: largè, prout comprehendi omnes inhabiles ad generandum tam ex accidēti, quam à natura: ſtrictè verò ad differentiam caſtrati. (& hoc eſt quod dixit text. in l. ſpadonum. de verb. ſignific. & l. ſi ſerua. in fi. de iur. dot.) & tūc ille ſignificatur, qui à natura inhabilis eſt: caſtratus enim à caſtro dicitur, cui virilia ſunt amputata, facit lege tertia, & quarta ff. ad l. Cornel de Sica. quod & ſēſiſſe Alcia. videtur li. 1. Prætermiſſ. in ver. caſtrati, licet in d. l. ſpadonum, caſtratum eum quoq. dici putet, qui ſine teſtibus naturaliter progenitus fuerit, cuius opin. meritò hic in noſtris Anno improbauimus. Intelligit ergo ſpadonem hic ſtrictè, qui ideò poteſt adoptare, quia non eſt deſperandum naturę

E 4 auxi-

† *Hoc verum, ſi filius vult. ff. eo. l. in adoptionibus. Io. Fab.*

† *De varijs ſpēbus ſpadonū vide text. in l. ſpadonum. & omninò. ibi Alc. qui hoc eleganter declarat. d. ver. ſign.*

Natura fortius impedimentum eſt quam accidentis.
STL.

¶ Feminæ non adoptant, nisi ex indulgẽtia principis ob amissos filios h.d. ex l. mulierem. C. eo.

¶ Feminæ quoque adoptare nõ possũt,[a] quia nec naturales liberos in sua potestate habent:[b] † sed ex indulgentia[c] principis ad solatium liberorum amissorum[d] adoptare possunt.

¶ Arrogatus trãsit in potestatem arrogãtis cum liberis, quos in potestate habet. h. d. ex l. 2. §. hoc verò, & l. arrogato. ff. eo.

¶ Illud proprium est adoptionis illi⁹, quę per sacrum oraculũ[e] fit, q̃ is, qui liberos in potestate habet si se† ad arrogandũ dederit, nõ solũ ipse potestati arrogatoris subijcitur, sed etiã liberi[f] eius in eiusdem fiũt potestate, tãquã nepotes. Sic etenim

auxilium, in quibus omninò virilia non sunt amputata. l. si quis posthumos. in prin. ff. de libe & posthu. castrati vero, quia carent genitalibus, aliquo modo generare non possunt: ideò & nubere & adoptare prohibentur, & hæc est veritas: q̃ probatur in l. ædiles aiunt §. iumentorum. ff. de ædil. edi. & apertius declaraui hic in Annotar.

¶ *Femina quoque.* ¶ *CASVS* Dubitabat an feminę adoptare possent: & videbatur q̃d sic, quia in l. adoptio. ff. eo dicitur, quòd adoptio habet locum in ijs personis, in quibus natura potest locum habere & ita cum vera filiatio in feminis reperiatur, videbatur etiam posse concurrere legitima: cuius contrarium deciditur in text. ratione in eo expressa cum limitatione. No. quòd femina non adoptat, nec habet filios in potestate.

a ¶ *Feminæ. Non possunt*, sed ipsæ arrogari possunt, vt ff. eo.ʹ. nam & feminæ.

* Adde, quod olim arrogare non poterant, quia cum feminis nulla comitiorum communio erat, quod attestatur A. Gellius lib. 5. capit. 19.

b ¶ *Habent*. Nota feminas non habere filios in potestate, & facit ad hoc. ff. de suis & le. l. nulla & inf. de hær qua. & differ. §. ceteri: & ff de contra ta. l. illud. §. ad testamẽta.

SYL. ¶ Adde, quod ideò potestas in feminis, quãdo loquimur de filijs, interpretatur, tutela, vt pulchrè Dec. in c. ex parte. el. 2. de appel.

* Adde, quod non videtur prima facie ratio huius text. bona esse, femina adoptare non potest, quia nec naturales filios habet in potestate, non enim quæuis adoptio trahit adoptatos in potestatem, vt sup. eod. §. sed hodie. Respon. quod cum olim omnes adoptiui transirent in potestatem, vt in princ. huius titu. & per hoc tunc vera esset huiusmodi ratio, nõ ideò minus hodie etiam vera est, licet aliquo casu adoptio non pariat patriam potestatem, ad ea enim quæ frequentius fiunt, leges referendæ sunt. l. nam ad ea ff. de leg.

c ¶ *Sed ex indulgentia*. de nouo iure concedenda, vt C. eo. l. mulierem.

d ¶ *Amissorum*. in acie principis, vt hic innuit, & infra de excu. tut. §. sed si in libello. ff. de inoffi. testam. l. si suspecta §. fi. Sed nũquid & tũc habebit in potestate? Videtur, q̃ sic, cum beneficia principum sint extendenda, vt in Auth. constit. quæ de digni. §. penul. coll. 6. & ff. de constitut. princ. l. fi. Sed tamen contradico, ad instar scilicet naturaliũ: nã naturam imitatur adoptio, vt sup. eod. §. minorem. † & facit ad hoc. C. eo. l. mulierẽ.

¶ Adde, quòd hæc q. deciditur in d. l. mulierem, vbi pater, q̃ non cõcedit aliud ius potestatis per dictam indulgẽtiam, quam habeat ipsa mater in naturalibus & legitimis, in quibus nõ habent potestatem: * & quãuis gl. videatur restringere hunc text. ad mortuos in acie, est tamen generaliter intelligendus, vt probaui hoc loco in Commen. quia vbi amittantur, luctum adferunt parentibus, (quæ est ratio text. nostri) nec restringenda videtur principis indulgentia ad amisos in acie tantum, sed late interpretanda.

* ¶ *Illud*. *CASVS*. Fuit dubitatum, vtrum liberi, quos in potestate habet: qui arrogatur, transeant in potestatem arrogatoris. Et videbatur quod non, sicut videmus in adoptione, quod dato in adoptionem filio, nepotes ex eo remanent in potestate aui naturalis. l. arrogato ff. eo. & quia iste actus videtur fieri solum inter arrogatorem & arrogatum: contrarium tamen deciditur, quia cum arrogatus alienæ potestati subiectus sit, alium habere in potestate non potest. l. sic eueniet. ff. ad l. iul de adult. & hoc est proprium huius adoptionis, quæ fit imperiali auctoritate, ideoq. cessat obiectio. l. arrogato. Not. quòd liberi eius, qui arrogatur, transeunt in potestatem arrogatoris.

e ¶ *Illud*. *Oraculum*, idest per principem, vt de eo, qui sui iuris est: ideò transit etiam hodie in potestatem arrogatoris, vt supra eodem in princip. ideò sic dictum, quia oramus, siue deprecamur eum, vt in talibus pręstet auctoritatem.

¶ Oraculum appellat rescriptum, & auctoritatem imperialem, vt latius exposui hoc loco in Annot.]

f ¶ *Liberi*. Oẽs nati & nascituri, & ẽt reuersi ab hostibus, vt ff. eo. l. si paterfamil. in princ.

¶ Adde, q̃ secundum Ias. intelligitur, si nati sint

† alias sed ex constitutione & indulgẽtia.

† Et cõtra respõ[...] STI[...] hic do[...] imò [...] bent n[...] derar[...] cunda[...] ius c[...] l. ex[...] cto in[...] ff. d v[...] ga. [...] pup. f[...]

† al[...] deest.

diuus Augustus [a] nõ antea Tiberium adoptauit, quam is [b] Germanicum adoptasset; vt protinus [c] adoptione facta [d] inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

¶ *Seruus à domino adoptatus, vel in iudicio vt filius nominatus; efficitur liber h.d. Aret.*

¶ Apud Catonem † bene scriptũ refert antiquitas, † seruos, si à domino adoptati [e] sint, ex hoc ipsõ posse liberari. Vnde & nos eruditi, in nostra constitutione [f] etiam cum seruum, quẽ dominus actis [g] interuenĩẽtibus filiũ suum nominauerit, † liberum esse constituimus, licet hoc ad ius filij accipiendum ei non sufficiat.

sint secus si in vtero essent. l. fin. ff. de colla. bon.

a ¶ *Diuus Augustus.* Hic Imperator volebat adoptare, quendam nomine Germanicum, & hic Germanicus noluit consentire: vnde nõ poterat procedere adoptio vt inf. tit. 1. §. sed & si pater, & ff. eo. l. 2. in princip. vnde Augustus callidè suasit cuidam nomine Tiberio, vt illum Germanicum adoptaret; quod fecit, & hunc Tiberium postea arrogauit princeps: quare & per cõsequens habuit Germanicum loco nepotis. * ¶ Toto (qđ aiunt) cœlo aberrat Accur. in enarranda historia. vide Sueto. in Tiberio & in Caligula.

b ¶ *Is* Tiberius.

c ¶ *Protinus.* id est statim. †

d ¶ *Adoptione facta.* à principe.

¶ Apud Catonem. *CASVS.* Quærebatur an ex adoptione, vel ex nominatione filij, seruus liber efficeretur, & videbatur dicendum quod non, quia nõ videbatur hic modus dandi libertatem introductus à iure, sup. qui. ex cau. ma. non lic. per totum. cuius contrarium dicitur ea ratione, quia non cõuenit filium seruum esse patris liberi, in cuius potestate est, eum facere liberum, & quia verisimile est, vt in necessariam antecedentiam velit quis, eum esse liberum, quẽ sibi libero filium facit, quia dans quod plus est, videtur vtique dare quod minus est.
* Sed inde quæsitum est, an valeret huiusmodi adoptio dubium faciebat, quia qui voluit seruum suum adoptare in filium, vtique censetur voluisse illum prius esse liberum, sicut dicimus, vbi quis scripsit hæredẽ seruum proprium simpliciter, quod videtur in antecedẽtiam necessariam dedisse illi libertatem, §. 1. supra qui ex cau. manu. non l. vnde videbatur dicendum, quod teneret adoptio, vti facta de libera persona. attamen respondetur contrarium, quia iste actus non potest geri nisi inter liberas personas, vt tradit Gellius lib. 5. cap. 19. quod secus est in institutione, infr. de hæt institut. in princip.
* Et hic est verus intellectus huius loci, quẽ senserunt etiam Theophilus & Harmenopolus, Græci interpretes, non autem, quod seruo adoptato ius filij acquireretur vt plerique ex Latinis crediderunt, cum solam eo nomine libertatem tribui voluerit Cato.] Not. quod per adoptionẽ seruus efficitur liber. Item quod libertas non solùm expressè, sed tacite dari potest. Item quod seruus, filius nominatus, fit liber, si nominetur in actis, licet non acquirat iura filiorum. Item quod verba blanda & adulatoria in iudicio emissa, fauore libertatis operantur. Item quod si nõ valet quod ago vt ago, valet vt valere potest. * Item no. secundum Angel. & alios, q ex sola nominatione quæritur ius. Sed mihi videtur probari cõtrarium, quia non quæritur ius quod nominatur, id est filiatio, sed sola libertas.
* * Et hoc ideo, quia hoc loco constabat hunc esse seruum. Aliter enim ex ipsa nominatione filij resultaret saltem præsumptio iuris, vt habetur in leg. si vicini. Cod. de nup. & in cap. per tuas. de probat. cum sim. vt ibi per Deci.]

e ¶ *Adoptati.* Scilicet à domino: ab extraneo autem non potest etiam libertes, vt ff. eo. l. si pater. in fi.

f ¶ *Constitutione,* vt C. de la. lib. tollen. l. vnica. §. similiter quoque modo.

g ¶ *Actis.* id est coram iudice dicendo hæc verba, Veni huc fili: secundum Azo. [Vel (vt puto) coram iudice agebatur, vt filius fieret adoptiuus. & inde fuit facta scriptura non tamen res peruenit ad perfectionem, vt differat à proximo casu superiori, aliud si extra iudicium talia fierent vel agerentur, vt Cod. de lib. cau. l. pen. & sic collige ex hoc & superiori ver. quod si id, quod ago, non valet vt ago, valet tamen vt valere potest, sic. Cod. de lati. lib. tol. l. vnic. §. simili quoque modo, & ff. de pact. l. si vnus. §. si acceptilatio. Arg. contra ff. de iu. codicil. l. 1.

ADDITIO. Respondent doct. quod ibi constabat testantem nolle codicillari Ang.

* ¶ Errat Accur. vt diffusè ostendit in Commen. putans in primo casu huius text. seruum fieri filium adoptiuum, & quod in secundo dominus intendebat illum adoptare; quare inde temerè infert ad dictum illud. Si id quod ago &c. vt animaduertit etiam Alciatus in l. 1. §. si quis ita. vbi vid. ã dum de isto articulo, ff. de verbo. oblig. ideo exem-

STL. † *Quis hic Cato fuerit, habetur in l. 1. §. deinde ver. nos sectatus. ff. de ori. iur.* † *sic infra de her qua. dif. & diff. §. 1.* STL.

† *aliàs serui si a domino adoptati sint, ex hoc ipsos &c.* † *Et sic ex nominatione alicuius acquiritur, vt hic & in cap. per tuas. cũ gl. ver. appellauit post med. ibi item est licartu. ext. qui fil. sint legit.*

STL.

exemplifica, quādo vel deliberatè inter acta filius nominaretur, vel etiam enunciatiuè causa demonstrationis: vt puta, Solutionem mihi fit per Stichum filium meum. nam talia verba fauore libertatis disponunt, vt declarat Bal. in l. ex hac col. 2. ff. de dona. vbi docet au. & quādo verba enūciatiua dispo-nant.

gādum. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. tamen contrarium deciditur ea ratione, quia bene à principio sui ortus debeat in potestate patris esse, quia tantum sui iuris pater non erat, non poterat habere alium in potestate. [Sic eueniet ff. de adu. sublato itaque de medio illo impedimēto, detegitur potestas, nō propriè cōceditur: & quia habitu erat in filio suo ad nepotem, incipit esse actu: quod non habet locum vbi prius erat emacipatus, quia hi nepotes tunc nō fuerunt in potestate aui, tāquam sustinentes partes filij, sed imediate. Not. quod verbū, videamus, refert ad oculum intellectus. Itē quod cognito quomodo aliquid cōcipiatur vel acquirat, cognoscendum est quomodo dissoluatur, vel amittatur. Item quod morte patris vel aui, filij vel nepotes efficiuntur sui iuris cum distinct. de qua in sum.

** Not. etiam quòd acta ea propriè dicūtur, quæ fiunt in iudicio. ap. quoniam contra de probat. & declarat. Bar. in l. quæ acta. ff. de uerb. signif. C. ...]

¶ *Quibus modis ius patria potestatis.*

Continuat hunc tit. Imperator in princ. cum dicendum proponat de dissolutione illius iuris, de quo supra proxime dictum fuit.

¶ *Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.*

¶ *Morte naturali patris, filius sui iuris efficitur: & nepos ita demum, si filius in potestate non supersit. hoc dicit ex. titu. 6. Instit. Caij.*

VIdeamus nunc, quibus modis ij, qui alieno iuri sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem [a] quemadmodum liberentur serui à potestate [b] dominorum; ex ijs intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superius exposuimus. Ij verò, qui in potestate parentis [c] sunt, mortuo eo [d] sui iuris fiunt. Sed hoc [e] distinctionem recipit. Nam mortuo patre [f] sanè omnimodo filij filiæve sui iuris efficiuntur. mortuo verò auo, nō omnimodo [g] nepotes, neptesque sui iuris fiūt: sed ita, [h] si post mortem aui in potestatem patris sui recasuri nō sunt.

Diuisio. VIdeamus. ¶ Totus iste tit. diuiditur in sex partes. Primò qualiter dissoluatur patria potestas morte naturali. Secundò qualiter morte ciuili ex delicto proueniente. Tertiò, qualiter propter dignitatem filio acquisitam. Quartò, qualiter propter captiuitatem patris, vel filij. Quintò, qualiter emancipatione. Sextò, qualiter per dationem in adoptionem auo paterno, vel materno. Secunda ibi, Cum autem. Tertia ibi, Filiusfamilias. Quarta ibi. Si ab hostibus. Quinta ibi, Præterea. Sexta ibi, Sed & si pater. Item hoc principium subdiuiditur in quatuor. Quia primò ponit de quo est tractaturus. Secundò, qualiter alias supra dixit de seruis. Tertiò, qualiter filij liberentur à patria potestate, generaliter respondēdo. Quartò dictam responsionem diuidit. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Ij. verò. Quarta ibi. Sed hoc.

STL. ¶ CASVS. non ponitur, quia procedit tradēdo regulam, quòd morte patris extinguitur potestas patria. dubium tamen videbatur in nepote ex filio, qui tempore paterni obitus in potestate reperiebatur, quia, cum numquam fuisset in patris potestate, sed aui, videbatur dissoluto illo vinculo liberari, sicut & filius: mors enim, quæ venit ad dissoluendum. §. deinceps. in Authent. de nup. non videbatur posse venire ad li-

a ¶ *Et quidem.* q. d. quid sit circa seruos de absolutione potestatis eorum, diximus su. de liber. § 1. & §. multis.

b ¶ *A potestate.* subaudi dominica.

c ¶ *Parentis.* Strictè accipe pro ijs tantum, qui sunt superiores ex linea mascu. nam fœminæ non habent in potestate filios, vt sup. titu. 2. § ergo.

Adde. l. quique. ff. de in ius voc. & quod parētes proprio vocabulo appellantur vsque ad tritauum, superiores autem, maiores. l. iurisconsul. §. parentes. ff. de grad. affi.

d ¶ *Eo.* scilicet parente.

e ¶ *Hoc.* scilicet quod dixi morte superioris inferiores effici sui iuris.

f ¶ *Patre.* Scilicet familias subaudi scilicet supra quem nullus est ratione potestatis.

g ¶ *Non omnimodo,* id est generaliter.

* ¶ Adde, quod dictio, omnino, habet naturam præcisam: non tamen excludit qualitatem a statuto requisitam, recipitque congruam interpretationem secundum alia iura. Decius consilio 456. columna 2. & tertia. STL.

h ¶ *Sed ita,* Scilicet fiunt sui iuris.

a ¶ Eo-

Itaque si moriente auo pater eorum[a] viuit & in potestate[b] patris sui est, tunc post obitum aui in potestate patris sui fiũt. Si vero is,[c] quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est,[d] aut p emancipatione exijt de potestate patris, tunc ij, q in potestatē eius cadere non possunt, sui iuris[e] fiunt.

¶ *Deportatio, & seruitus pene patriam potestatem soluunt, relegatio non, quæ restitutione principis recuperatur. hoc dicit.*

¶ Cum autem[f] is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur,[g] ciuitatem

a ¶ *Eorum.* scilicet nepotum.
b ¶ *In potestate.* & non exiuit. nam si exiuit & postea redijt, quia est arrogatus, non recideret filius in potestatē eius, vt ff. de adop. l. si pater filium, & ratio, vt ibi notatur.

STL. ¶ Adde, quòd prima ratio ibi assignata cōmuniter approbatur hic, & ibi: ego verò in Cōment. vtramque rationem cōiunxi, scilicet qđ ideò non recipit iste filius filios suos in potestatem, quia per adoptionem non reuertitur in eundem gradū, & in eandem causam, ita vt nepotibus sit auferēdum ius iam quæsitum, cum non vt idemet filius, qui fuit emancipatus arrogetur, sed extraneus, per iura prædicta.

c ¶ *Is,* scilicet filius prædictus.
d ¶ *Mortuus est.* filius prædictus.
e ¶ *Sui iuris.*] Nisi in casu, vt quando per dignitatem filius sui iuris factus fuisset, vt in Authenti. constitutio: quæ de digo. §. illud. colla. 6.

STL. ¶ Adde, quod ratio est, quia quod fauorē introducitur, non trahitur in odium. l. quod fauore. C. de legi. & quia dignitas sicut priuilegium non tollit dignitatem, aut priuilegium. l. hac salubertima. C. de præpo. agen. in re. lib. 12.

* Inepta tamen est exceptio Accur. quia Imper. non loquitur vniuersaliter, quomodocunque filius exierit de potestate patris, sed vbi morte, vel emancipatione.]

Diuisio: ¶ Cum autem. ¶ Diuiditur in quinque partes. Primò de deportatione patris. Secundò de deportatione filij. Tertiò de indulgentia principis: Quartò de relegatis. Quintò de seruis pęnæ. Secūda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed si indulgentia. Quarta ibi, Relegatis. Quinta ibi, Pœnæ Ater.

STL Cum autem is. C A S V S. Quærebatur, an ex deportatione, relegatione, vel seruitute pęnæ, patria potestas tolleretur: & dubium faciebat, quia, cum adhuc pater viuus remaneret, non videbatur tolli, quia cum iura filiationis sint naturalia nullo casu videbantur posse amoueri. §. si. inf. de l. agn. tu. hoc tamen non obstante contrarium deciditur in deportatione. & seruitute pęnæ, quia, cum dictum sit hoc esse proprium ci. Roma. sup. de par. pot. vt per deportationē desinat esse ciuis, per seruitutē aūt pęnæ, & ciuis, & liber. desinunt necessariò omnia, quę ex ciuitate consequebantur: tanquam causa cessante ipsorum.

* Nec obstat, quod dicebatur de filiatione, quia longè aliud est filiatio aliud patria potestas, cum quis possit habere patrem, & in eius potestate non esse. Et ex his intelligitur quare diuersū fuerit decisū in relegatis: nempè quia, & libertas, & ciuitas salua permanet.]

Sed tunc dubitabatur, qđ facta restitutione, & videbatur filios semel liberatos non recidere in potestatem patris per rationem: l. si pater, ff. de adop. cuius cōtrarium deciditur, quia, cum per eam omnia in pristinum statum reponantur. l. quod si minor. §. restitutio, ff. de min. est, ac si iure postliminij reuerterentur ab hostibus sicut enim illa est restitutio. l. mortuæ, sic hæc est principis, & sic l. viua. Not. quod deportatus perdit ciuitatem.

* Sunt autem deportati, quos lingua vulgi confinatos vocamus, quibus damnatis certo spacio circumscribitur pęnæ pendendæ locus l. 1. § deportatos, de leg. 3.]

Item quod qui desinit esse ciuis Rom. nō habet filios in potestate. Item, quod dictio, perinde, denotat similitudinem, licet non per omnia, quod maximè procedit in pęnalibus, vt p Bart. in l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pecul.] Item quod mors ciuilis æquiparatur naturali. Item quod deportatione filij soluitur patria potestas, ex quo notatur, quod patria potestas est ciuium Roma actiuè, & passiuè: exigit enim in patre & filio ciuilitatem. Item quod restitutio reponit omnia in pristinum. Item quod relegatio non tollit patriam potestatem, secus in seruitute pęnę. Item qui dicatur seruus pęnæ.

f ¶ *Cum autem.* Dictum est supra qualiter soluitur patria potestas morte naturali, nūc ponit quando morte ciuili.

g ¶ *Deportatur.* Hic no. quod hæc sententia deportationis vt valeat, id est vt statū & ciuitatem perdat, non potest dari nisi à quatuor iudicibus, scilicet ab imperatore, vel ab eo qui eius vice iudicat, & a præfe. pręto. & pręfe. vrb. vt ff de pęn. l. 2. §. 1. & de leg. 3. l. 1. §. a præfecto: & de interd. & releg. l. inter. pęnas. §. 1. *Deportare possunt tātū quatuor iudices.*

STL. ¶ Adde, quod nisi intelligas propriè in terminis d. l. 1. §. a præfecto glo. malediceret. si enim intelligitur de vicegerente principis, non

tẽ amittit, sequitur, vt qui eo modo[a] ex numero ciuium Romanorum tollitur,† perinde est, ac si eo mortuo[b] desinant liberi in potestate ei[*] esse. Pari[c] ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulã deportat[*] fuerit, desinit esse in potestate parẽtis. Sed si ex indulgentia principis[d] restituti fuerint, per omnia pristinũ statum[e] recipiunt.

¶ Relegati autẽ pa-

non haberet dubium : sui debet intelligi proprie secundum terminos.d.l. vt aduertit hic Angel]

¶ Idem credo in senatoribus, qui parem sẽtentiam, id est parem habent affectũ principi, vel maiorem quã prædicti, vt ff. à q. appe. non licet.l 1. §. 1. † Si autem alius iudex talem sẽtentiam det, non valet, nec mandatur executioni, nisi princeps approbet eã, vel insulam, siue locum assignet, vt ff. de leg. 3. l. 1. §. 2. & §. deportatos. & ff. de iniu ru. & irri. test. l. si quis. §. eius.

‡ Sed tũc videtur obstare l. 1. C. de sen. præf. prætor. ꝑ cuius sol. Ias. dubitat dicẽs cõtra sẽtẽtias senatorum fortè non posse supplicari.

SIL. ¶ Adde, quòd rationem assignat glo. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præfe. quę communis est, quamuis Angel. hic eam reprobet.

† aliàs proinde quasi eo mortuo.

¶ Quæ autem sunt delicta, pro quibus in insulam debeat deportari, diceuius, inf. de pu. iud. per totum tit. sed relegare potest quilibet qui habet merum imperium, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum 1. respon. & no. quod primò de media, secundò de relegatione, tertiò de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam potestatem, sed relegatio non sic : cum ibi status non est mutatio, nec capitis diminutio.

a ¶ *Eo modo*, Id est per istam deportationem in insulam.

b ¶ *Mortuo*. Not. deportatum mortuum. s. ciuiliter, sic ff de contra tabulas. leg. 1 §. quidam filium, & ff. pro soc. leg. verum. §. societas.

* ¶ Adde, quod huius rei rationem hanc Caius Institutionũ libro primo refert. quia non potest ciuem Rom. in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus. vnde eiusmodi exilium hoc casu idem põt. quod naturalis mors posset. An autem aliàs mors ciuilis æquiparetur morti naturali, & quibus casibus, vulgaris est quæstio, quã tractãt doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de li. & posth. & diligenter Aldobrandinus meus hic in suo Comm.

c ¶ *Pari*. H. e no. vbi est eadem vel similis ratio, idem ius constituatur, sic. ff de verb. obl. l. à Titio in fi. & inf. quod cũ eo, qui in alie. po. §. istas. & ff. de eden. l. quædam. §. nummularios. & ff ad l. Aquil. l. illud Arg. contra. ff. de col. bo. l. si quis in fi. t. respon.

SIL. ¶. Adde, quod quamuis non sit illa eadem ratio non tamen est contraria, sed est alia, per quam idem dicendum est, quod non inconuenit §. affinitatis sup. de nupt. & ita declarat Bart. in d. l. si quis.

d ¶ *Principis*, aliàs principali, Sed nunquid per alium poterit restitui. Respon. non, nisi fortè per senatorem, qui potest restituere statum, vt ff. de posthum. l. 1. §. de qua. & §. an autem.

¶ Adde restitutionem fieri per omnem, qui auctoritatẽ supremã, & principis habet, siue sit senatus, siue ciuitas Bart. in d. §. de qua. & in l. infamem. ff. de pub iud.

e ¶ *Statum*, scilicet, quantum ad honores, vel ordines, & similia, vt C. de sen. pas. l. 1. ergo & patriã potestatem, & hoc vult hic dicere. Sed contradicitur. C. de sen. pas. l. in insulam & l. si pater. Sol. hic specialiter ad omnia fuit restitutus secundum M. & sic facias punctum ibi, per omnia : hanc reprobo, quia semper intelligitur ad omnia restitui, nisi contradixerit expressim : nam verbum, restituo, generale est, vt ff. de vsur. l. videamus 2. §. in Fauiana. Alij hoc intelligunt ad patrem reuertentem tantum referendum : cui debet restitui filius in potestate, sed filio restituto, non sic, quia sic noceret ei restitutio, ar. C. de le. & con l. quod fauore, sed hanc opinionem reprobo, nam libertus deportatus & restitutus, in libertinitatem recidit, vt ff. de iu. pa. l. siue libertus. Dic ergo interesse, vtrum princeps dicat hæc verba, Restituo te, & tunc ad omnia restitutus videatur, vt hic, an hæc, Indulgeo tibi, quo casu de pena tantum remittenda cogitasse videatur, vt in contrarijs, argument C. de sen. pas. l. generalis. & l. tutor. & l. cum indulgentia. & Cod. de gene. arbo l. l. fin.

SIL. ¶ Adde quod hæc gl. in terminis nostris vera est, ex eo quia restitutio generaliter facta restituit omnia ea, quæ trahunt immediate casum ab ipsa condemnatione, quia ipso iure perduntur, secus si essent de perdita mediante alienatione vel facto hominis, ita est communis opi. in l. Gallus. §. & quid si tantum vbi Ias. col. 15. in 3. lect. ff. de li. & posth.

* Ego tamen in Commen. aliam & pleniorem distinctionem posui, simulq. plurimas leges in hac materia. quæ mutuò pugnare videbantur, nouiter placaui.] Quid autem imponet indulgentia, & cuius sit virtutis & potentiæ, ponit eleganter Dec. in c. 1. in pr. de rescrip.]

* * Adde, quod quoties verba sũt dubia, ita vt referri possint ad Indulgentiam & restitutionem, ea interpretanda sunt, vt restitutionem significent, secundum Bart. in l. 1. §. si. quis vltrò de quæstio. quem sequitur ibidem & Mars.]

a ¶ Re-

tres in insulam, in potestate liberos retinent. [a] Et ex contrario liberi relegati in potestate parentium remanent.

¶ Pœnæ [b] seruus effectus, filios in potestate habere desinit.

Serui autem pęnæ efficiuntur, qui in metallum [c] damnantur, & qui bestijs [d] subijciuntur.

¶ *Sola Patriciatus dignitas liberat à patria potestate. hoc dicit.*

Deportatus & relegatus differunt.

a ¶ *Retinent.* No. differentiam inter relegatum & deportatum quo ad familiam, vt hic & sup. proxi. §. Item hic bona tenet, ille nō, vt ff. de interd. & releg. l. i. (·) Itē hic ciuitatē retinet, ille nō, vt ff. de interd. & rele. l. relegatorū, §. siue ad tempus & §. ad tēpus. Item quia hic ad tempus vel in perpetuum, ille autem tantum in perpetuū deportatur, vt ff. de interd. & rele. l. relegati. & l. relegatorum. §. hæc est differētiā, sed in libertate non est differentiā. nam vterque liber remanet, vt ff. de bo. dam. l. sed si alia. §. primo.

* Adde, aliquando cathacaristos relegatos dici, qui re vera deportati sunt. l. amissione, ff. de cap dimi.

Banniti quibus comparentur.

¶ Sed bānitos nostri temporis quibus comparamus? Resp. si propter maleficium, vt & cum ciuitate & bona sua publicentur, vel de iure, vel de consuetudine ciuitatum, tūc deportato comparabo, aliàs relegato, vt ar. ff. de bo. dam. l. i.

ADDITIO. Hoc verum, nisi esset relegatus in perpetuum, quia posset illi pars bonorū adimi. l. relegati. in fi. & l. relegatorū §. ad tempus. ff. eo. tit.

*¶ Iste articulus de æquiparatione bannitorum est mirum in modum intricatus & secundum Alex. in l. i. C. de hęr. insti. reperibilis. ideo cum non possit de eo doctrina compendiaria tradi, videant adolescentes, hic Comm. nostrum, vbi illū ita explicauimus, vt nemini non facillima futura sit eius resolutio.

STL.

* Adde, communem opi esse, vt banniti nostris temporis, etiam ex crimine, vnde pęna mortis affici debeant, non æquiparetur nec damnatis in metallum, nec deportatis, quia amittunt tantum iura municipalia illius ciuitatis vel prouincię, i qua sunt banniti, nō autem iura communia. hanc dicunt cōmunem omnes docto. in l. i. C. de hær. Instit. & Curt. cons. 60. Dux. col. 10.

¶ Non autem dico, quod possit deportari à præside de iure, vt su. §. prox. diximus, nec relegari à defensione ciuitatis, cum sit de imperio mero, vt in Auth de defici. §. nulla. in fi. § coll. 3.

** Adde, quod Bar. in l. Imperium. coll. 4. ff. de iur. om. iu. ponit relegationem in inferiore gradu imperij, cuius opin. est communiter approbata.]

b ¶ *Pœna.* id est supplicij: supplicium enim suus dominus est, non fiscus, vnde ei nihil quærit, vt ff. de his, quæ pro non scrip. ha. l. 3. sed de nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplicio, vt in Auth de nupt. §. quod autem. & § si vero coll. 4.

Ingenuus ex supplicio non fit seruus.

ADDITIO. Dic secundum Ang. istud esse verum, si remanet viuus, aliud si in eo fiat executio mortis naturalis.

** Adde, quod serui pęnæ sūt peioris conditionis, quam alij serui, nam nō possūt manumitti. l. 2. C. qui ad liberta. procla. non li. item sunt prorsus incapaces. l. si in metallū. de ijs quę pro non scri. ha. quod non est in seruis priuatorum: qui saltem acquirunt dominis, l. si paterfamil. de hær. inst.

c ¶ *In metallum.* i. opus metalli ad fodiendum metallum, vel etiam deportandum & etiā ne fugerent ligabantur, & pōdere quodā opprimebantur, vt ferro, vel alio modo. Alij verò erant, qui dicebantur damnati in opere metalli, & ibi non tanto pondere opprimebantur, & qui hinc fugiebant in metallū ponebantur. Alij verò erant, qui in ministerium, vel in seruitutem metallicorum tantum ponebantur, & hoc si perpetuò fieret: erat seruus, alias contra. ff. de pę. l aut dānum. §. inter eos, & §. quisquis, & §. in ministerium. Sed quid si prouincia non habeat metalla aliqua, vel ferri, vel similis cōditionis? Resp. in vicinam prouinciam mittebantur, vt ff. de pęn. l. aut damnum § est pęna. Alij sunt in opus publicum perpetuò dati, vel ad tempus, qui sunt similes relegatis. vt ff. de pęn. l. quidam. Sed huiusmodi pęnæ non sunt in vsu hodie.

d ¶ *Bestijs.* Deducendis fortè. vel etiam vt comederet cū eis, vel alia bestialia faceret; de hac pęna dic, vt no. ff. de pę. l. qui vltimo.

STL.

¶ Adde, quod qui bestijs subijciebantur, dabantur eisdem dilaniādi. hi & obijci bestijs dicebantur, vt de Daniele leonibus obiecto proditum est. * Damnati verò ad bestias ij erant qui in pęnā delictorum suorum seruabantur, vt in publicis venationibus cum bestijs depugnarent, cuius rei exēplū extat memorabile apud Gell. li. 5. c. 14. [vt eleganter hanc differentiam annotauit Budæus in l. aut damnum. ff. de pęn.]

¶ Adde, quod & propter hæresim pr̄is filij desinūt esse in eius potestate c. 2. ad fin. de hær. lib. 6.

¶. *Filius familias.* ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere. Secūdò reddit rationem. Tertiò excipit à dicto. Quartò assignat rationem. Secunda ibi, Militia. Tertia ibi, Sed ex constitutione. Quarta ibi, Quis enim, Ang.

*Nec obstat d. l. fin: quia illud est verum vero: STL. sed postea nato posthumo fictio retrotrahitur, fingitur fuisse natus tem pore testamẽti saltẽ confirmati, & mortis, & cõsequẽter fuisse in potestate: ita probat eadẽ l. ibi, sed nato confertur. Not. q posthumo tutor dari pōt, & quãdo. Item quòd tutela est cõmodum pupilli]

a ¶ *In complurribus*, vt quoties de cõmodo eorum quæritur. vt ff. de stat. hom. l. qui in vtero. non si de commodo aliorum, vt ff. de verbor signifi l. quod dicimur. Vel si de incommodo matris. vt ff. de stat. hom. l. Imperator.

ADDITIO. Et est ratio, quia etiam tractatur de commodo ventris, quia perempta matre periret & partus secundum Bar. in d. l. qui in vtero. facit l. prægnantis. & quod ibi not. per Bar. & alios. ff. de pę. Ang.

STL. b ¶ *Fieret*. vt quia ex vxore nasciturus erat, vel mitu, aliud si ex cõcubina, nisi in ij, quę sibi dimitterentur, vt C. de con. tuto. l. si tales enim tunc non nascerentur in potestate, supra de nup. §. fin.

¶ Adde, q hic videtur tex. quod suitas esse possit sine patria potestate, aliàs enim text. esset superfluus, & ineptus, cum copula ponatur inter diuersa, nisi dicas hoc factum esse gratia maioris declarationis.

* ¶ Adde, quod sui hæredes appellantur liberi, qui in potestate parentis sunt, prioreque locum obtinẽt inter illos, qui eius potestati subiecti sũt. §. sui. & §. sed vt nepos. inf. de hær. qual. & diff. Itẽ no. quod iste §. & similis text. loquẽtes de tutorib. datis posthumis, intelligũtur, vt sint tutores, ipsis posthumis natis. l. si nemo §. fin. de testa. tu. nam ventri tutor dari non potest, sed tantisper dũ est in vtero ei curator datur, qui stat in, ac infans editus est, decidit suo munere. l. ventri. ff. de tuto. & curator. da. ab ijs. & glos. in rubr. ff. de tute. Ratio autem quare tutor nõ detur ventri, sed curator, ea esse videtur, q a tutor datur principaliter personæ; at is, qui in vtero est, non est persona, nec homo, nec animal, vt ait glo. in l. qui in vtero. de stat. hom. & l. cum inter. C. de fid. liber.

¶ Sed & si emancipato.

¶ *CASVS*. ¶ Quærebatur, an filio emancipato dari tutor testamento posset, & dubium faciebat, quia hoc videbatur tãtũ permissum patribus ratione patriæ potestatis. sup. eod. §. permissum. STL.

tibus nascerentur, sui hæredes, & in potestate eorum fierent. [b]

¶ *Tutor datus filio emancipato confirmandus est sine inquisitione: hoc dicit, ex l. qui à patre, ff. de confir. tut.*

¶ Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit testamento, confirmãdus [c] est ex sententia Pręsidis omnimodo,

* vnde cum extincta esset ꝓpter emãcipationem, nõ videbatur illi tutorẽ dari posse. Quo non obstante deciditur verũ esse, mero quidem iure, & stricto dationem non valere ex prædicta ratione, sed tamen iudices necesse habere, illum confirmare, quia licet fuerit solutum vinculum patriæ potestatis, durat nihilominus vinculum illud naturale charitatis, & affectionis paternæ, quæ tam efficax est, vt credibile non videatur alium æquè bene prospecturum esse pupillorum vtilitati: qua ratione vetitum est etiam inquiri de facultatibus, & moribus, ipsius, itemque satisdationẽ exigi: existimantibus legibus paternum sufficere testimonium. l. de creationibus. C. de episc. audien. Hæc tamen verã sunt, quoties in ꝓximo mortis tempore tutorem dederit pater. ita vt verisimile non sit ignorasse conditionem illius, alioquin contra. lege in confirmando. cum duabus sequentibus, digestis, de confirmatio. tutor. Not. summa.]

c ¶ *Confirmandus*. Non ergo valebat datio per se, cum non esset in potestate, vt sup eo. §. permissum Sed nunquid hic tutor confirmatus dicitur testamentarius: quod si esset, præferretur legitimo. vt inf. tit. 2. in princ. an datiuus? quod potest admitti.

STL. ¶ Adde, quod communis opin. est quod sit datiuus: contrarium tamen disputando defendit Præpo. Sen. in 2. casu. quæstione tertia, de quo articulo videndus est meus Cõment. vbi illum per quam diligenter tractaui.

¶ Et facit pro hoc, ff. de verb. sign. l. lege. & in Auth. de defen. ci. §. decreto. coll. 3. ita legitimus tutor huic præfertur, vt inf. de. attil. tut. in princ.

¶ Adde, q hæc gl. communiter reprobatur,

**nec

**nec obstat obiectio de tex. inf. & attil. tut. quia illud procedit in mere datiuo; secus autem est in eo, qui habet testimonium testatoris, quia is præfertur omnib. l. de creationibus. C. de episc. aud.] eam tamen saluat Prepos. Senen. in 1. casu. q. 4. per totum. Sed de veritate vide hoc in loco Comentarium.

id est, sine inquisitione. [a]

¶ *Qui testamento tutores dari possunt.*

¶ *Etiam filiusfam. & seruus proprius dari tutor potest, si vel expresse liberetur, vel simpliciter detur, & nisi errore ductus dederit. h. d.*

DAri autem tutor pôt testamento, nõ solum paterfam. [b]

¶ Et ideo glossauit, idest sine inquisitione, non quòd vellet eũ confirmari si alius esset legitimus, sed quia non quæritur, an sit locuples, vel non. Sed ar. contra, ff. de cur. fu. l. si furioso puberi.

† Similis gl. infra de attil. tu. §. sed ex his. ver. ex inquisitione. *STL.*

a ¶ *Sine inquisitione.* Id est quia non satisdat, scilicet rem pupilli saluam fore. Item locuples sit vel non, hoc enim non quæritur, vt ff. de confir. tuto. l. 1. Sed aliud in matre dante tutorem filio, ibi enim & si non satisdetur, tamen cum inquisitione datur, vt d. l. dicitur, & C. de cõfir. tu. l. 1. Sed quare diuersum in matre dante tutorem filio? Respõd. in memoriam præcedentis potestatis, vt ff. de quæst. l. vnius. §. seruus. 1. & ff. qui pe. tu. l. fin. & facit ad hoc inf. de satisd. tut. & cu. in princ. ff. de li. ag. l. 1. §. Iulianus. & C. de epi. aud. l. de creationibus. Sed argu. contra. ff. de in li. iuran. l. videamus.

* ¶ Quamuis verum sit, hunc tutorem non satisdare rem pu. sal. fore, eo tñ non pertinet inquisitio, sed ad inuestigationem morum, & facultatum. Veriorem autem rationem, quare diuersũ fuerit statutũ in tutore à mr̃e dato, reddit tex. in d. l. si. ff. qui pet. tu. nempe ob infirmitatem iudicij muliebris.

ADDITIO. Dic, quod licet mater ibi habeat affectionem ad filium sicut pater, tamẽ cum consilium matris sit fragilius paterno vt not. glo. in l. 1. C. de confir. tut. ideo magis patri, quam matri conceditur, quod tutorem filio dare possit. Are.

Continuatio. ¶ *Qui testamento tutores dari possunt.*

¶ Dictum est supra qbus testamẽto, tutores dãtur, sequitur dicere de ijs qui dari possũt.

Diuisio. DAri autem. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinq; partes. Primò, qui possunt tutores dari. Secundò, quomodo seruus alienus potest in testamento tutor dari. Tertiò quãdo furiosus vel minor tutor datur. Quartò, qñ ad certum tempus, vel sub conditione vel certę rei datur. Quintò, quando filijs vel filiabus datur, quibus datus videatur Secũda ibi, seruus autẽ. Tertia ibi, Furiosus. Quarta ibi, Ad certum tempus. Quinta ibi, Si quis filiabus. Et hoc principium subdiuiditur in quatuor partes. Primò, quòd paterfamilias & filiusfam. potest tutor dari. Secundò, quãdo seruus proprius datur cum libertate. Tertiò, quòd si sine libertate, tunc tacite videtur sibi dari libertas. Quartò, quando credebatur liber. Partes de se patent.

¶ *CASVS.* ¶ Proposito titu. qui testa. tut. dari poss. quæsitum est, an filius famil. dari tutor posset testamento: & videbatur dicendum quod nõ: quia cum sit in alterius potestate, & tutela sit potestas in alium, nõ videtur posse habere aliũ sub sua potestate, leg. sic eueniet. ff. de adul. cũ enim non possit ipse semetipsum regere obstante patria potestate non videbatur posse alios regere. Quo non obstante deciditur contrarium, quia tutela est munus publicum; infra de excus. tut. in princ. & filiusfamil. in publicis causis loco patrisfamil. habetur. l. filiusfam. ff de ijs qui sunt sui, vel alie. iu. Idem quæsitum est de seruo proprio, an rectè tutor testamento dari possit & videbatur dicendum, quòd non, cum serui ad munera publica aspirare non possint, l. in seruili, C. qui da. tut. poss. Sed contrarium respondetur, quando datur tutor cum libertate, quia cessat tunc impedimentum seruitutis: vel etiam prætermissa libertatis mentione, quia cum non sit verisimile testatorem voluisse facere actum inutilem, & seruus tutor esse non possit, dict. l. In seruili. censetur in antecedentiam necessariam illi libertatem dedisse, quæ præsumptio non sit, vbi per errorem, quasi liber tutor datus sit, cum nihil sit magis contrarium consensui, quam error. l. nihil consensui, ff. de regulis iuris, & ideo tunc remanet seruus, & per hoc tutelam gerere non potest.] Not. quod filiusfamil. potest esse tutor. Item, quod seruus proprius cum libertate, vel simpliciter, rectè tutor datur. Item quod dando eum tutorem, censetur liberare: & sic quod qui vult consequens, vult omne necessarium antecedens: & qui vult vnum, vult omne id, per quod ad illud perueniri potest. Item, quod quandoque error in re propria toleratur, & vitiat etiam si sit error in qualitate. Item, quòd libertas tacitè dari potest.

STL.

b ¶ *Paterfamilias.* Nisi sit mutus, vel surdus: † quia tutor & loqui, & audire debet, vt ff. de tit. l. §. pen. & fin.

¶ Adde secus in minus audiente, l. pen. & l. fi. ff de leg. tut.

** Ratio est, quia cum mutus non loquatur & surdus nõ audiat, auctoritatem, ob quam potissimum dantur tutores, interponere non possunt dict. l. 1. §. penul. de tut. quæ ratio cum non militet in minus audiente vel balbutiente, quia eam licet tardiusculè, verbo præstare possint, meritò ad munus tutelæ admittuntur.]

† l. s. penitus alias, secus, l. si. ff. de te. tut. Itẽ hoc verũ in personalib. vt hic, etiã si talis morbus super venerit q̃a desinit, ipso iure, et si ad modus lib. biorum intelligeret hic per Bal. secus tamen in muneribus patrimonialibus l. sẽr. §. 1. ff. de mune. et ho.

a ¶ Filiusf-

sed etiam filiusfam. [a] Sed & seruus proprius testamento [b] cum libertate rectè tutor dari potest. Sed sciendum est, eum & sine libertate [c] tutorem datum, tacitè libertatem directam [d] accepisse videri: & per hoc rectè tutorem esse. Planè si per errorem, quasi liber tutor datus sit: [e] aliud dicendum est. [f]

a ¶ *Filiusfamil.* Cum enim tutela sit ius publicum, vt infra de excu.tut.in princ.non curatur ius pa.pot. vt ff.ad Trebel. l.nam quod 1.respon.& ff.de ijs qui sunt sui, vel alie.iur. l.filiusfam. quo casu pater de peculio tenetur, nisi agnoscat. tunc enim (scilicet quando agnouit) insolidum, vt ff de tut. leg. si filius, & ff.de adminis. tut. leg. Lucius Titius.

** ¶ Adde secundum Doct. quod l. si filius loquitur de filiofam. tutore dato à iudice, sed §. Lucius de tutore testamentario & veram rationem diuersitatis harum legum vide apud Ioann. Fab. hic ** nempe, quod lex non ita solicita fuerit circa obligandum patrem tutoris testamentarij ob testimonium paternum, quo omnis remouetur suspicio, sicut circa tutorem datiuum.]

STL. ¶ Adde, quòd non obstat testamentum esse publici iuris. & tamen impediri à patria potestate, l.3.ff. de testa. quia in eo non agit filiusfa. vt publica persona. vt in tutela, & magistratu, sed vt priuatus.]

b ¶ *Testamento.* sed a præside tutor dari nõ potest seruus, vt Codice, qui dari tutor. pos. l. in seruili.

*Adde, quòd ratio differentiæ est, quia nemo nisi cum libertate tutor esse potest, iudex verò seruo alieno libertatem dare non potest nisi eius domino consentiente, arg.l. si. ff. de nat. testi. iuncta glo.

c ¶ *Et sine libertate.* Non expresso hoc, quòd sine libertate det: sed omisit libertatis dationem, vt sup. qui manu. non pos. §. licet in fin. & C. de neces. ser. l. quidam. §. cum igitur.

d ¶ *Directam.* Immo videtur, quòd fideicõmissariam, vt C. de fideicom. lib. l. & si non ascripta contra. Sed certe hic testamẽto hoc fit ibi alia voluntate puta codici. lis, vel per epistolam. Vel die, quòd ibi alienum credebat, hic suum sciebat.

* ¶ Rectius, vt hic ostendi in Comment. STL. soluit glo. in d.l. Et si non ascripta, quod illa l. corrigatur per istum text. quæ solutio placuit & Salicero ibi, & Clau. Cantiunculæ hic.]

*¶ Adde, quòd libertas directa dicitur quæ ita datur à testatore, vt factum aliquod hæredis necessarium non sit: quòd si hæres dare libertatem iussus fuerit. ea erit libertas fideicommissaria. §. pen. & vlti. infra de sing. re. per fid. reli.]

* Item alia ratione nõ videtur valere datio, quia ille solus datur tutor. qui testamẽti habet factionem, vt ff. de testa. tut. l. testamento. (alias Incipit siquidem.) Respon. illud intelligi in passiua significatione, in qua etiã seruus dicitur habere testamenti factionem vt inf. de hæred. qualit. & diff. §. testamenti.

STL. *¶ Vera est responsio glo. quod intelligatur de passiua testamenti factione, & ita respondet etiam in d. l. Testamento. neque enim illic dicitur, qui habent testamenti factionẽ. sed cum quibus testamenti factio est: vt recte ibidem perpendit Bartol. Sed an seruus proprius sub conditione, si liber erit datus tutor à domino, putante alienum, detur vtiliter, vid. Præpo. sen. in 1 casu q. 6. per totum.]

e ¶ *Datus sit.* s. proprius seruus: licet hoc non sit verisimile, vt C. de rescin. vend. l. quisquis, sed forte ex causa hæreditaria nouiter habebat, vt ff. de reg. iur. l. qui in alterius & inst. de vsucap. §. quod autem.

* ¶ Adde quod cum hic agatur de testamẽto & sic de actu, quo mens humana cogitat de morte, ea etiam ratione in re licet propria facile errare potuit, quia humana fragilitas mortis cogitatione turbata minus potest plures res memoria consequi. l. hac consultissima. §. at cum. C. qui testamen. fac. poss.

f ¶ *Dicendum est.* s. vt neque liber, neque tutor sit: idem multo magis in alieno, vt ff. de fideicom. lib. l. generaliter, §. si quis tutorẽ, & ff. de testa. tut. l. si quis tutorem.

STL. * ¶ Seruus autem. *CASVS.* Viso quomodo seruus proprius daretur tutor, quæsitũ fuit, an seruus alienus possit pure testamento tutor dari, ita vt consequatur directam libertatem tacitè, sicut dictum est de proprio, & respondetur quòd non, quia ad dominũ pertinet datio libertatis directæ: consequitur tamen fideicommissariam ex verisimili mente testa. l. si hæreditas. §. fi. ff. de testa. tu. Item dubitatum est, an rectè tutor daretur sub hac conditione, cum liber erit: & videbatur quod non, cum tutoris datio non recipiat conditionem. l. actus. ff. de reg. iur. cuius contrariũ deciditur. quia præsumitur ei relicta libertas fideicõmissaria, & grauatus hæres illum redimere, & manumittere, vt possit esse tutor d. l. si hæreditas. Sed tunc dubitatum est, an proprius seruus eo modo vtiliter detur, & videbatur quòd sic, arg. d. l. si hæreditas, attamẽ respõdetur contrariũ.] Assignant doct. rationem, quia libertatis datio habetur pro non adiecta, quæ est falsa, & contra hũc tex. ideo enim vitiatur hic, quia cõstat testatorem voluisse dare libertatem, quod cum esset in potestate sua, & noluerit facere, volendo eum esse tutorem, qui sine libertate esse nequit, resultat quædã perplexitas in eius voluntate, quæ est contra naturam tutelæ: ideò vitiat. l. si Titius. ff. de cõd. insti. **. Sed illa melior est ratio, quia quòd

in

¶ *Seruus alienus purè tutor dari non potest sed cum liber erit. sic, quod in proprio non potest h. d.*

¶ Seruus autem alienus purè inutiliter[a] testamento datur[b] tutor: sed ita: cum liber erit, vtiliter datur: Proprius autem seruus, inutiliter eo modo[c] tutor datur.

¶ *Furiosus; vel minor, dati tutores, recedente furore; vel adueniẽte maiori ætate, tutores erunt. h. d. ex l. si hereditas, §. si furiosus, ff. eodem.*

¶ Furiosus; vel minor vigintiquinque annis, tutor tũc erit, cum compos[d] mentis, aut maior vigintiquinque annis fuerit factus.

Ad certum tempus, ex certo tempore, vel sub conditione, & ante haredis institutionem tutor dari potest: secus autem ad rem certã, vel causam, hoc dicit ex l. tutor. §. tutorem, & l. certarum. ff. eodem.

In potestate nostra est, id in casum conferre non debemus, vt ait hic Theoph.] Not. seruus qualiter tutor dari possit.

a ¶ *Seruus autem. Inutiliter.* f. vt statim sit; sed cum liber erit.

b ¶ Dat. Quia directo non erit liber, sed per fideicommissum, vt ff. de testatur l. si hereditas. §. fin. & C. de fidelcomm. lib. l. & si non ascripta.

c ¶ *Eo modo.* scilicet cum liber erit: nam non erit tutor: inutilis enim dicitur etiam stipulatio propter inutilem adiectionem; vt ff. de stipu. seruo. l. sed si sibi vel aliter inutiliter: quia pro non adiecta, vt & alias infr. de hæred. institut. § impossibilis. Vel dic tertiò secundum P. nõ erit tutor nũc, sed conditione extante; Hæc non placet, quia sic non esset differentia inter suum, & alienum,† sed prima verior est, vt ff. de reg. iur. l. actus.

¶ Adde rationem, quam sup. posui in positione casus: quia rationes Accursij veræ non sunt.

** Adde, q d. l. actus, non facit, quia nõ procedit in tutela testamentaria, quam constat admittere conditionem, §. ad certum inf. eo.

* ¶ Furiosus. *CASVS*. Quæsitũ est, an furiosus rectè tutor detur purè in testamento; & videbatur quod nõ, cũ sit inhabilis ad tuendum seipsum, nedum alios, §. furiosi inf. de cura. nec moueat, q fieri possit, vt aliquãdo furor recedat. l. cum furiosus. ff. de iud. quia ex quo inuenitur incapax tempore testamẽti. & mortis testatoris, non videtur referre. q ex aliquo tractu temporis possit resipiscere. §. in extraneis, inf. de hære. qual. & differ. cuius contrarium deciditur, quia, cum furiosus tutor datur: ita datus existimatur, cũ suæ mentis esse cœperit. l. furiosus. ff. de tut. quæ conditio à lege subintellecta eundem habet effectum, que haberet expressa a testatore, sicut dicimus in seruis alieno tutore dato. l. si hereditas §. fi. ff. eod. cum itaq; conferatur datio tutelæ in tempus; quo erit compos mentis, meritò sequitur, quod valebit. Nec obstat, §. in extraneis, quia loquitur in here-dibus; & legatarijs, de quorum commodo agitur: aliud verò in tutoribus, qui datur ad commodum pupillorum; vt declarat hic Ioan. Fab. Tunc fuit dubitatum, an & minor 25. annis tutor dari posset: & videbatur dicẽdum quod sic, cum testari, & libertatem relinquere, & pro alijs postulare possit. §. fin. sup. qui. ex cau. ma. non li. Sed contrarium deciditur ea ratione, quia cum detur tutor principaliter ad tuendum personam pupilli. §. certæ. infra eo: ea vero ætas fragili, & infirmo consilio sit, & multis captionibus supposita, & ob id ipsi quoque curatorum auxilio regantur, noluit lex illos aliorum tutelam subire, sed ita demum; cum peruenerint ad 25. annos, no. sum.]

d ¶ *Compos*; siue hoc dictum fuerit à testatore, siue non, vt ff eo. l. si hæreditas, §. si furiosus, & facit ad hoc, ff. de iudi. l. cũ furiosus, primo responso.

* ¶ Intellige tamen hunc text. in furioso, cuius speratur sanitas, vt quia habet dilucida interualla: vel qui ex aliquã infirmitate ita affectus est: alioquin, si perpetuò duraturus esset furor, crediderim illico inutilem esse dationem exemplo muti, surdi. & cæci l. 1. §. fi. de tut. & d. l. cum fur. STL.

** Adde, q tantisper dũ furiosus resipiscat & minor fiat maior 25. annis, dabitur à iudice alius tutor, etiam si adsit idoneus tutor legitimus. l. si quis sub cond. ff. de testa. tut. STL.

* ¶ Ad certum tempus. *CASVS.* Dubitatum est, an dies vel conditio, posset apponi in datione tutoris testamentarij, & videretur dicendum quod non, ex l. actus. ff. de re. iur. Item inst. qui mo. tu. fi. in prin. ideoque non videtur, vt contra legum censurã testator possit facere, quod tutela filiorum suorũ prius finiatur. l. nemo. ff. de leg. 1. In eo verò quod dicitur, tutorem dari posse ante heredis institutionem, dubium faciebat ius antiquum, disponens nec libertates eo modo dari posse. Quibus non obstantibus decisum est contrariũ generali ratione, quia quę purè fieri possunt: Possunt & in die, ex die, & sub con-

† Quãnis opin. Pla. sit reprehensibilis: ista tamẽ rõ STL; reprehẽsionis est STL. falsa, per l. si hereditas, §. fin. ff. de test. tut. secundũ Ang.

¶ Ad certum tempus,[a] vel ex certo[b] tempore, vel sub conditione, vel ante hæredis[c] institutionem, posse dari[d] tutorem non dubitatur.

¶ Certæ autem rei,[e] vel causæ[f] tutor dari non potest: quia personæ,[g] non causę, vel rei, tutor datur.

¶ *Tutor datus filiabus vel filijs, etiam filiæ, vel filio posthumis, non nepoti, aut nepti datus intelligitur: datus liberis, etiã nepotibus posthumis: datus verò posthumis, omnibus descendentibus posthumis, datus videtur. hoc dicit ex l si quis. & seq. ff. eodem.*

¶ Si quis filiabus suis vel filijs tutores dede

conditione fieri, vt in proposito tradit Dec. in d.l.2 Sus, tantum enim confidit lex de paterno consilio, vt quoquo modo prouiderit, habeat eius dispositionem ratam, Non obstat, l. actus, quia procedit in tutela datiua: & quę fit ratio diuersitatis, vi debimus in gl. Non obstaret dispositio iuris antiqui circa ordinem, cum hodie sit correcta, §. ante infr. de leg. Postremò quęsitum fuit, an testator possit date tutorem certæ rei, vel causæ, & ratio dubitandi sumi potest ex l. 1. § si ex fundo. ff. de hæred. insti. quod hæres quoque in re certa institui potest. Sed contrarium deciditur ratione allegata in text.] Non ex die, ad diem, sub conditione, ante institutionem hæredis, rectè tutorem dari: certæ autem causæ vel rei non rectè. Item quòd tutor personæ, non rei aut causæ, datur: & quòd non valet argumentum de tempore ad rem, vbi non est eadem ratio.]

tempus prohibitum. contra l. quod sponsæ. C. de don. ante nup. de qua ipse disputat. *Mihi verò probabilior videtur ratio, quam assignat Accurs. in d.l. 1. de testa. tu. nam & si lex non parum etiam iudici cõfidat, multis tamen exẽplis ostendi potest longè magis confidere de paterna prouisione. Videmus enim tutorem testamentarium cæteris anteferri, quinimo veteri prætorem alium date: item inquisitionem ac satisdationem ei fuisse remissam. Quod cum ita sit, nihil mirum debet videri, si & in modo dãdi amplior facultas tributa fuerit patri, quam iudici. Præterea cum pupilli non debeant sine tutore relinqui à iudice, nonne frustra iudex ex die, ad diem, vel sub conditione tutorem daret, cum interim omninò alium substituere teneretur. §. 1 inf. de attil. tu.]

a ¶ *Ad certum tempus.* vsque ad pascha.

b ¶ *Ex certo.* id est à paschate in antea, † vt ff. de act. & obl. l. obligationum fere. §. 1.

c ¶ *Vel ante hæredis.* contra videbatur infr. de le §. ante hæredis.

d ¶ *Posse dari.* à testatore, non à iudice, vt ff. de regu. iur. l actus.

¶ Adde, quod Ioan. Fab. dicit rationem diuersitatis esse, quia actus iudicialis non stat in suspensio. quam rationem impugnat Bart. in l. muto §. 1. ff. de tut. & rationẽ glos. hic, quod sit actus legitimus, dãnat Bald. hic, quia etiã testamentaria est actus legitimus. Præterea l. actus, refert actus legitimos, qui nõ recipiũt, non disponit omnes actus legitimos non recipere cui non obstat. c. actus, eod. tit. lib. 6. quia debet intelligi secũdum l. actus, ex qua elicitur? rationem assignat glos. in l. 1. C. de test. tu. propter confidentiam patris, quã Cy. in rub. ibi reprobat, quia etiam confidit. l. de iudice. Assignatur ratio communis, quod in datiuo interim careret tutore, in testamentario interim prouideretur: sed tu dic, quod illa non est vera, quia tutor dari posset à iudice sub conditione, vel ad diem: & interim per eum dari alius tutor: quod est inconueniẽs, & contra l. actus. Præpo. Senen. 1. casu. qu. 6. aliam assignabat, quia conferendo iudex in tempus conditionis, euenire poterat finito eius officio, & sic dispositio esset collata in

†*Similis per l. inf. de attil. tut. §. 1. verb. ex dato.*

STL.

e ¶ *Certæ autem rei.* sed Africanæ, vel Syriacæ vtiliter datur, vt ff. eodem. l. si tamen tutor.

f ¶ *Causæ.* scilicet certæ. vt ad rei vend. sed videtur contra. C. de in lit. dan. tut. l. ad litẽ, sed ibi tutor pro curatore ponitur. † Item videtur contra ff de testam. tutel. l. si tamen tutor, sed ibi vniuersitati rerum datur, non rei certæ.

* ¶ Adde. quòd imo in d l. si tamen, intelligitur datus certæ rei. nõ vniuersitati rerum, sed hæc datio vi consuetudinis, & vsus subsistat, quæ interpretatio colligitur ex illis verbis, hoc enim iure vtimur, quæ vt ibi ait Bart. innuunt id vsu, & consuetudine obtentum esse contra stricti iuris rationem.

g ¶ *Personæ.* s. pupilli, principaliter, vt eum instruat bonis moribus, & etiam salaria pręstet magistris eius, vt ff. de admi. tu. l. cũ plures, §. cum tutor. & C. de alim. præstan. l. fin. ad hoc enim principaliter datur, secundario autem rebus datur, vt inf. de excu. tut. §. datus, sed in curatore contra: nam principaliter rebus, secundario personę datur, vt C. de nup. l. in copulandis.

¶ Si quis filiabus. ¶ *CASVS*. Quærebatur an tutor filijs datus intelligeretur datus posthumis: dubitationem faciebat, quia tutela est onus, & ipsi diuersimode appellantur. l. si idem. C. de codic. contrarium deciditur, quia appellatione filiorum continentur posthumi,

rit, etiam poſthumę vel poſthumo [a] dediſſe videtur: quia filij [b] vel filię appellatione, & poſthumus, & poſthuma cōtinētur. † Quid ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum, & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, vt & ipſis quoq; dati videātur, ſi modò liberos dixerit: ceterum † ſi filios, [c] non continebuntur: [d] aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. [e] Planè ſi † poſthumis dederit, tā filij poſthumi, quam ceteri [f] liberi continebuntur.

¶ De legitima agnatorum tutela.

¶ Deficientibus teſtamentarijs, ſunt tutores legitimi agnati; qui ſunt coniuncti per virilem ſexum, ſicut cognati per fœmineum, h. d. ex l. 1. & l ſunt. ff. eod.

ſthumi, & ratio eſt quiā eſt potius qualitas filiorum, quam differentia realis. * Tam enim filij ſunt poſthumi, & quidem propriè, quam qui iam nati ſunt. Sed tunc quæſitum eſt, an & nepotibus poſthumis datus videretur, videbatur enim quod ſic, quia filiorum verbo cōprehenduntur etiam nepotes, l. filij, & l. iuſta, ff. de verb. ſign. Cōtrarium tamē deciditur, quia aliter filij, aliter nepotes vocātur: quod ſi liberis datus fuiſſet, tunc etiam nepotes includerentur, cum liberorum appellatio ad omnes pariter deſcēdentes pertineat l. liberorum ff. de verb. ſignific. Demum quæſitum eſt, cum pater tutorem dedit poſthumis ſuis, quibus dediſſe cenſeatur, & reſpondetur quòd omnibus poſthumis, ſiue ſint filij, ſiue nepotes, & deinceps, & ita intelligendus eſt iſte tex.] Not. quòd filiorum appellatione veniunt poſthumi, & liberorum appellatione veniunt omnes deſcendentes, & quod filiorum appellatione non veniūt nepotes ex vſu. Item quod poſthumorum appellatione veniunt omnes filij, & nepotes poſthumi.]

† *aliàs Quod.*

† *aliàs ſi filios dixerit.*

a ¶ *Poſthumo.* ſcilicet filio.

b ¶ *Quia filij.* Hæc dictio, filij comprehendit poſthumum & poſthumam: cum maſculinum poſſit cōcipere fœmininum: ſed hæc dictio filiæ, nō comprehendit vtrumq. & ſic nec poſthumum, cum fœmininū non concipiat maſculinū, vt ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcriptū, & ff. de l. 3. l. qui duos, & l. ſeruis legatis. Item nota, quòd appellatione natorum etiam nō nati continentur cum de eorum commodo tractatur, vt ff de ſta. ho. l. qui in vtero, & ſup. titu. 1. §. cū autē, & facit ff de teſt. tu. l. ſi quis ita. §. 1. & l. ſi quis filiabus, & l. quod ſi.

Maſculinū concipit fœmininū. & non ecōuerſo. Natorū appellatione cōtinentur nondum nati.

* ¶ an & quando maſculinum concipiat fœmininum, vide Dec. in l. 2. ff. de regul. iur. An autem filiorum appellatione contineantur poſthumi: & doctores diſtinguunt, quod vbi conſtat de mente diſponētis, illi acquieſcendum eſt; in dubijs verò, ſiquidem ſumus in materia tutelari, & tunc continētur. In legatis autem minimè. Ego tamen crediderim appellatione filiorū poſthumos quoque ex ſermonis proprietate contineri tam in tutela, quam in legatis, atque alia quauis materia, niſi de contraria mente diſponentis euidenter appareat, vt manifeſtè oſtendi hoc loco in Commen. ita enim propriè eſt filius poſthumus, ſicut iam natus.

STL.

c ¶ *Si filios.* ſcilicet dixerit.

d ¶ *Non continebuntur.* ſ. nepotes.

e ¶ *Appellantur.* Ab omnibus in vſu vel conſuetudine: ſed ſecundum veram ſignificationem, verbi. (quia filius dicitur à philos, quod eſt amor) etiam nepos dicitur filius, & etiam quilibet quem aliquis diligit paterna dilectione, vt ff. de verbo. ſign. l. liberorum, §. ſed & Papirius, quæ videtur contra.

Filius vnde dicitur.

† *aliàs poſteri.*

* ¶ Hæc gloſſ. cōiter damnatur quia propriè loquēdo filij appellatione nō intelligitur de nepote l. iuſta. ff. de verbor. ſignif. & quod dicitur in d. § ſed & Papirius, non procedit ex propria ſignificatione, ſed magis ex vſu quodam, aut ex præſumpta mēte diſponentis: pro pleniore tamen doctrina, an & quādo filiorum appellatione veniant nepotes, vide Bar. & alios in l. Gallus §. inſtituens, & in d. l. liberorū, & Alcia. lib. 3 Parado. ca. 14. illud vtique expeditum eſt, filiorum appellatione contineri nepotem, quem auus conſueuerat nominare, & tractare vt filiū. Bart. in l. alimenta, ff. de ali. & cib. lega. & quamuis deriuatio nominis filij, quam tradit Acc. ſit communiter recepta, improbatur tñ ab Alciato in l. filij, ff de verb. ſign. quia ſyllaba refragatur, putatq: Alc. ita dictū a Græ. noie vos addito ex more Aeol. digamma ſiuos.

STL.

f ¶ *Ceteri.* etiā nati ſecundū quoſdam: quod falſū eſt, vt ff de ver. ſig. l. nomē. Dic ergo ceteri, ſ. ex filijs naſcituri, qui ſui poſthumi ſūt per L. Velleiā, vt ff. de iniu. rup. te. l. poſthumorum, & inſt. de exhæ. lib. §. poſthumorum, & ff de lib. & poſth. l. Gallus 1. reſpon.

¶ Adde, quod poſthumus dr̄ pluribus modis, vt per gl. in rubrica, C. de poſthu. hæred. inſti.]

¶ *De legitima agnatorum tutela.*

¶ Supra duobus titulis præcedentibus dictū eſt de tutela teſtamentaria: hic autem ponitur de tutela legitima, quæ ſequitur teſtamētariam Ang. Aret.

* ¶ Adde, quod dr̄ legitima, non quia & teſtamentaria, & datiua nō ſint legitimæ. l. lege. & l. verbis. ff. de ver ſig. ſed quia ſoli legi innixa eſt, neq: pendent a diſpōne teſtatoris aut iudicis auctoritate, quemadmodū illæ.

Quibus

QVibus [a] autem testamento tutor datus nō est, his ex lege duodecim tabul. [b] agnati sunt [c] tutores, qui vocantur legitimi.

¶ Sūt autem agnati, cognati [d] per virilis sexus cognationem coniuncti: quasi à patre † connati: veluti frater ex eodē patre natus, fratris filius, neposve ex eo: [e] item patruus, [f] & patrui filius, neposve ex eo.

¶ Atqui per feminini sex[g] personas cognatione iunguntur, agnati § non sunt, sed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitæ [h] tuæ filius, nō est tibi agnatus, sed cognatus & inuicem tu illi eodem iure [i] coniungeris: quia qui ex ea nascuntur, patris, non matris familiam [k] sequuntur. †

QVibus autem. ¶ Totus iste titu. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit, qualiter lex 12. tabu. dat agnatos tutores pupillis deficientibus tutoribus testamentarijs. Secundò, qui sunt agnati. & qui non. Tertiò, qualiter intelligenda sūt illa verba posita hic in princip. videlicet. Quibus autem in testamento tutor datus non est. Quartò qualiter ius agnationis perimitur: Secunda ibi. Sunt autem. Tertia ibi. Quod autem. Quarta ibi. Sed agnationis. Et subdiuiditur hoc principium in tres partes. Quia primò dicit, qualiter deficiente tutore. testamentaria vocantur legitimi. Secundò. qui sunt agnati. Tertiò, qui cognati. Secunda ibi, sunt autem. Tertia ibi, Atqui. Aretin.

† Vide Alc. li. 3 Pater. c. pen. & in no. An. Ald. hic.

STL. ¶ Quibus autem. CASVS. non figuratur ex quo tex. ponit regulam, & terminos declarat, nisi dubium faciat, quod in defectum testamentarij videbatur succedere datiuus, & sic in mysterium iudicis, arg. l. si quis sub conditione, ff. de testa. tutel. cuius contrarium deciditur rōne assignata in l. 1. ff. eod. ibi, Ex summa prudentia. Not quòd testamētarius præfertur omnibus tutoribus. Item ꝙ his deficientibus sunt legitimi tutores agnati. Item qui sint agnati, & qui cognati. Item, quod cognatio est, sicut adoptio quia ponit. Vt species & vt genus. Item qđ dispositio in vno ex correlatiuis habet locum in alio: ibi, inuicem. Item quod filij sequuntur familiā patris, non matris.

a ¶ *Quibus*, scilicet pupillis.

b ¶ *Duodecim tab.* quos ipsa lex vocat verbis, & sententia, & nisi gerant, eorum periculo agitur, vt ff. eo. l. legitimos. † alias autem quandoque ex sententia legis dātur, non ex verbis, vt inf. tit. 2. & 3.

† iuncta gl. 1. sed melius facit. l. 1. in pri. de admin. tuto.

¶ Verba l. 12. tab. sic se habebant: Tutores liberis in potestate testamento parentes dāto. Si non sint dati, agnati qui successionem sperant. tutores sunto.

ADDITIO. Qui tamen non administrabunt, nisi prius facto inuentario, & præstito iuramento de vtilibus faciendis, & prætermittendis inutilibus, promittendo etiam expressè ipsum pupillum defendere, & satisdare, rem pupilli saluam fore, & decreta sibi per iudicem administratione, vt tradit hic Angel. & ante eum Bartol. in d. l. legitimos, post glos. ibi.

c ¶ *Agnati sunt*. Si sint maiores 25. annis, vt inf. de fid. tut. in fin. & minores 70. ann. aliàs excusantur, vt inf. de excu. tu. §. item maior.

d ¶ *Cognati*. Nomen ergo cognationis generale est, agnationis nomen speciale, nam omnis agnatus est cognatus: sed non conuertitur, vt hic, & infr. de legat. agn. success. l. respon. & ff. eod. l. sunt autem.

* ¶ Pro intelligentia huius gl. & tex. vide l. Iurisconsultus §. 1. & l. non facile, §. 1. ff. de gradi.

* ¶ Adde, quod nomen cognationis, potest esse nomen generis, & speciei, sicut & de adoptionis verbo dictum est, nam si accipimus cognationem in genere, complectitur agnatos, & cognatos, cognatio verò in specie pertinet tantū ad eos, qui per feminini sexus personas coniuncti sunt: & hoc modo est species distincta ab agnatione, quę agnatio & cognatio in specie, comprehēduntur sub verbo cognationis generaliter sumpto: vnde sequitur, veram esse argumentationem Accursij, quæ etiam clarissimè probatur in l. inter ff. vnde leg.

e ¶ *Ex eo*. Filio fratris.

f ¶ *Patruus*. Repete, si fuerit natus eodem patre cū patre tuo: alioquin is est cognatus, vt C. de leg. hære. l. fi. § sed nec, & §. cū aūt.

g ¶ *Agnati*, etiā nisi masculus interueniat: vt puta si sint duo fratres vterini: filius vnius fratri sui patris non erit agnatus, sed cognatus, inspecto feminino sexu, propter quem ad inuicem sunt cognati, secundum Ioan.

h ¶ *Amita*. Sed ipsa amita est tibi agnata; quia per patrem tuum tibi coniungitur.

i ¶ *Iure*, scilicet cognationis.

K ¶ *Familiam*. i. agnationē, & licet & aliàs multas habeat significationes hæc dictio familia. ff. de verb signif. l. pronunciatio, §. familiæ, & facit. C. de verb. signific. l. fi. & sup. de pa po. §. fin.

* ¶ Aude, quòd dicitur, filios sequi familiā patris, nō matris, locum habere in legitima prole, alioquin spurij, cæterique illegitimi ventrem sequūtur. l. cum legitimæ. ff. de sta. hom. Alc l. familiæ, ff. de verb. sign.

¶ Quod autem. *CASVS*. L. 12. tab. intestato defuncto legitimam tutelam deferebant

quæ

¶ *Intestatus quoad tutelam dicitur etiā, qui in testamēto de ea nihil cauit, vel si eius dispositio euanuit. h. d. ex l. intestato. ff. eo.*

¶ Quod autē lex xij. tabularum ab intestato vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet significationem,[a] si omninò[b] non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare, sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit: qđ tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, viuo testatore decesserit.

¶ *Agnatio qualibet capitis diminutione plerumq; perimitur, cognatio verò non qualibet. h. d. ex l. ij. ff. eo.*

¶ Sed agnationis[c] quidem ius, oīb. modis[d] capitis diminutione plerūque perimi-

quærebatur qualiter verbum intestato, intelligeretur & dubium faciebat propria vocabuli significatio. l. 1. ff. de suis & leg. deciditur, autem contrarium ea ratione, quia satis dicitur in hac materia intestatus, qui de tutela nihil in testamento disposuit, vel si dispositio irrita facta est. Nota qualiter verbum, intestatus, in materia tutelę accipiatur. Item, quòd limitata causa limitatum parit effectum. Item, quod paria sunt inspecto præsenti statu, aliquid factum non fuisse, vel factum euanuisse.

*

† *l. intestato. ff. de legi. tut.*

a ¶ *Significationem*, scilicet tantum. †

b ¶ *Si omninò.* Vel aliud contingat, quod tantundem valeat, quod diximus, inf. de hęred. quæ ab intest. 1. respon. & facit ff. quod cuiusque vniuer. nor. l. 1. §. & quidem.

¶ Sed agnationis. *CASVS.* ¶ Quærebatur, quia in tutelis capitis diminutionis ratio habetur. l. tutelas. ff. de cap dimin. * & fundamentum legitimæ tutelæ est agnatio, an. sicut capitis diminutio non perimit cognationem, ita nec agnationem perimeret. Dubium faciebat, quia videbatur fortius ius agnationis, vtpotè naturali, & ciuili vinculo copulatum: nam qui est agnatus, idem est & cognatus sup. eod. in princ. Item, quia videmus in multis agnatos præferri cognatis, vt apparet inst. de leg. agna. suc. & in princ. text. nostri.] cuius contrarium deciditur, quia agnatio iuris ciuilis vinculum est, cognatio naturalis: ciuilis autem ratio, vt ipsa cap. dimin. iura naturalia non perimit, vt dicitur in glo. No. quòd capitis diminutione tollitur agnatio. Item, quòd est nomen, iuris ciuilis. Item; not. secus esse in cognatione. Item, quòd ius ciuile per aliud tollitur, secus ius naturale, quod non tollitur per ius ciuile. Item, quod ea, quę fortiori vinculo sunt ligata, difficilius tolluntur.]

Agnati præferūtur cognatis in duobus.

c ¶ *Sed agnationis.* No. diligēter hunc. §. Est autem ius agnationis, & ius cognationis siue cognatorum. Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos, scilicet vt præferantur in hæreditatibus agnatorum mortuorum, vt inf. de leg. agna. suc. 1. respon. Item præferuntur in tutelis, agnatorum paruulorum, vt sup. hoc tit. 1. respon. His autē deficientibus, in hæreditatibus, & tutelis cognati suo iure admittuntur, inter quos etiam agnati vocātur, qui desierunt esse in iure agnatorum, vt per ca. di. vt inf. de hær. quæ ab intest. §. admonendi. Illud autem ius prærogatiuum, quod habent agnati (quia vltra iura communia habent per l. xij. tab.) facilè perdūt.

Agnatorum prærogatiua facile perditur.

Adde, quòd hodie, ex quo est sublata differentia agnatorum, & cognatorum, quo ad successionē, ad quam commensuratur tutela, est etiam sublata quoad tutelas, auth. sicut. C. eod. titul. & tradit Bart. qui communiter approbatur, in l. 1. ff. eod.

STL.

** Adde, & declara glo. quod ita demum is, qui desinit esse agnatus, remanet cognatus, si de⋅⋅nit esse minima c. dimi. & non aliter, iux. d. § admonendi, item non procedere in ijs agnatis, qui desierunt habere iura agnatorum per renunciationem simpliciter & scienter factam, quia hi non admittuntur postea nec vt cognati, sed vtrique capiti renunciasse intelliguntur. arg. l. illud, & l. in plurium de acquirenda hæreditate.

d ¶ *Omnibus modis*, capitis diminutione, id est per omnem capitis diminutionem, vt per maximam, vel per mediam, de quibus duabus non est dubium, cum & iura cognationis perdantur, vt inf. tit. j. §. quod autem.

STL.

¶ Adde, quod non perditur ipsa cognatio, & sic ipsa consanguinitas, sed effectus illi, qui iure ciuili cognationi tributi sunt: vnde ius ciuile tollitur tunc: non naturale.

¶ Item per minimam tollitur ius agnationis, vt hic dicitur, & ff. de ca. dimin. l. tutelas nisi in duobus casibus tantum: † vt inter fratres licet alter emancipetur, vt C. de leg. tut. l. iiij. Item inter patrem, & filium, vt inf. de leg. agn. suc. §. fi. † & propter hos duos casus, qui de minima ca. di. excipiuntur dicit hic, plerumque: at iura cognationis non commutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima capitis diminutione, & est ratio, vt subijcit.

† ista gl. refert ad ius nouū de quo in l. 4. ff. eo. secus de iure antiquo, vt ibi no. Ang.

¶ Adde, quod de iure antiquo secus est, quia penitus tollebatur illud ius: quod corrigitur per ius, C. in l illa.

† Adde gl. 1. inst. tit. 3.

† Adde, quòd cum emancipatione tollatur agnatio, consequens est, vt nati post emancipationem non dicantur agnati, glos. communi-

STL.

muniter approbata in l. qui se patris. C. vnde lib. id tamen declara, vt non procedat quo ad successionem, hi enim succedunt instar agnatorum. l. meminimus C. de legi. hæred. Dec. cons. 13. col. 1. nu. 1.

tur. Nam [a] agnatio iuris ciuilis nomen est. [b] Cognationis verò ius non omnibus modis commutatur: quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia [c] verò non vtique. [d]

a ¶ *Nam.* pro quia.

b ¶ *Agnatio iuris ciuilis nomen est.* idest a l. 12. tab. est inducta hæc prioritas agnatorum: sed ius cognationis est naturale nomen, nam ratione sanguinis hoc nomen impositum est, vnde & vnum ius ciuile potest per aliud facile tolli, vt hic, & ff. de re iudic. leg. nihil est.

†*alias de minutio ne.*

¶ *De capitis diminutione.*

c ¶ *Naturalia*, idest iura cognationis: (sic dicta, quia ea quis consequitur per natiuitatem, vt sup. de adop. §. sed hodie, in fi. §.) nō sic de facili tolluntur.

* ¶ Adde, ꝙ quantum ius cognationis contrahatur natiuitate, non tamen ideò dicitur naturale, sed quia secundum naturam est, quæ respicit pariter mares, & feminas, l. maximum vitium C. de lib. præter. vt latius declaraui hic, in Auto.

d ¶ *Vtique.* idest certe non tolluntur capitis diminutione, cum sint immutabilia hæc iura. vt sup. de iu. na. §. sed naturalia.

Sil. ¶ Adde, quòd hæc ratio non est bona, sequeretur enim, ꝙ per deportationē nō tolleretur qđ est falsum. §. ꝙ aūt inf. tit. 1. ideo dic, non vtique. i. nō ita simpliciter & indistinctè, q̄a si nō tollere, pōt limitare d. §. sed naturalia.]

Item nec ea, quæ naturalē æquitatem habent, vt ff. de ca. d. l. eas & l. legatum. Itē not. quia & cognatio est ciuilis tantum: vt per adoptionem, vt ff. de adop. l. qui in adoptionem. Item naturalis tantum, vt ad filios, naturales tantum. Item naturalis, & ciuilis, vt ad eos, qui legitimi sūt, & de hac intelligitur hic, vt ff. de gra. l. nō facilè, §. 1. Item no. quia & ciuili iure hęc, s. tutela, & hæreditas tribus modis deferuntur: vt ex verbis & sententia legis 12. tab. vt in agnatis. itē ex sententia tātū vt in f. de le. pa. tu. & inf. de fid. tu. Itē ex alijs legibus veteribus, vel nouis, vt ff. de ca. di. l. tutelas: Nūquid ergo hæc oia facilè perduntur per omne capitis diminutionem? Rñ. sic in duobus primis tantū, non in tertio, vt hic & in d. l. tutela. Itē quæro, an futuras tutelas requirendas & hæreditates tantum tollat. an etiam præteritas adimat? Rñ. futuras tantū, vt ff. vnde lib. l. fin. quid enim potuit diuinare lex deferēs hęreditatē, vel tutelā, de futura ca. di. vt C. de test. l. iubemus, in fi. Certè nullo modo, vt ff. man. l. fideiussor, 1, respon,

¶ Adde, quod gl. cōmuniter reprobatur per §. sed & capitis, inst. qui. mo. tu. fi. & per text. in l. legitimos, §. fi. ff. eo. ratio autem differētiæ inter tutelam, & hæreditatē est, quia hæreditas actu ipso statim acquiritur. & quæsita non est amplius hæreditas, l. 1. §. veteres ff. de acqu. poss. tutela verò habet actus successiuos, & durat eadem per singula tēpora.] Hodie verò istam differentiam agnationis quęrere non oportet, cum agnati ante cognatos nihil habeant, vt in Authent. de hær. ab inte. venien. §. ex his coll. 9 Item not. quod licet prædicta iura cognationis tollantur maxima, & media capitis diminutione, ipsa consanguinitas tamen non tollitur, vt ff de reg. iu. l. iura sanguinis. Accur.

¶ *Capitis diminutio est status mutatio: & est triplex: maxima libertatem: media, ciuitatem: minima, familiam perdimus. ho. dicit ex lege prima, & fin ff. eod.*

Est autem capitis diminutio † prioris status [e] commu-

¶ Ratio enim naturalis auctoritate iurisconsulti mutari non potest. l. a ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consu. & declarat Dec. in d. l. iura]

¶ *De capitis diminutione.*

¶ Continuatur. quia sup. visum est de legitima agnatorum tutela, quæ capitis diminutione corrumpitur. §. fi. sup. tit. 1. meritò sequitur videre de capitis diminutione.

Est autem. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponitur quid sit capitis diminutio, & quotuplex sit. Secūdò, de maxima capitis diminutione. Tertiò de media. Quartò de minima. Quintò remouet certa dubia. Secunda ibi, Maxima, Tertia ibi, Minor. Quarta ibi, Minima. Quinta ibi, Quibus autem. Et hæc diuisio sufficit. licet alij aliter diuidant. Aret.

¶ *CASVS.* non figuratur: quia diffiniendò procedit. No. quid sit capitis diminutio. Itē, ꝙ est triplex. Item, ꝙ minor & media supponunt pro eodem. Item, ꝙ maxima cap. diminutione perditur libertas & ciuitas. Item, ꝙ seruus pęnæ, libertus reuocatus in seruitutem, & qui se vendit ad pretium participādum, perdit ciuitatem, & libertatem. Item, quod deportatis, & cui interdictum est aqua & igni, remanet libertas, sed ciuitas amittitur. Item, ꝙ emancipatus; vel arrogatus dicitur capite minui.

e ¶ *Status.* Hic status consistit in tribus: in libertate, ciuitate, & familia. Cùm enim primum, idest libertatem quis perdit, per consequens & duo vltima perdit, & tunc maximam capitis diminutionem patitur. Cum verò secundum perdit: per consequēs perdit & vltimum, sed non primum: & tunc dicitur

media

tatio : [a] eaque tribus modis accidit. Nam aut maxima est capitis diminutio, aut minor (quam† quidã mediam[b] vocant) aut minima.

¶Maxima capitis diminutio est: cum aliqs simul & ciuitatẽ, & libertatẽ amittit: quod accidit ijs, qui serui pęnę efficiuntur atrocitate[c] sentẽtię: vel liberis[d] vt ingratis erga patronos cõdemnatis: vel ijs, qui se ad pretiũ participandum venundari passi sunt.[e]

¶Minor, siue media capitis diminutio est, cum ciuitas quidẽ amittit, libertas verò

mediam ca. di. Cum verò vltimũ perditur. non perduntur duo prima: & tũc minimam ca.di.patitur, vt inf. §.1.2. & 3. ff eo.l.fin.sed Pla. dicit statum hominis idest, conditionem, in qua quis plurimum potest.

STL. ¶ Adde, quòd hàc opin. Pla. probat text.in l.fin ff. vnde lib. quamuis cõmuniter hic damnetur.]

a ¶ *Commutatio*. non ergo accipitur hic ad literam, vt dicatur capitis diminutio, quando caput abscinditur, sed quãdo status mutatur, vt caput status dicatur, vt ff. ad Tertul. l. 1. §. capitis. Sed videtur hæc diffinitio non conuerti cum suo diffinito. Nam morte patris filius mutat statum, quia fit sui iuris, vt sup. qui. mo. iu.pa.po.sol §.1. non tamen dicitur capite minui, vt ff ad ma. l.si filiusfamilias. 1. §. fin. Sed dic subaudiri hic, facto hominis interueniente: vt emancipatione, vel deportatione patris, vel simili modo: vel etiam quasi facto: quod dico propter filios arrogati, quia vnà cum patre mutant statum, vt ff. eo.l.liberos, & supra de ado ptio §. pen. Arg. contra in Auth.consti. quæ de dig §.palam coll. vj. vbi non ab homine, sed à lege quis efficitur sui iuris. At moriente patre non interuenit factum hominis, immo magis Dei. Qui si interficiatur pater? Respon.idem: quia mors semper Dei † dispositione aduenit.

† Intelligit de Paulo iurisc.l.vl. ff.eo.

† aliàs permissione.

¶ Dic, vt plenè probaui in Annot. quòd hic non diffinitur capitis diminutio, sed describitur, ita autem rectè potest diffiniri: Est status mutatio, libertatem, vel ciuitatẽ, vel familiam adimens l. fi.ff.eo. Igitur cum ijs, qui morte patris efficitur sui iuris, neque libertatem, neque ciuitatem amittat, neque familiam mutet, vt contingit in emancipato, sequitur, vt capite non diminuatur.]

b ¶ *Mediam*. sic ff. de aur. & arg.lega.l.qui lancem, & supra de lib.§.libe. tinorum.

* ¶ Adde, quòd aliquando magna vocatur. l. 1. ad S.C. Tertul.& l.cognitionum.de var. & extraor.cogn.

c ¶ *Atrocitate*. est autem atrox, & dura hæc sententia licet iustè feratur. vt sup qui. mod. ius &c. §. pęnæ seruus. † sed hodie propter huiusmodi pęnas nemo ingenuus fit seruus, vt in Authen. de nupt. §. si verò. coll.4.& §. quod autem prius.

† similis gl. supra qui mo. ius patr. po. sol.§. pænæ.

d ¶ *Libertis*, scilicet condemnatis, vt subijcit: & quod dicit, Ingratis aliàs est, Ingrati idest, ingratitudinis, quæ reuocatio fit per actionem ingrati, vt dicunt quidam, vt C.de li. & eorum lib.l.pe. vel per vtilem rei ven. secũdum alios, ad instar donationis causa mortis, quæ reuocatur, vt ff de don. cau.mor. l.si mortis causa res. vel (quod est verius) accusatione, vel actione extraordinaria, per quam officiũ iudicis imploratur, vt C. de li & eorum li. l non est. Et fit hęc reuocatio propter omnem offensam, etiam leuem, vt Cod. de lib & eorum lib. leg.2. non autem fit propter omissionem obsequij, vt Cod. de li. cau. l. solo, nisi in casu, vt cum denegat alimenta, vt ff de libe.agno l.alimenta. §. Imperatoris. Nam tunc etiam occidere velle videtur eum, vt ff de lib.agn l necare. & hoc nisi remisit ius patronatus, tunc enim ex ijs solum reuocatur caussis, ex quibus & donatum, vt in Auth. vt lib. de cæ. §. illud coll vj. quæ causæ sunt numeratæ. Cod. de reuoc.dona l. vlt. & hæc vera sunt, cum quis ex voluntate propria manumittit, vt Cod. de li. & eorum li. l. 1.sed si non ex voluntate, non reuocaret, vt C.de lib & eorum li l 1. Sed quid si manus in patronum iniecit? Respon. Damnatur in metallum, si verò conuitia dixerit, mittitur in exilium, vt ff. de iure pat.l.2

Libertus Ingratus, qua actione in seruitutem reuocetur.

¶Adde pro resolutione materię, quod si necessariò quis manumittit, quia manumittere tenebatur, non reuocat, quia non vtitur liberalitate l.rem legatam ff de adi. leg.l.2 C. de oper. lib. Iudex autem punit secundum qualitatem delicti l.iure. ff de oper.lib. si nõ tenebatur, & non remisit ius patronatus, & delictum fit in faciendo, reuocat, nisi patronus velit aliter punire, vt dicunt Doct hic: si in omittendo. ex leui non fit reuocatio: ex graui sic d. §. Imperatoris, si sit remissum ius patronatus, tenet glos. & sequuntur alij, ꝙ ex illis caussis reuocetur, ex quib. reuocatur donatio d. §. illud. Dic tu tamen, ꝙ quo ad hoc remissio nihil operatur: sed solum quo ad alia iura: quia sicut remissio iuris reuocandi donationem ex ingratitudine non valet, vt est communis opin. doct post Bart. in l stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. oblig. eadem ratione ius reuocandi libertũ remitti non debet, ne ita de facili delinquẽdi materia concedatur.] STL.

e ¶ *Passi sunt*. hic multa sunt necessaria, vt sup. de iure persona. §.pen.

Deportatus æquiparatur excommunicato. a ¶ *Interdictum*, hanc pœnam in vsu non habemus, sed eius loco successit deportatio, vt ff. ad l iu. pec l. 3 nam instar excommunicatorum habebantur, quibus talia denegabantur. Sed videtur hunc etiam fieri seruũ, licet hic denegetur. vt ff. de var. co. l. cognitionum in fin. contra sed perditur libertas, vt ibi dicitur, vt non possit facere testamẽtum cui sic est interdictũ, vt ff. de iniu. rup. testa. l. g. si quis filio. §. eius non quòd fiat seruus verè. * ¶ De pœna aquæ, & ignis interdictionis pulchrè Budeus in Annot. in l. 2. ff. de pœnis. Qualiter autem eius loco successerit deportatio, exposui in Commenta. in §. cum autem. sup. quibus mod. ius par. pot. sol. Et quatenus ait Accur. ens, quibus aqua & igni, interdicebatur, similes fuisse excommunicatis, intellige quo ad hoc, quòd carerent ferè hominum commercio, & subsidio: nam in alijs excommunicatis potius æquiparantur relegatis. Ias. in l fi. col. 3 C. qui admit. Qualiter autem intelligenda sic. d. l. cognitionum, vide hoc loco Comm. meum; vbi varias interpretationes tradidi.

† idest familia. l. vl. ff. eo. *ST L.*

retinetur, quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum [a] fuerit, vel ei, qui in insulam [b] deportatus est.

¶ Minima capitis diminutio est, cũ ciuitas retinetur, & libertas, sed status † hominis cõmutatur, quod accidit ijs, qui cũ sui iuris fuerint, cœperũt alieno iuri subiecti esse, [c] vel contra: [d] veluti filiusf. si à patre emancipatus fuerit, est capite diminut[e].

¶ *Seruus manumissus, vel dignitatem mutans, non dicitur capite minui. h. d. ex l. 3. ff. eodem.*

¶ Seruus autẽ manumissus capite nõ minuitur, [e] quia nullum caput habuit.

¶ Adde, quòd dicitur in d. l. cognitionum, per deportationem, & cum aqua, & igni interdicitur, libertatem amitti, ita accipiẽdum esse, nõ quod vere libertas amittatur, sed per amissa ciuitate, qui plenam libertatẽ habere non videtur, amittit enim quæcunque iuris ciuilis sunt, & sic quodammodo partem pristinæ libertatis, licet quæ iuris gentium sunt retineat. Vnde Cic. in orat. pro Cæcinna, Qui enim potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est?

ST L. b ¶ *In insulam*, secus si in metallum, vt supra quib. mod. ius pat. po. sol §. pœnæ, in casu ta men etiam libertatẽ perdit damnatus in insulam, C vt nemo pri. l. 2. § cum autem.

† l. 3. ff. eo.

† Conuenitur tamen insolidum pro obligationibus contractus sub pat. pot. vt l. 2. §. 1. ff. eod. nisi a ¶ Glo. decipitur Dicimus enim non solum deportare in insulam, sed etiam in metallũ. l. ff. 9. fin. C. de postlim. reuer. quinimmo cit d. l. 2 inquit, Deportandumque non solum ciuitate, sed etiã libertate priuari cẽsemus, apparet deportatum simpliciter in insulam non amittere libertatem: si quidem quoties aliquis deportatur, vt libertate priuetur, solet in metallum deportari. d. l. fina. C. de postlim. reu]

c ¶ *Subiecti esse*, vt in arrogatis. †

d ¶ *Vel contra*, Alias est in litera, Si filius à patre emancipatus fuerit, est capite minutus. † & secundum hoc est expositio huius verbi, vel contra: aliàs verò hoc totũ deest, & tunc idem subintelligo. Alij dicunt, quando qui sui iuris non est, transfertur in potestatẽ alterius: puta qui materni. vel etiã paterni, vt supra de adop. §. sed hodie, qui casus est contrarius illi, quando qui sui iuris est in arrogationem dat. Sed quare filiusfam. cum emancipatur, capite minui dicitur? Resp. propter imaginariam vẽditionem, quæ fiebat, vt supra quib. mod. ius pa. po. sol. §. præterea. in princ. Sed cum hodie non fiat hæc venditio, vt in eo. §. continetur, videtur, quòd hodie non minuatur capite, sed certè illa sola non erat ratio: immo, & alia, qui mutat familiã, vt ff. eo. l. liberos. in princip.

¶ Adde, quod ego aliàs ex illo tex. tenebam contra gl. quia ibi ratio assignatur expressa & vnica, quę hodie cessat. No. tamen ex hac glo. quod correcta vna ex rationib. l. remanet lex.

ST L. ¶ Seruus, *CASVS*. Quærebatur, an sicut liber homo effectus seruus dicitur capite minui, ita capite diceretur minui seruus, quando manumittitur, cum contrarium eadem sit disciplina, nam & seruus potest cõditionem mutare ex seruitute in libertatẽ, sicut filius ex potestate paterna in sui iuris (erant enim in pluribus æquiparati.) & ex deteriore conditione in meliorem mutatus dicitur capite minutus, supra proximè: attamen dicitur contrarium eo, quia non habuit caput. * nam cum (vt dixi sup. in princip.) non omnis mutatio status dicatur capitis dminutio, sed ea solum, qua, vel libertas, vel ciuitas amittitur, vel familia mutatur: l. fin. ff. eo. seruus autem cũ nullũ ex his habeat, sequitur, vt quamuis mutet statum, non possit capite minui. Eadem ratione fuit dubitatum de mutante dignitatẽ, quia omninò est mutatio status, sed deciditur cõtrarium, & ratio assignatur in tex. quia magis dignitas, quam status mutatur, & capitis diminutio est mutatio prioris status. Not. quòd priuatio præsupponit habitum. Item, quòd non potest perdi, quod non habetur: & quod mutatio dignitatis non facit mutationem status.]

e ¶ *Non minuitur*, idest eius status non mutatur: cum primo nullum habuerit statum, vt

casib. in l. 1 2. ff. cum vbi excipere, non co dẽnet nisi q tenens cere pr pater l. 10. ff. cũ co. Ang. Io. F hic.

† Ibi caput sumitur naturaliter, hic ciuiliter.

vt hic, & ff. eo. l. liberos. in fi. & l. seq. sed cōtra est. C. de bon. proscri. l. 1. † Sed dic, quod ibi crimine capitali seruus accusatur, id est tali, quod esset aliàs in libero capitale. Item quid si quādoque habuit caput, quia fuit liber, & nūc seruus est, & manumittatur? respon. idē, quia præsens tēpus considero. † Accurs.

nō recuperat cognationē ēt eo manumisso. Item, quod semel extinctum non reuiuiscit, etiam cessante causa extinctionis. Item, q à priuatione ad habitum nō datur regressus.]

c ¶ *Quod autem dictum est.* sup. titu. proxi. §. fin.

¶ Quibus autem[a] dignitas magis quam status permutatur, capite non minuuntur: & ideò senatu motos capite non minui constat.[b]

¶ *Minima capitis diminutio non tollit ius cognationis, secus in maxima, vel media. h. d. Aret.*

¶ Quod autē dictum est[c] manere cognationis ius etiam post capitis diminutionē, hoc ita est, si minima capitis diminutio interueniat; manet. n. cognatio.[d] Nam si maxima capitis diminutio interueniat, ius quoque cognationis[e] perit; vt puta seruitute alicuius[g] cognati; & ne quidē si manumissus[f] fuerit, recipit cognationē.

† Facit l. moneor. cū ibi not. per glo. C. si ser. exp. venie.

a ¶ *Quibus autem.* Dixit aliquē aliquo de tribus modis capite minui, vt supra eo. in princip. autem pro sed.

b ¶ *Constat.* vt ff. de senat. l. 3. & hic, si fuerit remotus propter turpitudinem, non potest iudicare, vel testimonium dicere, vt ff. ad l. Iuliam re. l. eadem. §. 1. & ff. de sena. l 2.

STL. * ¶ Adde, quod mouebantur senatu ciues à Censoribus, vt ex M. Tullio, Salustio, & Pediano ostendi in Commen.]

STL. ¶ Quod autem. ¶ *CASVS.* Dictū fuerat, ius cognationis non perimi capitis diminutione, §. fi. sup tit. 1. quæsitum fuit, an hoc generaliter intelligeretur: & videbatur dicendū quòd sic, propter generalitatē illius tex. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præstan itē propter rationem in tex. assignatam, quia cognatio naturalis est, & ciuili iure perimi nō potest: sed contrarium deciditur in hoc tex. in maxima & media: tali enim casu licet ipsum ius cognationis nō perimatur tanquam naturale, quia impossibile est illum nō esse, aut fuisse cognatum, tamen tollitur effectus talis iuris datus à iure ciuili. * Nec obstat d. §. fi. quia, cum loquatur per vniuersalem dictionem affirmatiuam, cui præposita est negotio pro eo est, ac si diceretur, Aliquib. modis non: & ideò impletur illa oratio dato vno ex modis capitis diminutionis, qui ius cognationis non perimat.] Sed tunc quæsitum fuit, an manumissio seruo recuperentur cognationis iura: & videbatur dicendum, q sic, quia detegitur quasi libertas, & tollitur impedimentū impeditiuum talis effectus, & cessante causa, effectus cessare videtur, cap. cū cessante de appe. Quo non obstāte deciditur contrarium: quia semel extinctū non reuiuiscit l. qui res §. arē ā. ff. de sol. ēt cessante causa extinctionis, l. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posth. No. q l. sequēs potest declarare pcedētem. Itē q cognatio maxima, & media capitis diminutione tollit: dico autē media pp exēplū deportati. Itē, quod seruus

d *Cognatio*, id est ius cognationis à Prætore inductum, ex quo ad bonorum possessionem vocātur per vnde cognati, infra de hæreditatibus quæ ab intesta §. admonendi.

* ¶ Dic, quòd manet ius cognationis, interueniēte sola minima capitis diminutione, quo ad omnes effectus ex ipsa cognatione resultantes, nedum quantum ad ius succedendi, iuxta d. §. admonendi.

e ¶ *Cognationis*, id est ius succedendi, & ad tutelam vocādi, perit: sed ipsa consanguinitas non perit, vt ff de reg. iu. l. iura sanguinis, cum sit de iure naturali; vt supr. de iur. na. §. pen contra. & sup. de nupt. § illud, cōtra. Sed qualiter cognatis defertur immo agnatis, vt sup. ti. 1. in princip. Respond. post † agnatos. vt inf. de hæred. quæ ab intest. §. admonendi.

f ¶ *Si manumissus*. aliud. si restitutus † secundum lo. vt ff. ad Tert. l. 1. §. filio qui mortis, contra, & C. de seu. pas. l. fin. contra, & ff. de contra tab l. 1. §. si & l 2. contra. Item cōtra est in eo, quod hic dicit, tolli ius cognationis per maximam, & mediam capitis diminutionē. ff de rebus dub. l. si cognatis. Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale, vt ff. eod. l legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quæ per adoptionem cōstituitur, vt infr. de leg. agna. succes. §. per adoptionem, & ff. de adop. l. qui in adoptionem, hic verò naturali cognatione, vt ff. de gra. cogna. l non facile. §. 1. & sic ibi de minima capitis diminutione loquitur.

* ¶ Secunda solutio est verior iuxta. l. 1. & quæ ibi notat Spc. ff. de reb. dub.] Item contra, inf de serui. cogna. in fin. primi respons. Sed hic loquitur in ijs, qui primo fuerunt liberi, & postea serui, quod eorum delicto cōtingit: vnde non debent habere commodum, vt ff solut. matr. l. si ab hostibus. §. 1. & ff de mino. l. Papinianus. ibi, indignum, licet ibidem illa ratio corrigatur: ibi verò semper fuerant serui. Vel illa noua corrigit istam: nam ex græca constitutione illa est extracta, vt ibi dicitur.

† Hodie nulla est inter eos differentia, glos. vlt. sup. ti. proxi. & hoc ti. glo. pen. † Et est ratio differentiæ secundū Chr. quæ restō intelligitur vt fiat pleno iure, vt d. l fi. sed manumissio delet tātū nubeculā seruitutis. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur.

6TL. ¶ Prima solutio verior. ** nam illa naturalis cognatio contracta in seruitute non perimitur per manumissionem: vt vbi quis ex libero seruus fit, perit cognatio liberi hominis propter seruitutem, ampliusque non reuiuiscit, licet in rursus manumittatur, quia manumissio non venit ad restituendum extincta, sed ad abstergendum labem seruitutis.]

a ¶ *Sed & si in insulam* hic ponit exemplum de media, sed supra modò posuit exemplum de maxima

b ¶ *Cognatio*. id est ius cognationis, vt supra prox. §. diximus.

Sed & si in insulam[a] quis deportatus sit, cognatio[b] soluitur.

¶ *Tutela defertur proximiori in gradu: & si plures sunt de eodem gradu, defertur ad omnes. hoc dicit ex leg. si plures. ff. de legi. tuto. Aret.*

¶Cum autē ad agnatos tutela pertineat,[c] non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiores gradu[d] sunt:† vel si plures eiusdem gradus sunt, ad omnes pertinet: veluti si plures[e] fratres sunt, qui vnum gradū obtinēt:† ideòq; pariter ad tutelam vocātur.

6TL. ¶Cum autem. ¶ CASVS. Quia dictum est, sup tutelam agnatis deferri, titu. proxi. in princ. quæsitum fuit, an omnibus, & quibus & videbatur omnibus, quia illa indefinita in dispositione, l. videtur æquipollere vniuersali. l. iura non in singulas. ff de legi. declarat Bart. in l. si pluribus. ff. de lega. 2. contrarium tamen dicitur ea ratione: quia cum tutela commēsurata sit successioni, l. 1. ff de leg tut. debet deferri proximiori, & pluribus existentibus in eodem gradu, omnibus, vt dicitur in tex. * quia eodem modo defertur etiā successio §. si plures, infr. de legi. agna. succes. præterea cū l. deferat tutelā agnatis propter præsumptam affectionem, rationabile visum est, illos prius vocari, quos verisimile est magis dilecturos esse pupillum, vt tradunt Doc. in l. Gallus, §. Quidam rectè. ff. de liber. & posth.] No. quod tutela defertur proximiori: & existentibus pluribus in eodem gradu ad omnes. Item not. quod potest sub vno tit. poni. § qui nihil habeat commune cum materia tituli, dummodo pertineat ad declarationem proximè præcedentium titulorum. Item, quòd vocatio l. fit ordine successiuo.]

c ¶ *Pertineat*. vt supra titulo primò, primò respon.

d ¶ *Gradu*. facit ad hūc § ff. de leg 3. l si plures, & intra de leg. agnat. succes. §. si plures, & ff. de sepul vio. leg. 3. §. si ad plures hodie verò hic. §. corrigitur, quia æqualiter tam ad agnatos, quàm ad cognatos defertur tutela, sicut hæreditas, vt in authent. de hæred. ab intest §. ex his. coll 9.

* ¶ Adde, quod licet hodie vocentur pariter agnati, & cognati, nihilominus stat, & seruatur ordo hic traditus, quòd præferantur proximiores gradu: & pluribus eiusdem gradus concurrentibus, omnes æque admittuntur, vnde bene titulus proximè superior corrigitur, non autem hic §.

e ¶ *Si plures*. aliàs isti duo versiculi desunt. Si plures fratres sunt, qui vnum gradum obtinent: ideoque pariter ad tutelam vocantur, sed ego habeo. Accurs

¶ *De legitima patronorū tutela*.

¶ Supra visum est & legitima agnatorū tutela, verū quia est & alia, quæ appellatur legitima, scillicet tutela patronorum, ideò de ea tractaturus subdit. De legitima patronorum tut. Porcus.

EX eadem. ¶ Diuiditur in sex partes. Primò qualiter tutela libertorum patronis deferatur. Secundò, quomodo vocetur: & est legitima à lege 12. tabularum prouenienc. Tertiò illud per rationem probat Quartò confirmat per exemplum. Quintò exemplum probat per rationem. Sextò rationem declarat. Secunda ibi, Quę & ipsa, Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cum & agnatos. Quinta ibi. Quia plerumque. Sexta ibi, Ideo autem Areti.

¶ CASVS. Dubitatum fuit, an inter legitimas tutelas ea, quæ patrono defertur, connumeranda esset: & dubium faciebat, quia ea dicta est legitima tutela, quæ a l. 12. tab. defertur supra titu. 2. in princip. Cum ergo in l 12. tab. nominatim non sit cautum aliquid de ea, non videbatur esse posse legitima: cuius contrarium deciditur, & respondet ipse Imperator obiectioni, & assignat rationem decidendi: & est not. & sing. titulus. Not. quòd dictio, ex, denotat causam mediatam. Item, quòd dicitur ex lege quid esse, quando est ex ratione ipsius. Item, quòd ita dispositum censetur, quod deciditur per rationem, sicut illud, quod deciditur per verba. Item, quod dictio, perinde, est nota similitudinis. Item, quod illud, quod sumitur ex ratione dicitur venire per interpretationem. Item, quod l. defert tutelas secundum naturam successionum regulariter, quia vbi est commodum, ibi est incommodum. Item, quod dictio plerumque. idem importat, quod regulariter. Item quòd femina manumittens succedit. & tamen non est tutrix. Item, quòd illud censetur dispositum, quòd verisimiliter potest esse de mente disponentis. Item, quòd extensio fit de casu ad casum ex identitate rationis.

a ¶ Ex-

De legitima patronorum tutela.

¶ Patroni vocantur ad tutelam libertorũ ex meute l. 12. tab. propter successionem eisdem tributã. h. d. ex leg. 3. ff. de leg tut.

EX eadem [a] l. 12. tabularum, libertorum [b] & libertarum tutela ad patronos [c] liberosque eorum † pertinet: quę & ipsa [d] legitima [e] tutela vocatur, non, quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, sed q̃a perinde accepta est p interpretationē, [f] ac si † verbis legis ĩtroducta esset. Eo enim ipso, † quo hereditates libertorum libertarumque, si intestati decessissent, iusserat lex [g] ad patronos, liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres [h] voluisse legem [i] etiam tutelas ad eos pertinere: cũ & agnatos, quos ad hereditatem lex vocat, [k] eosdem & tutores esse † iussit: [l] quia plerumque vbi successionis est emolumentum, ibi & tutelę onus esse debet. Ideò autẽ diximus, plerumque: [m] quia si à fęmina impubes manumittatur, † ipsa ad hereditatẽ vocat, cum alius est tutor. [n]

a ¶ *Ex eadem*, scilicet per interpretationem, non ex verbis eius, vt subijcit, & ff. de legi. tuto. l. tutela. 1. respon.

b ¶ *Libertorum*, s. impuberum.

c ¶ *Ad patronos*. quocumque modo manumittentes, nisi libertas detur à l. vt ff. de leg. tut. l. tutela, vsque ad §. fin.

d ¶ *Quæ & ipsa* quasi dicat, non solum aliæ quædam legitimę sunt, sed & ista.

** Expone, nõ solum. s. superior agnatorũ, sed etiam hæc dicitur legitima non enim hæc verba referũtur ad Infra dicenda, sed ad iam dicta.]

e ¶ *Legitima*, scilicet ex mẽte legis: non ex verbis: non tamen satisdatur, nisi eorum personæ sint vulgares & minus honestæ: aut modus tutelæ, quia magnum patrimonium, vel magna tutela nimis: aut persona, quia suspecta, vel non diligens pupillum, vel non honesta: aut causa admittat, id est recipiat satisd. vt ff. eodem l. legitimo, §. 1. & 2. licet alij legitimi indistincte satisdent, vt infra de satisd. tut. §. 1.

¶ Adde, quòd quamuis hanc differentiam reprobet Baldus, & sequatur Porclus hic, tamẽ Iason hic defendit optima ratione glossam, & assignat rationem differentiæ inter agnatos & patronos.

f ¶ *Per interpretationem*. scilicet iurisconsultorum.

* Not. quòd illud quoque, quod venit ex vi rationis, dicitur venire per interpretationẽ, ex quo sequitur, quod non semper interpretatio arguit impropriietatem, vt supponere videtur Bartol. in leg. 2. quæst. 1. de verborũ significat. siquidem non minus ex lege dicitur, quod ducitur ex eius sententia & mente, quam quòd ex verbis, leg. nominis. de verbor. sign. & dispositio legis dicitur propriè comprehendere omnes casus eandem rationem habentes, nõ autem per extensionem, vt probat hic tex. & confirmat gl. in c. si postquam. ver. mente de elec lib 6. & Bal. in auth. post fratres, 2. C. de legi hær.

g ¶ *Lex*. scilicet 12. tabul. vt infra de succes. lib. 1. respon.

h ¶ *Veteres*. scilicet sapiẽtes.

i ¶ *Legem*, scilicet eadem duodecim tabularum, vt inf. de legi. agna. suc. §. primò.

K ¶ *Vocat*. scilicet lex duodecim tabularum, vt infra de legit. agna. succ. §. primò.

l ¶ *Iussit*. vt supra de le. agn. tut. primò respon. & sic notabis hic, quòd vbi est eadem æquitas, idem ius debet statui: sic ff ad legem Aquill. l. illud. ff. de fur. l. 1. §. 1.

m ¶ *Plerumque*. Quare hoc dicit, statim subijcit: & facit ad hanc regulam. ff. de regul iur. l. secundum naturam & infra de contrahen. emptio. §. cum autem. & C. de fur. l. fi. §. sed cum in secunda. C. de cad. toll. l. 1. §. pro secundo. alias est, §. pro non scripto. & ff. de peri. & com. rei ven. l. id quod.

*¶ Limita hanc regulam non procedere, q̃n adest inhabilitas personę, vt in exẽplo text. nostri: siquidem tutela est munus virile. l fi. ff. de tute ita limitat Dyn. in reg. qui sentit, de reg. iur. lib. 6 item quando esset diuersa ratio commodi, & incommodi, secũdum Bart. & Dec. in d. l. secũdum naturam. de reg. iur.

n ¶ *Tutor*. Et ita apud alium est hæreditas & apud alium tutela, scilicet agnatum, vel cognatum, vt hic, & ff. de leg. tut. l. 1 §. 1. Itẽ minor 25 ann. manumittens succedet in hereditate, vt patronus: nõ tamen erit tutor vt inf. de fid. tut. in fi. & C. de leg tu. l. vlt. §. fi. †

¶ Adde, q̃ hæc declaratio posita in tex. non erat necessaria nisi gratia iuueiũ, ex eo q̃a, quando l. præsupponit regulam, præsupponit omni alio respectu habilitatẽ, iõ qui alio respectu est inhabilis, & ideò nõ admittitur, non corrumpit regulam. c. 1. de æta. & qual.

Marginal notes: † ordine tamẽ successiuo. l. tutela, §. si duo, vers. sed si omnes & seq. ff. de l. tut. — † Facit l. nominis. de verb. sig. — † alias p — ST L. — † alias iusserit. — † aliàs. Vt ipsa ad hæreditatem vocetur. tamen alius est tutor. — † adde tex. optimum. In Auth. si cut C. de leg. tut. ST L.

Cōtinuatio.

De legitima parentum tutela. ¶ Supra visum est de legitima patronorum tutela: verum quia est, & alia, quæ legitima appellatur, vt parentum: ideo de ea subdit. Porc.

Diuisio.

E Xemplo. ¶ Diuiditur in tres partes: Primò, ꝙ tutela, quę defertur emancipatori est similis isti, quæ defertur patrono. Secundò, quod etiam est legitima. Tertio exemplificat. Secunda ibi. Quæ & ipsa. Tertia ibi, nā siquis.

STL.

¶ *CASVS.* non figuratur, attamen potes dicere rationem dubitandi facere, qđ emancipans filium, videtur velle eum liberare à sua potestate, sup. quib. mo. iuspat. po. sol. at tutela est potestas, ideò & ab ea videtur liberare. Sed deciditur contrarium exemplo patroni: quia hodie semper emancipans videtur contracta fiducia emancipare: ideò nimirum, si ex quo defertur successio, defertur & tutela, per regulam ti. prox. Not. patrē emancipantem esse legitimum tutorem. Itē, ꝙ æquiparatur patrono. Item, ꝙ ista non est ex verbis, nec ex mente, sed per interpretationem, secundum Angel. tamen dic, quod exemplo patronorum, vult dicere: id est vt tutela patroni. Vnde sicut illa est ex ratione l. 12. tab. propter delatam successionem, ita & eodem modo ista est ex eadem causa, & ex eadem ratione introducta: & ideò eodem modo dicitur ex mente vna, sicut alia. Item quòd statutum in vno æquiparatorum habet locum in alio.]

De legitima parentum tutela.

¶ Emancipās impuberē exēplo patroni, est legitimus tut. h. d. ex l. 3. §. fin. ff. de leg. tut.

E Xemplo patronorum recepta [a] est & alia tutela, quę & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium, aut filiā, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit.[b]

De fiduciaria tutela.

¶ Liberi emancipantis, eo mortuo fiduciarij tutores sunt impuberis emancipati, quāuis liberi patroni sint legitimi, hoc dicit ex l. 1. §. fin. cum l. sed. ff. de legit. tutor.

E St & alia tutela [c] quę fiduciaria appellatur.[d] Nam si parens filium, vel filiā, nepotem, vel neptē,

† §. vlt. supra de leg. agn. tut.

a ¶ *Recepta.* s. per interpretationem iuriscōsultorum, vt superior, cū desinebat esse agnatus, † nisi contracta fiducia emanciparet: ꝙ hodie semper præsumitur, vt if. de leg. agna. succes. §. fin. vñ hodie est semper legitimus.

STL.

b ¶ *Tutor erit.* s. qui emancipauit, si ipse est maior 25. an. vt inf. tit. 1. in fi. & facit ad hoc sup. quib. mo. ius pa. po. sol. §. pterea, vers. & præterea si impubes: & inf. tit. 1. primo rñ.

Cōtinuatio.

¶ *De fiduciaria tutela.* ¶ Imperator cōtinuat seipsum in princip. ex quo dictum est de legitima parentum tutela, veniebat declaranda fiduciaria, quæ ab ea pendet. * Fiduciarię autem tu. appellatio vnde fluxerit, vide Ann. nostras hic & sup. tit. 1. vbi præter alios id declarauimus, quod etiam retulimus in §. præterea, sup. quib. mo. iuspa. po. sol. & §. fi. inf. de leg. agn suc. & inf. hoc tit.

Diuisio.

E St & alia. ¶ Diuiditur in quinque partes. Primò ponit dictum. Secundò illud exemplificat. Tertiò ponit diuersum in filio patroni. Quartò diuersificatis rationem assignat. Quintò ponit aliud dictum. Secunda ibi, nam si. Tertia ibi: Atqui. Quarta ibi: Quoniam. Quinta ibi. Ita tamen.

STL.

* ¶ *CASVS:* Facilè figuratur, videbatur enim quod liberi emancipantis essent legitimi tutores, sicut liberi patroni, cum exemplo patronorum esse introducta tutela parentum emancipantium: cuius contrarium dicitur, & assignatur ratio decidendi in text. Not. summarium.

† alias pater.

c ¶ *Est & alia tutela*: id est alio nomine vocata.

d ¶ *Fiduciaria appellatur*: de qua dicetur infra vers. quo defuncto.

* ¶ Adde, quòd Alciat. lib. 2. Paref. cap. vlt. huius fiduciariæ tutelæ originem tradit, his verbis: Sed & fiduciarius pater in iure dicitur is, cui filiū naturalis pater imaginaria venditione emācipat: vt ille eum manumittat, quod supra ex Caij Institutionibus retulimus: Vnde cum iste non verus patronus & manumissor esset: vt qui imaginario contractu emancipationis causa emisset, talis emancipati, si impubes esset, non legitimus tutor; sed fiduciarius dicebatur, idemque post eius mortem in suis filijs, vt emancipati fratris, vel filij fiduciariam tutelam gerant. Verum cum deinde hæc solennitas fiduciarij patris exoleuerit, simplexq; emancipandi modus placuerit, seruauit tamen fiduciaria tutela nomē, quoties frater vel pater impuberis a patre vel auo emancipati, post eius mortem tutelam suscipit. Hæc ille. At nonnulli alij ex eo appellati tutelam hanc fiduciariam existimant quia lex maximè confidat de fratribus. Nam post parentes nullius est certior synceriorque fides, quàm fratris: vt meritò parentis loco succedat, qua de re præclarè Plutarch. in libello peri philadelphias.

a ¶ *Im-*

vel deinceps, impuberes [a] manumiserit, [b]legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo [c] defuncto, si liberi [d] eius virilis sexus existant fiduciarij † tutores filiorum suorum, [e] vel fratris, vel sororis, [f] †vel cæterorum efficiuntur.

¶ Atqui [g] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset à viuo patre emãcipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, [h] ideoque

† *aliàs tutores, vel fratris, vel sororis efficiũtur.* † *alias &.*

SYL.

a ¶ *Impuberes*. Nam si puberes, non erit eorum curator legitimus, vt ff. de excus. tut. l. amicissimos. § Lucius. Arg. cõtra in Auth. vt ij. qui ob. per §. 1 coll. 6. Ioan.

¶ Adde, quòd hæc glo. communiter approbatur, cum nõ detur curator legitimus, nisi furioso, mente capto, & prodigo.]

b ¶ *Manumiserit*. idest emãcipauerit, vt ff. quando actio. de pec. est an. l. 1. §. 1. & facit supra titu. 1. & ff. de leg. tut. l. tutela. §. fin. & l. seq.

¶ Adde, quòd si attendimus ius antiquum, bene dicitur manumitti, quia vere manumittebatur, vt dixi sup. in tit. quibus mo. ius pat. pot. sol.]

c ¶ *Quo* scilicet patrefamilias, qui erat tutor filiorum & nepotum.

d ¶ *Si liberi*. Qui remanserunt in potestate patris. Idem puto, & si filij fuerunt emancipati. si autem tam impuberes, quàm puberes, remanserunt in potestate, ipso iure recidunt in potestatẽ sui patris, illi, qui filij sũt, sed fratres recidunt in tutelam fiduciariam semper, vt supra quibus modis ius patriæ po. sol. §. 1 & supra de tut. §. permissum.

¶ Adde, quòd hæc glo secundum Ias. pessimè loquitur. quia immo frater fratris impuberes in potestate retẽti est legitimus tutor ex mente, & verbis. l. 12. tab. l. tutor. in princ. ff. ad Velle. *Sed potest dici, quod forte Accur. voluit dicere, quod cum tex vtatur verbo, liberi, intelligi debet non solum in filijs, sed etiam in nepotibus ex filio emancipato retentis in potestate, vt sint fiduciarij tutores, si maiores sint, vel alterius filij, vel alterius nepotis, & deinceps impuberum emancipatorum: & quod subditur in vers. sed fratres. intelligitur similiter, si frater emãcipatus sit impubes, maior verò remansit in potestate, * * quam Accur. sententiam plenius in commen. nostro exposuimus.

e ¶ *Filiorum suorum*. scilicet nepotum defuncti.

* ¶ Rectè exponit Accur. sic & verba illa sequentia (vel fratris, vel sororis) sunt planè intelligenda: quando frater, vel soror à communi patre fuit emancipatus, & quod subijcitur (vel ceterorum) quando puta auus nepotem ex filio præmortuo emãcipauit, quo defuncto filius emancipantis, qui patruus est emancipato, fit eius tutor fiduciarius. Et hic videtur verus sensus huius loci, quem vnà cum ratione in eo allegata diffusius explicauit hic in Annot.

f ¶ *Sororis*. Sed certè frater videtur esse legitimus, vt C. de except. l. aduersus. quæ est cõtra. sed certè qui fiduciarius est, legitimus est per interpretationẽ, licet aliud nomẽ habeat, scilicet fiduciarius: & illum respectum habuit ibi, vt legitimum fiduciarium appellaret.

¶ Adde, quod hæc glo. communiter reprehenditur per hunc text. in vers. sequen. cõtrarium enim loquitur in fratre non emancipato. * pro plena autem resolutione, quãdo frater sit fiduciarius tutor, & quando legitimus: item an iste tex. locum habeat vbi frater maior esset etiam ipse emancipatus: & quid dicendum, cum impubes remansit in potestate, maior verò fuit emancipatus. vide hic meũ Comment.]

g ¶ *Atqui*. prò certè aliàs, at quin. † & sunt dic, at, pro sed, & quin pro certè: & est oppositio quare filij patronorum sunt legitimi, vt supra de leg. patro. tut. 1. respons. & isti filij non sic. Ad quod respon. Quoniam filius quidem &c. Sed hęc ratio non tenet, nisi inter fratres, qui non dicuntur recidere in potestatem fratrum suorum, sed filij, idest nepotes erant recasuri in potestatem, ergo in tutelam legitimam. Sed respondeo: non reciderunt filij iure hęreditario in potestatẽ, sed iure paternitatis, & filiationis. At seruus, si non esset manumissus, iure hæreditario erat futurus seruus apud filios domini: & nisi essent hæredes, non essent domini: sed filius, etsi non sit hæres patris, tamen filium suum in potestate habet, vt sup. qui mo. ius pat. pot. sol. §. 1. Erat & alia ratio iure veteris quia emãcipatione tollebatur ius agnationis minima capitis dimi. etiã inter patrẽ & filiũ (nisi esset emãcipatus cõtracta fiducia) nedũ inter fratres, vt C. de leg. tu. l. 4. & sup de leg. agn. tute. §. fi. sed hodie corrigitur, vt d. l. C. & inf. de leg agn. suc. §. fi. Vnde dicunt quidam, vt Azo. hodie fiduciariam esse legitimam ex verbis & sententia. l. 12. tab. ex quo hæc secunda ratio cessat: sed potest dici cõtrarium, qui remanet prima.

† *similis expositio in l. & eleganter. ff. de dolo.*

* ¶ Dic. quod verus intellectus est is, quem annotaui supra ad gl. filiorum, nec obstat ratio in text. allegata, quia cum non sit generalis potuit esse impulsiua Bart. in l. 2. §. fin. ff. de don. & Dec in c. cum cessante, col. 1. extra de appel. quæ autem sit ratio finalis huius dispositionis, vide hic nostras Annot.]

h ¶ *Recideret*, dicunt quidam, quod si non esset

emancipatus, non erat futurus in potestate fratris, sicut erat patris: & ideò emancipatus nõ ita erit apud fratrem, sicut erat apud patrem. de st in simili tu ela, lo.

a ¶ *Nec in tutelam*. scilicet legitimam, sed fiduciariam, Accursius.

nec in tutelã: [a] libertus autẽ, si seruus mãsisset, vtique eodem iure [b] apud liberos domini post mortẽ eius futurus esset.

¶ *Tutor, & curator esse non potest minor 25. annis. h. d. ex l. fi. C. de legi. tut.*

¶ Ita tamen hi ad tutelã vocantur, si perfectę [c] sint ętatis: ꝙ nostra cõstitutio [d] in omnib. tutelis, & curationib⁹, obseruari generaliter ꝑcepit. [e]

* * Adde, quod contrarium est verius, quia frater, patre defuncto, est alterius fratris impuberis, qui à patre non fuit emancipatus, non fiduciarius, sed legitimus tutor. l. tutor ff. ad velleia. l. 1. §. si apud. ff. de legi. tut. & sup. de legit. agn. tu in prin

b ¶ *Eodem iure*. Seruus enim si non manumittatur erit in potestate filij patroni iure hęreditario: sed filij⁹ in potestate patris, iure patrię potestatis. Accurs.

STL.

* ¶ Ita ¶ CASVS clarus est: dubium poterat facere generalitas legum vocantium ad tutelam personas in eis expressas absque distinctione ætatis, l. non distinguemus, ff. de arbitratio autem decidendi ponitur in l. final. Cod de legit. tut. vnde hic §. sumptus est & in §. item maior. inf. de excus. tut. Nota summa]

** Item, quod hæc verba, ita tamen, restringunt & declarant præcedẽtia. de quo est etiam tex. no. in l Lucius § quæ ff. ad treb.]

Aetas perfecta quæ est.

c ¶ *Perfectæ*. Idest viginti quinque annorum. Nam quoties fit mentio de ætate perfecta, vel de maiore annis, de vigintiqui q. annis intelligitur, vt Cod. de iis, qui veniam ætatis impetra. l. fin. & ff. de leg. 3. l. cum filio. §. fin.

STL.

¶ Adde tu, quod ista est vera in se, tamen verius dicetur, ætatis appellatione maximè perfectæ, venire tempus secundum subiectam materiam: nam in matrimonijs, & beneficijs, ætatis perfectæ appellatione venit pubertas in vno, & in alio diuersimodè capitur, vt per Abb. in ca cum in cunctis de elect. Alex. in l quod Seruius. ff. de condi. ob. cau.

d ¶ *Constitutio*, vt C. de leg. tut. l. fin.

e ¶ *Precepit*, scilicet vt sit perfectæ ætatis, & est ratio, vt infra de excus. tut. §. item maior. Accur.

¶ *De Attiliano tutore*. ¶ Supra visum est de testamentaria tutela, & de legitima, sed quia cessante testamẽtaria, & legitima opus est prouidere de datiua, ideò subdit de Attiliano tuto. Christ.

Continuatio.

* ¶ De Attiliano tutore, idest de eo tut. qui dabatur ex l. Attilia, quæ à P. Attilio, & Cl. Martio tribunis plebis rogata fuit.]

¶ *De Attiliano tutore & eo qui ex l. Iulia & Titia dabatur.*

¶ *Deficiente testamẽtario, & legitimo tutore, olim datiuus dabatur ex leg. Attilia per pretorem cũ Tribunis in ciuitate, in prouincijs per presides ex l. Iulia & Titia. hoc dicit. Aret.*

SI cui null⁹ omninò tutor fuerat, [f] ei dabat̃ q dẽ ĩ †vrbe Romana à Pretore † vrbano, & maiore [g]

Diuisio.

SI cui nullus.

¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit ius antiquum circa dationem tutoris. Secundò ponit ius nouum. Tertiò ius nouissimum. Quartò ponit nouum casum, videlicet, quod naturali æquitati cõuenit impuberes esse sub tutoribus, & quod finita tutela tenetur ad rationem reddendam. Secunda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi. Nos autem. Quarta ibi, Impuberes.

** †. l. si qs sub. ff. de testa. tut.

† alias ĩ vrbe q. dè à Pretore &c.

Item prima subdiuiditur in alias quatuor partes. Primò, ex quibus legibus tutor dabatur deficiente omni tutore testamentario, & legitimo: & à quibus dabatur.

* † Qua ex causa creatus freq. appellatus fuerit, vide. l. 2. §. cũq. Cõsules. ff. de orig. iur.

. Secundò, quando testamentario dato sub conditione, vel in diem, vel pure, tutor detur. Tertiò, quid si testamentarius tutor sit captus ab hostibus. Quartò, quomodo istæ leges ab vsu recesserunt, & causam propter quam. Secunda ibi, Sed & si. Tertia ibi, Ab hostibus. Quarta ibi, Sed ex his. Angel.

¶ Si cui nullus. ¶ CASVS. non figuratur, quia recitatur ius correctũ, & procedit tradendo regulam. Not. ergo, quod non habenti tutorem testamentarium, vel legitimum dabãtur tutores datiui ex l. Attilia, & alijs in tex. expressis, ltē, quod licet referre l. correctam ad ponendum correctionem, & vt melius intelligatur.]

f ¶ *Tutor fuerat*, scilicet ex testamento: nam quamdiu testamentariatus superest, † non est locus alij. Item nec legitima: nam nec datiua tunc locum habet, vt C. qui dari tut. po. l. si sororis.

g ¶ *Et maiore*, idest à duobus. Erant enim tres, vt arg. C. de offi. præto. l. 2. & ff de orig. iur. l. 2. §. ijsdem.

* ¶ Adde, ꝙ fuerunt diuersi numerij. anno enim 16. a regibus exactis, quo primũ creati sunt,

parte Tribunorũ plebis, tutor ex l. Attilia: in prouincijs verò à Pręsidibus †prouinciarum ex lege Iulia & Titia

¶ *Quoties spes est testamẽtarij tutoris, & pendet, datiuus habet locum: quia tutor est, quousque testamentarij impedimentũ cesset. hoc dicit ex l. si quis sub conditione. ff. de testa. tu. Aret.*

¶ Sed & si in testamẽto tutor sub cõditione, aut ex die certo[a] datus fuerat; quãdiu cõditio, aut dies pẽdebat, ex eisdẽ legib. †tutor dari poterat.[b] Item si purè datus fuerat: quãdiu ex testamento nemo[c] hæres existebat,[d] tãdiu ex eisdẽ legibus tutor petendus erat; q desinebat[e] esse tutor, si conditio[f] existeret, aut dies veniret, aut heres existeret.

sunt Virginio & Verusso Coss. creati duo tantum fuerunt, C. Licinius & P. Albinus, q postea sibi tres collegas assumpserunt, vt quinq. numero esset singuli ex singulis classibus. Deinde anno circiter 30. rogante L. Trebonio, statutũ est, vt decem crearentur: q ex Liuio lib. 2. ab vrbe condit. deprehẽdi potest. Horum igitur maior pars exigebatur in dandis tutoribus, quæ varia fuit: secundũ diuersitatem numeri Tribunorum.

† quorũ appellatione cõtinentur oẽs regentes prouincias. leg. 1. ff. de off. præs.

* Non igitur duo ex tribus, vt Accur. ait, Sed vel tres ex quinque, vel sex ex decem, si modo præsentes essent, requirebantur.

¶ Sed & si: ¶ *CASVS.* Quærebatur, an pendente conditione, vel die testamenti) quia ita dari potest. §. ad certum, supra qui testa. tu. da. pos.) vel subsistente aliquo impedimento, daretur datiuus, & videbatur dicendum, quod potius deueniendum esset ad legitimum, tum quia in effectu daretur a iudice ad tempus, quod non licet. l. actus. ff. de reg. iu. & declaratum fuit in d. §. ad certum.* tum quia datiuo locus non est nisi, deficiente testamentatio, & legitimo, supra hoc tit. in princip. cuius contrarium deciditur, quod locus est datiuo, non legitimo: ratio assertur in l. si quis sub conditione ff. de testa. tut. quia quamdiu testamentaria tutela speratur, legitima cessat, ratio autem rationis est, quia cum tutela legitima detur secundum ordinem hæreditatis. l. 1 ff. de leg. tut. sicut quousque subest spes testamẽtariæ successionis cessat legitima. l. Quamdiu ff. de acquir. hęred. ita & in tutela, & ideò lex voluit deueniri ad datiuum. Non obstat. l. actus, quia hic non inest vlla dies, aut cõditio, nec expressè, nec tacitè, sed simpliciter datur tutor, ita quod in mẽte, aut dispositione iudicis non est aliqua consideratio conditionis, vel diei arg. l. si hęreditas, in princ. ff. de test. tu. Non obstat q non deueniatur ad datiuum existente legitimo, quia hic cessat legitimus, cum subsit spes testamentarij d. l. si quis sub conditione.] Nõ tutorem dari posse ad tempus, item quod testamentaria tutela non confirmatur nisi adita hæreditate. Item quòd datus propter alterius impedimentum, durat eo durante, & non vltra.]

STL.

a¶ *Ex die certo.* vt à paschate in antea sis tutor. †

b¶ *Dari poterat.* Et hodie datur, vt ff. de testa. tu. l. si quis sub conditione.

† similis gl. sup. q. test. tut. §. ad certũ. versi. ex certo.

c ¶ *Nemo.* Nã si vnus de pluribus hæredibus adierit, (i.) valet tutela, vt de test. tut. leg. si nemo. idem in libertate testamẽto relicta, vt ff. de ma. testa. leg. testamẽto manumissus. §. testamento.

† aliàs tutor alius interim dari poterat.

ADDITIO. (i) Etiã si fuerit institutus in re certa, alijs vniuersaliter institutis non adeuntibus, vt ibi not. Bar. per l. 1. §. si ex fundo. ff. de hęr. insti. Angel.

d ¶ *Existebat,* sed quid si nullus fuit institutus cum pupillo, sed tantum pupillus est hæres? Potest dici, † quod auctoritate iudicis adeat, vt Cod. de iu. deli. l. si infami. & ex tunc valebit tutela, & incipit tutor administrare.

† Similis gl. in d. l. si nemo.

¶ Adde, quod communis practica est, quod tali casu detur Attilianus ad adeundum per se, si institutus sit infans, alias pupillus adit cum eius auctoritate, & statim desinit esse tutor, ita omnes hic, de quo vide hic Commen. meum, vbi hunc articulum attigi latissimè.

e ¶ *Desinebat.* i. ille, qui sic erat datus in subsidium, desinebat, cum testamẽtarius venit, vt subijcit.

f¶ *Conditio.* Hic tutor tacitè vsque ad diem, vel conditionem existẽtem datur, expressè non potest, vt ff. de reg. iu. l. actus.

¶ Adde hoc magis procedere, quia conditio est intrinseca. *ex natura rei proueniens.] vt declarat hic Christo: & Dec. in d. l. actus. vbi assignat rationem, quare hæc conditio, quę tacitè inerat, si exprimatur, vitiet, propter vitium formæ secundum doctо. in l. 3. ff. de leg. 1. *Sed melius est, respondere, vt dixi in positione casus, quod ab initio nõ est in animaduersione aliqua tacita cõditio, vel dies, quamuis postea existẽte conditione, aut die adueniente, resoluatur illa datio tutoris, resoluitur enim eo modo, quo resoluitur in casu sequentis. §. STL.

STL.

¶ Ab hostibus. ¶ *CASVS.* Quærebatur, an tutore capto ab hostibus daretur datiuus

*an

*an verò vocarentur legitimi: & videbatur, quod tutela pertineret ad agnatos, quemadmodum si testamẽtarius decessisset, l. si quis subconditione, vers. quod si tutor. ff. de test. tur. (in plurimis enim casibus captiuus pro mortuo habetur) vel saltem omnia in suspenso relinquenda esse. §. si ab hostibus, supra quibus modis ius patriæ po. solu. cuius contrarium respõdetur, quia cum speretur rediturus testamentarius propter ius postliminij tutela ad legitimum tutorem peruenire non potest, d. l. si quis sub conditione. Nec obstat, quod pro alia ratione dubitandi adduci posset quod deportato tutore testamentario succedit legitimus, quamuis spes sit illũ posse redire, vt dicitur in eadem l. quia (vt declarat Bartol. ibi) spesalia fundatur in iure speciali, hæc verò postliminij in iure communi) No. summarium, & quod cessante impedimento cessat dispositio facta ex causa dicti impedimenti. Item, quòd fictio postliminij habet locum etiam in tutela.)

** † Rõ est, q a fingit eũ in ciuitate sẽper fuisse, §. si ab hostibus, supra q. modis ius pat. pote. sol.

a ¶ *Petebatur*, nec erat locus legitimæ, vt ff. de leg. tu l. 1. §. si apud.

* ¶ Quid iuris sit econuerso scilicet capto pupillo, docetur infra quibus modis tut. fin. §. 1.)

b ¶ *Qui desinebat*. s. iste talis, qui erat datus in subsidium.

c ¶ *Iure postliminij*. quo iure etiam omnia alia recuperat, vt so. quib. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus, nec de administratis: interim tenetur hic reuersus, vt arg. ff. si quis cau. l. 4. §. illud sciendum.

SYL. ¶ Adde tex. qui hoc probat, in c. 1. de offi. vica. li. 6. * ratio autem est, quia cum eius culpa factum non sit, quo minus administrare posset, nec hunc tutorem ipse substituerit.

¶ *Tutore ab hostibus capto datur datiuus, quamdiu reuertatur. hoc dicit ex l. 1. §. si apud. ff de leg tuto.*

¶ Ab hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur:[a] qui desinebat[b] esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatem reuersus fuerat; nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminij.[c] †

¶ *In lege Attilia, & in l. Titia nõ cauebatur de satisdatione, et compulsione tutoris: ideo ex his desierunt tutores dari. hoc dicit Aretin.*

¶ Sed ex his[d] legibus[e] tutores pupillis desierũt dari, postea quam primo[f] Consules pupillis vtriusque sexus tutores ex inquisitione[g] dare cœperunt, deinde Prætores ex constitutionibus. Nam supradictis[h] legibus, neque de cautione à tutoribus exigenda rem saluam pupillis fore,[i] neque de compellendis[k] tutoribus ad tutelę administrationem, quicquam cauebatur.

¶ *Romæ Præfectus vrbis, & Prætor, tutores hodie dant: in prouincijs Præsides, si maiores quingentis solidis pupillorum facultates sint: si minores, Defensores ciuitatum cum Episcopo vel alij magistratus h. d.*

sed iudex, nõ debet teneri de gestis, aut neglectis ab eo.

SYL. ¶ Sed ex his. ¶ *CASVS* non figuratur, quia recitatur ius antiquum. Not. l. tolli per non vsum. Item quod datiuus datur ex inquisitione. Item, q tenetur cauere rem pupilli saluam fore. Item quod non potest cogi administrare. Item not. quod lex noua supplet veterem.

d ¶ *Sed ex his*. Nunc recitat secundum ius: nam quatuor sunt iura, quæ hoc tit. notari possunt.

e ¶ *Legibus*, scilicet Attilia & Iulia, & Titia, vt sup. eod. tit. in princ.

f ¶ *Postea quã primo*. alias, quam primũ.

SYL. * ¶ Hoc a Claudio statutum fuisse, constat ex Tranquillo: Tutelarem autem Prætorem (vt ait Capitolinus) instituit M. Antoninus Philosophus.

g ¶ *Ex inquisitione*, scilicet inquirendo facultates eorũ, an sint pares oneri iniũcto, vt inf. de exc. tut. §. sed & propter. Item bona conuersatio requiritur, vt & aliàs in patre arrogatore, vt ff de adopt. l. nec ei. §. eorum, & sup. de adop. §. cum autem. *Tutores dãs, qui inquirere debet.*

SYL. Adde tex. in materia, in l. scire. §. fin. ff. de tut. & cu. da. ab ijs, & glo. su. de tu. §. vlt. ver. sine inquisitione.

h ¶ *Nam supradictis*. Bene dico, quod desierunt per has leges tutores dari, postea quam Consules dederunt ex inquisitione, & bonũ fuit propter duas rationes, quas ponit. Nam pro quia.

i ¶ *Fore*. Hanc cautionem præstant tutores, & curatores. vt ff. rẽ pup. sal. fo. l. non quasi. § 1. & l. & si ad species.

k ¶ *De compellendis*. s. captis pignoribus, vt inf. de satisd. tut. § pen.

SYL. ¶ Sed hoc iure. ¶ *CASVS* non figuratur, quia ponitur relatio, & correctio iuris antiqui, & assignatur ratio correctionis,* vt scilicet

¶ Sed hoc iure vtimur, [a] vt Romę quidem Prefectus[b] † vrbis, vel Pretor secūdū suam iurisdictionem: [c] in prouincijs autē Pręsides ex inquisitione tutores † creēt,[d] vel magistratus iussu Pręsidum, [e] si non sint magnę pupilli facultates.

† aliàs vrbis.

† aliàs creatis.

licet facilius esset prouisum pupillis, non expectato iussu Præsidum. Correxit autem Iustin. eo solo casu ius antiquum, vbi pupilli substantia non excedit quingentos solidos, & disposuit vt tunc possint Defensores ciuitatum absque iussu Præsidis, vnà cum episcopo, vel alij magistratus ēt iuridicus Alexandriæ, in sua iurisdictione, tutores dare: Vnde & Romæ relictum est intactum ius antiquum Præfecto, & Prætori, quantæcumque fuerint pupilli facultates, & in prouincijs ipsi Præsides dabunt, si ampliores sint quingentis solidis.]

Not. quod datio tutoris potest fieri à Prætore & Præsidibus. Item, quod consuetudo facit & l. vim habet. Item, quod dantur à magistratibus. Item quod Episcopus vnà cum iudice sæculari dat tutorem pupillis. Item, quod satisdatio pupilli rem saluam fore, capitur à magistratibus eorum periculo; si non sit idonea.]

* a ¶ *Sed hoc iure vtimur.* Hoc est tertium ius, quod erat tempore Iustiniani, & hodie est quartum additum, quod est, infra proximo. §.]

b ¶ *Præfectus.* Ad Præfectum cognitiones criminales, ad Prætorem ciuilia negotia veniebant, vt patet. ff. de offic. præ. vrb. per totum tit. & ff. de offi. præt. per totum tit. sed tutelam dabat vterque, vt hic.

ST L. * ¶ Adde, quod Præfectus vrbis ab initio fuit creatus, non solum ad coercenda crimina, sed vt curaret quæcumque ad mores & quietem ciuitatis spectarent, vndè non mirum si de causis etiam ciuilibus ius dicere poterat, vt latè ostēdi hoc loco in Commē.] & dum doct. hic volunt quod Præfectus haberet cognitionē ciuiliū, per §. cura carnis. & §. quies. l. 1. ff. de offi. præfe. vr. non vr̄ verum, quia in tuēda quiete ciuitatis, & in custodiendis carnibus vertitur * non simpliciter cognitio ciuilis, sed etiam criminalis.]

c ¶ *Iurisdictionem.* Præfecti vrbis est iurisdictio vsque ad centum milliaria, sed Prætoris Romæ tantum, vt ff. de off. præ. vrb. l. 1. §. cū vrbem. & in summa Azo. de off. præto. Dabunt ergo eum, & ei qui est de sua iurisdictione, vt statim in præside notabis.

* ¶ Adde, quod iurisdictio præfecti vrbis nō semper fuit eadē, sed varia pro temporum vicissitudine, quod longè latèque ostēdit Alexand. de Alex. lib. 6. die genia. c. 13.

d ¶ *Creent.* scilicet eum, qui est de sua iurisdictione, dabit, vt ff. de tut. da. ab ijs. l. ius dādi. Si verò ibi non inueniantur idonei, etiam in alio loco quæret, & Præsidi nunciabit, vt ff. eo. l. diuus. Item ei, qui sit de sua iurisdictione, vel ratione originis, vel ratione possessionis, vel ratione domicilij, vt ff. eo. l. 1. §. vl. & l. diuus. Si autem in altero horum trium locorum non inuenitur, sed in quarto loco, reducendus est ad alterum locum de his tribus, vt ibi tutelam accipiat, vt C. vbi. pe. tut. vel curat. l. 1.

** Adde, quod iudex originis pupilli, & sic ille, qui habet iurisdictionē in personam potest dare tutorē, qui administrabit omnia bona, etiam quæ non sunt in eius territorio secundum Azo. cuius opi. veriorem esse ait Bar. in d. l. 1. C vbi pe. tut. eandemque dicit communem ibi Alex. fatetur tamen Bart. & alij, quod etiam iudex bonorum poterit dare tutorem de bonis, quæ sunt in territorio suo, & alius dabit quo ad alia bona in suo territorio existentia, quia dari videtur vniuersitati bonorum.]

e ¶ *Iussu Præsidum.* Ergo delegatur. Sed contra ff. de tu. & cur. dat. l. nec mandante. Sed ibi mandatum est, quod non importat necessitatem hic iussus, qui importat, vt ff. q ius. l. 1. §. 1. & ff. mād. l. 1. Vel ibi erat magnæ facultates pupilli, hic paruæ. Sed certè & si sint paruæ, adhuc videtur idem, nā datio tutelæ est mixti imperij, vt ff. de tu. l. muto. §. tutoris datio. vbi dicitur. quod tutoris datio illi soli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex. vel senatusconsultum, vel princeps: ergo nō potest delegari, vt ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. l. 1. primo respon. Sed dic, quod non potest delegari nō habēti iurisdictionem, sed habenti sic, vt ff. eod. l. ius dandi. vt hic dicitur.

¶ Adde, quod ius dandi tutores non competit iure magistratus, sed ijs tantum, quibus specialiter à l. vel principe id tributum est d. §. tutoris. & ideo delegari non potest. d. l. nec mandante, obstante regula. l. 1. ff. de off. eius. in princ. nec ne mouet iste tex. & similes quia, vt dixi in Cōment. hi magistratus non ideo dabant tutores, quod id Præsides illis permitterent, sed quia * concessum erat à iure, quod tunc inualuerat, (siue originem duceret ab aliqua Principis constitutione, siue ab vsu) vt Præside iubente ius dandi tutores haberent. ST L.

¶ Sed quæ sunt magnæ facultates? Respon. quinquaginta aurei, vt Cod. de defen. ciui. l. 1. Vel decem libræ auri, vt in Auth. de appe. § à col. 4. vel 300. aureorum, vt in Auth. de defen. ciuita. §. & iudicare. colla. 3. Vel verius vsque ad quingentos solidos sunt paruæ: si vltra sunt magnæ, vt proximo. §.

facultates quæ dicuntur magnæ.

Adde, quod hæc disputatio hodie sublata est per text. nostrum, aliàs enim magnæ, vel paruæ ST L.

paruæ facultates dicuntur ex arbitrio iudicis inspecta personarum, locorum, & rerum qualitate, secundum Bar. in l. si constante. in 1. q. ff. sol. matr.

non verò ipsolum maiorum iudicium, qui habent potestatem dandi tantum, vt infr. de satis. tut & cur. §. pe & fi. qui sunt contra.

h ¶ *Eam.* s. satisdationem.

Rem pupilli saluam fore.

¶ Nos autẽ per constitutionem[a] nostram huiusmodi difficultates hominũ resecantes, nec expectata iussione[b] Presidum, disposuimus, si facultates pupilli, vel adulti vsque ad quingẽtos solidos[c] valeant, † Defensores ciuitatũ vnà[d] cũ eiusdem ciuitatis religiosissimo Antistite, vel alias[e] publicas personas, id est magistratus, † vel Iuridicum Alexãdrinæ[f] ciuitatis, tutores, vel curatores creare: legitima cautela secũdum eiusdẽ constitutionis † normam prestanda: videlicet eorum[g] periculo, qui eam[h] accipiunt.

¶ *Tutela ratione naturali introducta est: qua finita redditur ratio administrationis. hoc dicit.*

¶ Impuberes[i] autem in tutela esse naturali iuri[k] conueniẽs est: vt is, qui perfectę ętatis nõ † sit, alterius tutela regatur. Cum ergo pupillorũ, pupillarumque tutores negotia † gerũt:[l] post pubertatem[m] tutelæ iudicio[n] rationem reddunt.

a ¶ *Nos autem. Per constitutionem.* Quam non habemus.

b ¶ *Iussione.* id est delegatione, siue præcepto. Nam in hoc differt à mandato, quia mandatum ex voluntate est, sed iussus necessitatis, vt ff. quod iussu, l 1. §. 1. & ff. mãd. l. 1.

¶ Dic secundum Deci. in rub. C. de mãd. princip. quod data paritate terminorum non differunt: quod latè in Comment. declaraui.

c ¶ *Solidos.* i. aureos, vt infr. de pę. te. liti. §. fin. † quorum septuaginta & duo faciunt libram auri, vt C. de suscep. & arch. leg. quoties: lib. 10.

* ¶ Solidus vnde dictus, quantum valeret, quod conficerent libram auri, explicat diligenter Budæ. lib. 5. de asse. & in l. quia vulgo. ff de edil. edict. quibus adde, quæ annotauimus. inf. de pęn. te. lit. §. vlt.

d ¶ *Vna.* Id est simul.

e ¶ *Vel alias.* hoc quando extra ciuitatem, vt in municipio, tam magistratus municipalis dabit.

* ¶ Tex. est intelligendus simpliciter, quod non solum defensores ciuitatum, sed etiam alij magistratus municipales, & iudex Alexandrinus, habet ius dandi tutores.

f ¶ *Alexandrinæ.* hoc quando tutor datur in ciuitate Alexand.

* ¶ De Iuridico Alexand. vide hic nostras Annota, vtitur verbo iuridicus, pro iudice, etiam Scæuola in l. Thais. §. Lucia ff. de fideicomm. lib. * * sed Iuridicus Alexandriæ erat specialis quidam iudex Alexandriæ, & fortè inferior. nam erat ibi & præfectus Augustalis, qui præerat toti Ægypto, Institutus ab Augusto deuictis Antonio, & Cleopatra, De iuridici Alex. officio extant tituli speciales in ff. & C.]

g ¶ *Eorum.* Scilicet tabellionum, & aliorum

¶ Impuberes. ¶ CASVS. non figuratur, cum ponat qualiter ratione naturali introducta est tutela, & regula, quod tutor rationẽ reddere teneatur.

* Cum enim palam esset, quanta daretur occasio tutoribus nocẽdi bonis pupillorũ voluit leg. illos teneri ad reddendũ rationem de gestis pariter, & neglectis. Notandũ est, quòd tutela ratione naturali introducta est. Item quod ius naturale capitur pro illa ratione & dictamine rationis, quod à natura insitũ est hominibus. Item, quòd tutor tenetur reddere rationem administrationis. Item, quod non potest conueniri actione tutelæ nisi ea finita.]

i ¶ *Impuberes.* Hic §. est generalis ad omnes præcedentes tit. de tutelis.

K ¶ *Iuri.* i. æquitate.

l ¶ *Gerunt.* alias egerunt i. gesserunt.

m ¶ *Post pubertatem.* sed & ante, si finita tutela fuerit prius, vt ff. de tu. & ra. di. l. nisi finita † alias. i. nisi esset finita tutela, non nascitur actio tutelæ, sed aliæ actiones nate sũt sed non exercẽtur, vt ff. de tu. & ra. di. l si tutor §. fi. & l. sed non dantur.

¶ Adde, quod ratio diuersitatis est, quia cum actio tutelæ sit generalis, non potest pluries nasci quod secus est in speciali actione neg. gest. secundum Bal. in l. 1. pen. col. C. vt actio. ab hære. & contra hære.

n ¶ *Tutela iudicio.* i. actione tutelæ, quæ datur in simplum, & propter dolum, & culpam latam, & leuem. Est & alia actio, qua tutor tenetur scilicet. De rationibus distrahẽdis: sic enim nominatur, vt ff. de contrar action. tutel. lege secunda, & datur in duplum, & propter dolum † tantum. & in duplo continetur rei persecutio. Prima

Mandatũ & iussus differũt.

STL. † alias veluti.

† quale esset eorũ munus, vide Anno. Aldo hic & tatet in tit. de defen. ciu. Cod.

† i. formulã & tenorẽ.

† Ex quo infertur, quod statutũ loquẽs de moneta simpliciter, dẽt intelligi secundũ pręsumptionẽ. STL.

nẽ alterius statuti. Sed inter cõtrahẽtes talis locutio intelligitur secũdũ cõmunẽ cursum regionis.

† alias est.

† alias gerant.

† vide simi. glos. in §. fin. infra ti. 1.

STL. Actio tutela & actio de rationibus distrahendis differunt.

† Imò & cum sine dolo quã abstulit gl. 1. in leg. actione ff. co.

¶ De auctoritate tutorum.

¶ Vbi præiudiciũ pupilli vertitur, tutoris auctoritas est necessaria. h. d. ex l. obligari. ff. eo. & l. pupillus. ff. de acq. re. do.

AVctoritas autẽ tutoris in quibusdã causis necessaria pupillis est, in quibusdã non est necessaria. Vt ecce, si quid dari sibi stipulentur, non est necessaria [a] tutoris auctoritas: quod si alijs promittant [b]

ma datur contra tutorem & contra hæredes posterior contra tutorem tantum, vt ff. de tut. & ra. di. l. 1. §. pen. & l. 2. item vna intentata altera denegatur, licet plus fit in ea: & econtra: secus in actione tutelæ, & furti, quæ secum competit, vt ff de tu. & ra. di. l. 1. §. in tutela.

¶ Adde pulchram rationem assignatam per glo. in §. tres tutores. §. 1. in verbo. hac actione ff. de admin. tut. * Item adde, quod agere actione de rationibus distrahendis, est accusare fraudem tutoris, qui rem ex bonis pupilli abstulit, nec in rationes retulit d. l. 2. ff. de ratio distrah. vnde & actio. De rationibus distrahendis ita appellatur, quia per eam rationes per tutorem datæ tanquam minus rectè, vtpote in quas non retulerit quæ ipse abstulit. Veniunt distrahendæ & dilaniandæ]

SIL. * ¶ Adde, quod actio tutelæ, quæ datur pupillo, vt tutor reddat rationem administrationis, est actio directa. Est autem & alia actio tutelę contraria, quę pariter finita tutela competit tutori contra pupillum, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus. §. tutores, infra de oblig. quæ ex quasi contra. nas.

¶ De auctoritate tutorum.

Continuatio. ¶ Dictum est supra qualiter tutores, creantur: hic quando creati sunt, qualiter se regere debeant, & auctoritatem præstare.

SIL. * ¶ Auctoritatis verbum qualiter hoc titu. accipiatur, satis apertè declarat Iuriscon. in l. 3. ff. eo. * accipitur enim pro approbatione eius, quòd agitur.

Diuisio. AVctoritas. ¶ Totus iste titu. diuiditur in tres partes principales. Primò ponit in quibus casibus necessaria est auctoritas tutoris; & in quibus non. Secundò, quando ista auctoritas debeat impartiri. Tertiò remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. Item prima pars vsque ad §. neque tamẽ. subdiuiditur in quatuor. Primò ponit dictum bimembre. Secundò exemplificat quodlibet ex dictis membris. Tertiò rationem annectit. Quartò infert, & illationem clarificat per exempla. Secũda ibi, Vt ecce. Tertia ibi, Namque. Quarta ibi, Vnde in ijs. Arer.

¶ Auctoritas. ¶ *CASVS.* Ita figurari potest, Quæsitum est, an in singulis actibus expediendis à pupillo tutoris auctoritas esset necessaria; & dubium faciebat, quia cum in §. fin. supra tit. proxi. dictum sit, quòd ratione naturali tutela inuenta est, vt qui se per ætatem regere non potest, ab alio regatur. videbatur in quolibet casu necessaria auctoritas, * quia huiusmodi ætas neque scire, neque discernere aliquid potest leg. pupillus. ff. de acquiren. hæred. Quo non obstante respondetur meliorem conditionem etiam sine tutore fieri posse, quia in hoc nullum animi iudicium requiritur, tutoris verò auctoritas non nisi in ijs, quæ animi iudicio fiunt, necessaria est l. pupillus. ff. de re iud. Quod verò subiungitur de contractibus, ex quibus mutuæ obligationes oriuntur, in eo dubium faciebat, quod vulgò proditum est, contractus claudicare non deberet l. 1. ff. de rescind. vend. cuius cõtrarium deciditur speciali fauore pupillorum.] Not. quod auctoritas tutoris in certis casibus non est necessaria, vbi scilicet alij se obligant pupillo, Itẽ, quod licet non possint per se pupilli facere conditionem suam deteriorem, possunt per se eam facere meliorem. Item quod vbi nascitur mutua obligatio est necessaria auctoritas, vt pupillus obligetur, non autem vt obligetur qui secum contrahit, quia eo casu cessat ratio, quare introducta est auctoritas tutoris, ne ætatis imbecillitate decipiantur.

a ¶ *Non est necessaria.* vt Cod. de contrahenda, & committenda stipulatione. lege neque, & lege prima, Codice de auctorita. præstan.

* ¶ Adde, quòd iste text. intelligitur de maiore infante; nam infans nec ad suum quidem commodum quicquam facere potest, leg. 1. in princip. & l. mulier, ff. de verborum obligatio. diffusè Tiraquel. in tract. de retra. § primo, glo. duodecima, numero vigesimo & vigesimoquinto.

b ¶ *Promittant*, quia tunc est verisimile, quod male agant, & facit ad hoc infr. qui. ali. li. vel non. §. nunc admonendi. & §. at ex contrario. & inf de inut. stip. §. pupillus. & ff. de acqui. rer. dom. pupillus. & ff de pact. l. contra iuris. † Idem de muliere super dote pasciscente, vt digestis de pac. dot. lege de die. †

* ¶ Adde hoc esse verum, si paciscatur muller cõstante matrimonio, aliàs secus, vt notat gl. pen. in l. cum dos ff. de pac. dot. & Bar. in l. & hæredi. §. filiafam. ff. de pac. Item limita, nisi iusta aliqua causa subsit. l. licet. ff. de pac. dot. vt ecce, si ad commodũ fratris, vel

† Intellige, qd valet auctoritas in contractib. ex quib. pōt vtilitatẽ reportare. aliàs nõ, q̄a etiã cũ auctoritate tutoris donare non pōt. Cod. de admin. tut. l. nõ omnis secundum Ias. & Pe.

* *

† Adde l. Attilicinus, eod. tit.

vel ob merita aliquid faciat in pręiudicium dotis, secundum Dec. cons. 536.]

¶ idem in alimentario transigente, vt ff. de transact. l. cum ij. §. quid ergo. Item facit, C. de contrah. & com. stip. l. neque.

** Quod dicitur de alimentario, ita intelligendum est, vt transigendo possit conditionem suam meliorem facere, etiam sine auctoritate Prætoris, deteriorem verò nequaquam, ne interueniente quidem Prætore. Operatur itaq. Prætoris auctoritas, duobus casibus. vnus est, cum sumus dubij, vtrum melior, vel deterior fiat conditio. alter, si neq; melior neque deterior fiat, in his enim duobus casibus valet ipsa transactio auctore prætore, quæ aliàs non valeret sed præsumeretur damnosa, ita declarat glo. 1. in d. l. cum ij §. si prætor. quam ibi sequuntur Doctor declarando etiam, quod ita demũ possit facere conditionem suam meliorẽ, si non mutetur forma alimentorum.]

pupilli, necessaria est[a] tutoris auctoritas. Namq; placuit, meliorem quidem suam conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate, deteriorẽ verò non aliter, quã cum tutoris auctoritate. Vnde in ijs causis, ex quibus obligationes mutuę nascũtur, vt in emptionibus, venditionibus,[b] locationibus, conductionibus, mãdatis, depositis,[c] si tutoris auctoritas non interueniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur: at inuicem pupilli non obligantur.[d]

¶ *Pupillus sine tutore neq; hæreditatẽ, neq; bonorum possess. neque fideicommissum, licet lucrosum accipit. h. d. ex l. obligari. § pupill. ff. eod.*

¶ Neque tamẽ hęreditatem[e] adire, neque bonorũ[f] posses-

¶ Adde, quod hic, & in d. §. si quis à pupillo. toleratur claudicatio fauore pupilli, & in §. hoc autem fauore filiorũ. Idem est in ecclesia & in principe, vt eorum fauore contractus claudicet c. 1. & ibi Felyn. & Archid. extra de prob. Pręterea in odium dolosi. l. Transactione finita, C. de transac. regulariter autem contractus nõ debet claudicare l. 1 ff. de rescind. vendit.]

* ¶ Neque tamen.

¶ *CASVS*. Quærebatur, an pupillus hæreditatem adire, bonorum possess. petere, ac fideicommissum capere posset sine tutoris interuentu, & videbatur dicendũ quod sic, saltem quando appareret lucrosa, cum sup. proditum fuerit, posse ex se conditionem suam meliorem reddere, cuius contrariũ respondetur, ne quòd damnum ex ea te sentiat pupillus. Quãuis enim prima facie videantur lucrosa, ex aliquo tamen temporis tractu posset grande æs alienum emergere, aut litibus etiam vexari in exigendis nominibus, quod non parum esset incommodum. l. minoribus. ff. de minori.] No summarium. Item, quod cum auctoritate tutoris pupillus adit, & etiam de iure prætorio. Item, quod hæres institutus non potest restituere hęreditatem pupillo etiam lucrosam sine auctoritate tutoris, item, quod ex aditione hæres quasi contrahendo obligatur.]

a ¶ *Necessaria est*, In duobus tamen casibus obligatur pupillus sine tutoris auctoritate, ff. de actio. & obligatio. l. furiosus, vbi, s. ex re actio venit.

** Adde cautelam, quod volens tutor cõtrahere cum tutore faciat illum obligari tutorio nomine & suo, vt docet Cin. in l post ff. quãdo ex fac. tut. quẽ refert Cepol. cau. 142.

b ¶ *Venditionibus*. Si autem pupillus petat rẽ ex venditione, repellitur exceptione doli mali, nisi pretium dare velit, vt ff. de rescin. vend. l si id quod §. vlt. in fi.

c ¶ *Depositis*, Pupillus tamen doli capax tenetur depositi, si quid doli commisit, vel locupletior factus sit, vt ff. depositi. l. 1. §. an in pupillum.

De hoc quando contractus claudicat, est bona gl. in c. de ol lis ext. de despõ. im

d ¶ *Non obligantur*. Et sic nota, quod contractus claudicat quandoque vt hic. † & ff. de act. empt. l. Iulian. §. si quis à pupillo, Arg. cõtra. ff. de arbit. l. litigatores §. pen. & fi. & in Authen. de non elig. secũdo nu. §. hoc aũt rñso, 1. Item hoc verum, nisi locupletior sit pupillus, aliàs excipitur. si agat. & contra eũ poterit agi, vt ff. de admi. tut. l. si minoris, & C. pro emp. l. fin. & ff. eo. l. 5. §. 1, & de rescin. vendit. l. si id quod §. fin.

e ¶ *Hæreditatem*, quæ ex testamento, vel ab intestato defertur, scilicet iure ciuili, vt ff. de pet. hær. l. 1. 2. & 3. Et hæreditas est successio in vniuersum ius, quod habuit defunctus tempore mortis suæ deducto ære alieno, vt ff. de verb. sign. l. nihil.

* ¶ Rationem vide in glo. in ver. lucrosa, & sup. in significatione casus, Cui adde, quod dicit Bar. in l. obligari, secunda oppo. ff. eod. ideò non posse pupillum adire hæreditatem sua sponte, quamuis constaret esse lucrosam quia hic acquirendi modus fit per actum obligandi, quod lex non permittit fieri, nisi tutore auctore l. more. de acqui. hære.

f ¶ *Bonorum possessionem*. ex testamento. vt, Secũdum tabulas, vel ab intestato, vt vnde liberi, & similes, quæ sunt omnes de iure

præ-

pub. g… vide, SYL… in c. 1. … cta gl. … extra … eo qui… xit i x… tri.

SY…

Here… tas q… sit.

Bo… poss…

pretorio, vt infra de bonor. posses §. quos autem. Et est bon. posses. ius persequẽdi retinendique patrimonij, quod cuiusq fuerit, cum is moritur, vt ff. de bono. pos. l. 3 § bonorum, hoc tamen in bonorum possessione fallit in casu, cum pupillus nõ habet tutorem, tũc enim prætor aucto. tut. potest supplere, vt Cod. qui admi. ad bon. poss. l. bonorum, idem in hæreditate, vt Cod. de iur. deliber. l. si infanti in fine.

sionem petere, neq. hæreditatẽ ex fideicommisso[a] suscipere aliter possũt, nisi tutoris[b] auctoritate, q̃uis illis lucrosa sit,[c] † ne vllum[d] damnum habeant.[e]

¶ *Tutor presens debet auctoritatem interponere, aliàs non valet. h.d. ex l. obligari. §. tutor. ff. eo*

¶ Tutor autẽ statim

† aliàs nec vllũ damnũ habeat, STL. & ita legendum ex Theophilo, & vetustis exemplarib. ast Anto. Aug. libr. 3. Emend. c. 7.

¶ Adde idem, si tutor sit absens in partibus valdè remotis. d. l. si infanti. à contrario sensu, & declarat Bart. in l. si curatorem. 2. col. Cod. de in inte. rest. mi.

a ¶ *Ex fideicom.* vt per senatusconsul. Trebellianum, vt inf. de fideicom. hæred. §. sed quia (1.) Idem dico, & si bona velit recipere causa seruandarum libertatum, cum & ibi possit timere damnum, quia est successio in vniuersum ius, vt infra per quas personas nobis acqui. §. fin.

ADDITIO (1.) Si tamen sit infans potest soli tutori fieri restitutio. l. restituta. §. fi. ff ad Treb. & solus tutor adire l. si infanti. C. de iure delib. alias secus. l. potuit. C. eodẽ. Item potest solus bonorum possessio. agnoscere, quia in facto consistit, secundum Angel. & Iason.

b ¶ *Tutoris*, idest administratoris, cui administratio sit concessa in testamento, alioquin non valet, nam & si ab eo, qui tutelam non gerit, sciens alium gerere emam, dominus non efficiar, vt ff. eod. l. 4 Item nunquid curatoris pupilli sufficit auctoritas ad adeũdam hæreditatem, vel bonorum possessionem delatam pupillo? Respond. non, vt ff. de appellat. l. cum in vna. §. tutor. vsque in fi. legis.

¶ Dic. quòd ratio est, quia tales curatores pupilli dati non possunt auctorari, vbi iuris solennitas requiritur, & sic vbi obligaretur pupillus. l. curatorem. ff. eo.

STL.

c ¶ *Lucrosa sit*, idest appareat lucrosa: ne occasione lucrosæ adeat damnosam, quia adeundo oneratur legatis, & fideicommis. & alijs oneribus, & ita obligatur, sed nõ potest obligari sine tutoris auctoritate, vt sup. eod. in princip. Sed si obijciatur, Cessante causa &c. hoc raro accidit, quod hæreditas non sit onerosa, sed frequenter contrarium, & ad ea, quæ frequentius accidunt iura adaptantur, vt ff. de leg. & senatusc. l. nam ad ea.

STL.

¶ Adde, quod alibi gl. in l. si quis mihi bona. §. si seruus. ff. de acqui hæred. declarat hunc text. & seipsam hic, & in hæreditate lucrosa: secus in opulenta, quæ nulla habet incommoda, quæ licet reputetur sing. tamen communiter reprehenditur per tex. in l. pupillus. ff de acquir. hæred. Siue enim sit hæreditas opulenta, siue lucrosa, militat illa ratio, quod pupillus non intelligit causam suę aditionis.

d ¶ *Ne vllum.* est & alia ratio etiam si sit lucrosa, quia litibus & sumptibus vexaretur, vt ff. de min. l. minoribus 25. annis.

* Adde aliam rationẽ, quia adiẽs hæreditatem debet scire causam suæ aditionis, l. is potest. ff. de acquir. hęred. quod à pupillo cognosci non potest. l. pupillus. ff. de acquirenda hæredit Est & alia ratio, quia sine tutore alteri obligari non potest, hæreditatis autem aditio obligat nos creditoribus hæreditarijs. §. hæres. inst. de oblig. quæ ex quasi con. nascun.

¶ Et ex eisdem etiam rationibus, nec in iudicijs ciuilibus, vel criminalibus † potest esse sine tutoris aucto. vt C. si aduer. rem. iud. leg. cum & minores. Cod. de aucto. præsi. l. clarum.

** † Nisi in quatuor casibus, vt in possessione momẽtanea, vt C. si per vim, vel alio modo. l. 1. & C. qui leg. perso. l. momentaneæ.

† Cõtrariũ tenet Ias. q. a potest torqueri sine tutoris auctorit. q̃ supplet iudicis presentia vtno. Bal. in §. stẽ facr. in ti. de pace iur. fir.

** Declara. dummodo non sit proximus, infantię, vt dicit ibi Castr. col. 2. item in violato thoro minor sine curatore accusat, vt ff. de adul. l. si maritus. 2. §. lex. sed hoc in adul. Item, si veniam ætatis impetret, vt C. de ijs, qui ve. æta. imp. l. 1. & 2.

** Adde, quòd hic casus nihil attinet ad pupillos, qui venia ætatis non petitur, nisi per maiorem 20. ann. d. l. 2. item neque attinet ad iudicia. Item interdicto, De libero homine exhibendo, vt ff. de lib. ho. exhi. l. quod & lex. §. sed & si mulier.

* ¶ Adde, quòd valet nihilominus sententia lata in iudicio ciuili in fauorem pupilli, licet in eo interuenerit absque auctoritate tutoris, l. non eo minus. & ibi Doc. Doctores. C. de procur.

*** Melius facit text. in l. acta. §. fin. & l. cõtra. ff. d re iud. STL. & l. 1. C. qui legi. pers. hab.*

e ¶ *Damnum habeant.* quia fortè subest æs alienum latens.

* ¶ Tutor. ¶ *CASVS.* Quæsitum est, an auctoritas tutoris quocũque tempore interposita validaret actũ pupilli, & videbatur q̃ sic, quia idẽ operari solet ratihabitio expost facto, quod consensus ab initio. l. quo enim, ff. rem. ra. hab. Item, quia videmus, quod iussus paternus potest præire aditionem filij. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff de acq. hæred. ex quibus videbatur sufficere, quod tutor accõmodaret consensum suum ante, vel post ipsum actum. Tamen contrarium deciditur, quod requiritur, quod sit præsens, & in ipso negotio auctoritatem præstet. Ratio est, quia tunc actus fundatur in commixtione

harum

ktarum duarum voluntatum simul, & maximè in voluntate pupilli integratà confensu & auctoritate tutoris, quod non fieret, quando præcederet, vel sequeretur, quia tūc solum fundaretur in persona pupilli, quæ tamen non esset integra: vnde cum talis auctoritas exigat ad habilitandā personam pupilli per modum cuiusdam solennitatis. l. curatorem. ff. eod. debet formaliter in ipso actu interponi ne à forma recedatur. Non obstat quod dicebatur de ratihabitione, quia verum est, quoties actus posset fundari in persona, quæ illum gessit, quod est hic. d. leg. curatorem. Quod verò dicitur de iussu, illud est, quia iussus exigitur ob vinculum patriæ potestatis, cum enim filiusfamil. sit, sua sponte ad actum explicandum accedere non posset, & ideò, vt actum gerere possit, præcedere debet iussus paternus. Nota summarium.

in ipso negotio præsēs debet auctor[a] fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit;[b] post tempus[c] verò, vel per epistolam,[d] aut per nuncium interposita auctoritas nihil agit.

¶ *Tutor non potest auctorare pupillo cū eo litiganti, sed dandus est curator, cuius officium finitur finita lite Areti.*

¶ Si inter tutorem pupillumque iudicium[e] agendum sit:

a ¶ *Auctor*, idest robare & laudare quod fit per pupillum, vt ff. eod. l. etiam.

b ¶ *Existimauerit*. non enim compellitur. Primò, quia est iniquum, secundò, quia teneretur pupillo damnum resarcire tutor, vt ff. eo. l. si tutor. Accur.

c ¶ *Post tempus*. scilicet non modicum, alias valet auctoritas, vt ff. de acquirenda hæreditate. l. siquis mihi. §. iussum. quæ est contra & est ratio, quia videntur inesse, quæ in continenti fiunt, vt ff. si certum petatur. l. lecta.

STL. ¶ Et ita communiter tenetur, dummodò vno contextu fiat, vt not. doct. in dicto §. iussum.

* Nā auctoritas debet statim in ipso negotio interponi, idest, vel modicum ante, vel incontinenti post, non interueniente medio actu contrario. l. continuus de verbor. oblig. Aliud autem est in consensu, qui potest etiā postea interuenire, vt tradit Bart. in leg. obligari. §. tutor. ff. eo.

d ¶ *Per epistolam*. Nō cautè, & redde singula singulis. Nam dixerat duo, scilicet statim, ad quod refertur, Post tempus &c. Item in ipso negotio præsens ad quòd refertur hoc, Per epistolam, quæ inter absentes mittitur, vt infra de oblig. ex consen. §. fin. Idem & si alio modo inutiliter auctorizetur, vt ff. eo. l. 1. §. f. & l. seq.

* ¶ Ratio est, quia paria sunt, auctoritatem nō interponere, & interponere, sed nulliter, vel illegitimè l. quoties. ff. qui satisd. cog. vbi latè Ias.

STL. * ¶ Si inter tutorem, ¶ CASVS, In correctione iuris antiqui non est, vt figuretur nisi literaliter. Olim, cum inter pupillum, tutoremque lis erat futura, cum satis absurdum videretur tutorem illum posse in causa propria auctorari, ob vehementem suspicionē deceptionis pupilli, alius tutor à Prætore cōstituebatur, qui in ea re auctoritatem pupillo præstaret. Sed quia visum est postea legibus aduersari, vt tutorem habēti tutor adiungeretur. l. licet. Cod. in quibus caus. tut. hab. tuto. da. poss. placuit, vt non amplius tutor, sed curator in eius locum detur, qui eo iudicio peracto curator esse desinit.] Not. quod potest esse lis inter tutorem, & pupillum. Item quod nemo in causa propria auctoratur. Item, quod habenti tutorem tutor non datur, sed curator. Item, quod curator datus ad certam causam, ea finita desinit esse curator.

e ¶ *Iudicium*, scilicet, rei vendicationis, vel alterius personalis, vel realis actionis præter actionem tutelæ, quę contra tutorē erit dandaquæ durante officio non datur, † vt ff. de tut. & ra. dis. l. nisi finita. §. si & l. si cū tutore adhuc. & idem in vtili generali negotiorum gestorum, † quæ datur contra curatorem adultis, vt ff. de administratio tutor. l. cum curatore & C. de admi. tuto & cura l. 2. & l. rationes.

* ¶ Dic. quod. le. secunda. loquitur quando vnus curatorum vellet agere cum alio: nam id prohibetur, l. actus, ff. de administratione tutor. l. aut. Cum curatore, loquitur in adulto, qui etiam manente administratione, potest ex quacūque causa cum curatore agere, dicta l. si cum tutore. in fin. præterquam vbi curæ administratæ ratio pateretur, dicta l. rationes.] Sed certè, nec aliæ videntur interim posse intendi, vt ff de tut. & rat. distrahen. l. sed non dantur. Sed illud intelligo, vt ipsemet exerceat, non dantur sed per curatorem sic, vt hic dicitur.

* ¶ Hæc glos. communiter reprobatur per Doct. ibi, vt dixi in Comment. * quia. l. sed non dantur. loquitur in illis actionibus, quæ occasione tutelę prouenium, qualis est actio furti, & damni, quas pupillus, nec ipse, nec per alium durante tutela exercere potest, tex. autem noster loquitur in actionibus extra causam tutelæ.] Item nūquid hęc correcta sunt hodie per Authen. vt ij, qui ob. se pelhi. ha. res mi. §. s. coll. vj. cum nullus creditor, vel debitor possit esse tutor, vel curator? Respond. sic, nisi in tutore testamentario, in quo poterit adhuc hodie hic §. loqui,

Iudiciū vtru inter. tutorē, & pupillū possit esse

† ** *sdi ait glos. sup. ve. l. §. fin.*

STL.

† *vtili nego. ge. datur, vbi quis necessitate, vel necessitatis suspicione gessit. l. 3. §. hæ ff. eo.*

STL.

qui, cum fides talis tutoris ab ipso testatore sit comprobata, vt infra de satisd. tut. vel cur. §. 1. & C. de episcopali audien. de creationibus. Vel idem in eo † quod in alijs, vt in prædict. Authen. diximus, sed magis credo cõtrarium, vt dixi in d. Authent. vt ij, qui obl. se per. hi. hab. res n.i. §. 1.

† Et ista est cõis opi. si testator sciuerit, non si ignorauerit, secundum Ange. *STL.*

¶ Adde, quod ista opin. est tenenda, vt dicit hic Christoph. cuius opin. mihi placet, & secundum eam alias consului.]

* *Adde, quòd hodie quoque mater, & auia, licet sint debitrices, aut creditrices, non prohibentur a tutela, Authent. ad hæc. C. quan. mul. tut. offic. fun. pot. Item not. quòd si durante tutela superueniat ipsum debitum, aut creditum, veluti si tutor hæres fiat creditoris pupilli, non desinit esse tutor, sed ei adiungitur curator §. sed & si quis. in d. Authen. vt ij, qui obli. & est glo. in ver. creditor. in d. auth. minoris. C. qui da. tu. vel cu.]item & circa reales actiones hunc §. hodie facimus loqui, cum in eis non fit obligatio, vnde Authen. (alias actio) cessat, vt inf. de act. §. 1.

STL. ¶ Adde, quod hæc gl. communiter reprobatur, quia idem timor est in actione reali, qui est in personali.

quia ipse tutor in rẽ suam[a] auctor esse nõ potest,[b] nõ Prętorius tutor (vt olim[c]) constituitur, sed curator[d] in locũ eius datur:[e] quo curatore iterueniente iudiciũ peragitur, & eo[f] peracto curator esse desinit.

¶ *Quibus modis tutela finitur.*

¶ *Tutela finitur pubertate pupilli, quę ĩ masculo est statim completo 14. anno, in femina 12. Aret.*

a ¶ *In rem suam*, & pupilli, quæ sua dicitur, cum bene administrat, vt ff. de fur. l. interdum 2. §. qui tutelam.

STL. * ¶ in rem suam dixit, idest ad vtilitatem, & commodum proprium. l. 2. ff. de nego. gest. quæ perquam elegans locutio est.]

b ¶ *Auctor esse non potest*. Facit ad hoc. ff. de verb. sign. l. quod dicimus. & C. ne quis in sua causa. l. vnica. † & C. de testi. l. omnibus. & ff. eo. l. 5. 1. respon. Arg. contra C. de fideicom. l. si ibi, cum ipse sibi iudex & testis &c. Sol. ibi impropriè dicitur iudex & testis. Ratio autem textus præsentis est, quia sequeretur, vt in eodem in negotio esset quis actor, & reus, quod est inconueniens, vt patet per iura primo inducta.

† Potest tamẽ in cõsequẽtiam ẽt ad propria rẽ auctorari & sibi soluere, ac tradere rẽ de bitam etiã immobilem sine iudice, vt l. si stultas ff. de cont. emptio.

c ¶ *Vt olim*. nam olim in tali casu dabatur tutor prætorius: quod hodie non est, vt hic dicitur.

* ¶ Prætorius appellabatur, qui à Prætore dabatur, vt scribit hoc loco Theophilus.]

d ¶ *Sed curator*. C. de in lit. dan. tu. l. 1.

* ¶ Declara hoc procedere, nisi adsint alij tutores, quia tunc altero tutore auctore agi potest. l. si plures. ff. de testa. tut.

e ¶ *Datur*. etiam inuito, vt ff. de tut. l. 3. §. idem Cassius.

f ¶ *Et eo*, scilicet iudicio.

Quibus modis &c.

STL. Continuatio. ¶ Quia dictum est, qualiter, & à quibus tutores dentur, & de eorum auctoritate, restat videre qualiter hęc potestas soluatur, vt fecit, sup. quibus mod. ius pa. po. sol. & sic secundum Aretin. dictum erit de principio, progressu, & fine tutelarum.]

Tutela multis modis finitur. Notandũ est, quod modi, q. tutelam finiri faciunt, sunt octo, & ad istos omnes alij modi possunt reduci. Et sunt hi. Suspicio, quando tutor remouetur tanquam suspectus. Crimen, quando propter crimen deportatur, vel in seruitutem redigitur. Mors naturalis pupilli, vel tutoris. Conditio adimpleta. Status, idest capitis diminutio, vbi status mutatur, vt quando capitur ab hostibus, vel arrogatur. Ætas scilicet pubertas. Tempus adueniens scilicet, si ad certum tempus datus sit tutor, & sit finitum tempus. Causa, quando propter aliquam causam tutor excusatur. Vnde ver.

Versus. Suspicio, crimen, mors, conditio, status, ætas, Tempus, causa, solent tutelæ ponere metas.

Diuisio. Pupilli. ¶ Totus iste titulus diuiditur in septem partes. Nam primò ponitur, qualiter pubertate tutela finitur. & quæ sit pubertas. Secũdò qualiter arrogatione, vel deportatione, vel seruitute pupilli, vel temporis finitione. Tertiò, qualiter morte pupilli, vel tutoris. Quartò, capitis diminutione tutoris. Quinto, etiam minima capitis diminutione pupilli. Sextò, propter aduentum temporis, vel conditionis. Septimò, propter remotionem factam de tutore. Secunda ibi, Item finitur. Tertia ibi, Simili modò. Quarta ibi, Sed & capitis. Quinta ibi, Sed pupilli. Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, Desinunt.

Item prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit, qualiter tutela finiatur pubertate. Secundò, qualiter pubertas accipiatur de iure antiquo. Tertiò qualiter de iure nouo. Secunda ibi, Pubertatem. Tertia ibi. Nostra autem.

STL. ¶ Pupilli. ¶ *CASVS*. non figuratur in leg. corrigente. & rationem suæ correctionis assignante, & ponẽte regulam, cuius ratio est, quia, cum tutela introducta fuerit ad tuendũ eum, qui per ætatẽ se tueri nequit, sequitur, vt finiatur adueniente ea ætate, quæ iudicium animi videtur afferre. l. adigere §. quãuis. ff. de iur. patron. Ab ea autem ætate crediderunt veteres iudicium incipere, in qua

videbant naturam vtilitatis signa in corpore præ se ferre, rati cum ipso corpore animũ etiã pubescere, & (vt ita dicam) maturescere.] No. tutelam finiri pubertate. Item quod olim pubertas iudicabatur ex aspectu, & habitudine corporis in masculis. Item, quòd pubertatem in masculis hodie dispositum est esse in 14. anno, in fœmina in 12. Item, quòd cũ Imperator præsumat, & super præsumpto disponat, quòd ista est præsũptio iuris, & de iure quo ad tutelas, & testaméta & similia: secus quo ad matrimonia. Item requiri maiorẽ castitatem in feminis, quàm in masculis. Item, quod hodie pubertas non debet probari per aspectum. Item ibi, bene positã not. quod quãdo recitatur aliqua opinio, vt confirmetur, debet approbari, & laudari.

li[a] pupillæque, cum puberes esse cœperĩt à tutela liberãtur. ¶ Pubertatem autem veteres quidẽ nõ solũ ex annis, sed etiã ex habitu[b] corporis, in masculis æstimari volebant. Nostra autem maiestas, dignũ esse castitate nostrorum temporum existimans, bene putauit, quod in fœminis †etiã antiquis impudicum esse visũ est, id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiã[c] in masculos extẽdere. Et ideò nostra sãcta cõstitutione[d] promulgata, pubertatẽ in masculis post 14. annũ cõpletum illicò initiũ accipere disposuim[us]: antiquitatis normã in fœminis bene positã, suo ordine relinquẽtes, vt post duodecim annos cõpletos viripotentes esse credantur.[e]

† aliàs non est mersa.

¶ *Arrogatione, deportatione, seruitute, vel aduentu conditionis, sub qua data erat, tutela finitur h.d. ex l. si arrogati. ff. de tute.*

¶ Itẽ finitur tutela, si arrogati sint adhuc ĩpuberes,[f] vel† deportati. Itẽ si in seruitutẽ pupillus redigatur,[g]

Pupilli.

a ¶ *Pupilli.* No. quod pupilli sunt, qui de potestate patris impuberes exierũt, vel morte, vel emancipatione, vt ff. de verb. sign. l. pupillus. 1. respon. licet impropriè dicatur aliquando pupillus, qui est in potestate, vt ff de ver. oblig. l. fi. §. si pupillus. Accur.

** Adde, quod tutor, cuius tutela finitur pubertate pupilli tenetur petere ei curatorem, aliter tenetur iudicio tutelæ. l. ita autẽ §. pen. ff. de administr. tut. quod nota.]

b ¶ *Ex habitu.* idest inspectione, vtrum haberet barbam vnam, vel alteram, vt intra innuit, & facit ff de mino. l. minor 25. annis, ibi, adito preside ex aspectu &c. Et not. pro opi. Marti qui secundum conscientiam dicebat iudicem debere iudicare, & facit ff de fer. l. 1. in fi. & ff. fin. reg. l. si irruptione §. fi.

Iudicare an iudex debeat secũdum consciẽtiam. STL.

¶ Adde hoc esse verũ regulariter, quod tenetur iudicare secundum acta. & probata* l. illicitas, §. veritas. vbi Barto. ff. de offic. præs. non secundum suam opinio. sed si haberet aliquod notum non per opinionem, sed certitudinariè, tunc debet iudicare secundum conscientiam, & hæc est veritas, de qua vide latè Felin. in cap. pastoralis. §. quia verò. de offic. deleg. in fi. in gl. in ver. tenetur. vbi ponit regulam cum octo limitationibus, ea verò, quæ quidam in additionibus hic posuerunt, non pertinẽt ad cognitionem iuuenũ, quia resolutio totius materiæ ponitur vbi sup.]

c ¶ *Hoc etiam.* scilicet, quod sit iudicandũ per aspectum impudicum.

d ¶ *Constitutione*, vt Cod. quando tut. vel curat. esse desi. l. finali.

e ¶ *Credantur.* Facit ad hoc supra de nupt. 1. respon.

¶ Item finitur.

¶ *CASVS.* nõ figuratur in positione regulæ, & illius declaratione. * Primi casus ratio est, quia cum transeat in potestatem patris arrogãtis, non potest esse in tutela, quæ in ijs personis solum habet locum, quæ in potestate non sunt sup. de tut. in princip. item quia minimam pati ut capitis diminutionem. §. minima. supra de capi. dimi. quæ & ipsa tollit tutelam. §. sed & capitis. infra eodem. Ratio secundi, & tertij casus est, quia deportatione amittitur ciuitas. §. minor. sup. de ca. di. seruitute verò etiam libertas: quò fit, vt meritò pereat tutela, quæ iuris ciuilis est, & in personis liberis solum cadit. sup. de tut. in princip. Vltimi casus ratio pendet à verisimili mente testatoris, qui cum dederit tutorem vsque ad certam conditionem, puta donec venerit nauis ex Asia, videtur voluisse, vt existente illa conditione tutela finiatur: ** sicuti idem videmus in dato ad certum tempus in testamento § præterea inf. eo] Nota summa.

STL.

¶ *Adhuc impuberes.* idest in pupillari ætate adhuc existentes, vt hic, & ff. de adop. l. nec ei. §. eorum, & hoc cum consensu omnium tutorum, vt C. de auctor. præstan. l. fi.

g ¶ *Redigatur.* Ex ingratitudine. † si sit doli capax: non autem ex venditione, quia non nisi sit minor 20. annis, potest per venditionem fieri seruus, vt supra de iure perso. §. pe.

† pro intelligẽtia vide §. maxima. cum glo. in ver. libertis. supra de c. dim. vnde simul potest exemplũ breius Io.

Con-

vel si ab hostib. † captus fuerit.

¶ Sed & si vsque ad certam [a] conditionẽ datus sit tutor testamento,[b] quæ euenit, vt desinat esse tutor existente conditione.

¶ *Morte naturali pupilli, vel tutoris, tutela finitur. h. d. ex leg. nisi, in princ ff. de tut. & ra. distr.*

¶ Simili modò finitur tutela morte[c] vel pupillorum, vel tutorum.

¶ *Capitis diminutione tutoris maxima, vel media, vel etiam minima pupilli, omnis tutela finitur: minima autem tutoris, solum legitima finitur. Aretin.*

¶ Sed & capitis diminutione tutoris, per quam libertas, [d] vel ciuitas [e] eius amittitur, omnis tutela [f] perit. Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti si se in adoptionem [g] dederit. Sed

Contra est C. de inoffic. testamen. l. si quis, §. finali, Sed ibi de eo dicit, qui doli capax non est.

STL. ¶ Adde, quod hæc glo. communiter approbatur per docto. post Bart. in l. 2. in princip. in 4. colum. ff. de vulg. & pupil.]

* * ¶ Adde, quod licet finiatur tutela captiuitate pupilli, eius tamẽ bonis curator plerumq. constituitur, ne medio tempore pereant. l. ab hostibus §. primò, ff. ex quibus caus. maio. & l. muto. §. vltimo de tute.

† *Hoc contingere pr ẽũ proximi sũt pubertati qa tunc sũt doli capaces, & obligantur ex delicto l. pupillum, ff d reg. iur. ibi Dec. l. excipiuntur. ff. de sen. consul. Sylla.*

a ¶ *Certam.* i. specificatam, vt quando Titius erit Consul.

b ¶ *Testamento.* Not. quod dixit testamento: nam à lege, vel iudice non sic, vt ff. de regul. iuris, leg. actus.

* † *Quid dicẽdũ, tutore capto, vide sup. de atti. tu. §. ab hostibus.*

¶ Simili modo. ¶ C A S V S. non figuratur.

* Ratio decidendi est, quia cum mors omnia soluat. §. deinceps. in Authent. de nup. soluit etiam tutelam, quæ ad alium hæreditario iure transire nõ potest. l. Tutela. ff. de tute Adde, quòd tutela est ius quoddam relatione tutoris & pupilli cõstans, & ideò sublato vno correlatiuorum, alterum quoque cessare necesse est. Notabilia patent.

c ¶ *Morte.* naturali, nam de ciuili iam dixit supra proximè, scilicet vbi dixit, de deportato, & seruo facta per ingratitudinem, quia mors omnia soluit, nedum tutelam, vt in Authen. de nup. §. deinceps. coll. 4.

Mors omnia soluit. STL. * * Ex hoc loco colligitur, quod appellatione mortis, in dubio intelligitur de naturali.

* ¶ Sed & ¶ C A S V S. non est figurandus, sed potius est quidẽda ratio regularum, quæ hoc tex. traduntur. Finitur itaque tutela per seruitutem tutoris, quia tutela munus est publicum, seruus verò muneribus publicis fungi non potest, l. cum prator. ff. de iudi. Item per amissionem ciuitatis, quia cũ tutela iure ciuili fuerit introducta, non potest geri ab eo, qui iura ciuilia perdiderit. Ratiò autem, quare minima capitis diminutione tutoris tollatur tutela legitima est, quia cum is, qui vt agnatus tutelam sumpserat, desinat esse agnatus per assumptionem alterius familię, non potest amplius esse tutor, tanquam deficiente fundamento legitimæ tutelæ: ceteræ autem non pereunt, quia tam filiusfamil. quam paterfam. tutores dari possunt. supra qui testam. tut. da. pos. in princ. cum in publicis muneribus patriæ potestatis ratio non habeatur. l. filiustam. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. Cur autem quauis capitis diminutione pupilli tutela extinguatur, assignaui rationes sup. in §. 1. Not. summarium.]

d ¶ *Libertas.* & tunc maxima, vt supr. de capit. dimin. §. maxima.

e ¶ *Ciuitas.* Et tunc media, vt sup. de capi. diminutio. §. minor.

f ¶ *Omnis tutela.* Etiam testamentaria, vel datiua, cũ ea, quæ sunt iuris naturalis tollantur, vt supr. de cap. dimin. §. quod autem.

¶ Adde, quod hanc glo. reprehendit hic Angel. Sed tu dic, quod intellexit de effectu iuris naturalis, non de existentia, vt declaratum est in §. quod autem supra de capi. dimi.] STL.

* Veras autem rationes decisionis tex. nostri videas sup. in formatione casus.

g ¶ *Si se in adoptionem.* Sed emancipatione filij legitimi tutela non finitur, quia filiusfamilias legitimus tutor esse non potest: cum scilicet pater eum præcedat. vt supr. de capitis diminutio. §. si.

¶ Adde, quod hæc glo. reprobatur, quia existente impedimento perpetuo in patre, tũc succedit in iure tutelæ. l. 3. §. pen. ff. de l. tut. l. non solum. §. si quis ff de excu. tuto. eã tamen defendo in Commen.] Nisi in casu, vt cum manumittit seruum maternum delatum sibi, vt supra de leg. par. tu. §. 1. † & tunc defertur, cum sui iuris erit, vt ff. famil. erci. l. si maritus. STL.

† aliàs sed iure & iure.

¶ Hanc glo. reprobat hic Ioan. Fab. sed eam defendit Christoph. STL.

* * Et ego in Commen. siquidem exceptio glo. intelligitur, cum filiusfam. manumittitur consensu patris, quod quidem fieri potest, nec obstat tex. in §. filijs autem, l. vlt C. de bon. quæ lib. qui in contrarium allegantur, quia loquitur, cum citra voluntatem patris alienat.]

¶ *Sedlegitima*. Sed quare hæc legitima tãtum perit? Respon. quia agnatio perit minima capitis diminutione, vt supra de legitima. agn. tut §. fin. & legitima inter agnatos tantum consistit. vt sup. de leg. agn. tut. 1. respon.

locis in titulis sequen. * Qui enim remotus iam est ob suspicionem, consequens est, vt deponat tutelam, quia ad hoc remouetur. & qui se excusat, cum se excuset, vt non sit tutor, ideò liberatur ab onere tutelæ.] Not. duos alios modos finiẽdi tutelam. Item quòd tutela est onus.

legitima[a] tantum tutela perit: ceteræ[b] nõ pereunt. Sed pupilli & pupillę capitis diminutio, licet minima sit,[c] omnes tutelas tollit.

¶ *Temporalis tutela tempore adueniente finitur.*

¶ Præterea qui ad certum[d] tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam.

¶ *Qui remouentur à tutela ꝓpter suspicionem, vel qui in perpetuum excusantur, tutores esse desinunt. Aretin.*

¶ Desinũt † etiam tutores esse, qui vel remouẽtur à tutela ob id, quod suspecti visi sunt: vel qui ex iusta causa sese excusant,[e] & onus administrãdæ tutelę deponunt, secundum ea, quæ inferius[f] proponemus.

De Curatoribus.

¶ *Curatores dantur adultis vsq. ad vigesimum quintum annũ completum, & ab*

STL. ¶ Dic secundum Ang. hoc nõ esse verum hodie, quo tẽpore tutela defertur ita cognatis, sicut agnatis: remanet enim cognatus.

b ¶ *Cætera*. scilicet testamentaria, & datiua: secundum Mar. Vel Azo.

c ¶ *Licet minima sit*. Vt quia detur in arrogationem vt supra eodẽ, §. 1.

STL. * ¶ Præterea. ¶ CASVS. clarus est. Ratio dubitandi poterat esse, quia cum tempus nõ sit modus inducendæ, aut tollendæ obligationis. leg. obligationum ferè. §. placet. ff. de ac. & obli. non videbatur, quod obligatio, quæ inter tutorem, & pupillum nascitur, §. tutores. infra de obli. quæ ex qua. con. nas. ad tempus constitui posset, aut tempore dissolui. cuius contrarium deciditur duplici ratione, prima, quia limitata causa limitatum debet parere effectum, ideoque cum tutela restringitur ad certum tempus, non debet vlterius progredi. leg. in agris. ff. de acquir. rer. domin. Altera ratio est, quia ad tempus permissa, ab eo tempore censentur prohibita. l. si ita. ff. de vulgar. & pupil. Nec obstat ratio dubitandi. quia aliud est, quod ad tempus constituatur obligatio, aliud qđ ad tempus constituatur causa, ex qua oritur obligatio, vt puta tutela ad tempus, quę licet finiatur tempore, manet tamen obligatio inde contracta.]

d ¶ *Ad certum*. Idem si ad incertum tempus, scilicet ad conditionem, vt sup. eod §. sed & si. quæ conditio ad esse, & ad non esse se habere potest, vt infra de verbor. oblig. §. conditiones.

** Adde idem esse, si datus esset ad incertũ tempus, posito etiam quod esset certum, vt puta vsque quo Titius moriatur, nam eo moriente finiretur tutela.]

¶ Desinunt. ¶ CASVS. figurabitur suis

e ¶ *Excusant*. scilicet in perpetuum, vt q̃a mutus, quod dic vt ff. de mino. l. verum. §. ex facto. nam si ad tempus, non desinunt esse tutores, † vt inf. de excu. tut. & cu. §. itẽ qui reipublicæ.

f ¶ *Inferius*. vt inf. de susp. tut. per totum, & inf. de excusa. tuto. & cur. per totum. Et nota, quod eisdem modis finitur cura, si quos habeant pupilli † curatores, & eodem tempore, vt Cod. quando tuto. vel cur. esse de. l. j. Adultorum verò curatores tunc finiuntur, cum virilem vigorem compleuerit minor, scilicet 25 annos, † vt ff. de min. l. 1. in fin. & infra tit. 1. primo respon. nisi ad certam causam, vel speciem fuerint dati, nam tunc finito negotio finitur officium vt supra tit. 1. §. finali. Item curatores aliorum, vt infra tit. 1. §. furiosi, & §. sed & mente captis, tunc desinunt, quando sanam mentem prædictæ personæ recipiunt, vt ff. de cur. furiosi. l. 1. §. 1. & §. fin.

ADDITIO. Nota, quod eisdem modis, quibus finitur tutela, finitur etiam auctoritas officij adiuncti tutori, quod est in multis casibus, vt infra tit 1. §. interdum, in verbo idoneus, & in l. potuit, & in l. propter, C. in quibus cau. tuto. hab. Nam finito officio principalis, etiam finitur illud coadiutoris adiuncti. l. 1. C. quando tut. vel cur. esse desi. & ideò coadiutor datus debili, vel suspecto episcopo, de quo in cap. venerabili extra de offic. delega. desinet morte prælati esse, per dictam l. 1. Ioan. Fab.

De curatoribus.

¶ Finita tutela pupilli indigent curatoribus, ideò de ipsis subdit. Io. Fab. — *Continuatio.*

† aliàs autem.

† sed interim datur curator.

Cura quando finitur.

† quòd multis casibus accidit, vt inf. ti. 1. §. interdum.

† nisi maiores 20. an. veniam ætatis à Principe ĩpetrassent. l. 2. C. de ijs qui ven. æta. ĩpe. & gl. 1. inf. tit. sequen.

Ma-

Diuisio.

Masculi. ¶ Totus iste titulus diuiditur in tres partes principales, Primò ponit de curatoribus datis puberibus. Secūdò, de datis illis, qui laborant aliquo morbo, vel vitio. Tertiò de curatoribus datis pupillis, Secunda ibi, Furiosi. Tertia ibi interdum. Item prima pars diuiditur in tres partes, Primò, qualiter puberibus dantur curatores. Secundò, à quibus dantur, Tertiò, an inuitus quis cogatur curatorem accipere. Secunda ibi, Dantur. Tertia ibi, Item inuiti Ate.

illis magistratibus, à quibus tutores: non autē testamento dantur, sed dati confirmantur: inuitis autem non dantur, nisi ad litem.

Masculi quidē puberes, & fęminę viri potentes, vsque ad vicesimum quintum annum [a] completum curatores accipiunt: quia, licet puberes sint, adhuc tamen eius ætatis sint, vt sua negotia tueri non possint.

¶ Dantur autem curatores sub eisdem magistratibus, [b] à quibus & tutores.

¶Masculi quidem. ¶ *CASUS*. Quæsitum fuit, dato curatore, quando cura finiretur in masculo & fęmina & videbatur adhibenda distinctio sicut in tutela, vt citius fęmina maior efficeretur, sicut videmus in interpretatione veniæ ætatis.l.2. C. de ijs, qui æta, ve. imp. Tamē contrariū respondetur, quod imò pariter in vtroque finitur cura 25.ann.* Ratio differentiæ est, quia cum tutela detur, principaliter personæ, in fęmina verò citius pubertatis signa natura ostendat, quam in mare, lex quoque, vt naturæ æmula, fęminā prius fieri aptam ad se tuendam credidit, q̄ marem, ideoque non eodē tempore in mare finitur tutela quo in fęmina, sed tūc cum natura ostendit cōceptum esse robur virile, at in cura aliud visum est, quia datur rebus, & fęmina est imbecilliori ingenio in illis administrandis, tum ob naturæ vim, quæ fortior est in viro, cum ratione experientiæ quæ in fęmina non inuenitur nisi perraro. Nec obstat quod dr̄ de venia ętatis, quia nō aliter çonceditur fęminis, nisi prius commēdatæ fuerint & morum honestate, & mētis solertia, quo casu cū præuenerint generalem sexus infirmitatem, non mirum si parui refert quo tempore cōcedatur. Deinde quęsitum est, à quibus magistratibus dētur curatores, & respōdetur, quòd ab eisdē, à quibus & tutores, in causa autem est similitudo muneris tutelæ, & curæ. Sed tunc dubitabatur, an testamento daretur curator, & videbatur dicendum, ꝙ sic, eadem ratione, quia cum parificetur tutelæ cura in multis, in hoc etiam videbatur parificāda sup. qui. test. tu. da. pos. in princ. cuius contrarium deciditur quia curator datur principaliter rebus, l. In copulandis C. de nupr. de quibus non potest pater directè disponere potest pubertatē filij l.2. ff de vulg. & pup ideoque non potest etiam testamento cauere, per quem velit, bona administrari. Subditur tamen quòd si fuerit datus, confirmandus est à iudice, ratio est, quia lex de patris electione plurimū confidit. l. de creationibus. C. de epic. aud. ob quam æquiparationem tutelæ & curæ, cum quæreretur, an inuito curator daretur, videbatur dicendū quòd sic, quia & pupilli tutorem inuiti accipiunt. l nec non. ff. de tut. & cura. da. ab ijs. Sed contrarium respondetur, quia cum aliquem habere intellectum adolescentes iura præsupponant, quibus omnium bonorū dispositionem cōcesserunt, meritò noluerūt illis nisi petentibus curatores dari. Existimarunt. n. leges eo ingenio pollere id ætatis iuuenes, vt si rebus suis se minimè superesse posse cognoscant, curatorem petant. Excipitur tamen casus litis, quod eo inductum est, ne iudicium eludatur l. acta. ff. de re iud. Quare autem detur curator ad certam causam, tutor verò nō, assignatur ratio in d. § ad certū. supr. qui. test. tu. da pos.] No. ꝙ viripotens. & pubes, per eodem supponūt. Item ꝙ eodem tempore finitur cura masculorū, & fęminarum. Item no. rationem introducendæ curæ, Item ꝙ curator nō datur testamento, sed datus cōfirmatur. Item quòd adultus cogitur accipere curatorem ad litē, quia non habet legitimam personam standi in iudicio. Item quod quamuis tutor nō detur ad certam causam, datur tamen curator.

a ¶ *Vicesimum quintum annum*, nisi impetrēt à principe veniam ętatis: masculi in 20. annis, feminæ in 18. vt C. de ijs qui ve. æta. impe. l. 1. & 2.

* ¶ Adde, quod M. Antoninus philosophus, primus statuit, vt omnibus adultis curatores darentur, cum ante non nisi ex L. Lectoria vel propter lasciuiam, vel propter demētiā darentur, quod Iulius Capitolinus memoriæ prodidit. Item quod dicitur de venia ætatis impetrata vt tunc repræsententur maiores, declara non procedere in alienatione, & hypotheca rerum immobilium, quas facere non possunt, sine decreto. d. l. 2. in fine, & l. 3. eodem tit.

b ¶ *Magistratibus*, id est à Prætore, Præside, Proconsule, Pręfecto Ægypti, vt ff. de tu. & curato. da ab ijs. l. 1. Item à Præfecto vrbis, & à Defensore ciuitatis, vel iudice Alexādriæ, vt sup. de atil. tu. §. pen. alias si. & in Authen. de defen. ciui. §. nulla col. 3. & ff. de of. præ. vr. l. 1. §. Item solent.

Tutores qbus iudicibus dantur.

a ¶ *Datus.* de facto.

¶ Adde, quod curator datus testamento non satisdat rem minorũ saluam fore, sicut nec tutor testamentarius. glo. ver. probata, infra tit. 1. in princ.

b ¶ *Prætoris*, f. in vrbe.

c ¶ *Præsidis.* in prouincia.

* ¶ Non accipiunt. Secus in tutore, vt ff. de tutor. & curat. da. l. nec non. & de tute. l. 2. vt diximus supra de tute. §. est autem. Item videtur contra ff. de min. leg. 1. in fin. Sed quod ibi dicitur, nõ committi eis, adultis resfuas ante 25. annum, verum est, vt sint rata. quæ fiunt per eos: committuntur tamen, vt hic, sed restituuntur, vt ibi. & infra de act. §. si quis agens.

† alias sed datus.

† alias autem.

¶ Sed curator testamento non datur, † datus[a] tamen cõfirmatur decreto Prætoris,[b] vel Præsidis.[c] ¶ Item inuiti adolescentes curatores nõ accipiunt, præterquã in litem:[d] curator[e] † enim & ad certam causam dari potest.

¶ *Furiosis, prodigis, vel perpetuo vitio laborantibus, curator datur. h. d.*

¶ Furiosi quoque, & ꝓdigi,[f] licet maiores 25. annis sint, tamen ĩ curatione sũt agnatorum, ex lege † duodecim tabularum. ¶ Sed solent[g] Romæ † Præfecti vrbis, vel Pretores, & in prouincijs præsides ex inquisitione eis curatores dare.[h] Sed & mẽte captis, † & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborãt, quia rebus suis superesse suas tamen nequeunt tueri.

Spe. tit. de actore ab vniuersit. &c. ver. pu ris autem, iurabit tamẽ, quod faciet in causa, vel in causis quæ sibi pro minore vtilia videbuntur, & alia omittet d. l. de creationibus & in auth. ibi posita, & Spec. vbi sup.

e ¶ *Curator.* q. d. non dubites de hoc, licet aliud fit in tutore, vt supr. qui da. tut pos. §. certe.

¶ Furiosi.

¶ CASVS. in nouissimis regulis non figuratur * Dici tamen potest, quod ex generalitate principij huius tituli non videbatur dandus curator personis hic enumeratis, si maiores essent 25. ann. Sed contrarium respondetur, & ratio assignatur in tex. quia licet maiores sint, res suas tamen nequeunt tueri. Not. prodigum furioso æquiparari Item, quòd furiosi & prodigi cura legitima est ex l. 12. tab. Item, quòd curator datiuus tunc datur, quãdo legitimi deficiunt. Item, quòd iura subueniũt ijs, qui rebus suis superesse non possun̄.

** Limita hunc text. vt non procedat in curatore furiosi & prodigi: quibus datur ex officio etiam nemine petente, glos 1. in l. hæc autem, ff. ex qui cau. in pos. ea. idem in principe, cui etiam inuito datur, vt scribit Iason. post multos alios in l. licet. in 2. not. C. de test. milit.]

d ¶ *In litem.* Tunc enim cogitur.

¶ Dic hoc verum si conueniantur. secus si agant, Bart. in d. §. si pupillus, sed pupillus in litem non cogitur, vt ff. de tut. l. qui habet §. si pupillus, quòd expone, vt ibi.

** Distingue, quod pupillus agere volens debet petere curatorem, alioquin repelleretur, quia nõ habet legitimam personã standi in iudicio sine tutore, aut curatore. l. 1. & 2. C. qui legi. perso. tunc autem non dicitur eũ inuitus accipere sicuti nec inuitus agere cogitur, & ita procedit tex. in d. §. si pupillus, sed quando cõuenitur, tunc datur ei inuito, quod tamen declara, vt nõ cogatur ad accipiendum hunc vel illum in specie, sed cogitur velle in genere, ne iudicium reddatur elusoriũ, & ita declarat tex. in l. tutori. C de neg. gest. Illud tamen animaduertendum, ꝙ hæc cessant in infante, contra quem si quis agere velit, potest petere ei curatorẽ per iudicem dati. l. 1. C qui per. tu. aut sit missio in possessionem bonorum suorum. l. hæc. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Adde, ꝙ curator ad litem nõ tenetur facere inuẽtariũ, gl in l. de creationibus. in ver. conscripto. C. de epi. aud. &

* Item, ꝙ differunt furiosus, & mẽte captus quod declaraui. inf. qui testa. fa. pos. §. præterea. Verba autem l. 12. tab. quorum meminit Iustinia, refert M. T. lib. Rhero. 1. ad Heren. in hunc modum: Prodigo bonorũ suorum administratio interdicta esto: Si furiosus existet, agnatorum gentiliumque, in eo, pecuniaque eius, potestas esto.

f ¶ *Furiosi quoque, & prodigi.* Not. hos duos accipere curatorem à lege, alij oẽs sunt datiui, vt cautè hic colligitur, & inf. prox. §. & C. de episc. aud. l. de creationibus. Accurs.

¶ Hæc gl. communiter reprobatur, ꝙ omnes habentes defectum mentis accipiant ex l. curatores, quamuis Ang. hic defendat.

g ¶ *Sed solent.* f. agnatis deficientibus, vel non habilibus constitutus, vt C. de cu. fu. l fi. §. fin autem testamentum.

h ¶ *Curatores dare.* & hoc ratione furoris, vel dementiæ, nisi istæ personæ sint minores 25. ann. & tunc ratione ætatis tutores vel cura recipiunt, vt ff. de tu. l. qui habet. §. quod autem † Item nisi sint in potestate. vt C. de cur. fu. l. fi. §. 1.

¶ Attenditur enim causa naturalis d. §. quod autem.

* Certe in prodigo secundum Alexan. in l. is cui,

STL.

** † cõsonat legi Platonis de qua lib. 11. de legi.

† alias præfectus vrbi.

† Et erũt tũc duo actus secundum Bal. s. interdictio administrationis subueniens prodigalitati & decretũ tutelæ subueniens ætati, & quando naturalis causa accidentali praponderet, & econtra vide in §. permissum in glo. 2. sup. 3. in. STL.

** † Diuersos modos cognoscẽdi mẽte captũ ponit Dec. cõs. 448.

cui. ff. de verb. oblig. communis opin. est, quod interdicta prius administratione detur illi curator, non vt prodigo, sed vt minori, & ita obseruatur in practica.

a ¶ *Dandi.* scilicet ab ijs, quos modò in superiori §. diximus.

** Adde, quod per perpetuũ morbum quis morbus intelligitur, cuius nulla subest spes sanitatis, l. si cũ dotem. §. si maritus. ff. solut. matr. & l. pen. de vaca. mu.

se non possunt, curatores dandi [a] sunt. ¶ *Tutore idoneo non existente, vel ad tempus excusato datur pupillo curator, hoc dicit.*

¶ Interdum autem, & pupilli curatores accipiunt; vt puta, si legitimus tutor nõ sit idoneus: [b] quoniam habenti tutorẽ tutor dari nõ potest.[c]

* ¶ Interdum. ¶ CASVS. Cum sup. visum si tutores dari pupillis vsque ad pubertatẽ puberibus verò curatorẽ vsque ad 25. ann. non videbatur dari posse pupillo curatorem, cuius contrarium deciditur in casibus hic expressis ob rationẽ in tex. allegatam. Sciendum tamen, hunc magis administratorem rerum, quam curatorem esse l. Iollet. ff. de tute. Not. quod tutore idoneo non existente datur curator pupillo. Item quod habenti tutorem tutor nõ datur. Item quod tutori testamentario minus sufficienti adiungitur curator. Item, quod vacante tutela per excusationem ad tempus similiter datur curator pupillo.

b ¶ *Non sit idoneus*, vel ratione paupertatis vel quia non est industriosus, vt decet, fidelis tamen est, & diligens: aliàs repelletetur prorsus, vt inf. de su p. tut. §. pe. & fi. & C. de suspe. tut. l pietatis. Et benedico curatores, & non tutores, quoniam &c.

c ¶ *Dari non potest.* Fallit hæc regula in casibus lex, vt si detur tutor loco tutoris surdi, vel muti, vel furiosi, vt ff. de tut. l. pe. †

† Quod est verũ in perpetuo furioso, secus in habẽte dilucida interualla, vt l. nõ solu. §. fi. & l. post ff. de excu. tu. secũdũ Ang. hic.

* ¶ Adde, hoc intelligendum esse, quando surditas mutitas, furor, superuenerunt post susceptam tutelam, alloqui non valeret datio eiusmodi tutorum. l. 1. §. vlt. ff. de tute. & §. furiosus sup. qui test. tu. da. pos. Item & si habet tutorem ratione rerum vnius prouinciæ, poterit habere alium ratione rerũ, quas habet in alia prouincia, vt ff. de excus. tuto. l. propter litem. (alias l. licet.) §. fin. & C. in quibus cau. tuto. ha. da. tut. non pos. l. finali. Item & mater, antequam nubat, tutrix existens alium petit tutorem dari, vt in Auth. de nupt. §. si autem tutelam. Sed ratio est, quia abire tunc speratur, vt C. communia. de leg l. fi. §. 2.

* ¶ Adde, quod hæc non est exceptio, nec in aliquo vitiat regulã, de qua in textu nostro nã mater tutrix simul, atque adito iudice mentem suam et aperuit de contrahẽdis secũdis nuptijs, ideoque prouidendo pupillo de alio tutore, illico desinit esse tutrix, secundum receptiorem opi. quã firmat Bar. in l. si quis sub conditione. col. pen. ff. de test. tu. quo fit, vt cum iudex dat postea tutorẽ, illum non det habenti, quia iam finita erat tutela matris: & sic non datur, quia mater abire speretur, sed quia iam abijt, & quidẽ, vt suspecta, vt declarat Barto. in d. l. si quis.]

Item, & quãdo ad tempus est relegatus, vel excusatus, vel remotus: nam interim tutor datur, vt C. in quib. cau. tuto. ha l. pen.

*¶ Imo, d. l. penult. vt rectius sensit ibi. glos. loquitur in relegatis, excusatis, & remotis in perpetuum: nam aliàs daretur curator. leg. Tutor petitus. §. fin. cum leg. seq. ff. de exc. tut. quod latius comprobaui in Commen.] Item si quis tutor sit apud hostes, non vt seruus, sed vt legatus, vel transfuga, alius datur, vt ff. de tut. l. si quis tutor.

*¶ De intellectu huius. l. vide nostros Commen.] Item si reipublicæ causa absit, potest alius dari, vt ff. de tute. l. quasitum, & ff. de suspe. tu. l. 3. §. si quis absfuturus.

* ¶ Sed verius esse putarim hoc casu dandũ curatorem. §. Itẽ qui reipub. infra de excu. tut. non obstantibus ll. in contrarium adductis, vt clarius demonstraui in Comment. cum sæpe tutor pro curatore accipiatur, & econtrario, a propria enim verborum vi recedere est necesse, cum ex alijs ll. constat aliam interpretationem fieri oportere.] Sed secundum Pla. in his omnibus casibus tutor pro curatore accipitur, & hæc regula non fallit. Sed cum litera in omnibus supradictis legibus de tutore faciat mentionem, ab ea non discedamus, vt ff. de leg. 3. l. nõ aliter. & ff. de exerci. l. 1. §. si is, ibi, in re igitur. Sed quæ est ratio, cum vbique dari possit curator habenti curatorem, vel tutorem, sed tutor non potest dari habenti tutorem? Respondeo, quòd tutor, qui prius dabatur, habebat plenam potestate, infra ti. 2. §. datus. & supra de ti. §. 1. ita quod alium secum in eadẽ plenitudine admittere non potest: sed non sic in curatore, qui rebus datur, vt C. de nup. l. in copulandis. Vnde tutor auctoritatur hæreditati adeundæ: quod in curatore pupilli non est, vt ff. de appel.. l. cum in vna. §. tutor.

Tutor quare dari nequit habẽti tutorem.

¶ Hanc eandem rationem approbat glo. in l. non omnium. ff. de legi. Sed nonne tota die inuenimus vnum pupillum plures habere tutores, vt C. de diui tut. l. 2. Respon. illud est, quando simul dantur, nam quædam fiũt simul bene, quæ non valent si fiunt separatim, vt duorum reorum obligatio, vt infra. de duo. reis stipul. §. 1.

Tutores poterit plures pupillus habere.

ADDITIO. Contra finem huius glo. facit l. 2. C. de test. tut. vbi simul non dantur, & tame vterque administrat: sed dic, quòd ibi simul dicuntur dari habito respectu ad tempus

SYL. SYL. SYL. SYL. SYL.

¶ Item si testamento [a] datus tutor, vel à Prætore, aut Præside, idoneus [b] non sit ad administrationẽ, nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei curator adiungi.

¶ Item loco tutorũ, qui nõ in perpetuũ, sed ad tempus [c] à tutela excusantur, solent curatores [d] dari.

¶ Si pupillus sit infans, vel absens, & tutor infirmitate, vel alia necessitate impediatur, potest actor pupillo cõstitui. h.d. ex l. decreto ff de adm. tu.

¶ Quod si † tutor aduersa valetudine, [e] vel alia necessitate [f] impediatur, quo minus negotia pupilli administrare possit, & pupillus, vel absit, [g] vel infans sit, quem velit [h] actorem, [i] periculo ipsius tutoris. Prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto constituet.

pus mortis, quo vterque tutor confirmatur. Sed de hac materia plenus videas hic per Angel.

a ¶ *Item si testamento*, Posuit exemplum de legitimo, nunc de datiuo, & testamentario minus idoneo.

b ¶ *Idoneus*. id est sufficiens.

c ¶ *Ad tempus*. Excusatur enim aliquis quandoque in perpetuum, quandoque ad tempus, vt patet per multa exẽpla. infra de excu. tuto. §. 1. & quasi per totum tit.

d ¶ *Curatores*, vel etiam tutores, vt sup. proximo, §. dixi scilicet prout iudici videbitur, vt Cod. in quibus cau. tu. ha. l. 1. & 2. Sed quid si tutor pupillo nõ sit, an dari possit curator? Respon. sic, vt in argumento à contrario sensu sumitur, ff. de tut. & cur. da. ab ijs, l. curator, quod est validum, ff. de offi eius cui mand. est iurisd. l. 1. §. huius rei. Accur. nisi sit contrarium legi. l. nemo. C. de iurisd omn. iudic. vel rationi naturali, vt Cod. de episc. & cleric. l. connenticulam.

Arg. à contrario sensu est validum, nisi in duob. casibus. Additio. STL.

*¶ Adde, quod illa lex non probat à contrario sensu, quia sensus contrarius illius l. est, quod si absit tutor, dari possit curator, non autem, (vt glo. ait) si nullus datus sit tutor, cum argumentum à contrario sensu sumatur iuxta limites verborum directorum, secundum Dec. in d. l. 1. colum. 20. est tamen de hoc casus secundum Dt. in l. curatorem. ff. de aut. tut. quidem autem possit hic curator, declarat Bar. in d l. curator.

e ¶ Quod si ¶ *CASVS*. Cum dictum sit, quod tutore ita impedito, vt iustam excusationem habeat ad tempus, interim detur curator, videbatur idem dicendum, & cum infirmitas, vel alia necessitas superueniret, quę illum impediret gerere pupilli negotia: tamen. text. distinguit, quod si pupillus, vel infans sit, vel absit, tutor potest suo periculo sibi adiutorem decreto iudicis eligere. nam cum non sit tale impedimentum, quod præstet legitimam excusationem, vt possit dari curator, qui ex persona sua bona administret, nec etiam pupillus, qui vel absens, vel infans est, possit procuratorem constituere, l. neque. C. de procu. aut sibi curatorẽ petere, lex permisit ipsi tutori, qui alias teneretur de malè gestis, & neglectis, vt actorẽ cõstituat suo periculo, & iudicis auctoritate, quia ita dictus est, quod personam tutoris agat & pro eo administret.] Not. quod infirmitas tutoris est causa, ex qua actor pupillo cõstituatur. Item, quod necessitas tutoris est causa dandi actorem pupillo. Item, quod actor debet cõstitui à iudice.

† Facit ad hunc §. c. significauit. cum gl. 2. ibi, qđ si. extr. de appel.

e ¶ *Aduersa valetudine*, id est infirmitate, quæ valetudini, & sanitati contraria est.

f ¶ *Necessitate*. Vt quia lõgo tẽpore absuturus est, vel sua maiora negotia habet pertractare, vel alias similes necessitates, vt ff. de procu. l. filiusfamil. §. fina. & l. sequen. & l post litem, & ll. seque. vsque ad l. quæ omnia. Et nisi huiusmodi necessitas sit, non potest secundum quosdam, vt Cod. qui. da. tuto. vel cura. poss. l. curatorem. & l. curator. immo certè, & si quæcunque alia sit iusta quoquo modo, vt ff de adm. tut. l. decreto. † & hæc eadem sunt in curatore, vt C. de appell. leg. si actor.

† Et ita tenet Angel. hic & Bart. in l. act. ff. rẽ ra. ђ. nis idẽ Bart. & Dt. in d. l. decre. teneant, qđ possit etiã sine aliqua causa.

g ¶ *Absit*. Si enim præsens sit, & habet intellectum etiam procuratorem cum auctoritate tutoris facere potest, vt C. de procur. l. neque.

h ¶ *Velit*, scilicet tutor.

i ¶ *Actorem*. Qui hic dicitur actor, aliàs adiutor dicitur, vt ff. de tut. l. solet. aliàs curator, ff. de tuto. & curat. dat. ab ijs. leg. in omnem. aliàs procurator, vt Cod. de proc. l. neque.

*¶ Labitur Accur. nam in l. in omnem. verbum, curator, propriè accipitur, cum abesset tutor reipublic. causa: tunc enim datur curator. §. item ij, qui reipublic. infra de excusatio. tuto. nec in l. neque procurator sumitur pro actore, immo distinguuntur, vt patet ex illis verbis. Neque procuratorem facere possunt, sed actorem constituere. bene verum est, quod quandoque vnum ponitur pro alio, vt hic dixi in Commentario.]

† Dic qđ imò differunt secundum Io. Fab. quia curator à iudice, actor verò iudicis decreto cõstituitur.

† Adde, quod actor constituitur decreto iudicis,

¶ *De satisdatione tutorum, vel curatorũ.*

¶ *Tutores, & curatores tenentur satisdare, nisi fuerint testamentarij, vel datiui ex inquisitione.*

NE tamen[a] pupillorũ pupillarũve, & eorũ, qui quæve in curatione sũt, negotia à curatoribus, tutoribusve cõsumantur,[b] vel diminuantur:[c] curet Prætor,[d] vt & tutores, & curatores, eo nomine satisdent.[e] Sed hoc nõ est ppetuum.[f] Nam tutores

dicis, & formulam eum constituendi ponit Spec. ti. de actore. ab vni. const. &c. veri porrò. Et nota hic varia nomina eorum, qui aliorum facta agunt: v actor, vt hic iam dictum est. Item tutor, qui datur pupillis supra de tut. §. ex autem. Item

Curator. curator, qui datur adultis, vel etiam furiosis vel similibus, vt supr. eod. in ptinc. & §. furiosi. & § sed & mente captis. Item

Procurator. procurator, qui aliena gerit negotia cũ mandato, vt ff. de procu. l. 1. item

Negotiorum gestor. negotiorũ gestor, qui sine mandato gerit, vt inf. de oblig. ex quasi contractu. § 1.

Oeconomus. Item œconomus, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur ab Episcopo cum consensu fratrum, vel capituli, vt Cod. de sacrosan. eccles. leg. iubemus. ij. & Cod. de episc. & cler. l. omnes. §. hunc enim procul dubio. alias est. §. hoc nihilominus. versic. hunc enim sine dubio.

Apocrisarius. Item idem dicitur apocrisarius, vt in Authen. quomodo opor. episc. §. si verò nõ ibi. præsertim, & §. si verò metropolit. coll. 1.

* ¶ A qui valde differunt, vt patet in ead. Auth. §. & neque vllũ & in Auth. de sanctis. epis. §. reuerendissimi. vnde colligitur etiã quòd apocrisarius est nuncius Papæ vel epi.] Item syndicus, qui sic græcè dicitur, latinè singulorum dicens causas, vt ff. de mune. & hono. l. munerum, §. defensores.

Syndicus. * ¶ Syndicus propriè quis sit, declarat Budæus in d. §. defensores.

STL. * Sane in iure accipitur pro defensore vniuersitatis, & quis ab ea eligitur ad certã causã agendam vel defendendã. vt probant. ll. hic allegatæ]Quandoq. tamen actor & syndicus pro eod. ponuntur, vt ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. §. quibus, & §. pen & l. item eorum, §. actori. Facit ad hoc. ff de aucto. tu. vel cur. per totum. Vel etiam dic, quod differunt, vt ibi notatur, scilicet in d. l. 1. quod cuiusque vniuersit. nomine. §. quibus. Adde, quod in constituendo syndico debent interesse saltem duæ partes totius vniuersitatis & maior pars duarum partium debet concordare. Specu. tit. de Synd. col. 1.

Continuatio. ¶ *De satisdatione tutorum*. ¶ Ista rub. sic continuatur. Dictum est sup. de tutoribus & curatoribus, & quia ipsi tenentur satisdare, ideo videndum est de satisdatione tutorum & curatorum eorundem. Pot.

*¶ Adde, quod satisdare propriè dicitur, qui dat fideiussores. l. 1. ff qui satisda. cogant. fideiussores autem dicitur, qui pro alio obligantur, inf. de fideiuss. in princ.

Diuisio. NE tamen. ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes principales. Primò ponit, qui teneantur satisdare & qui non. Secundò, quod illi qui non tenentur satisdare, si satisdant, præferuntur socijs in administratione. Tertiò, qui officiales teneantur de satisdatione non exacta vel non idonea. Secunda ibi, Sed & si. Tertia ibi, sciendum. Itẽ prima subdiuiditur in duas partes. Nã primò ponit regulam. Secundò ponit duas fallentias. Secunda ibi, Sed hoc Aret.

STL. ¶ *Casum*. figurare non expeditur. Ponitur. n. regula, quæ arctat tutores ad satisdandum: & assignatur ratio, ne consumantur aut diminuãtur facultates pupillorum à qua excipiuntur duo casus, videlicet testamẽtarij, & ratio assignatur, quia fides eorum à patre vel alio dante tutorem est approbata: Item datiui dati ex inquisitione, quia à iudice similiter fides eorũ probata fuit. Ideo autẽ legitimi satisdant, quamuis approbentur à lege, quia. l. approbat gradum agnationis vel cognationis, non mores, & qualitates personarum in eo existentium. No. tutores & curatores teneri satisdare rẽ pup. sal. fore. Itẽ quod talis satisdatio est inuenta fauore pupilli, vel adulti. Item quod testamentarij & dati ex inquisitione, excusantur à satisdatione.

a ¶ *Ne tamen*. Diximus dandos tutores, vel curatores ratione ætatis: ne tamen &c.

b ¶ *Consumantur*. in totum.

c ¶ *Diminuantur*. pro patre.

d ¶ *Prætor*. sic & Præfectus vrbis, & Præses prouinciæ, vt sup. tit. 1. §. 2.

e ¶ *Satisdent*. rem pupilli saluam fore, vt diximus su. de tu. §. si. scilicet cum fideiussore, vt ff. rem pup. saluã fore. l. non quasi. in prin. & ff. de præt. stip. l. prætoriæ. la vlt. & ff. qui satisd. cogar. l. 1.

** Adde, quod vbi lex requirit satidationem cũ fideiussoribus, omnino adhibendi sunt, & ideò nõ supplebitur datione pignorum, nec depositione. secus si simpliciter satisdari iubeat l. 1. ff. qui satisda. cog. & glo. in d. l. prætoriæ. la vlt. & ita communiter tenetur per doct. vt attestantur Alex. Soc. & Ias. in d. l. 1.

Perpetũ multipliciter sumitur. f ¶ *Perpetuum*, id est generaliter verum: aliàs perpetuum, id est generale. vt C. de edend. l. edita. alias pro tempore ponitur. s. quamdiu vita durat, vt inf. de verb. oblig. §. at si ita, & ff. pro soc. l. 1. vbi de hoc.

* ¶ Adde, quòd verbũ. perpetuum, interpretatur secundũ subiectã materiam, vt tradunt doct. maximè Alexan. & Ias. in l. 1. ff. solut. matri.

¶ Sed si ex testamento,[a] vel inquisitione, duo pluresve dati fuerint, potest vnus † offerre satisdationẽ de indemnitate pupilli, vel adolescentis, & contutori suo, vel concuratori pręferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut cõcurator, satis offerens pręponatur ei, † vt & ipse sol[o] administret. Itaque per se nõ potest petere satisdationẽ à cõtutore suo, vel cõcuratore, sed offerre debet, vt electionem det concuratori, vel contutori suo, vtrum velit satis accipere, an satisdare.[b] Quod si nemo eorum satis offerat: si quidem adscriptum[c] fuerat à testatore, quis gerat, ille gerere debet. Quod si non fuerit adscriptum: quẽ maior pars[d] elegerit, ipse gerere debet, vt edicto Pręctoris[e] caueatur. Sin autem ipsi tutores dissẽserint circa eligendũ eum, vel eos, q gerere debẽt: Pręctor partes suas[f] interponere debet. Idem[g] & in pluribus ex inquisitione datis

tor potest declarare quem ex tutoribus datis velit administrare. Itẽ, quòd tutores inter se possint conuenire, quis administret. Item, quòd pluribus discordantibus, coguntur à iudice concordare.]

* ¶ Adde, q satis accipere dicitur, cui dantur fideiussores, vt hic, & l. stipulationum. §. satis acceptio ff. de verbor. obligation. Item, quòd satis offerre, idẽ est, quod satisdationem offerre.]

a ¶ *Sed si ex testamento.* Duò ponit, & vnum tantum nũc prosequitur, scilicet de testamẽtario: (1) sed in fine. §. dicit de alio. Item hæc eadem in curatoribus pluribus locum habent, vt † ff. de administr. tur. l. 3. § quod in tutoribus. Item quid in legitimis? Respon. Idem, cum sit eadem ratio, ne deterius negotia per plures exerceantur, vt ff. de administ. tuto. leg. si plures §. apparet ergo. Vnde versus. Segnius expediunt commissa negotia plures.

*¶ Adde tex. in terminis in l. legitimos. §. in legitimis, ver an. igitur ff. de leg. tut.]

ADDITIO. ¶ Immo vtrunque vsque ad versic. quòd si nemo. Ang.

b ¶ *An satisdare.* Sic infra de inutil. stipulat. § sed & si quis.

c ¶ *Adscriptum.* scilicet in testamento, vel aliter appareat eius voluntas euidẽter, quia dixit in satisdatione quis præferri debet: quòd si non fuerit adscriptum: quem maior pars elegerit, ille gerere debet.

d ¶ *Maior pars.* dummodo omnes velint per vnum administrare. aliàs enim non cõpellerentur, sed omnes gerere possunt, si velint, vt ff. de administ. tut. l. si plures. §. fi. & l. vel in partes. † Et nota hic argu. quòd statur maiori parti: sic. ff. de pac. l. iuris gentium. §. vlt & l. maiorem & l. præced. §. fi. & ff. de testi. l. 3. §. 2. ibi, aliàs numerus testium &c. Argumen. contra ff. de serui. rust. præd. l. per fundum. & ff. com. præd. l. fi.

Sed doct. intelligunt illa iura, quando aliqua sunt communia pluribus; vt singulis quo casu maior pars vni non potest præiudicare, vt tenent doct. post. gl. in c. cum omnes de constitut.

e ¶ *Edicto prætoris,* quod non habemus.

f ¶ *Partes suas.* i. se & officiales suos, & milites iustitiæ.

* ¶ Verius est partes accipi pro auctoritate, & officio. l. 3. § . fi. ff. de admi. tut. sic accipitur etiam in l. Et suum. §. final. ff. de pact.] Sed cur non committitur. fortunæ, vt aliàs. C. cõmun. de leg. l. fin. primò responso, & infra de legat. §. optionis? Respõdeo, nõ ita alterius factum scilicet pupilli possunt fortunæ committere vt suũ proprium: & concor. huic, ff. de lega. 1. l. huiusmodi. §. fi. & ff. de vsufr. leg. l si vsusfructus. §. sed si vsufructus. §. sed si inter duos: Arg. contra in eo. ti. l. quoties duobus. 2 respon.

* ¶ Adde, quòd gl. communiter approbant docto. hic, & in d. l fi. Posset tamen & aliter responderi, quòd ideò hic fortè non dirimitur, sed recurritur ad iudicem, quia sors non habet locum, nisi in casibus à iure expressis, vt voluit Bald. in l. meminimus. C. quando & quibus quar. pars deb. lib. 10. quẽ sequitur Iason. in d. l. vltim. in princ. col. 2 dicens hoc esse cordi tenendum.]

* ¶ An & quando iudicio sortis standum sit, & de rationibus legum allegatarum per Accurs. vide Iason. in l. fi. super gloss. in ver. fortunam C. commu. de lega.]

g ¶ *Idem.* Per omnia, vt supra, nisi quia hic à testatore non potuit scribi quis gereret, cũ nihil dixerit de tutela, nam non darentur ex inquisitione, si essent testamẽtarij, vt suprà. de atti. tuto. 1. respon.

¶ Sciendum. ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò, quod officialis conuenitur subsidiaria actione. Secundò, quando & in quibus casibus teneatur. Tertiò ad hæredes extendit. Quartò ponit nouum casum, videlicet, quòd tutor cogitur satisdare. Secunda ibi, Subsidiaria. Tertia ibi, Quæ quidem. Quarta ibi, Quibus constitutionibus, Ange.

* ¶ CA-

† s. ex contutoribus, vel cõcuratorib. nã aliqs extraneus non audiretur. l. si nemo. in pri. ff. d test. tu.

† Immo & text. noster hoc apertè decidit.

† Res tamen postulãte vnum ex eis eligi. plures si agere non pñt. & si vnus velit diuidere, & alij gerere, fiet diuisio cæteris inuitis p officium iudicis, arg l. & puto. ff. fa. erc. & l. cõmuni diuidũdo. nisi duo. §. cõi di. ysi. Ang.

id est vt maior pars eligere possit, per quem administratio fiat.

¶ *Non satisdantibus tutoribus, vel minus idoneè, tenetur magistratus q debebat cogere, & eius herede;*

¶ Sciendũ autem est, non solũ tutores, vel curatores, pupillis, vel adultis, ceterisq.[a] personis ex administratione rerũ teneri: sed etiam in eos, qui satisdationẽ accipiunt,[b] subsidiariam actionem esse, quæ vltimum eis[c] præsidium possit afferre. Subsidiaria[d] autem actio datur in eos, qui vel omnino à tutoribus, vel curatorib. satisdari non

SYL. * ¶ *CASVS.* ¶ Quærebatur, ex quo tutores & curatores, rem pupilli, adolescentisque saluam fore satisdare tenentur supra eod. in princip. an si non satisdent, vel non idonee, negligentia doloue magistratus, qui satisdationem exigere debeat, is magistratus teneatur pupillo aut adolescenti: & videbatur quod non, quia nec contraxit nec quasi contraxit vt tutor, aut curator, §. Tutores infra de oblig. quæ ex qua. cõtra. nas. nec aliquid promisit, vt fideiussor: quod si in administratione officij defecit, videbatur potius teneri reipub. quam pupillo, aut adolescenti: cuius contrarium deciditur. Visum enim est reip. maximè interesse, pupillorum adolescentiumque res saluas esse: & ideò quo magis illis cautum esset, hanc actionem legislatores prodiderunt, quam etiam in eorum magistratuum hæredes intendi posse decreuere. Tenentur autem ex quasi delicto, dum officio suo male funguntur, & cum damno reipub. indemnitati pupillorum & minorum non prouident.] Not. ergo, quod tutor & curator ex administratione obligantur: & non solum ipsi, sed magistratus, qui vel receperunt satisdationem minus idoneam, vel non receperunt. Item, quòd paria sunt, aliquid non fieri: vel minus idoneè. Item quod actio subsidiaria transit ad hæredes. Item, quod qui potest cogi à iudice, potest cogi captis pignoribus.

a ¶ *Cæterisq;* vt furiosis & mente captis. vt sup tit. I § furiosi, & §. sed & mentecaptis.

b ¶ *Accipiunt,* vt magistratus: quod hic, vt diximus, inf. eod § neque autem.

*¶ Expone accipiunt, id est accipere tenentur, * non enim omnis magistratus tenetur, sed ij tantum, qui satisdationem accipere obligati sunt, qui tenentur, etiam si non exigant, vt hic.]

c ¶ *Eis,* id est pupillis, & similibus.

d ¶ *Subsidiaria.* scilicet tutelæ vtilis contra eum, qui malum dederit tutorem: vel vtilis negotiorum gestorum, quando malum curatorem: nam eadem vtilis in magistratum datur, † quæ in administratorem directa datur, & vsuræ veniunt, vt in prima. vt ff. de magistr. con. l. fin. & Cod. eo. l. penult.

† Contrarium tenet gl. ĩ l. acti. ff. ĩ neg. gest. & ibi Bar.

* ¶ Dic, secundum Hugo. quòd datur vtilis actio in factum, vt dixi in Comment. quæ subsidiaria vocatur, eo quod deficientibus alijs remedijs conceditur, * l. quoties ibi gloss. ff. de præs. ver.] Subsidiaria aute dicitur aptitudine, vt l. Aquilæ actio dici pęnalis aptitudine, vt infra ad legem Aq §. his autem. nam nec illa semper pęna est, nec t sẽper in sub dium datu quia quan que agitur, tequam c ueniãtur o nes tutores colligitur ljs, quæ dic tur in hac g circa fin. Q re ad horu euidentiam distingue: fuit vnus tot, vel cu tot. aut p tes. Primò su, conueni ptius tutor curator, postea magistratus, vt hic.

*¶ Adde, quòd non solum conuenitur pr tutor, vel curator, verum etiam eorum fi iussor: quòd si nec ab eo satis exigi pot tunc demum agitur aduersus magistratu l. aduersus. C de magist. conue.]

¶ Si verò plures: & tunc aut omnes ges rũt tutelam aut curam, aut nullus, aut al tantum. Primò casu omnes conueniun ante magistratum, vt ff. de adm. tu. l. Luci lj §. pen. & de magistr. con. l. duo.

* ¶ Limitatur hæc conclusio secundu Doct. vt non procedat, quando tutores s diuersi ordinis, scilicet quia vnus si tes mentarius, alter datiuus, d. l. Lucius. §. c in testamento]

¶ In secundo idem, vt ff. de administ. tu. plures. In tertia subdistingue: aut fuit uisa tutelæ administratio per iudicem testatorem, aut non. Primò casu pro gestione quilibet tenetur, & non pro rerius, & postea magistratus in subsidiu ff. de administr. tu. l. Luc. §. pen. & C. d diui. tu l. 2

*¶ Adde, q licet hęc conclusio sit vera. n tamen hoc inferri potest ex d. l. Lucius. n enim apparet ibi diuisionem vllam fact esse per testatorem, vel iudicẽ: nec tex. i se fundat in diuisione, sed in eo, quod ille tor testamentarius erat, & suspectum alit fecerat ibi, Non est visum &c.

¶ Sed tamen in quatuor casibus vnus p alterius parte tenetur, tamẽ post magistr tum, scilicet si tutorem vt suspectũ remo dum non remouit, vel tardè remouit, vel mouendo iura pupilli prodidit, vel non ex git satisdationem rem pupilli saluam for cum videret eum non soluendo, vt in di l. 2 Cod de diui. tute. & ff. de admin. tut. l Lucius, §. penult.

* ¶ Add

curauerunt, aut non idoneè[a] passi sunt caueri. Quæ[b] quidem tā ex prudentum responsis,[c] quā ex constitutionibus[d] imperialibus, etiam in heredes eorum extēditur. Quibus[e] constitutionibus & illud exprimitur, vt nisi caueant[f] tutores, & curatores, pignoribus captis coerceantur.[g]

¶ *Actione subsidiaria non tenentur, qui tātum dant tutores; sed qui satisdationē exigunt. hoc dicit ex l. 1. §. neque. ff. de magist. conuen.*

¶ Neque autē Præfectus vrbi,[h] neque

¶ Adde, quòd his casibus prius est conueniendus contutor, quàm magistratus, vt dicunt Doct. in d. l. 2. & in specie Salic. col. 2. in 7 q.] * Intellige primum & secundum casum interueniente dolo, vel culpa saltem leui ipsius tutoris in non remouendo, aut tardè contutorem. iuxta tex. in d. l. 2. nam alioquin non teneretur iudicio tutel. l. quicquid. C. arbi. tu. Item adde quintum casum, qui ponitur per gl. in d. leg. 2. s. si vnus non instruat alterum de eo, quod alter ignorat ad suam gestionem pertinere leg. Titium, §. tutores. ff. de administ. tut. Secundò casu conuenitur primo gerens: secundo magistratus: tertio non gerens: nisi in dictis quatuor casibus, vbi conuenitur etiam qui non gessit ante magistratum, vt C. de diui. tu. l. 2. & ff. de admi. tu. l. etiam. & leg. Æmilius in fi. & l. tres tutores † de hoc diximus in l. 1. ff de tu. & ratio. distra. & in l. 1. Cod. de trans.

† *Verba sequētia S T L. non sunt in antiquis codicibus.*

* ¶ Vera conclusio est, quod siue non fuerit facta diuisio, siue facta fuerit, non tamen à testatore aut à iudice, sed ab ipsis tutoribus inter se, potest pupillus quem velit ex tutoribus in solidum conuenire, dicta l. 2. in 1. & 2. respon hoc tamen fallit in tribus casibus, quos attigi hic in Comment. post doct. in l 1. C. de transact.

ADDITIO. Et nota, quod in omnibus prædictis casibus pupillus conueniens tutorem præfertur ceteris creditoribus, l. dabimus, ff. de priul. credi. secus si conueniat iudicem, l. 1. §. priuilegium. ff. de magist. con.

a ¶ *Idoneè.* aduerbium est: & facit ad hoc. ff. de magistrat. conu. lege prima, §. sciendum, & §. exigere.

b ¶ *Quæ.* s. tutelæ actio subsidiaria, vel negotiorum gestorum, vt diximus.

c ¶ *Responsis.* vt ff. de magist. conue. l. 1. §. sciendum, & l. quod ad hæredem.

d ¶ *Ex constitutionibus,* vt C. de ma. con. l. 2. & in alijs græcis constitutionibus. sed aliter hæres tenetur, quia de dolo. & lata culpa tātum, aliter defunctus, qui etiam de leui culpa tenetur, vt ff. de mag. con. l non similiter.

e ¶ *Quibus.* constitutionibus. s. græcis.

f ¶ *Caueant.* s. rem pupilli saluam fore.

g ¶ *Coerceantur.* Facit ad hoc, ff. de administrat. tut. l. legitima, primo respon. & ff. de dam. inf. l. 4. §. & ff. de li. agnosc. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, & Codice, de suspe. tut. l. 3. & ff. de vent. inspi. l. 1. §. quid ergo.

* ¶ Neque. *CASVS.* Viso, quòd magistratus (in subsidium tenentur, dubitabatur de quibus intelligeretur, & videbatur quòd generaliter de omnibus, cum enim lex voluerit tutores & curatores satisdare, videbatur quod magistratus, qui tutores vel curatores darent quasi ex delicto actione subsidiaria tenerentur, si satisdationem non exigerēt, vel minus idoneam. Quo nō obstante respondetur, quod neque Præfectus, neque Prætor, neque Præses, neque quisquā alius, cui instar eorum tutores dandi ius competit, vt puta Proconsul. vel Proconsulis legatus, hic actione tenentur: sed ij tantummodo, qui satisdationem ex legibus, vel moribus exigere solent: nam cum huiusmodi actio quasi ex delicto nascatur, non possint peccare, nisi ij, quibus incumbit satisdationem exigere: quæ quidem cura ad hos maiores magistratus non pertinet, quippe qui si dātes ex inquisitione, lex adeò confidit de eorum electione, vt releuarit sic electos ab onere satisdandi, perinde ac si dati essent testamento à parentibus, §. 1. supra eodem. sin autem dant sine inquisitione, solent satisdationis exactionem minoribus magistratibus mandare. l. 1. §. si curatores ff eod.

h ¶ *Neque. Vrbi* Scilicet Romanæ, per excellentiam, vt supra de iure nat. §. sed quoties. Item facit ad hunc. §. ff. de magistrat. con. l. 1. Sed contra est ff. de admi. tut. l. Æmilius. Sed distingue tria genera iudicum. Quidam possunt dare tutorem, & non exigere satisdationem, de quibus hic loquitur. Alij & dare, & exigere de quibus ibi dicit † Alij exigere, & non dare, vt tabelliones, & aliquis miles iustitiæ, cui talia committuntur, & isti tenentur in subsidium, vt supra de atti. tut. §. pen. & C. de magistr. cou. l. fin. Item æstimatores patrimonij pupillorum, propter quorum prauam æstimationem viliores fideiussores accepti sunt, vt ff. de mag. cou. l. 1. § diuus, qui erant dandi pro rei qualitate, vt ff de in ius vo. leg. 1. & qui satis. cog. l. si verò.

† *Et si differāt accipere satisdationem, vel expedire processum, vt hoc onus trāseat ad successorē, poterat cōueniri in syndicatu, vt d. leg. 1. §. sciendū, Iaso.*

* ¶ Adde tex. apertum in l. cū ostendimus, §. vlt. de fideius. tut. Et nota, quod in relatione facięda, per eiusmodi æstimatores seu approbatores requiritur partis citatio, vt cōcludit Rom. cons. 72. circa primum, in princip.]

a ¶ Dan-

Prætor, neq. Præses prouinciæ, neq. quisquā † alius, cui tutores dandi[a] ius est, hac actione tenebitur: sed ij tantummodo, qui satisdationem exigere solent.[b]

† l. similis vt puta pro consul, legatus Proconsulis, præfectus Aegypti, & alij eiusmodi q instar supra scriptorū tutores dare possūt. l. 1. ff. d. tu. & cu. da. ab ijs

¶ *De excusationibus tutorum, vel curatorum.*

¶ *Tres liberi Romæ, & quatuor in Italia, & quinq. in prouincijs, præstant excusationē à tutela, vel cura. Adoptiui verò nō cōputātur. Nepotes verb. in locum filij vocātur. Nec liberi mortui cō putantur, nisi pro rep. decesserint. Ang.*

EXcusantur autem tutores, & curatores varijs ex causis. Plerumque † autem propter liberos,[c] siue in potestate sunt, siue emācipati.[d]

† aliàs tamen.

a ¶ *Dandi*, scilicet tantum.
b ¶ *Solent*. aliàs debent: sed isti nec debent, nec solent, vt diximus.
*¶ Legendum, solent, vt ostendunt hic verba Theophili, intelligit enim Imper. eos, qui vel ex lege, vel consuetudine cautionē exigunt, vt sūt magistratus municipales, Defēsores ciuitatum, Iuridicus Alexandriæ, & cæteri eiusmodi minores magistratus.]

¶ *De excusationibus tutorum, vel curatorum.*

Continuatio. ¶ Nunc dicit quod supra. quibus modis tur. fin. §. fin. pro nisi. Accurs. Vel sic: Supra visum est de tutoribus & curatoribus, verum quia ij varijs ex causis excusari solent, ideò meritò subdit de excusationibus tutorum, & curatorum. Porcius.

Diuisio. EXcusantur. ¶ Diuiditur hic titu. in 16. partes. In prima ponitur, qualiter quis ob numerum filiorum excusetur. In secunda ob negotia publica. In tertia, propter iurisdictionem. In quarta propter litem præcedentem. In quinta propter numerum tutelarum. In sexta, propter paupertatem. In septima propter infirmitatem. In octaua, propter imperitiam literarum. In nona, propter inimicitias. In decima propter controuersiā status. In vndecima, propter ætatem. In duodecima, propter militiam. In 13. propter studium artium liberalium. In quarta decima infra quantum tempus possit quis proponere excusationem. In decima quinta, qualiter quis excusetur à cura pupilli sui vel vxoris. In decima sexta, quod talis excusatio non prodest. Partes de se patent.

STL. ¶ *CASVS*. in toto hoc titulo nō potest aliter figurari: sed bene possūt assignari rationes priuilegiorum. pp quæ datur excusatio: ideò in hoc tantum loco casus instabimus: verba enim, & sensus clarissimi sunt. Dicitur ergo, q numerus taxatus in tex. præstat excusationē: circa quod aduertas, q quo ad numerum non est ratio, quare magis tres, q̄ quatuor, vel sex posuerit: quia huiusmodi sunt positiui iuris. l. 1. §. pueritiam, & ibi glo. ff. de postu. Sed ratio priuilegij filiorū est occupatio propria circa suos filios. Item fauor reip. expedit enim ciuitatem, & prouincias repleri hominibus. l. 1. ff. sol. mat. vnde inuitantur ad generationem propter huiusmodi immunitates, & hinc est, quod arrogati & adoptati præstant generanti immunitatem, non patri ciuili: *quia occupatio, quam quis propria culpa incurrit, sibi debet imputari. capit. damnū. de regul. iur. in 6. Item quia quoad patrem adoptiuum resp. alium ciuem non habet, sed eiusdem ab alio genitum, cui decet quòd præstet excusationem.] & emancipatus similiter numeratur in numero filiorum.

* Nepotes autem ideò non prosunt auo nisi patre defuncto, quia dum pater viuit, ipsi genitori prosunt. Non enim lex voluit in hac causa quempiam duobus prodesse, vt in exemplo nepotum ex filia licet videre, qui auo non annumerantur inter liberos, vt excusetur à tutela vel cura, propterea quòd patri, qui illos patriæ genuit, prosunt. Ratio autem quare defuncti nō prosint est, quia cessat ratio occupationis, item & causa fauoris, cum respub. opera illorum vti amplius non possit. Aliud tamen statutum est in ijs, qui in acie pro patria occubuerunt, ex ratione in tex. relata. Quod verò non idem numerus filiorū vbique excuset, ex eo potest videri inductum, quod respub. magis vteretur opera ciuium, quàm Italorum, & magis Italorum, quàm prouincialium, in dandis hominibus militiæ: ideoque maiori fauore prosecuta est eos, qui suis necessitatibus facilius & sæpius succurrerent.] Not. quod liberi excusent à tutela. Item, quòd emancipatus iure ciuili quoad hoc cōnumeratur in numero filiorū. Item, quod tutela est munus publicum. Itē, quod filius legitimus tantum non præstat excusationem patri legitimo tātum, sed naturali. Item quod nepotes succedunt in locum filij. Item solos viuos numerandos. Item, quod defuncti in bello pro republica viuere creduntur per gloriam, & de ijs idem quod de viuis iudicatur quo ad beneficium patris.]

c ¶ *Propter liberos*. superstites, & incolumes, vt ff. de vaca. mu. l. 2.

STL. * ¶ Adde, liberos esse debere legitimos & naturales l. 2. ff. de excusa. tut.

d ¶ *Emancipati*. nisi pater filio emancipatò curator petatur; tunc enim non excusatur

tur

† Et ista e verior secundũ Ang. ga STL. beneficium ꝙ habeo ꝑ pter te, non debeo vti cõtra te, salt ẽ vbi tu participas ã eodem, secundũ Christ. per leg. si iudex circũiũe to. ff. de mi. aliàs secus vt STL. in d. leg. amicissimos.

tur à cura emãcipati, vt ff. eo. l. amicissimos. §. si † Vel dic, quod licet faciat cõtra stimulos naturales, tñ bene potest, vt ibi innuitur.
¶ Adde, quod iste Intellectus est verissimus, quicquid dicat Iac. de Are. & Bart. vt aperte probatur ex verbo, oportere, ibi posito, & declarat optimè Bald. ibi.

Si. n. tres liberos superstites Romæ[a] quis habeat, vel in Italia quatuor, vel ĩ ꝓuincijs[b] quinq; à tutela, vel cura potest excusari, exẽplo cęterorum munerum.[c] Nã & tutelam, & curam, placuit publicum[d] munus esse. ¶ Sed adoptiui liberi nõ prosunt:[e] in adoptionẽ autẽ dati, naturali patri[f] prosunt. ¶ Item nepotes ex filio prosũt, vt in locũ patris[g] sui succedant:

a ¶ *Roma*. Hoc est in ciuitate Romana, & vsque ad centesimũ milliarium, vt ff. de offic. pręf. vr. l. 1. §. cum vrbem.
*¶ Adde, ꝙ in §. cum vrbem extenditur vrbis appellatio, non Romæ: idque ea ratione, quod Principis beneficia latè sunt interpretanda. l. fin. ff. de constit. princ. quam interpretationem non reor in hac materia admittendam, tanquã restrictiuam commodi pupillorum.
b ¶ *In prouincijs*. Sed nunquid illæ prouinciæ, quæ aliàs habent ius Italiæ, & hoc habebunt? Respond. non, quia illud propter tributa conceditur eis, vt ff. de censi. l. 1. & fin.
*¶ Ad interpretationem huius glos. vide omninò Alcia. lib. 11. dispunct. capit. 21. vbi pulcherrimè disserit, quale esset ius hoc Italicum, quæ commoda afferret, & qui-bus multis nationibus olim fuerit concessum. Quæ autem dicantur prouinciæ, & vnde, docet idem Alciat in l. nonionem. §. continentes. ff. de verb. sign.
c ¶ *Munerum*. idest onerum ciuilium, vt decurionatus, secus si patrimonij sit onus. vt ff. de vaca. mu. l. sextum decimum. §. numerus, & §. quæ patrimoniorum, & l. his onerib. l. respon. & C. qui num. libe. l. lib. 10.
¶ Tunc enim exigitur maior numerus secundum Bartol. in l. semper. §. 1. ff. de iur. immu.
** Adde, quòd munera ciuilia, & munera publica pro eodem supponuntur. l. fi. §. hęc. ff. de mu. & hon. præterea scire oportet, qđ gl. errat dicens, quòd hic numerus filiorum excusat in decurionatu: nam decurionatus est honor l. à decurionatu. ff. de vac. mu. cõstatque hunc numerum nõ excusare ab honoribus, sed solum à muneribus ciuilibus. l. 2. §. 1. eod. tit. de vac. mu. & ideò aptius ponetur exemplũ in muneribus personalibus, de quibus meminit. l. a. & vltim. ff. de mu. & hono.
¶ Item secus in honoribus, vt ff. de vac. mune. l. 2. §. numerus, & l in honoribus.
† Item secus in oneribus, quæ honori inhærent, vt ff. de vac. mune. l. sextum decimum, §. numerus.
d ¶ *Publicum*, Auctoritate; nam datur inuitis, vt C. de decur l. nullus lib. 10. & facit. ff. de verb. sign l. pupillus. §. munus, & l. munus propriè & ff. de mu & ho. l. 1. §. illud. Sed cõtra, ff. eo. l. a. hlera. §. tutela. Sed non est publicum munus (vt ibi dicitur) vtilitate, licet auctoritate, vt hic dicitur: sed vtilitate publicum est secundario, quia expedit reipublicæ, & cet. vt supra. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris §. fin. itẽ contra ff. eo. l. spadonem. §. qui accipit, & leg. non tantum. §. non omnia. Sed licet ibi generaliter remissionem publicorum munerum habuit, tamen in generali remissione non continetur tutela, vel cura fauore pupillorum, & adultorum. † sicut & alias de generali dicto quædam excipiuntur, vt ff. de leg. 3. l. vxorem. §. felicissimo, & ff. de procur l. Pomponius. respon. & ff de lib. leg. l. Aurelio, § Caius.
*¶ Adde, quòd regula, quæ habet, quod dispositio generalis generaliter est intelligẽda limitatur in 1 . casibus, de quibus hic in nostris Commen. vbi rimè disserimus.
e ¶ *Non prosunt*. Et hoc dico ad excusationem; sed bene acquirebant ei, scilicet patri adoptiuo, vt hic, & ff. de va. mu. l. sextum decimum §. adoptiui maximè hodie, cũ nihil ad patrem adoptiuum transea., vt sup. de adoptio § sed hodie.
* ¶ Intelligẽ istum text. generaliter tam in adoptatis quocunque, quam in arrogatis, ex rationibus in positione casus adductis.
f ¶ *Naturali patri*. Licet adoptiuo non prosit, vt sup a proxim. respon † & secundum hoc pu ta ibi, dati. Vel dic, dati in adoptionem naturali patri, idest au , vel proauo, prosunt, scilicet arroganti, cũ tãle ãt in familiam eius, vt supra de adoptio. § sed hodie. in fi. §. & §. seq & secundum hoc fiet hic mentio illius noui iuris, & punctabis ibi, naturali patri.
g ¶ *In locum patris*. Apparet quod eo mortuo tantum prosunt: eo autem viuo non prosunt, vt hic, cum dicit, In locum patris, & cet. & l. 2. §. non solum. ff. eod. & C. de ijs, qui numero lib. l. 3. lib. 10. Sed numquid omnes loco vnius computantur? Respondent quidam, quòd non. Sed contradicunt leges expresse nam loco vnius numerantur quotcunque sunt, vt in græca lege. ff. eodẽ. l. 2. §. quotcunque. nam etiam in successione loco vnius computantur. vt infra de hæred. quæ ab Intesta. §. filius. ar. ff. de contra tab. l. 1. §. 1.
ADDITIO. Hoc est mirabile, cum auus habeat curam, & onus alendi eos; sed ratio est,

† Abeo tamẽ excusant 12. liberi, vt tenet glo. in l. si qs decur.

C. de decu. libr. 10. quã approbat Angel. & Por. hic. licet glo. in leg. 1. C. de his, qui nu. libe. dicat, ꝙ requirantur 1.

† Et sic Generalis Immunitas STL. nõ extẽditur ad munus publicũ auctoritate, & vtilitate priuatum: & ita nec ad reale ordinarium, sed extraordinarium sic vt notat Bar. & Dyn in d. §. qui accipit.

est, quia prosunt patri suo, & non debent prodesse duobus. Ioan. Fab.
** Ratio quare loco vnius computentur est, quia non sensit respub. beneficium ab auo, nisi ex generatione vnius filij.]

scus in multis læderetur: & econuerso: quæ ratio traditur à Theophilo in Istit. Græcis.]
Not. quod procurator fisci durante eius officio excusatur à tutela. Item, quòd cessante causa impedimenti cessat immunitas. Itē quòd vtilitas publica auctoritate, & vtilitate præfertur publicæ auctoritate, sed non vtilitate.]

ex filia, non prosūt.[a]

¶ Filij autem superstites[b] tantum ad tutelæ, vel curę muneris excusationem prosunt, defuncti[c] autem non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quæsitum est, an prosint. Et cōstat eos solos prodesse, qui in acie[d] amittuntur. Ij enim, qui pro republica ceciderūt, in perpetuū per gloriam viuere[e] intelliguntur.

¶ *Administrās res fisci excusatur à tutela durante administratione. h.d. ex l. administrantes. ff. eo.*

¶ Item Diuus Marcus in Semestribus[f] rescripsit: eum, qui res fisci administrat, à tutela, vel cura, quamdiu administrat,[g] excusari pōsse.

¶ *Absens causa reipublica, à tutela, vel cura noua in totum excusatur: ab antiqua autem, durante absētia. h.d. ex leg. non solum. ff. eo. Aret.*

a ¶ *Non prosunt.* Quia non sunt in potestate sua, vt supra de pat. po. §. fin. hæc ratio non est bona, vt supra eo. in princip. dicit enim de emancipato: vnde dicas, non prosunt auo materno, ** quia alij prosunt, vt C. qui num. libe. l. 5. & l. fin.

** *ti. patri, vel eo mortuo, auo paterno.*

b ¶ *Superstites*. id est viui.
c ¶ *Defuncti*. Idem & in nō natis, licet cōceptis, quia quo ad hunc casum non sūt pro iam natis, vt ff. eodem. l. 2. §. qui autem in ventre.

f ¶ *In semestribus*. id est in sex mensibus, quibus dabant operā studio. Nam alternis sex mensibus dabant operam Imperatores bello & studio, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. ex ijs, in princip. vltimę charte, vel dic, quod nomen erat libri illis sex mēsibus compositi: quod in idem recidit. — *Semestre qd.*

¶ Tu dic, quòd sicut annales dicebantur ex eo, quod anni vnius res gestas continerent: ita semestres libri, * in quibus sex mensium rescripta constitutionesque descriptæ erant. Hos D. Marcus scripsit, vt hic, & in l. pactum. ff. de pact.] — *SYL.*

* Ratio est, quia non habentur pro iam natis, vt alij prosint, sed solum, quo ad eorum commodum. l. qui in vtero la 1. ff. de sta. ho.]
d ¶ *In acie*, scilicet Principis, vt supra de adopt. §. feminæ.
* ¶ Adde, in acie amissos etiam eos dici, qui accepto vulnere in conflictu, alibi pp illud vulnus periere. l. 1. §. 2. ff. de incen. rui. nau.]
e ¶ *Per gloriam viuere*. Nota mortuum viuere p gloriā. vt ff ad l. Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. Et contra quis fingitur mortuus, qui viuit per vituperium; vt deportati, vt ff. de cōtra tab. l. 1. § 1. & §. pen. in fi. & ff. de do. inter virum, & vxo. leg. cum hic §. si donator. (aliâ, §. si seruus) vbi seruus viuit, & tamen pro mortuo reputatur quo ad ius ciuile, vt ff. de re. iur. l. quod attinet. & l. se uitutem.
¶ Præclare Cic. Philip. 9. His enim (inquit) maiores nostri, qui ob rempub. mortem obiere sūt, pro breui vita diuturnam memoriam reliquerunt, & Plau. in Capt. quisquis per virtutem perijt, is numquam interit.
SYL. ¶ Itē Diuus. ¶ *CASVS*. sic figuratur. Quæsitum fuerat, an administrans res fisci excusaretur à tutela: & videbatur quòd non, quia cum tutela etiam ipsa sit munus publicum, vt supra ostensum est, non videbatur impediri ex alio munere publico. Sed contrariū dicitur ex eo, * quia fieri non posset, quin dū rebus pupilli, vel adulti operam daremus, fi-

g ¶ *Administrat*. qui dicitur procurator fisci, & facit ad hunc. §. sup. de cur. §. itē loco.
** Extende ad omnes, quibus princeps curam alicuius rei propriæ, vel publicæ commisit, vt sunt exactores tributorum, præfecti annonæ, præfecti vigilum, mensores frumentarij, rationales.]
ADDITIO. Idem si administrat res aliorum principum. Io. Fab.
* ¶ Item qui. ¶ *CASVS*. positio clara est, & ratio ipsius est, quia si quis, & pupillaribus, & publicis reb. vellet vacare. necessariò, aut pupilli, aut reipub. res negligentius curarentur, vt dictum est in pręced. §. vel dic (vt aliàs dicebam) quod tutela respicit vtilitatē publicam secundariò, in exemplo autem huius & præceden. §. vertitur vtilitas publica principaliter; & ideò tutela præponderat.] — *SYL.*
** Ideò autem susceptam in tutelam finita absentia recipiunt statim, nec anni vacationē habēt, quia ius reponit illos in eo statu, in quo erant ante absentiam, nec priuilegium illud vacationis anni triburum à lege simpliciter, tum ad resumendas vires, tum ad curam suarum rerum instituendam, in præiudicium tutelarum iam susceptarum ope-

operatur, quia immunitas à tutelis eatenus tantum vires habet, quatenus nominatim priuilegium indultum eſt, l. non tantum. §. nō omnia iuncta l. ſpadonem, §. quia accipit ff. eo. tit.] Not. quòd abſentia cauſa reipubl. præſtat excuſationē à munere de nouo delato: ſecus ab antiquo. Item, quod durante abſentia datur curator.]

a ¶ *Abſunt.* vel abfuturi ſunt, vt ff. de procu. l. filiuſfamilias. § ſi.

ADDITIO.

Quia paria ſunt eſſe, vel de proximo ſe parari, l. pen. ff. de teſt. mil. Aret.

* ¶ Abeſſe rei pub. cauſa qui dicatur, liquet cum ex multis alijs legib. tum ex l. Item ij. ex l. Reipublicæ. ex l. Abeſſe, & ſeq. ff. ex qui. cau. maio.

ſtratum, l. poteſtatis, ff. de verbor. ſignificat. * Sed in l. eos. proconſularis poteſtas interpretanda eſt imperium, & auctoritas Proconſulis.]

e ¶ *Sed ſuſceptam,* vt ſupra proximo, §.

** Rationem diuerſitatis inter abſentem cauſa reip. & magiſtratum, circa tutelam iam ſuſceptā, hanc eſſe cenſeo, quia qui reip. cauſa abſunt, plerumque interim quicquam in rem ſuam agere prohibentur. l. legatus, ff. de lega. quę prohibitio nō cadit in gerentibus magiſtratum. & ideò non mirum, ſi legislator ipſos reip. cauſa abſentes ob huiuſmodi incommodum relevauerit interim ab onere tutelæ iam ſuſceptæ, l. eum qui, ff. de iureiur.]

¶ Item qui reipublicę cauſa abſunt,[a] à tutela, vel cura excuſātur.[b] Sed & ſi fuerint tutores, vel curatores dati, deinde reipublicæ cauſa abeſſe cęperint, à tutela, vel cura excuſantur,[c] quatenus† reipublicæ cauſa abſunt: & interea curator loco eorū datur, qui, ſi reuerſi fuerint, recipiūt onus tutelę. Nā nec anni hēnt vacationē vt Papinianus libro quinto Reſpōſorum ſcripſit: nam hoc ſpacium habent ad nouas tutelas vocati.

† pro quā diu ſic l. 1. in principi ff. de ope. non. nunc.

¶ *Habēs publicam poteſtatem, a tutela habet excuſationem, ſed non à iam ſuſcepta. hoc dicit ex l. non tātum, § ſanè, ff. eod.*

¶ Et qui poteſtatem[d] aliquā habent, ſe excuſare poſſunt, vt Diuus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam[e] tutelam deferere nō poſſunt.

Militi à bello miſsi quo tānos excuſationis hint.

b ¶ *Excuſatur.* Hoc primum reſponſum loquitur, quando eo exiſtente in abſentia reipublicæ cauſa, datus fuit tutor, vel curator: quo caſu, perpetuò excuſatur, ſi per viginti annos militauerit, vel compleuerit militiæ ſpacium, & non ignominioſè miſſus eſt. Aliàs qui infra quinquennium miſſus eſt, puta qui infirmus, nullam habet excuſationem: qui poſt quinque annos, habet annum: qui poſt octo annos, habet biennium: qui poſt duodecim, habet triennium: qui poſt ſexdecim, habet quadriennium: qui poſt viginti, excuſationem perpetuam habet, vt dictum eſt, ff. eodem. l. ſed & milites. §. 1. 2. & 3. & 4. & 5. & §. quandoque vſq; ad §. qui autem poſt.

c ¶ *Excuſantur.* Si hoc poſtulauerint prius, & etiam alium actorem, vel curatorem petierint, alias non, vt C. ſi tut. reipu. cau. l. 1. & ff. de admi. tut. l. tutores, § qui ſe. *SYL.*

¶ Et qui poteſtatem. ¶ *CASVS* non figuratur, & ratio clara eſt fundata in adminiſtratione principaliter publica. Not. ſummarium. Item, quod multa impediuntur facienda, quæ facta tenent.]

d ¶ *Et qui poteſtatem.* Vt quia ſit Præfectus vigilum, vel annonæ, vt ff. eod. l. adminiſtrantes, & ſimiles, qui poteſtates vocantur, vt C. de mo. mulct. l. eos, ſecus ſi ſit circa latus Principis; cęptam enim non complebit, vt ff. eod. l. iuriſperitos. *SYL.*

¶ Dic poteſtatem, id eſt publicum magi-

* ¶ Item propter. ¶ CASVS eſt clarus. Ratio dubitandi poterat eſſe periculum ſubtractionis inſtrumentorum pupilli, cæteraque alia, quę referuntur ab Imperat. in Authent. vt ij, qui oblig. ſe hab. ſe ha. res mi. in prin. ex quibus videbatur, quòd tutores, vel curatores non ſolū excuſandi eſſent, ſed remouendi: cuius contrarium deciditur, niſi de omnibus bonis, vel hęreditate controuerſia exiſtat, quia tunc quaſi de capite agitur, capitaleſque excitantur inimicitiæ, ob quas etiam quis excuſatur à tutela. §. inimicitiæ, infra eodem, & ideò prouidendum fuit, ne ex hoc tutor moueretur ad ſubtrahendum ipſi pupillo iura ſua: at in cæteris litibus aliud placuit, quia neminem tam impium fore creditum eſt, vt cum tanta exiſtimationis iactura, fraudulenter in rebus eorum, qui ſuæ fidei eſſent commiſſi, verſaretur proinde cum vſus poſtea docuiſſet, ob lites quoq; leuiores non rarò pupillos adultoſque ſuis facultatibus ſpoliari à tutoribus, & curatoribus nouiſſimè hæc regula per ſupradictam Auth. correcta eſt.] Not. quòd poteſt eſſe lis inter pupillum, & tutorem durante tutela. Item, quòd ex maxima lite etiam ciuili finitur tutela. Item quòdq, hæreditatis pupilli maxima eſt, & æquiparatur q. de omnibus bonis, cum veriſimiliter nihil habere poſſit proprium, qui acquiſiuit patri illuc vſque quicquid quæſiuit.] *SYL.*

¶ *Propter litem, quã quis habet cum pupillo, nõ excusatur a tutela, nisi sit omnium, vel maioris partis bonorum. h. d. ex l. propter. ff. eo.*

¶ Itẽ propter litem, quam cũ pupillo, vel adulto tutor, vel curator habet, excusari non potest: nisi fortè [a] de omnibus bonis, † vel hæreditate. [b] controuersia sit.

¶ *Tres diuersę tutelę non affectatę, donec durant, præstant excusationem. h. d. ex l. tria. ff. eod.*

¶ Item tria onera [c] tutelę non affectatę, vel curę, pręstant vacationẽ, quãdiu administrantur: vt tamen pluriũ pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorũ, veluti fratrum, pro vna computetur.

a ¶ *Nisi fortè*. immo & sine fortè, vel etiam si de maiori parte bonorum pupilli sit controuersia, vt ff eo. l. propter litem, 1. respon. & facit. C. eo. l. si vt allegas, & sup. de aucto-rita. tutc. §. 1, & C. qui da. tuto. pos. l. creditorem, sed hodie non potest creditor, vel debitor, esse tutor, vt in Authent. vt ij, qui oblig. per. §. 1. collatio. 6.

* ¶ Adde ⁀, quod d. Authent. non habet locum in creditore modicæ summæ, secundum gl. Bart. & alios in Auth. minoris. Cod. qui da. tu. poss. & latissime Mars. consil. 103. numero 29.

† *quia eas affectasse videtur leg. spadonẽ. §. vlt. ff. eo.*

b ¶ *Hæreditate*. scilicet ipsi pupillo à patre delata, vel à quocumque, non curo: propter magnitudinem enim litis ponit de hæreditate ⁀.

** Intellige text. nostrum de hæreditate ⁀ paterna indifferenter, siue in ea cõtineatur tota maiorve pupilli substantia, siue non, l. si pupillum. ff. eo etenim plerumque omnia pupilli bona in hæreditate patris consistunt hucque, veluti ꝙ frequẽtius eueniat legislatores respexere l. nã ad ea ff. de legi. in reliquis autem litibus dispiciemus, vtrũ controuertatur de omnibus bonis, aut plurima eorum parte d. l. propter. ff. eo. vnde rectè Sali. interpretatur. d. l. si allegas, in hæreditate, in qua agat de maxima patre bonorũ pupilli. }

* ¶ Idem in quæstione status, vt notatur in §. item is, infra eod. nam controuersia status mortis accusatio i æquiparatur, vt ibi inquit. Accur.

STL. * ¶ Item tria. ¶ *CASVS*. apertus est, & ratio ipsius est difficultas rationũ conficiẽdarum, l. si is qui. §. si. ff. eod. & ne multitudine negotiorum tutore onerato res pupillares male administrentur: quæ ratio cessat in tutela complurium fratrum, qui idem habent patrimonium. quia, vt ibidem dicitur, non numerus personarum, sed diuersitas patrimonij, diuersæque rationes conscribendæ expendi debent. Affectatæ autem tutelæ, vel curæ ea ratione non prosunt, quia qui spõtè & volens oneri se subiecit, nõ est illi succurrendum. l. 1. § si quis tamen. & §. si ff si quis ca &c. damnum de reg. iur. in 6. Not. quòd affectatum onus non excusat. Item, quod tutor plurium pupillorum fratrum, dicitur tutor vnius tutelæ tantum.]

c ¶ *Item tria onera*. Nota, dicit onera, quatuor enim posset habere tutelas, quę sibi excusationem non darent, si sint leues, vel leuissimæ, † vt hic. † Item nota, quod dicit, tria onera: tres enim posset habere, & tamen pro vna computantur, puta fratrum, vt sequitur. Non enim numerus pupillorum plures tutelas facit sed patrimoniorum separatio, vt ff. eo. leg. tria. & sep. si is. Item quod dicit non affectatæ: nota nam si dedisset operam, vt affectasset ea habere, non prodessent, quia non viderentur onerosæ, vt & aliàs qui data opera reipublicæ causa abest, vt ff. ex quibus cau. maio. leg. & qui data. & facit ff. si quis cau. lege secunda §. simili. & ff. ad leg. Corn. de fal. l. vxori. §. 1. iuxta illud: Hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter. Item hæc tria onera in domo vna esse sufficit: vt si pater, vel filius gerat, omnes excusentur: sed non computetur, nisi ob alium tutorem teneantur, vt ff. eod. l. diximus, § fio. & l. sequen. & ff. de ritu nupt. l. si quis tutor.

*

† *quia eas affectasse videtur l. spadonẽ. §. vlt. ff. eo.*

† *Itẽ si altera ipsarũ, vel etiã quarta superueniens sit breui tpe finiẽd. puta if. semestre. l. cũ tãtũ. in prin. ff. eo.*

STL. ** Adde, ꝙ etiam vna tutela, si tam diffusa, & negotiosa sit, vt pro pluribus cedat, excusat ab onere secundæ tutelæ. Nam in his excusationibus attẽditur ad difficultatem administrationis, l. si is qui. ver. cęterum. ff. eo. Item honorarius hoc nomine non computatur, vt ff. eo. l. spadonem, §. si ciuitatis.

* ¶ Honorarius tutor est, qui honoris tantum gratia datur, non vt administret. l. 3. § si parens ff de admi. tu.]

ADDITIO. Item duæ excusationes imperfectæ diuersi generis, puta duæ tutelæ cũ duobus filijs, non faciunt vnam plenam. l. excusatur, §. amplius, ff. eo. Aug.

STL. * ¶ Sed & propter ¶ *CASVS*. Clarus est, & in vtroque casu ratio exprimitur in tex. Noluerunt enim ll. quempiã obligari ad impossibilia, & præterquam quòd satis inhumanũ esset, vt qui suo labore victum sibi quærere necesse habet, aliena negotia suis posthabitis agere cogeretur, tunc etiam damnosum esset pupillo hunc habere, vel quia segniter res eius gereret præ inopia, vel nõ ex fide, l. pen. ff eo quæ rationes militant etiam in casu aduersæ valetudinis. Quid enim tam impium excogitari posset, quã si is, qui ne suis quidem negotijs superesse potest, aliena curare

rare compelleretur, cum summo etiam pupillorum d'ino? No. q paupertas non præsumitur, sed debet probari. Item, q præstat excusationem à munere publico. Item, q non omnis mala valetudo præstat excusationẽ, sed ea, propter quam suis rebus superesse non potest.

¶ *Paupertas, & infirmitas, propter quam quis non potest proprijs negotijs superesse, excusant. h d. ex l. paupertas, & leg. non solum. in fi ff. eo.*

¶ Sed & propter paupertatem excusationem tribui, tam Diui †fratres, quam per se Diuus Marcus rescripsit, si quis imparem[a] se oneri iniũcto possit docere.[b]

¶ Itẽ propter aduersam valetudinem,[c] † propter quã ne suis quidem negotijs interesse potest, excusatio locum habet.

† *M. Antoninus, & L. Verus.*

* ¶ Adde, q & in pluribus alijs casibus fauetur paupertati contra ordinarij iuris regulas, quos videre est relatos apud Alc. l. 1. de verbor. signific. quod tamen limita non habere locũ, vbi quis incididisset in paupertatem culpa sua: quæ ordinata esset ad casum paupertatis, nam tunc nusquam ei subuenitur, l. bona fides. ff. depos. leg. pen. de iu. d. & trahit Alex. latè in l. quãuis. sol. mat. nisi aliàs fame periturus esset, vt ait Alex. vbi sup. & Decl. in c. pastoralis, §. verum. coll. 3. de appel.]

† *Intellige suam nõ et suorum. vt patris, et filiorum quia tũc nõ excusatur, sicut nec ab alijs muneribus personalib. l. vlt. C. q morbo.*

Paupertas aliquando non excusat à tutela.

a ¶ *Imparem.* id est si non habeat tantum in bonis, quantum & pupillus cui datur tutor, vt hic, & ff. eo. l paupertas, aliàs autẽ dicitur pauper, qui non habet quinquaginta aureos in bonis, vt ff. de accu. l. nonnulli. Vel dic verius eum esse hic pauperem & imparẽ oneri, qui sic laboribus est implicatus propter paupertatẽ, vt tutelæ superesse non possit, cũ forte in agro eũ tota die esse oporteat. Nec enim placet prima expositio, cũ hoc munus magis obsequio personæ, quã in aliqua erogatione cõsistat; vnde paupertas talis nõ nocet, dummodo possit superess. tutelæ, vt ff. de mu & hon. l. cur §. inopes, & inst tit. t. §. fi.

STL. ¶ Adde communiter teneri paupertatem distingui arbitrio iudicis, attenta qualitate personarum, & patrimoniorum, nisi aliter nominatim cautum sit, vt per doct. in l si cõstante, in 2. q. Bart. ff. sol. matr.

b ¶ *Docere.* id est probare.

c ¶ *Aduersam valetudinem.* Vt si est surdus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus, vt C. qui mor. l. 1. q. morbus prout durauerit, excusat: sed furor non excusat, se interim curator datur, secundum Ioã. vt ff. eo. l. non solum. §. fin. & seq. duabus, ll. vsque ad §. sunt & alij. sed quidam ex supradictis, etsi velint, non admittuntur: vt surdus, & mutus, vt ff. de tu. l. 1. § pen. & §. fi. Quare dic, q quãtu ad eos improprie ponit excusatio, vt inf. eo. §. minores.

¶ *Qui literas nescit, à tutela excusatur, tametsi aptus sit negotijs gerendis h. d ex l. athletæ §. fi ff. eod.*

¶ Similiter eos, qui literas nesciunt,[d] esse excusandos Diuus Pius rescripsit, quãuis & imperiti literarum possint administrationem negotiorum sufficere.

¶ *Datus tutor ĩ testamento propter inimicitias, excusationẽ habet: qui vero promisit administrationẽ, excusationẽ pdit, h. d. ex l. athletæ. §. dat et l. spadonem. §. 1. ff. eo. Aret.*

** Declara hoc procedere in tutela delata postquã inciderint in morbum. nam tũc nec volentes admitteretur. l aguato. §. vlt. ff. de leg. tu secus aũt si fiant surdi, aut muti, post susceptam tutelam. d. l. post susceptam. & l. etiã si tutor. ff. de auct. tut. ratio autem est, qa hoc casu possunt constituere actorem suo periculo, qui tutelam gerat § fin. supra de cur. qd non licet in priore casu, quia datio eorum in tutores nulla esset.]

STL. * ¶ Similiter. ¶ CASVS. Dubitatũ fuit an qui literas nesciũt tutores, vel curatores dari possent: & videbatur quòd sic. si apti essent ad gerenda negotia l. athletæ. in fi. ff. eo. cuius cõtrarium deciditur, quia cum tutor facere inuentarium teneatur, & rationes scribere, qui autem literas nescit, id est, qui nec legere, nec scribere nouit, (ita enim hic accipiendum est) hæc non nisi per alium facere possit, ex qua re tam ipse tutor, quam pupillus, facile possent damnificari, meritò constitutum est vt potius excusetur. Et hic est verus sensus huius §. quẽ apertius explicaui hoc loco in Comment. & conciliaui cum l. athletæ ff. eundem] No. ignorantiam literarum excusare à munere publico. Item, quòd quamuis sit quis diligens ad administrandum negotia, si nescit literas, reputatur insufficiens muneribus publicis]

† *Sic iure canon. illiteratus non pt obtinere beneficiu vt ca cũ nostris. extra de concess. prab. vb Innoc*

d ¶ *Literas nesciunt* Et simplices sunt, vel rudes: aliud si sunt sagaces in negotijs: tunc enim non excusantur, vt subijt, quamuis &c. vt ff eo. l. athletæ. §. pen. & fi. Et not. literatũ ad aliqua admitti, ad quæ non recipitur illiteratus, † vt C de postu. l. 2. & in Authent. de iudi. §. t. coll. 6. Et no. melioris conditionis esse sapientem, quam stultum.

* ¶ Literas nescire hoc tex. qui dicantur, de-

clara, vt in formatione casus.

* ¶ Item si propter inimicitias.

In primò dicto dubium faciebat, quòd cum quispiam datur tutor testamento post inimicitias contractas, videtur quodammodo remitti odiũ: & ideò nõ videretur, quòd deberet excusari: l. athletę. §. dat. ff. eo. cuius contrarium respondetur. Nec obstat supradicta præsumptio, quia iste tex. loquitur, quando ex aliquibus coniecturis apparet datũ fuisse tutorem ob inimicitias; vt scilicet debitis, & negotijs implicaretur: vnde cessat p̃sumptio recõciliationis, vna enim præsumptio tollit aliam leg. non est, dig. st. qd met. caus. Ratio autem decidendi habetur in lege prima, Cod. si prop. inimic. libro decimo. Secundi autem dicti ratio est, quia promittens se administraturum, videtur iuri se excusandi renunciare, leg. spadonem, §. 1. ff. eo.] Notabilia clara sunt ex lectu. tex.]

¶ Item si propter inimicitias[a] aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum † promiserant.[b]

† aliàs promiserunt.

¶ *Ex eo, quod quis nõ cognoscit patrem pupilli, non excusatur à tutela h. d. ex l. spadonem, §. fin. ff. eodem. Aret.*

¶ Non esse autẽ admittendam excusationem eius, qui hoc solo vtitur, quod ignotus[c] patri pupillorum sit, Diui fratres rescripsere.

¶ *Inimicitiæ capitales, si reconciliatio nõ sit secuta, præstant vacationem à tutela. hoc dicit ex l. athleta. §. dat. ff. eod.*

¶ Inimicitię, quia qs cum patre pupillorũ, vel adultorum exercuit, si capitales[d] fuerũt, nec reconciliatio

Inimicitia tribus casibus excusat à tutela.

a ¶ *Inimicitias.* Vt quia ideò eum dedit tutorem, vt debitis supponatur, & à pupillo vexetur. Et nota quod tribus casibus excusat inimicitia, vt si ideò dedit: vt dictum est, vt hic. Item & quando interuenit † post testamentum. Item (secundum quosdam) *etiam quando ante testamentum, si tamen fuit capitale certamen. In quarto casu non: vt si ante testamentum facta fuit, & non capitalis, quia videtur remisisse, ex quo in testamento dedit tutorem, vt ff. eod. l. athletę. §. dat remissionem. prout est ibi in litera, prius vt & inf. eod. §. inimicitiæ.

*†. s. capitalis, §. inimicitia. infra eo. & d. l. athleta, §. dat & * male, q. a STL. ex testamento p̃sumitur facta recociliatio.*

* ¶ Errat Accurs. circa sensum versic. Nisi positis in dicto §. dat. intelligendus est enim in capitalibus, prout loquitur regula, vt sit bona exceptio: pro cuius §. vera & plena interpretatione vide hic nostros Commentar.

* Quod autem attinet ad non capitales, illud in vniuersum tenendum est, minime præstare excusationẽ à tutela, §. inimicitię. infra eod.

b ¶ *Promiserant.* Licet aliàs habeant excusationem, vt hic, & ff. de test. tut. l. ex sententia in fi. & hoc vbi promisit, vel sic se iactauit,

* ¶ Intelligendus est text. in promissione secundum quod loquitur etiam §. primò. in l. spadonem, vnde sumptus est: iactationes enim à regibus non considerantur. leg. fi. & ibi doct. ff. de testa.) Quid autem si in testamento se tutorem scripsit? Respond. non erit tutor, nisi vel euidenter idoneus appareat, vel pater eum confirmauerit, vt in dicta l. ex sententia, & tunc de cætero erit tutor. ff. ad l. Corn. de Fal. lege vxori. §. primo. Accursius.

¶ Non esse. ¶ *CASVS.* facile poni potest in tam aperta regula. * cuius dubitandi ratio potuit esse. quod traditur in leg. illud, & leg fin. ff. eod. si extranei; & alterius prouinciæ homines, tutores eligantur, competere ius se excusandi si quidem perabsurdum videbatur dari quempiam tutorem ab illo, quem numquam cognouisset: attamen deciditur contrarium: & ratio est quia quamuis ignotus quis sit ex visu (ita enim accipitur hic verbum, ignotus) potest esse cognitus aliter: veluti ex testimonio bonorum virorum de illius morum honestate, & vitæ probitate: amare enim possumus inuisa: & ita intelligitur text. incognita aliquo modo. nequaquam. Not. ignotum tutorem dari posse.

STL.

c ¶ *Ignotus.* sed is excusatur, quia ibi domicilium non habet, vbi datus est, vt ff. eod. l. fin. in fine.

¶ Inimicitiæ. ¶ *CASVS.* facilis est, & ratio manifesta. non enim præsumunt iura tuendos esse pupillos ab inimico paterno: inimicitiæ enim præsumuntur durare cum filijs ex identitate voluntatis, & sanguinis. Not. non omnes inimicitias excusare, sed capitales tantum. * Item, quod ille, qui fuit inimicus patris, censetur etiam inimicus filij, licet pater decesserit.]

Inimicitiæ dñr capitales dupliciter.

d ¶ *Si capitales.* Capitales accipe, vt quia accusabat eum de aliquo crimine, quod ingerebat pęnam capitis, id est status, vel quod ingerebat pęnam sanguinis, vel quia insidiabatur morti ipsius: secundũ Azo. Et nota hic fieri aliquid ratione inimicitiæ, quod non fieret aliàs sic ff. de arb. l. nõ distinguemus

interuenit, à tutela, [a] vel cura solent excusare.

¶ *Qui passus fuit controuersiā status à patre pupilli habet vacationem. Aret.*

¶ Item is, qui status controuersiam à pupillorum patre [b] passus est, excusatur à tutela.

¶ *Maior septuaginta ann. à tutela se excusat: minor 25 & miles nec volētes admittuntur. h.d. ex l 2 ff. eod. ex l. fi. C. de legi. tuto. & l. militiæ, C. qui da. tu. pos. Aret.*

¶ Item maior septuaginta annis [c] à tutela, & cura se potest excusare. Minores autem xxv. annis, olim quidem excusabātur: nostra autem constitutione prohibentur ad tutelam, vel curam aspirare: adeò, vt nec excusatione [d] opus sit.

mus, §. cum quidam, & l. licet autem, & ff. de li. c. l. si pariter. Nam inimicus, iudex esse nō potest, vt ff. de procura l. filiusfam. §. fin. & l. vel exilio.

SIL. ¶ Quæ dicantur inimicitiæ capitales, declarat Bart. in l. 3. §. fin. ff. de a-di. leg. * quod & ego latius hic in Commen. pertractaui.]

* Adde, quòd sunt, & alij plurimi effectus inimicitiæ, vt quod inimicus non admittatur ad perhibendum testimonium, l. testium, ff. de test. quinimmo si examinetur non facit indicium, Barr. in l. mariti, in princip. de quæst. nec ad accusandū etiam in notorijs, Roma. cōsil. 321. Itē excusatur vasallus si ex hac causa non iuerit petitum inuestituram intra annum & mensem cap. 1. quo temp. mi. inuesti. pet. de. vbi gloss. & plures alios effectus recensuit Alcia. lib. 1. de verb. signific. Animaduertendum tamen est, quod inimicitiæ ex propria culpa prouenientes nō excusant, Deci. in cap. vt debitus col. 7. de appellat. Et quomodo probetur inimicitia. est text. vbi Iaso latè hoc prosequitur, in l. liberi. C. de inoffic. testam.

† in §. itē si propter

a ¶ *A tutela*, vel datiua, vel legitima: si autē testamentaria, dic, vt sup. in gl. Vt q̄a, &c †

* ¶ Item is. ¶ *CASVS* facile figuratur. Ratio huius regulæ pendet à superius dictis: nā cū ex cōtrouersia status oriantur inimicitiæ capitales, vt dicit glo. in §. præcedēte, super vers. capitales, sequitur, quod est iusta causa excusationis, §. inimicitiæ, supra eod. Maxima enim ignominia afficitur is, qui super statu inquietatur, nec non eius coniuncti l. 1. & 2. de li. cau. No. summarium. ** Item, quòd ille, qui passus est quæstionem status, censetur inimicus, & excusatur.

b ¶ *A Pupillorum patre*, vt quia pater pupillorum quandoque dixit hunc, quem dat modò tutorem, suum seruū fuisse, vel libertum. Istæ enim sunt quæstiones de statu, vt infra de actio. §. præiudiciales. † Et est rō, quia mortis accusationi hæc quæstio similatur, vt ff. quod me. ca. l. isti quidem. 1 §. Idē est econtra, si hic mouit quæstionem status ipsis pupillis, vt ff. eo. l. athletæ. §. amplius. †

† Adde pulchrū tex. in l. non solū; §. si status, ff. de proc.

SIL. ¶ Item maior septuaginta. ¶ *CASVS*. clarus est. Ratio primi dicti est, quia senex impar putatur oneri: & quia semper apud Romanos senectuti idem honor tributus est, qui & magistratibus, l semper. ff. de iu. immun. Sicut ergo datur excusatio magistratibus & potestatibus, ita & senibus. Ratio autem secundi dicti est, quia qui alterius auxilio eget, non potest alteri auxilio esse: & qui suis rebus regendis impar est, non debet eidem committi administratio aliorum. Ratio autem tertij dicti est propter publicum interesse, ne à militia distrahantur, ob quod plurima sunt in iure priuilegia eisdem concessa. Not. summarium.

† Intellige istud verum si nō studio sè, vel p calūniā mouit q̄stionē vt ibi, aliàs secus secundum Ang. hīc

c ¶ *Item maior septuaginta annis*, scilicet iam completis, vt ff. de iur. imm. l 3 & ad S.C. Trebell. qui filium & filiam §. 1. aliàs non esset maior, vt ff. de min. l. 5. §. minorem † Sed in alio personali publico munere statuitur tempus. 55. annorum, vt C. qui ætate l. fi. lib. 10.

† Q̄n aūt requiratur ānus cōpletus vel sufficiat cœptus: vel quando tēpus regratur de momēto ad momētum. dic vt ibi † gl. Bar. & docto. Ang.

¶ Ratio autem differentiæ assignatur, quia administratio vnius prouinciæ est maius onus quam vnius tutelæ. Vel secundū Christo. hoc factum est, vt plures inueniantur tutores fauore pupillorum.] Et no. ratione senectutis aliqua fieri, quæ aliàs non fierent, vt hic, & ff de iure immu. l. semper. 1. resp. & C. de postu. l. prouidendum.

* ¶ Adde, q̄ in re dubia, confusisque testimonijs, potius creditur antiquioribus, gl. & doct. in l. cum quid. in ver. nouum, ff. si cert. pet. in habenda quæstione incipitur à Iunioribus, l. 1. §. 1. de quæstio, Tabulæ quoque testamenti penes antiquiorem deponuntur l. vlt. de fide instrum. Sic, cæteris paribus, senior sedet digniore loco glo. §. aliam inf. de bon. possess. Et primus requiritur in cōsilijs dandis Rom. sing. 81. per c. 1. de contr. apud par. ter. Item dispositio testatoris loquēs de maioribus, interpretatur de maioribus natu, Alexand cons. 4. li. 4. & plura alia senectutis priuilegia tradit Felyn. c. In nostra. col. fi. & c. quoties, 3. nota de testi.

d ¶ *Nec excusatione*. Sed in larga significatione etiam qui prohibentur, excusantur, vt ff. de postu. l. 1. §. initium. & C. qui morbo. l. vnica, & ff. de tute. l. 1. §. pen. & fi. & inf. eo. §. penul. & fin. & facit ad hoc. ff. de re iur. l. eius est nolle.

Qua constitutione [a] cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus; cum sit in ciuile eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab alijs reguntur, aliorum tutelam vel curam subire. [b]

¶ Idem & in milite [c] obseruandum est, vt nec volens [d] ad tutelæ onus admittatur.

¶ *Docentes Grãmaticã, vel Rhetoricã, vel Medicinam, vel Romę, vel in patria sua, intra numerum deputantur, excusantur à tutela. h. d. ex leg. si duas §. 1. ff. eod.*

¶ Itẽ Romę Grammatici, [e] Rhetores,

a ¶ *Constitutione*. C. de leg. tu. l. fin. & facit supra de fidu. tu. § . fin.

b ¶ *Subire*. facit ad hoc in Authent. de sanc. episc. § 1. coll. 9. & ff. de eden. l. si quis ex argentarijs, § penult.

c ¶ *Idem & in milite*. scilicet in militia existẽte: secus in veterano, quod dic, vt diximus supra eo. §. Item qui reipublicæ.

* ¶ Adde, ꝙ in hoc differunt, quia miles in militia existẽs nec volens admittitur, vt dicitur hoc in loco: veteranus autem rectè quidem datur tutor, sed potest se excusare, nisi vocetur ad tutelam filiorum conueterani, vel militis: l. vlt. C. de excus. vetera]

¶ Ad hoc autem, ꝙ aliquis sit miles, sex sũt necessaria, vt diximus in Authent. de mand. princ. §. fi. & in l. pen. ff ex quibus cau. maio. & inf. de mili. testa. super rub.

d ¶ *Nec volens*. Et ita ipso iure non tenet datio, vt hic, & C. qui da. tut. pos. l. militiæ nisi à comilitone detur, vt ff. eo. leg. propter magistratum, §. fi. †

† Sed Iac. de Are. ibi tenet cõtrarium & illum tex. intelligit in veterano.

STL.

** Adde, ꝙ & plura alia interdicta fuere militibus fauore militiæ, ne ea abstraherentur, vt l. filiusf. §. milites ff de proc. l. militem l. qui stipendia. C. de proc. l. milites; C. loca.] Aliud in cælesti militia, vt in clerico, qui admittitur vsque ad quartu gradum, vt in authen. de san. episc. §. presbyteros, quam habes. C. de episc. & cler. super l. generaliter:

¶ Adde, ꝙ illud, quod dicitur de quarto gradu, non probatur l. sed potius cum tutela reguletur ab hæreditate, dicẽdum est, ꝙ sicut hodie admittitur vsque ad 10. gradũ ad successionem, ita ad tutelam l. 1. §. 1. ff de legi. tut. de iure autem canon. possunt suscipere tutelam intuitu pietatis etiam promoti, non tamen coguntur, nisi quando alius tutor non repetitur. c. peruenit. 86. distin.

STL.

¶ Itẽ Romæ. ¶ *CASVS*. sic figuratur, vt sup. in alijs casibus: cuius rõ est in prõptu, ne distrahãt à tã proficua & necessaria disciplina, sicut dictum est de militibus. No. ꝙ omnes hi docentes artes triuiales excusantur.]

Scientia triuiales excusant tutores.

e ¶ *Grammatici*. i. magistri de Grãmatica & idem dicas de sequentib. Et adiunge his sophistas. i. Dialecticos: ita vt omnes, qui docẽt triuiũ, excusẽtur vt hic & ff eo. l. si duas. §. 1.

** Adde, quòd in d. l. si duas, sophistarum verbo significãtur qui oratoriam artẽ Grecè docerent, sicuti & in l. vnic. C. de profess. qui in vrb. Cõst li. 12. quæ fuit interpretatio Ant. Aug. Iuriscon. Hisp. ac vtriusque linguæ peritissimi. Vix enim probare possum, ꝙ significentur philosophiæ professores, vt ex. Cic. lib. 1. de nat. deo. docuit. Aldob. cum ibidem. Iuriscon. Paulus inferius agat de Philosophis.]

Et hoc si doceant Romæ, vbi est communis patria, vt ff. ad mun. l Roma. & hic. Item si in patria sua, vt hic subijcit. Item oportet, quòd sint intra numerum. Habebat enim quęlibet ciuitas numerum secundum quãtitatẽ, & Grãmaticos, & Dialecticos & Rhetores, & Physicos siue Medicos. Ita tamen quod nulla vltra decem haberet, quibus hanc immunitatem daret, vt ff. eod. l. si duas, §. fin. Sed aliud videtur in ijs, qui docent quadriuium, vt Musicam, Astronomiam, Geometriam, & Arithmeticam: nam non videntur habere excusationem, vt ff. eo. l. Geometræ.

Sciẽtiæ quadriuiales nõ excusãt a tutela.

* ¶ Quid gl. appellet triuium vel quadriuiũ declarat hic Christ.] Quid de legum doctoribus? Non excusantur nisi Romæ, vt ff. eo. l. sed & reprobari. § fi. & §. pen.

Doct. legũ an excusentur à tutela.

** Adde, ꝙ ratio diuersitatis ea est secundũ Aldob. meum, quia non ita passim permittebatur leges doceri, vti alias sciẽtias aut artes: nam eas tradi fas erat tantum Romæ, & Constantinopoli, quę & ipsa Roma vocatur & Beryti. § hæc autem tria. in procem. ff. vnde non mirum si alibi docentes contra decretũ principis non potiuntur priuilegijs ab eo concessis, cuius voluntati non parent, ca. ex eo. de reg. iur. lib. 6.] vel nisi in consilium principis sint assũpti, vt ff eo. l. iurisperitos. Vltra numerum autem, vel extra patriam suam nemo excusatur, nisi sint aliqui multum disciplinati, vt ff. eo. l. sed & reprobari § amplius. Item Philosophos, qui docent in naturalibus, constat excusationem habere, vt ff. eo. l. sed & reprobari. § amplius.

Philosophi à tutela excusantur.

*¶ Not. ex hac glos. ꝙ propter excellentem scientiam à communibus iuris regulis recedimus. Sic ex delicto ad bestias damnatus, propter singularem scientiam veniam consequi poterit l. ad bestias de pęnis. Eadem ratione & qui aliàs legitimus est dispensari poterit, vt in Episcopũ eligi possit, cap. innotuit. de elect. sicut & duplex sacerdotium consequi, c. de multa. in fi. de præb. quod fusius explicat And. Alc. lib. 1. de verb. sign.

¶ Qui

& Medici, & qui in patria sua† has artes exercent : & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationem.

¶ *Proponens vnam excusationem, & non probans, potest intra statuta tempora, aliã proponere, & probare hoc dicit ex l. propter. ff. eo. Aret.*

¶ Qui autem† vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit, alijs vti [a] intra tempora [b] constituta non prohibetur.

¶ *Constitutus intra centesimum lapidem habet quinquaginta dies ad proponendũ excusationes à die scientia : constitutus verò vltra, habet vnam dietam pro quolibet vigesimo milliari, & triginta dies. dummodo non sint pauciores quinquaginta. h.d. ex l. scire. ff. eo.*

¶ Qui autem excusare se volunt, non appellant: [c] sed intra quinquaginta dies [d] cõtinuos, ex quo co-

STL. ¶ Qui autem vult ¶ *CASVS*. Fuit dubitatum, an habens plures excusationes, si vnam proponat tantum, & eam non probet possit aliàs postea proponere & probare : & videbatur, quod non, quia proponendo vnam ex pluribus, illi videtur se astrinxisse, & alijs renunciasse, argu. leg. si mulier, §. vlt. ff. quod met. cau. l. cũ prætor. ff. de iud. l. illud. ff. de acquir. hær. cõtrarium tamen deciditur ea ratione, quia cum excusationes sint separatæ, non præsumitur quod per propositionem vnius, alteri renunciare. l. quoties duplici iure. ff. de regul. iur. expressa enim remissio ipsius non extenderetur ad alia, secundum Bart. in leg. si domus, ff. de ser. vrb. præd. maxime quia inducta ad excusandum, sicut est propositio vnius causæ, non debent inducere contrarium effectum. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. cum si. Not. quod proponens vnam excusationem, cum habeat plures, non videtur alteri renunciare, sed potest intra tempora statuta illis vti.

† *Cõcor. cũ hoc. §. c. pastoralis. cum gl. sup verbo, audiatur. in prin. extra de exce.*

a ¶ *Alijs vti*. dummodo in initio omnes proposuerit secundum quosdam:† aliàs non potest, vt ff. eo. l. scire oportet. § scire autem. Vel (quod verius) secundum Ioan. dic. quod illud, quod ibi dicit, quod similis est ei, qui se non excusauit, qui omnes prius non proposuit, verum est, quo ad non nominatas : quia oportet, quòd adhuc proponat, si non est lapsum tẽpus, vt hic, & ff. eo l. propter litem. §. 1. & ff de excep. l. nemo. & ff. de transact. l. cum ij § si prætor.

† *Et tũc sufficit qd vnã probet & hic tpa currunt etiam si ignorauerit ius sibi cõpetere secundum Doc. hic.*

¶ Et hæc solutio vera est, & tenenda, licet verba videantur à principio velle omnia esse proposita.] contra. C de inoffic test. l. contra maiores. Sed ibi ab initio duas proponere non potuit, quia sibi esset contrarius, & ita verum est.

STL. b ¶ *Tempora*. Quæ sunt ista tempora, habes, inf. prox. §.

STL. * ¶ Adde, quod ad proponendum excusationes, & earum causas allegandum dantur quinquaginta dies cõtinui, & amplius, secundum dispositionem, §. sequentis: sed ad istas propositas prosequendum probandumque, & diffiniri hoc negotium faciendum, datur quadrimestre. i. quinquaginta. ff. eo.

¶ Qui autem excusare. ¶ *Casum*. non expedit figurare, quia terminus hic statutus, vt potè positiui iuris, non habet in se certam rationem, & litera plana est. STL.

* Exquirenda tamen est ratio, cur non liceat appellare, & videtur esse in promptu : nam testamentarius ideò non appellat, quia non datur appellatio à facto priuati l. 1. in princ. ff. de appell. legitimus verò, quia à dispositione. l. appellari nõ potest. l. si qua. ff de verb. signific. in datiuo verò potest assignari ratio ex leg. si. ff. de appellat. reip.] Not quod à tutela non appellatur, sed excusanda est infra quinquaginta dies : Item, quod tales quinquaginta dies sunt continui. Item, quod tale tempus currit a die scientiæ. item, quod quilibet tutor potest se excusare. Item, quod dieta est 20 milliariorum. Item, quod inductum ad augmentum non debet operari diminutionem.]

c ¶ *Non appellant*. Sed contra. ff. de appellat. l. cum in vna. §. tutor. Sed ibi appellatum fuit ab ipsa sententia lata contra excusationem, sed ab ipsa datione appellari non potest, vt hic, & ff quãdo appell. sit. l. 1. §. si quis tutor, sed in alijs muneribus contra, quia à datione appellatur, vt C. de appell. l. 2. qui & C. de tẽp. & re. l. 1 & C. de decurio. l. 2. lib. 10.

Appellari an possit ab iniunctione munerum.

¶ Ratio differentiæ est propter maius periculum in muneribus vtilitate, & auctoritate publicis, ideò celerius expediri oportet, vt assignant communiter doct.]

d ¶ *Intra quinquaginta dies*. Ita tamẽ, quod intra quatuor menses cõtineantur isti quinquaginta dies: licet cognouerit se fortè datũ circa finem quatuor mẽsium, vt ff. eo. l. quinquaginta. arg. eius quod est ff. ad l. Iul. de adult. l. mariti. §. præterea, & hoc secundum quosdã. Vel dic, qđ hi quatuor mẽses currũt à die cognitionis, sicut & quinquaginta, &

gnouerint[a] se esse tutores, vel curatores datos, se excusare[b] debent, cuiuscũq. generis sint. i. qualitercũq; dati fuerint[c] tutores, si intra cẽtesimũ lapidẽ[d] sunt eo loco, vbi tutores dati sunt: si verò vltra centesimũ lapidẽ habitant, dinumeratione facta viginti milliũ[e] diurnorũ, & amplius triginta dierũ:[f] †qui tamen[g] (vt Scæuola dicebat) sic † debent computari,[h] ne minus sint, quàm quinquaginta dies.

¶ *Tutor simpliciter datus, ĩtelligitur datur vniuerso patrimonio hoc dicit ex l. propter. §. licet. ff. eo.*

¶ Datus autẽ tutor,

hoc quantum ad cursum causæ. Sed initium est vsque ad quinquaginta dies, & sic patum vltra duos menses potest hæc causa durare post quinquaginta dies: & sic intelligitur prædicta l. quinquaginta, Et quod ibi dicit in fine, ex die nominationis. Subaudi, & cognitionis: alias verò regulariter triẽnio durant lites, vt Cod. de iudi. l. properandum. in princ.

SYL. ¶ Tu respon. quòd hic a die scientiæ intelligitur vtrumque tempus, quia aliter præscriberet prius cognitioni 4. mensium, quã propositioni, q̃ habet tempus vtile: cuius contrarium est in §. præterea. quia ibi vtrumque tempus datur ad incipiendam accusationem, nec potest illud inconueniẽs oriri quod hic.]

a ¶ *Cognouerint*. Sed numquid in dubio præsumetur eum scire, vel ignorare? Resp. videtur, quòd semper scire præsumatur, etiã ex die nominationis, saltem ex tunc quando ad eum notitia venire potuit: nisi probet se ignorasse, vt C de peri. tut. l. si tutor. Sed tamen contradico, scilicet, vt præsumatur sẽper eũ ignorasse, nisi probetur eius sciẽtia, vt ff. de admi. tut. l. hoc autem. & C. qui mil. nõ pos. l. supers sernl. lib. 12. & ff de prob. l. verius. Nec obstat prædicta. l. si tutor. quia ibi publicè erat notum: vnde nec iste tutor potuit ignorare, vt ff. de iu. & facti ign. l. regula. Vel quod dicit ibi, Idque liquidis probationibus ostenderis, scilicet eo quod non probetur contra: vel aliter, vt ibi solet dici.

* ¶ Not. ex hac glos. quod licet regulariter ignorantia præsumatur, c. præsumitur. de reg. iu li. vj. hoc fallit, in publicè notis. quòd vsque adeò verum est, vt ne iuramento quidem eiusmodi ignorantia probetur, secundum Ias. in §. sed istæ. col. 20. infra de actio. Hanc tamen limitationem declara, nisi & tunc subsit probabilis causa ignorantiæ, veluti ob absentiam, seu distantiam loci, in quo id notum est, aut propter diuturnum morbum præsentis in ciuitate, aut ob alia multa, quæ impedimento sunt, nec etiã publica sciantur, vt latè comprobat And. Tiraquellus suo tractatu de Retractu §. 36. glo. 2. nu. 57.]

b ¶ *Se excusare* scilicet dando initium excusationi, vt modò diximus, & eam redigendo in scriptis per libellum, vt ff eo. l. scire oportet. §. oportet. non tamen solus libellus hic sufficit, nisi & probet excusationem, quę ibi continetur, vt ff eo. l. excusare. Accur.

** Intelligas libellos supplices, non autem libellos (vt barbarè hodie nominãtur in foro) quibus actor actionem suam proponit, & reo edit. sẽsus igitur est d. §. oportet, quod is, qui se excusare velit, debet excusationem ipsã viua voce apud iudicem excusationis causam allegando testari, aut aliàs apud acta, aut supplices libellos dare. Deinde verò probanda est causa excusationis, demum ferenda sententia, qua admittatur, aut reijciatur excusatio.]

ADDITIO. Quod facit, vt terminus datus ad opponendum, seu excipiendum, intelligatur etiam datus ad opposita, seu excepta probandum, secundum Christoph.

c ¶ *Dati fuerint*. Siue à testatore, siue à lege, siue à iudice, vt infra tit. 1. §. 2.

d ¶ *Lapidem*. idest milliarium. lapidibus etenim significabantur milliaria.

* ¶ Hoc patet ex Plin. lib. 3. cap. 5. & passim apud T. Liuium.

e ¶ *Viginti millium*. Vt pro vnoquoque die viginti milliaria computentur, vt ff. si quis cautio. l. 1.

f ¶ *Triginta dierum*, scilicet debet dari terminus, intra quem se excusent. Vel dic excusare se debent facta dinumeratione triginta dierum &c.

g ¶ *Qui tamen*. Repete, debent se excusare intra illos viginti dies: qui tamen &c.

h ¶ *Computari*. Caueas, ne fallaris in hac computatione: si enim per centum milliaria abest, vel minus, tantum habet dies quinquaginta; si autem abest vltra, etiam per vnum milliarium, habet pro quibuslibet viginti milliaribus vnam diem: & sic pro centum milliaribus habet quinque dies: cum quinquies viginti faciant cẽtum: item fortè † vnum diem, quia vltra est per milliarium vnum, vel parum plus. Item triginta dies habet: & sic habet 36. dies: & ita est in deteriori conditione, qui remotior est. Sed tamen, vt subijcit, ita est facienda computatio, ne sint minus, quã 50. dies. Et sic apparet, quod nisi per 21. dietas, vel plus sit vltra centesimum milliarium, non prodest adiectio 30. dierum, vt hic, & ff. eo. l. scire. §. aliud autem.

¶ Datus autẽ. ¶ *CASVS*. Dubitabatur simpliciter

† aliàs quod.
† aliàs debet.
† Est de hoc aperta decisio in l. 2. ff. de verb. sig.

ad vniuersum patrimonium [a] datus esse creditur.

¶ *Qui tutelã alicuius gessit, non cogitur postea eiusdem pupilli esse curator. h.d. ex l. curator.C.eo.*

¶Qui tutelã alicuius gessit, inuitus curator eiusdẽ fieri non cõpellitur:[b] intãtum, vt licet paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adiecerit se eundem curatorem dare, tamen inuitum eum curam suscipere non cogẽdum,[c] Diui † Seuerus, & Antoninus rescripserunt.

¶ *Maritus etiam si se immiscuerit in cura vxoris suæ, habet excusationem, h. d. ex ex l.1.§.si ff.eo.*

¶ Iijsdem rescripserunt, maritum[d] vxori suæ curatorem [e]

plicitet dato tutore vel curatore, an vniuersæ hæreditatis tutor esset, & videbatur, quod non censeretur datus, nisi bonis illius prouinciæ, in qua est, l. nõ solum, § & qui testamento. ff. eo. Sed contrarium dicitur, si simpliciter datus est, quia ad totum datus intelligitur, cum natura tutelæ sit, vt prius personam tueatur secundo bona, quæ cum sine distinctione aut limitatione indefinitè commissa sint, omnia intelligũtur commissa. Illud enim quod dicitur in d. §. & qui testamẽto habet locum, vt possit se excusare non autẽ, quod ab initio non intelligatur datus ad totũ, Nota, quod dicitur in tex.

a¶ *Patrimonium.* facit. ff. eo. l. propter litem. §. fin. Sed contra, sup. qui da. tu. pos. §. certe. Solue vt ibi.

STL. ¶ Qui tutelam. ¶ *CASVS*, sic figurari potest. Dubitabatur, an qui filij, cuius tutelam gesserat, eiusdem curã gerere astringeretur, & videbatur quod sic, * quia cura est munus publicum, ad quod suscipiendum omnes coguntur, sup. eo. in princi. nec eo quod tutelam eiusdem gessit, videtur esse excusandus, tum quia nisi sint tres tutelæ, non excusant, tum quia, quando iniungitur cura, iam finita est tutela pubertate, & tutela finita non præstat excusationem. §. item tria, supra eo.] Sed contrarium respondetur. sufficit enim vel in paucis amici labores cõsuli. l. tutori. C. de negotijs gestis. No. quod curator esse non cogitur quis illius, cuius fuit tutor. Item quod curator inuitus à testatore non datur.]

b ¶ *Non compellitur*. quasi sufficiat ei tantum seruisse, vt Cod. de negotijs gestis, l. tutori.

c ¶ *Non cogendum*. Facit ad hoc. C. eo. tit l. curator. Sed contra est ad hunc. § C. eo l. libertas. § fin. Sed speciale est in liberto, vt non excusetur, licet tutor fuerit.

* ¶ Ratio est, quia cum ab eo libertate donatus fuerit, quo nihil carius sub Sole esse potest, minimè æquum visum est, vt se excusare possit, quo minus persoluat gratitudinis officia illi, à quo tanto munere affectus fuerit]

* ¶ Limita nisi per fideicommissum manumissus esset, aut propria pecunia emptus, l. nequaquam. & l. libertum. §. qui propria, ff. eodem.]

* ¶ Quod dicitur in text. Diui Seuerus &c. Alciatus lib. 3. cap. 8. Dispun. mauult legere, Verus, quod is cum Antonino imperauit. Sed certè nihil impedit, quo minus legamus etiam Seuerus vt intelligamus de Lucio Vero Cõmodo Marci Antonini fratre, quem cum imperij consortem sibi fecisset, etiam Seuerum nominãdum censuit, vt disertè enarrat Bud. in l. si adulterium ff. de adul.

** Quem tamen reprehẽdit Ang. Augu. libro, quẽ scripsit ad Modesti, intelligens per Seuerum, & Antoninum, Seuerum patrem, & Antoninum filium, fuisseque Seuerum patrem Antonini magni, quod quidem multis testimonijs confirmat, & mihi verius videtur.]

† aliàs Verus.

¶ Iijdem rescripserunt.

¶ *CASVS*. Quærebatur, an maritus esse posset curator vxoris, & videbatur quod sic, quia procurator & curator æquiparantur, at potest esse procurator, l. maritus. Codice de procurat. ergo & curator, cuius contrarium deciditur, & intelligitur secundum gloss. quod datio non tenet, dicta l. maritus. Codice qui da. tut. poss. mutuus autem amor impeditiuus donationis, est etiam impeditiuus curæ, propter remissionem, & propter timorem scandali, si ante finem curæ vellet eum remouere vt suspectum, §. suspectus. ij. infra titu. primò, quod non est in procuratore, qui ex simplici voluntate reuocatur, §. mandatum. infra. mand. sed an hæc ratio consistat, vide quæ annotaui ad glo. super versic. excusare. vbi vetam rationem attuli. STL.

* ¶ Adde, quod maritus potest dari curator vxori ad litem, secundum Speculat. in titulo de curat. paragrapho. Vt autem. versicul. sed numquid vir, quem sequitur Baldus in lege prima, in fine. ff. eodem, dicens, quod ita seruatur in practica. idem tenet Bart. in leg. si quis. §. vltimo. ff. de procurat.]

Maritus potest esse procurator vxoris.

d¶ *Maritum.* Idem de sponsa, vt ff. eod. leg. 1. §. fin.

e ¶ *Curatorem*. Sed procurator potest esse,

esse, vt C. de procur. l. maritus. ideò autē non ponit hic tutorem: quia aliqua vxor non est pupilla, vt sup. de nup. In prin.

a ¶ *Excusare*.] Impropriè ponitur. Nam & si vellet, non admitteretur, vt C. qui da. tu. pos. l. maritus: Et est ratio, quia propter affectū vxor omnia sibi remitteret. †

Maritus non potest esse tutor vxoris.

† Istud dictū gl. reprobatur, & è rō, qa reuocatio pronocatoris pēdet ex mero arbitrio domini vt inf. man. §. atē mandatum. secundū Angel. hic.

* ¶. Ista ratio reiecta est à Doc. tam in d. l. maritus quā in l. 2. C. de procu. quia eadē viget in mandato, & nihilominus potest esse procurator. Vera ratio est quam considerat ipse Imperator in l. licet. Cod. eo. ne scilicet fiat

datum excusare[a] se posse, licet se immisceat.[b]

¶ *Falsis excusationibus liberatus, non est excusatus, h. d. ex l. 1. C. si tut. vel cur. fal. alle. ex.*

¶ Si quis autē falsis[c] allegationibus excusationem tutelę meruerit, nō est liberatus[d] onere tutelę.

¶ *De suspectis tutoribus, vel curatoribus.*

¶ *Crimen suspecti descendit ex leg duodecim tabularum, & Prętor Romę, & Pręses in prouincia de eo cognoscit, hoc dicit ex l. 1. ff. eo.*

Sciendum est

fraus Senatusconsulto prohibenti nuptias contrahi inter curatorem, & adultas: sic enim ad eum casum res perueniret, in quo ab initio consistere non potuisset.] Et hæc omnia sunt vera, vbi datus sit curator postquam fuit sponsus vel maritus, si verò prius fuit tutor vel curator, non posset postea esse maritus, vt Cod. de interd. matrimo. per totum titu.

STL. ¶ Adde hodie secus de iure canonico, c. pe. de secun. nup.]

¶ Item hic maritus, qui post matrimonium fuit datus curator ignorans forte alium debet petere substitui, vt C. eod. l. amplissimi. & l. licet.

b ¶ *Immisceat.* Sed si alius, scilicet de prædictis, qui excusationem habent, se immiscuit, non posset excusare, vt C. si tut. vel curato. fal. all. l. 2.

STL. * ¶ Adde, quod ratio est, quia suscipiendo videntur iuri suo tacitè renuntiare, verum hoc fallit in multis casibus, quos enumerat glo. in d. l. 2.

¶ Si quis autem. ¶ *CASVS.* clarus est, & eius ratio ** dubitandi poterat esse, quod statutum est in sententia, vt scilicet lata ex falsis causis non sit ipso iure nulla. l. prima, §. item eum. ff. quæ sen. sine appellat. rescind. l. cum putarem, ff. famil. erciscun. tamen deciditur contrarium, & ratio decidendi est manifesta, ne quis ex sua improbitate commodum consequatur l. 1. Codice, si tuto. vel cura. fals. alle. ex ** non obstat ratio dubitandi, quia illud procedit in sentētia diffinitiua, secus in decreto vt hic, quia est ipso iure nullum, nec vlla requiritur restitutio.]

Falsum est immutatio veritatis.

c ¶ *Falsis.* Vbi veritas fuit mutata. Nam falsum nihil aliud est quam immutatio veritatis, vt in Auth. de fide inst. in princ. coll. 6.

** Adde, legendum esse, imitatio, ex Græco exemplari, vbi habetur vox, mimisis, & ita vertit etiam Haloan.]

d ¶ *Non est liberatus*, Immo ex tēpore dationis tenetur, vt C. si tu. vel cura. fal. alle. l. 1. in fin. & facit ad hunc §. ff. de re iud. l. Diuus. & de excep. l. qui agnitis, & Cod. si ex fal. instru. per totum tit. Quid si est iniusta excusatio licet non falsa, vel nō gratiosa? Respon. potest adhuc idē dici, vt non teneat in minoris præiudiciū vt C. si ex fal. alleg. l. 1. Quid si per ignorantiam? Respon. idem, vt Cod. si ex fal. alleg. l. vlt. licet alias sententia gratiosa teneat, vt ff. ad trebel. l. seruo inuito. §. cum prætor.

¶ *De suspectis tutoribus, vel curatoribus.*

Continuatio. ¶ Supra visum est de tut. & cur. ac etiam eorum excusationibus, verum quia hi aliquando non excusantur, immo inuiti tanquam suspecti remouentur, ideò de his subdit. Porcus.

* ¶ Adde, quod facere suspectum tutorem, est detegere & iudicio approbare suspicionis causas. l. 2. C. de vsu. pup. Alc.]

Diuisio. Sciendum. ¶ Totus iste titulus diuiditur principaliter in quinque partes. Primò, vnde habuit exordiū crimen suspecti. Secūdò, qui possunt de suspecto cognoscere. Tertiò, qui possunt fieri suspecti. Quartò, qui possunt accusare tutorem de suspecto. Quintò, quibus causis qui sit suspectus, & si accusatur de suspecto, quid sequitur. Secunda ibi, Datum. Tertia ibi, Ostendimus. Quarta ibi, Consequens. Quinta ibi, Suspectus. Ang.

STL. ¶ Sciendum. ¶ *CASVS.* non figuratur vsque ad §. ostendimus. * Sed loco casus admonendi sumus verba. l. 12. tab. quarum mentio habetur hoc principio, sic se habuisse. Suspecti tutores remouentur. Et alibi: Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto. Hinc intelligitur, quomodo suspecti crimen ex l. 12. tabu. descendat, ex quo enim ea lege cautum est, vt suspecti tutores remoueantur, ex tali dispositione deprehenditur. hoc inter delicta annumerari. Quid ergo dicemus (inquit Pau. ad Rom.) lex peccatum est? absit, sed peccatum non cognoui nisi per legem: nam & concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset. Non concupisces.] No. quod crimen suspecti tutoris descendit a l. 12. tab. Item quod maiores magistratus de hoc cognoscūt tam

Ro-

Romæ quam in prouincijs, & per consequẽs est delegabile.

a ¶ *Suspecti crimen*. id est huius criminis accusationem scilicet de suspecto. Vel simplicius, crimen suspecti. i. suspicionis.

est iurisdictio, vt ff. eo. l. 1. §. 1. Sed dicũt quidam quantum ad cognitionem, non quantum ad remotionem, & dicunt tantum esse speciale in legato à Proconsule, vt ipse possit remouere, non sic in legato à Pręside, sed cognoscere tantum potest.

suspecti crimen [a] ex lege [b] duodecim tabularum descẽdere. ¶ Datum est autem ius remouendi tutores suspectos Romę [c] Pretori, [d] & in prouincijs præsidibus [e] earum, & Legato Proconsulis: [f]

¶ *Quilibet tutor potest de suspecto accusari: & etiam patronus, dummodo ei fama conseruetur, secus in alijs. hoc dicit ex l. 1. §. ostendimus, ff. eod. Aret.*

** Adde, quod suspecti tutoris iudicium l. 12. tabul. capitale fuit, vt apud Ciceronẽ annotasse se ait P. Manutius libro de leg. Ro.

b ¶ *Ex lege*. Ex quo est legitimum crimen, numquid se inscribet q. accusabi.? Respond. potest dici, quod sic, vt ff. de priua. delic. l. fi. & de mu. & hon. leg. rescripto. §. si quis. Alij contra, vt ff. eo. l. 1. §. præterea. Sed illud potest intelligi, quando sine accusatore res procedit. † Aliud est, si cum accusatore, vt dictum est supra.

e ¶ *Præsidib.* Sub hoc vocabulo continetur Proconsul. vt ff. de offic. præsi. l. 1.

f ¶ *Legato Proconsulis*. id est de legato a Proconsule. Sed hic non habet ordinariã iurisdictionem: ergo remouere non potest, vt ff. de tut. leg. 1 §. suspecti. quæ est contra. Sed dicunt quidam nomen præsidis ibi generale esse, vt etiam hunc delegatum, & sic omnem delegatum comprehendat, vt ff. de offic. præsi. leg 1. Sed verius est in hoc Legato duo esse specialia, vnum est, vt de hoc crimine possit cognoscere, & diffinire, vt hic, & ff. eod. leg. prima, §. primo, & §. cui autem. & ff. de offic. eius, cui man. est iuris. leg. cognitio. Item & aliud, vt de omni crimine cognoscat, licet non pronunciet, vt ff. de offi. procon. leg. solent. Restat ergo vt per alium delegatum hoc fieri non possit, nisi per istum, & Prætoris, vt sup. proxime dixi.

† *Quo casu iudice per inquisitionem pcedẽte, STL. nõ oportet causam suspicionis exprimere, nec sequitur infamia secundũ Bal.*

* ¶ Quomodo suspecti crimen ex leg. 12. tab. dicatur descendere, docui in formatione casus. nam ita dicitur, quòd ab ea lege vetetur.

* Et adde, quod quamuis legitimum dicitur quodcunque ex l. descendit, non rectè tamẽ quispiam dixerit crimen legitimum, sed ex l. descẽdere intelligitur, eo quod ab ea vetetur puniaturque, vel interpretemur secundũ glos. præced. crimen pro accusatione, hoc enim vsitatissimum est l. 3. C. de gen. abo. & l. 1. C. de his qui ad eccle. cõfu. pro resolutione autem q. gl. dic, quod aut agitur ciuiliter tm̃, vt vel remoueatur tutor, vel vt ei vti suspecto curator adiungatur, iuxta l si tutor. ff. eo. & nulla requiritur inscriptio: aut criminaliter; vt remoueatur, & ob crimen condemnetur & tunc exigitur, & sic primò casu interuenit procurator, in secundò non, vt dicit Bartol. quem alij seq. in l. 1. ff. eod. in fin.]

¶ Sed quæ erit hic pęna talionis, cum accusator non sit tutor, vt remoueatur? Respond. infamia, vt inf. eo. §. suspectus.]

STL. ¶ Adde, quod per hoc non requiritur inscriptio, quia infamia est intrinseca, & sequitur ex ipsa remotione absque sententia, vt dicit Bart. vbi sup. in actione de dolo.]

¶ Item quia quandoque erit puniendus vltra remotionem, vt infra eodem. §. sed si quis præsens.

** Et hoc casu talis erit, vt calumniosè accusans suspecti tutorem, extra ordinem arbitrio iudicis puniatur, prout punitus fuisset ipse tutor pro qualitate criminis si cõuictus fuisset l. & in priuatis ff. ad turp.]

c ¶ *Romæ*. Sic in auth. de defen. ciui. §. decreto. coll. 3.

d ¶ *Prætori*. Et illi, cui à Prætore mandata

¶ Tu dic secundum Bar. in d. §. suspecti quẽ sequuntur communiter doctor. vt tradit Alex. in d. l. cognitio. & in l. 1. col. 10. de offic. eius, quod suspecti tutoris postulatio habet duplicem finem: aut scilicet ad puniendum, & habet locum §. suspecti, aut ad remouendum, & tunc cognitio à quolibet & cuilibet potest mandari d. l cognitio. in princ. remotio autem est duplex, altera, quæ remouet statim, ac quis postulatur suspecti, vt §. si qs autem infr. eod. & hæc poterit declarari per quemcunque iudicem, qui possit de causa cognoscere; altera est effectualis remotio, quæ fit per sententiam, & hæc non potest delegari, nisi delegato prætoris, vt legato proconsulis, l. 1. §. an autem. ff. eod. de veritate tamen dictorum hic per glos. vide hoc loco meum Comment. STL.

* ¶ Ostendimus. ¶ CASVS. Cum quæreretur, an omnes tutores suspecti fieri possẽt, in testamentarijs dubium faciebat, quorum fides à testatore probata fuisset, qui optimũ consilium pro filijs capere censetur. l. consilio. Cod. de cur. fur. ob quam rationem leges quoque & satisdationem, & inquisitionem ipsis remiserunt. sup. de tute. & de satisd. tu. in princ. Idem videbatur dicẽdum & de datis à iudice, cum tempore dationis, morum, & facultatum habita sit inquisitio, a quo idonei

¶ Ostendimus,[a] qui possunt de suspecto cognoscere, nunc videamus, qui suspecti fieri possunt.

¶ † Et omnes quidē tutores[b] posſūt fieri suspecti, siue sint testamentarij, siue non sint, sed alterius[c] generis tutores. Quare & si legitimus fuerit tutor, accusari poterit. Quid si † patronus? Adhuc idē erit dicēdum,[d] dummodo meminerimus famæ patroni parcendum[e] esse, † licet vt suspectus remotus fuerit.

¶ † *Quilibet admittitur ad accusandum tutorem de suspecto, etiam mulier, si ex pietate pupilli mouetur: aliàs secus. hoc dicit ex leg. 1. §. consequens, ff. eodem.*

idonei inuenti fuerint. Simili modo in patrono atque alijs legitimis videbatur, quod non essent accusandi, sed potius illis adiungendus curator l. si tutor ff. eod. Quibus non obstantibus, deciditur contrarium vtilitatis pupillorū causa. Quanuis enim supradictæ approbationes inducant præsumptionem pro tutoribus, tamen si postea detegatur illorum improbitas, non est ferendum, vt in administratione diutius perseuerent arg. l. in confirmando, & l. vtilitatem. ff. de confirmat. tut. sed cum patrono tutore. li. hortatur, vt modestius agatur, vel petēdo curatorem adiungi, vel temperando talibus verbis accusationem, vt fama integra remaneat, quod & in alijs tutoribus pupillo coniunctis obseruandum erit. l. si tutor. ff. eod. No. summarium.

† *aliàs patronus fit.*

a ¶ *Ostendimus*, vt supr. proxi. §. & ff. de suspe. tuto. l. 1 §. ostendimus.

b ¶ *Omnes quidem tutores*, idest omnis generis tutores, siue sint testamētarij, siue datiui, siue legitimi, non autem omnes, id est, boni & mali, quia boni, etiam si pauperes sint, non remouentur, vt infra eod. §. vltim. poni ergo genera singulorum tutorum, & non singula sub generibus posita, seu singula generum, sic & aliàs, vt suprà quibus mod ut. fin. §. sed & capitis, & infra de fideius. in princ. & ff. de pecul. l. quam Tuberonis §. peculium, & ff de iust. & iur. l. 1. §. ius naturale. Sed numquid eadem seruantur in quolibet alio curatore, puta furiosi, vel prodigi? Respon. sic, vt ff eodem, l 3. §. non tantum, & § sed & si quis.

c ¶ *Alterius*. puta datiui.

d ¶ *Dicendum*. Scilicet, vt possit accusari, & remoueri. Sed certè immò videtur debere curator adiungi tam patrono, quam cuilibet legitimo, non autem remoueri, vt ff. eo. l. si tutor. quę est huic contraria? Respon. Illud est consilium, non præceptum, sic & aliàs C. de nup. l. viduæ.

* ¶ Quod dicitur patronum tutorem suspectū posse accusari, intellige ab alijs, quam à suis libertis, hi enim non possunt accusare. l 3. §. liberti. ver. sed si. ff. eod. qui vers. nō rectè interpretatur a docto. vt loquatur consulendo, cum verba ad iudicem, nō ad libertum postulatorem dirigantur. Multò minus igitur libertus, cuius tutela geritur, ad accusandum poterit procedere, cum & alia ratione impediatur, quia scilicet impubes. §. impuberes. inf. eo. * Quisquis autem (præter liberti) videt patronum, aut aliàs legitimum tutorem, non ex fide tutelam gerere debet, vel postulare ei curatorem adiungi, iuxta dictam l. si tutor, aut si velit eum omninò remoueri, ita petitionē suam concipere, ne eius fama lædatur, vt dicitur in text. nostro.]

e ¶ *Parcendū*. Sed qualiter parcetur? cum condemnatus ob dolum statim sit infamis, vt infra eodem, §. suspectus autem. Respond. causa non exprimetur in sententia, † vt digestis eodem leg. hæc enim, in principio, primo respon.

¶ Item nec in libello, sed temperatis verbis & habita bonæ fidei mentione fiet, secundum Angel. hic * Vel petendo remoueri ob animi segnitiem, vel rusticitatem, vel inertiam: vel vt illi adiungatur curator. lege tertia, §. fina cum lege sequent. ff. eodem.]

¶ Consequens. ¶ *CASVS*. Quæsitum est: vtrum suspecti accusatio publica esset, necne, & cum omnibus pateret, videbatur dicendum, quod si cuius contrarium respondetur; non publicam, sed quasi publicam esse, quia ea solum iudicia verè publica sūt, quæ ex l publicorum iudiciorum veniunt. l. 1. ff. de pub. iud. quæ ibi enumerantur. Tunc dubitatum est. an mulieribus liceret suspectos postulare: & videbatur dicendum quod non, cum regulariter accusare prohibeantur. l. 1. & 2. ff. de accu. ne contra pudorem sexui muliebri maxime congruentem virorum cœtibus immisceantur. l. maritus, C. de procur. cuius contrarium deciditur in ijs, quæ affectu quodam pietatis erga pupillos ad accusandum accedunt. Placuit enim pupillorum fauore ab ordinario iuris tramite declinare, vt facilius tam perfidiosum crimen ex hominum euellatur societate.] Not. accusationem tutoris quasi publicam esse. Item, quod & mulieres de suspecto accusant, quas verisimile est pietate moueri, etiam si sint extraneæ.]

† *Et sic patronus remotus a tutela non efficitur infamis, vt hic, & in c. ptnas, in gl sup verb. a moueri ime. ext. de sim.* STL.

† *Vel etiā exprimēdo, quod cū remouetur ob culpam, vel similem causā, sic vt dolis mentionē non facias.* STL.

a ¶ *Quasi*

¶ Consequens est, vt videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciẽdum est, quasi publicam[a] esse hanc accusationem, hoc est, omnibus patere, quinimmo & mulieres admittuntur ex rescripto Diuorũ Seueri, & Antonini, sed eę solæ, quę pietatis † necessitudine ductę ad hoc procedunt:[b] vt puta mater: † nutrix quoque, & auia: potest & soror. sed & si qua alia mulier fuerit, † quam Prætor propẽsa[c] pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientem,[d] sed pietate productam, non sustinere[e] iniuriam † pupillorum, admittet eam[f] ad accusationem.

¶ *Impuberes de suspecto non accusant: sed puberes sic, ex consilio coniunctorum, hoc dicit, ex lege impuberibus, ff. eod.*

¶ Impuberes nõ possũt tutores suos suspectos postulare: puberes autem, curatores suos ex cõsilio necessariorum[g] suspectos possunt arguere; & ita Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

a ¶ *Quasi publicam.* Ideò dicit, quasi, quia non cuilibet indistinctè accusare permittitur, vt statim probatur.

¶ Adde hoc fallum, vt dicatur quasi publicum, quia mulieres non admittuntur, nam omnia alia non dicerentur pub. cum feminæ non admittantur, vt aduertit hic Christ. vnde tene, ratione, quam tradidi in figurando casu.

¶ Publica autem deciditur quasi populica, idest cuilibet de populo competens, vt infra de pub. iudi. §. 1.

b ¶ *Procedunt.* etiam impudicæ, & facit ad hoc, Cod. eod. l. pietatis, §. fin. & ff eod. leg. 1. § consequens, & ff. de procur. l. feminis secus in alijs accusationibus, vt ff. de accus. l. qui accusare, & secus in postulatione, vt ff. de postu. in §. sexum.

* ¶ Adde, qđ interdum pro qualitate criminis admittuntur ad accusandum, item cum suam suorum ve iniuriam persequuntur. l. 1. & 2. ff. de accus. & in aliquot alijs casibus telaris per gl. in d. l. qui accusare, & latius per Salyc. in l. de crimine. C. qui accu. Sed contra, ff. de reg. iu. l. 2. cum suis concord. Solu. hoc est speciale. Item in eo, quod dicit matrem admitti, est contra. ff. de iu lit. iurand. l. videamus, §. sed nec. Sed certè si iuraret in litẽ pro filio, plus matri committeretur, quia quasi esset iudex, quam si filij nomine accusaret, cum magis sit in iudicis arbitrio, vtrum sit suspectus iudicandus, vel non. Sed non sic sacramentum est in arbitrio iudicis, maximè iure nouo, secundum quod non refrenatur secundum quosdam, postquam est præstitum, vt in Auth. de iudi. §. oportet collat. 6. vel licet postea taxetur, tarò vel parũ minuit de eo, quod iurauit.

¶ Dic arbitrarium esse iudici, vel primo iuramentum taxare, vel postea limitare. l. videamus, §. penult. ff. de in lit. iur.

* Ideò verior est ratio, quam tradit Barto, & cęteri in d. l. videamus in princip. quia iuramentum illud non defertur nisi domino, vel quasi domino. l. vulgo, ff. de tut. auth. quia tatione solet etiam matri deferri, quãdo tutrix existeret, quia tunc est quasi domina rerum pupillarium, aliàs non vt declarat Bartol. & Iason. in dicta leg. videamus.

c ¶ *Propensa.* id est magna.

d ¶ *Egredientem.* Quod fecit Calphurnia vt ff. de postulando. l. 1. §. sexum.

e ¶ *Sustinere.* Subaudi posse.

f ¶ *Eam.* s. fęminam.

* ¶ Impuberes. ¶ *CASVS* In tam aperta regula non figuratur, rationem tamen dubitandi elicere possumus ex superioribus. Cũ enim viderimus fauore pupillorum personas alias inhabiles ad accusandum admitti, videbatur dicendum, vt eadem via apetienda esset etiã impuberibus, saltem vbi accederet consensus necessariorum, aut cum essent proximi pubertati, cuius contrarium deciditur ob suspectam infirmitatem iudicij illius ætatis, quæ ad occupandum facilè prorueret, vt se tutorum potestatẽ subtraheret: adultis verò quia firmioris sunt ætatis, accusare permittitur, dummodo interueniat voluntas coniunctorum: cum enim id ætatis adolescẽtes adhuc non satis maturato sint consilio, cõstitutum est, vt ita demum accusare possint, si necessarij consentirent, quos vtiq; cõsensuros credendum non est, nisi è re adolescẽtium fore cognoscant, arg. l. transactionem. C. de transact. Nota summarium]

g ¶ *Necessariorum.* scilicet parentum, & facit, ff. de in lit. iu. l. videamus, §. adolescens.

* ¶ Adde, quod & tenentur sequi consilium necessariorum, vt scribit Bar. in l. 1. §. si plures. col. 3. ff. de exercit. act. quòd si absunt, vt assentire non possint, iudex supplebit. l. 3. §. praterea, & l. fin. ff. eod. Sin autem adsunt, nolunt

† De verbis necessitudinis vide Au. Gell. lib. 10. c. 3.

† alias nutrix quoq; & auia poss-sunt, pot & soror.

† alias cuius Prætor propẽsam pietatẽ intellexit, nõ sexus verecundiã egredientis, sed pietate productã nõ continere iniuriã &c.

† i. damnum, vt infr de l. Aquil. i prin.

Calphurnia fuit mulier inuerecunda.

¶ Qui non administrat bona fide, (licet aliàs sit soluendo) potest vt suspectus remoueri. Et iussus à iudice administrare, ante, quam administret, potest vt suspectus remoueri. Angel.

¶ Suspectus [a] autem est, qui non ex fide [b] tutelam gerit, licet soluendo sit, vt Iulianus quoque scripsit. Sed & ante, quàm incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum remoueri, [c] idem Iulianus scripsit, & secundum eum constitutum est.

¶ Remotus propter dolum est infamis: propter culpam non. h.d. ex l. si. C. eo.

¶ Suspect⁹ aūt remotus, si quidē ob dolū, [d] famosus est: [e] si ob

nolunt tamen consentire, si quidem id malitiosè & fraudulenter agunt, poterit nihilominus Iudex tutorem suspectum remouere, si ei videbitur iusta causa suspicionis secundum Ang. hic post Bart. in l. si cum dotem, §. eo. autē, ff. sol. matrim de quo videnda sunt, quæ ponit idem Bart. In d. §. si plures & Dec. in capit. ex parte. col. 2. de consti.]

STL. * ¶ Accipit gl. parentes secundum vulgarē sermonē, quo parentes vocamus quicumque aliquo necessitudinis vinculo coniunguntur, de quo vide hic nostrum Commen.]

STL. * ¶ Suspectus.

¶ *CASVS.* In prima parte, quia dicitur, quod suspectus est, qui non ex fide tutelam gerit, licet soluendo sit, dubium faciebat, quod suspecti accusatio ideo inducta est, vt consulatur indemnitati pupillorum, quando autem tutor est soluendo, non videtur vllum posse fieri præiudicium pupillo, quia, si quid non ex fide gestum fuerit, cum eo agi postea poterit actione tutelæ. Sed contrarium respondetur, & ratio est, quia longè melius est anteuertere damnum, quam per vexationem litium id postea consequi. l. 1 C. quando lic. vni. si. iudi. se vind. Sed in secunda parte dubitationem faciebat ipsa diffinitio, quia si suspectus dicitur, qui nō ex fide gerit, ante quā gerat, non debet posse remoueri: cuius contrarium deciditur fauore pupillorum, & subsistēte legitima causa suspicionis, quę si arbitrio iudicis videatur petens ad eū remouendum, remouetur etiam ante susceptam administrationem. Not. quis sit suspectus. Item, quod etiam ante susceptam administrationem quis potest remoueri.]

a ¶ *Suspectus*. sic in tra eo. §. nouissime.

b ¶ *Ex fide*, s. bona.

c ¶ *Remoueri*. Quia fortè in alijs tutelis malè sit versatus vt ff. eod. l. 3. §. idem erit ibi. si autem & dic remoueri, sed non accusari, vt ff eo. l. hæ enim in fi. quæ huic est contraria. † Vel ibi nō possunt accusari suspecti ex verbis, l. 12, tabu. sed ex sentētia sic, vt hic dicitur. Vel dic, quod ante, quā gerat, ex dolo tātū accusatur suspectus, vt C. eo. l. 3. pro culpa non. † Et quod dicitur in d. l. hæ enim. hoc verum est, quando ob ignauiam fecerunt, id est administrauerunt. postquam verò cœperit gerere, & propter dolum, & propter culpam, potest accusari suspectus, vt in fi. a proximo §.

† Ista solutio non est bona pp. tex. in l. 3. ff. eod. Ang

† Et hac est bona secundū quā in accusatione tātum, nō in remotione fit differētia, qa ita propter culpā sicut pp dolū remoueri poterit, sine impediri administrare: iuxta distinctionem Angel. hic non autē de suspicione accusari, nisi pp dolum, secundū Ias.

STL. ¶ Hæc vltima sol. communiter tenetur per docto. qui tamen latius eam declarant in l. 2. C. eod. & de eius veritate vide hic nostrum Commen.]

STL. ¶ Suspectus.

¶ *CASVS.* in tam notissima regula non est aliter figurandus. Quis enim ægrè ferat famosum fieri tutorem, qui pupillum fidei suæ commissū fraudauit, remotum verò ob animi segnitiem, inertiam, vel simplicitatē, integræ existimationis remanere? In nulla enim parte iuris culpa & dolus pariter afficiunt. l. 1. C. si aduer. delic. & l. 1. § si. ff. eod. & quamuis infametur remotus ob culpam, infamatur infamia facti, non iuris, vt dicetur in glo. Not. quod dicitur in summario.]

d ¶ *Ob dolum*. Expressum in sententia, puta sic, Remoueo te, quia in dolo tali fuisti. Acc.

* ¶ Adde, idem esse, & si in sententia non exprimatur causa remotionis, dummodo in libello petitū sit eum remoueri propter dolum. Nam cum verba sententiæ ita interpretē ur. vt relationem habeant ad petitionem, secundum Bar. in l. hæ enim. §. si Prætor. ff. eo. videtur sentētia prolata ex causa expressa in petitione, l. vt fundus, ff. comm. diui.]

e ¶ *Famosus est* Excepto patrono, vt supra eod. §. ostendimus. in fin. § & ff. eod. l. 1. §. ostendimus.

¶ Hæc gl. falsa est, quando ob dolum remouetur, vt tradit Bar. in l. si tutor. ff eo.]

¶ Sed quid si remouetur simpliciter, nō expresso dolo, vel culpa? Videtur, q; semper remaneat integræ famæ, vt ff. eo. l. 3. in fin. & l. hæ enim. §. quid ergo. Potest tamen distingui, vtrum accusatus fuerit ob dolum, an ob culpam, aut ob vtrūque. In primo fit famosus In secundo, non æquè. In tertio intelligitur semper culpa, nisi in contrarium probetur: pœnæ enim non sunt augendæ, sed molliendæ, vt ff. de pœn. l. pe. & de excep. rei iud. l. si cum testamēto. & ff. de lib. & posthum. l. cum quidam. & ff. eo l. 4. in 2. & 3. respon.

¶ Ratio omnium prædictorum est, quia ad acta asseitoria sententia debet referri. l. in summa, ff. de re iud.] STL.

STL.

a ¶ *Ob culpam.* Scilicet leuẽ, vel leuissimam. ¶ Hæc glo. reprehenditur, quia tutor non tenetur de leuissima. l. quicquid, & ibi glos. & doct. C. arbi. tut.]

* ¶ Adde, quod sub nomine culpæ, quando sic simpliciter profertur à lege, intelligitur de leui, nisi subiecta materia aliud suadeat, vt docuit Dec. in l. contractus, n. 18. de reg. iur.

culpam, [a] non æquè. [b]

¶ *Pendente accusatione de suspecto, interdicitur accusato administratio, qui si decesserit, extinguitur accusatio h. d. ex l. cum quem, C. eo. Ang.*

* quid autem sit dolus, lata culpa, leuis, leuissima, declaratur in §. præterea intra quib. mo. re contrah. obli.]

Culpa lata an dolo comparetur.

¶ Secus si propter latam, quia tunc videtur infamis, vt ff. eo. l. impuberibus. §. si fraus. Et est ratio, quia dolo comparatur, vt ff. si men. fal. mo. dixerit l. 1. §. hæc actio. & ff. de precar. l. quæsitum §. eum quoque, & ff. deposit. l. quod Nerua, nisi in duobus casibus. Primus est in criminibus publicis, vt ff. ad legem Cor. de Sic. l. in lege.

** De veritate huius dicti, quod est communiter receptum, quòd scilicet in criminalibus, præsertim vbi agitur de pœna corporali, lata culpa non æquiparatur dolo, vide Dec. in c. 2. in 1. lect. in gl. fi. de constit. & in l. in actionib. in gl. in verb. culpam, ff de in lit. iur.] Secundus in delatione sacramẽti in litem, vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus. §. sed iudex.]

** Ratio est, quia in delatione iuramẽti lex nominatim exigit dolum, quo casu culpa lata non æquipararur dolo, vt communiter tenent doct. in d. l. quod Nerua. post Barto. in fine.] his enim casibus lata culpa dolo non comparatur. Vel dic secundum Azon. & de lata etiam intelligi, vt sicut in perditione personæ, dolo non comparatur, vt dictum est: sic in perditione famæ, vt non fiat infamis. Nec obstat d. l. ff. eo. l. impuberibus, quia de dolo intelligitur. † Vel dic, vt infra statim dicam in glo. 1. non similiter in fine.

Famæ periculũ æquiparatur periculo vitæ.

† Immo ibi lata culpa æquiparatur dolo quoad remouendum tutorẽ, non quoad infamandum secũdum Ang. hic Ignorãtia est lata culpa

b ¶ *Non æquè.* Idest non similiter fit famosus damnatus ob culpam leuẽ, sicut ille, qui remouetur ob dolum: fit tamen Infamis de facto: sicut & aliàs quis fit famosus de facto solo, vt in condictionibus ex turpi causa descendẽribus, vt ff. de act. & oblig. l. cessat. Itẽ in interdictis ex famosa causa similiter venientibus, vt ff. de vi & vi arm. l. neq; vnde vi. Sed videtur, quòd etiã ex culpa leui quis fi. infamis, vt ff. de ijs, qui no. infa. l. liberorũ. §. notatur, quæ est huic contra in eo, quod ibi dicit, ignorantiam iuris, non excusare ab infamia. Sed certè potest dici, quod iuris ignorãtia sit lata culpa: quod sic probo; quia omnes debent scire iura, exceptis paucis, scilicet mulieribus, minoribus, & militibus, vt ff. de iuris, & fac. ign. l. regula. C. de legat. & con. l. leges sacratissimæ, & C. de iur. & facti igno. l. cõstitutiones, ergo si quis ignorat, est in culpa lata, cum culpa lata sit id ignorare, quod omnes sciunt, vt ff. de verb. signif. l. latæ culpæ. Non est ergo mirum, si est infamis, vt ff. eod. l. impuberibus. §. fin. Vel verius secundum Azo. lata culpa non infamat per sentẽtiam damnatum, sed ipso facto sic, si est tale factum, vt in d. l. liberorum. §. notatur. Et sic sunt tres casus, vbi lata culpa nõ comparatur dolo: vnus hic: duo in glossa superioris, quæ incipit, Scilicet leuem, &c.

STL.

¶ Et hæc declaratio de lata culpa communiter tenetur hic per doct. & in l. quod Nerua, ff. depo. * Zasius tamen in intellecti. singul. c. 2. scribit duas esse latæ culpæ species: vnam versutiæ, alteram ignauiæ: & latã culpam versutiæ, dolo cõparari ignauiæ verò nequaquam: quæ distinctio verissima videtur, & innumeris exemplis in nostris Commen. comprobata est.]

STL.

** Adde, quòd non pauci sunt effectus infamiæ facti, quos collegit Dec. in ca. licet causam, col. 6. de proba. inter quos est, vt huiusmodi infames repellantur prorsus à testimonio in caussis criminalibus, & alijs arduis: & similiter in casibus, in quibus requiruntur testes integræ opinionis. alias etiam minus creditur eis.]

¶ Si quis autem. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an pendente iudicio suspecti tutoris, administrare teneretur, aut posset tutor iam accusatus, & videbatur quòd sic, quia quousque non est declaratus suspectus per sententiam, non debet ex sola accusatione priuari, ne medio tempore eidem præiudicium in administratione tutelæ generetur. * Nam quid prodesset sententia, si sola accusatio remoueret? arg cap. venerabili. de offi. deleg. contrarium tamen respondetur, quod immo interim administratio. interdicitur fauore pupilli, voluit enim l. prius pupillo prouidere, postea remedia quærere, arg. l. fi. Cod in qui. ca. re. in inte. non est necess. non enim administratio de facto aufertur, sed potestas iuris de facto interdicitur, seu suspenditur pupilli fauore, prout declarat Salyc. in l. cum quem. Cod. eod. * ne irritatus multò minus ex fide, quam ante in posterũ tutelam gerat. Sed nunc quærebatur, an iudicium suspecti transiret ad heredem, & videbatur quod sic l. si cum hominem, ff. de fideiuss. Lite enim contestata crimen morte non extinguitur. l. 1. C. ex de l. defun. cuius contrarium respõdetur ea ratione, quia causa finalis huius iudicij est terminata. nam tutor, qui petebatur remoueri per iudicem, remotus est per mortem, & sic causa iudicij reperitur finita, quod non est in d. l. si cum hominem.

* Preterea nihil damni hac ex re pupillo in

roga-

rogatur, quippequi buodcunque sibi debebitur, poterit tutelæ, aut negotiorum gestorum actionibus consequi.] Nor. quod interdictio administrationis propter accusationem suspecti durat durante lite. Item, quod morte accusati extinguitur accusatio suspecti.]

cit in officio suo, iudex rerum seruandarum causa mittit pupillum in possessionem bonorum tutoris, & quæ ex illius mora deteriora futura sunt, dato curatore, distrahi possunt, immo & tanquam suspectus remoueri potest, cum latẽdo se suspectũ sua sententia fecerit. leg. impuberibus. §. fin. ff. eodem. Nota summarium.]

Prælat⁹ suspect⁹ an sit ab administratione remouendus.

¶Si quis autem suspectus postulatur, quoad [a] cognitio finiatur, interciditur [b] ei administratio, vt Papiniano visũ est. Sed si suspecti cognitio suscepta [c] fuerit, postea que tutor; vel curator decesserit,[d] extinguitur [e] suspecti cognitio.

¶*Si tutor latitat, ne pupillo per iudicem decernantur alimenta, pupillo in possessionem bonorum misso, & dato curatore, vt suspectus remouetur. hoc dicit ex l. impuberibus. §. præterea. ff. eo. Angel.*

¶Si quis tutor copiã sui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur,[f] cauetur epistola Diuorum Seueri, & Antonini, vt in possessionem [g] bonorum eius [h] pupillus mittatur:[i] & quæ mora deteriora futura sunt, dato curatore distrahi iubentur. Ergo, vt suspectus remoueri poterit, qui non præstat alimenta.

¶*Tutor præsens, qui per mẽdacium negat alimenta pupillo posse decerni, remittitur ad Præfectum puniendus. Idem in eo, qui per pecuniam tutelã acquisiuit: Et in liberto, qui malè administrat hoc dicit ex l. 2. & 3. §. tutor qui ff. eod. Aretin.*

a ¶ *Quoad* id est donec.

b ¶ *Interdicitur.* Argumentum, vt donec prælatus accusatur, quod nõ debeat administrare ecclesiastica bona, & facit ad hoc C. de sent. pas. l. fin. & ff. eo. l. impuberibus. C. eod. l. eum quem, vt suspectum, & ff. de sol. l. quod si fortè &c.

STL. * ¶ Ad qu. de prælato vide. ca. venerabili. vbi Abb. & alij extra, de offic. deleg. & de similitudine, q̃ est inter tutorem, & prælatum, vide Dec. in l. pactum curatoris nu. 2. C. de pact. post glos. notabi. in c. vlt. 5. qu. 3.

c ¶ *Suscepta.* id est incæpta.

d ¶ *Decesserit* scientia accusatione pendente.

e ¶ *Extinguitur*, quia nõ nisi, vt ab ea remoueatur, intẽditur, sed ex quo mortuus est verè remotus est, & quod hic dicitur, si tutela morte tutoris finiatur, idem est si quocũque alio modo finita tut. sit, vt ff. eo. l pe. §. peu.

STL. * ¶ Si quis tutor. ¶ *CASVS* Quærebatur cum erant pupillo alimenta decernenda, si tutor latitet, ne decernantur, an vt suspectus remoueri possit, & quid agendum, & cum decretum alimentorum spectet ad iudicem l. ius alimentorum, ff. vbi pup. edu. deb. non videbatur imputandum tutori, si latitaret, cũ enim iudex possit tutore inuito alimẽta decernere, multò magis eo latitante. l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur. cuius contrariũ deciditur, quia cum alimenta sint decernenda pro modo patrimonij d. l. ius alimentorum, & in hoc versetur maximè officium tutoris, qui & vires patrimonij nouit, & æris alieni summam, meritò quando tutor in hoc defi-

f ¶ *Decernantur.* per iudicem.

ADDITIO. Ita, quod semper ex reddituu patrimonij aliquid supersit. l. ius alimentorum, ff. vbi pu. edu. de Ang.

g ¶ *Vt in possessionem.* Sed & mulcta indici poterit, vt ff. de arb. l. nõ distinguemus §. si arbiter. & facit ff. eod. l. impuberibus. §. fina.

STL. * ¶ Puto ego, vel remouendũ, vel seruandum modum traditũ hic, aut in l. fin. aff vbi pup. edu. deb. vt scilicet curatore addito decernãtur alimenta.]

h ¶ *Eius.* Aliàs est tutoris, in textu, aliàs non est, sed tamen subauditur, vt ff. eod. l. impuberibus. Sed alij dicunt eius, scilicet pupilli, vt ita administratio tutori auferantur.

STL. ¶ Hæc opin. falsa est, quia non esset contumacia tutoris punita, ideò tene primã, præterea non esset bona grammatica, si verba ad pupillum referantur.

i ¶ *Mittatur.* Causa custodiæ, non vt ex eis alatur, sed vt cautum sit pupillo, si malè gessit tutor, de suo, vt ff. vbi pup. edu. debe. l. fina. in fi.

STL. ¶ Sed si quis præsens. ¶ *CASVS.* clarus est, ratio enim dubitandi in singulis tribus casibus erat, quia satis videbatur tutorem, vt suspectum remoueri, & pupillum mitti in possessionem bonorum, vt supra proxi. sed contrarium respondetur, quod immo vlterius punitur, ratio autem primi dicti est, quia cũ delinquat hic tutor circa vitam pupilli, eum dicitur necare, q̃ alimẽta denegat. l. necare,

ff. de

ff. de lib. agn. meritò venit magis puniêdus. * In secundo verò casu hoc operatur odium illius, qui corruptis iudicis ministris, vt negligenter de vita, & moribus inquireret, tutelã redemit, neque enim interest id agere quenquam, vt corrupta fide Iquisitionis tutor constituatur, an bona fide constitu tum velut prædonem bonis alienis incũbere. l. 3 § tutor qui. ff. eod. In tertio autẽ maius vinculum. quo tenetur & astringitur filijs patroni libertus, tacit, vt qui plus tenetur, plus delinquat l. si mandato. §. 1. ff mand. Not. qd tutor mentiens de facultatibus pupilli, vt careat alimentis, punitur. Item, quod iudex non habens alicuius rei, vel facti iurisdictionẽ remittit ad cõpetentem. Itẽ, quod tutela non potest redimi pecunia, aliàs punitur. Item, quòd idem est in liberto, qui fraudulenter gerit]

† aliàs vrbis.

† aliàs vrbis.

¶ Sed si quis[a] præsẽs negat propter inopiam alimenta posse decerni: [b] si hoc per mendaciũ [c] dicat, remittendum[d] eum esse ad Præfectũ † vrbi puniendum, placuit: [e] sicut ille remittitur, [f] qui data pecunia ministerium tutelæ acquisierit, vel redemerit.

¶ Libertus quoque si fraudulẽter tutelam filiorum, vel nepotum patroni gessisse probetur, ad Præfectum † vrbi remittitur [g] puniendus.

¶ *Qui fraude administrat, remouetur, etiã si satisdet, & mores, non diuitiæ in tutoribus attenduntur. h. d. ex l. suspectus fieri. cum l. seq. & l. suspectum. ff. eod.*

¶ Nouissimè[h] autem sciẽdum est, eos, qui fraudulenter tutelã administrant, etiã si satis offerant, remouendos esse à tutela, quia † satisdatio tutoris propositum maleuolum non mutat, sed diutius grassandi[i] in re familiari facultatem præstat. [k]

a ¶ *Siquis.* Idest tutor.

b ¶ *Decerni.* Puta si negat alimenta posse decerni, idest dari: & quod sequitur, si hoc per mendacium: & cæt. fit de responsione.

c ¶ *Per mendacium.* Quid si non dicat per mendacium, immo verum dicat, numquid de suo alere tenetur? Respon. non, vt ff. vbi pup. educ. deb. l. 3. § fi.

** Adde, quòd hoc casu ei debent præstari alimenta ex venditione mobilium, & si hæc quoque non sufficiunt immobilium, vt Iacobo ab Arena visum est, & rectè, nam si licet ea distrahere æris alieni soluendi gratia, quanto magis id licere debet necessitate famis.]

d ¶ *Remittendum.* Sed non remouendum, vt ff. eo. l. tutor §. tutor.

e ¶ *Placuit.* hoc ideò, quia maior pęna imponetur, quam remotio, vt ff. de offi. Præf. vrb. l. 1. § item solent.

f ¶ *Remittitur,* scilicet puniendus extra ordinem, vt ff. de tut. l. in eos.

** Adde, quod cognoscens extra ordinem de crimine potest imponere pęnam arbitrio suo, vel grauiorem, vel leuiorem pro qualitate delicti, l. hodie ff. de pęn.]

Et nota hic arg. contra eos doctores, qui pecunia data sibi acquirunt scholares, vt ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. §. item solent, & in Authent. vt ea quæ dicuntur insinua. §. 1. col. 5.

g ¶ *Remittitur.* ob hoc etiam, vt ingratus accusari potest, vt C. de lib. & eorum lib. l. libertis. & fa. C. eod. l. 1. & 2. & ff. eod. l. libertus.

¶ Nouissimè.

¶ *CASVS.* Querebatur, an satis offerente eo, qui tutelam dicitur fraudulẽter administrare, sit remouendus, & videbatur quod non, quia cum satis sit satisfactum indemnitati pupilli, non est curandum, quis administret: malà enim administratio resarcietur per tutorem. contrarium dicitur ratione satis morali allegata in hoc pulcherrimo tex. quam no. * Item, quia longè melius est in tempore damno occurrere, quã postquam fuerit illatum, confugere ad remedia, quibus resarciatur. l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti.] No. non esse standum cautioni, vbi periculum apparet. Item, quod non est danda occasio delinquendi. Item, quod plus valent boni mores, quam diuitiæ.]

ST L.

† Concor. c. 2. ĩ gl. fi. extra de so.

h ¶ *Nouissimè,* idest in vltima parte huius tit. sic, ff. de insti. l. nouissimè, nam & ibi in vltima parte tractatus sui Vlpianus ponit. Nouissimè.

† Adde similem gl. inf. de vsuc. §. nouissimè.

i ¶ *Grassandi.* idest delinquendi, vel, idest animandi ad delinquendum, sic ff. de pęn. l. capitalium, §. grassatores. inde grassor grassaris, idest nitor ad malum.

Grassor grassaris.

* ¶ Grassari est impetu, & auiditate quadã ferri ad nocendum, vnde & qui vias obsessas tenent, grassatores dicti videntur, dicto §. grassatores, quod plenius in Annotatio. declaraui.]

ST L.

K ¶ *Præstat.* facit ff. eodem. l. suspectus, & l. quia satisdatio. Et facit in arg ad q. talem. si emi librum, & antequam soluam pretiũ, comperiam alienum, vel vitiosum, quòd nõ teneat

Suspectum[a] † enim eum putamus, qui moribus talis est, vt suspectus sit. Enimuerò tutor, vel curator, quamuis pauper sit, fidelis tamen, & diligens, remouendus non est[b] quasi suspectus.

¶ *Finis Primi Libri.*

¶ *aliàs suspectũ etiã eum putam⁹.*

teneat soluere pretium, quia expedit potius non soluere, quam cautioneṁ de reddendo in causam euictionis, vel vitij recipere, quibus consonant, ff. de compensa. leg. 2. alia 3. Præterea lex dicit, quod non debet quis se cõmittere fragilitati cautionis. ff. ad Trebel. l. cogi. §. idẽ quærit. & C. in quib. cau. in integ. restit. l. fi. & C. quãdo li. vnicuique. leg. 1.

STL. * ¶ Adde, q̄ & vbi compertũ est rem esse alienã, & super ea mota est lis, dato mihi fideiussore, teneor soluere pretiũ. l. si post. C. de euic. qui fideiussor non solũ obligari debet pro illa lite, sed pro quacũq. euictione in futurum, vt est tex. notab. in leg. vlt. ff de rescind. vendi. vbi Bart. si verò non sit mota lis, potest emptor venditori pretiũ petenti opponere exceptionẽ rei non liberæ, secũdũ gl. in l. qui rem. C. de euic. de qua materia, itẽ quid si res vẽdita reperiatur alij obligata, vide Ang. & Ias hic, & Sal. in d. l si post. qui tangit quæcunq. in dubium venire possunt in hac materia: Sed quoties res empta detergitur esse vitiosa, dic quod si emptor eam nõ fuisset empturus, si vitium sciuisset, habet locum actio Redhibitoria: sin autem empturus quidem fuisset, sed minoris, & tũc datur actio. Quanto minoris.

ADDITIO. Nota, quòd quotiescũq. imminet euictio in limine cõtractus ante solutionẽ pretij, emptor nõ tenetur soluere pretiũ, nisi venditor det idoneos fideiussores. d. l. si post perfectã. C. de euiction. per Bart. de quo in l 1. §. stipulatio duplæ, ff. de preto. stipula. & an vẽditor cõpellatur satisdare iure actionis, vel ope exceptionis, dic quod ope exceptionis, & solũ tenetur respectu illius dumtaxat mouentis quęstionem. d. §. stipul. & ibi per Bart. & Ias.

a ¶ *Suspectum*. nam tutorem suspectum non facultates patriæ, sed fraudulentia, vel callida cõuersatio in rebus pupillaribus cõmendat, idest probat: hęres verò solis facultatibus paruis suspectus haberetur creditoribus, vt hic, & ff. de priuileg. cred. l. si creditores. * Ratio differentiæ est, q2 creditores nihil aliud agũt cum hærede, nisi vt eis satisfiat de eorum creditis, & statim atq. satisfecit, nihil præterea possunt prætendere: At tutores non pecuniam præstare debent, sed fidem: ideò ex moribus, & fide ęstimandi sunt.]

b ¶ *Remouendus non est*. immo videtur, q2 sic, vt C. de tu. & cur. qui non satisde. l. 2. quę est huic contra. Sol. ibi non repellitur propter paupertatem, sed quia non satisdabat, hic autem satisdedit.

¶ Dic, quod sol. gl. est vera, & patet ex text. nòstro ibi, Remouendus non est quasi suspectus. non enim dicit non esse remouendum, sed non esse remouendum quasi suspectum, si fidelis, & diligens sit: potest tamen repelli eo, quia ob nimiam egestatem satisdare nõ valet, & ita concordat cum l. 2. *STL.* * Et hæc, cum agitur de remouendo, seu repellendo tutore, procedunt. nam alioqui potest inops, qui ad tutelæ onus vocatur, se excusare si velit, vt subdit glo. ex. §. sed & sup. titu. 1. & ideò grauissimè errarunt, qui non distinguentes casum remotionis à casu excusationis, solutionem nostram: immo Accursij, impugnare tentarunt.] Posset tamen iste se excusare, quod dic, vt sup. titu. 1. §. sed & propter paupertatem. Est tamen huic curator adiungendus, vt sup. de cura. §. interdum, & C. eod. l. ætatis, & Cod. de peri. tut. l. 1.

Finis Liber Primus.

INSTITVTIONES IVRIS CIVILIS D. IVSTINIANI IMP. Quam Emendatissimæ.

LIBER SECVNDVS.

De rerum diuisione, &c.

Continuatio. ¶ Dictum est de personis, sequitur de rebus, vt promisit supra de iure natu. gent. & ciuili. §. fin. de quibus dicit vsque ad tit. de oblig. Et in hoc medio dicitur, qualiter acquirũtur res iure naturali, vt à §. singulorum. vsque ad titulum de vsucapionibus. Item qualiter iure ciuili, vt ab inde in antea. Item qualiter iure singulari, vt vsque ad titul. de test. Item qualiter per † vniuersitatem, vt ex testamẽto, vel ab intestato, vel simili modo, vt à titulo de testamentis vsque ad titulum de obligationibus. Accurs.

† Istam gl. tenet & sequitur Angel. hic.

LIBER Secundus.

¶ De rerum diuisione, & acquirendo ipsarum dominio.

¶ Quia principium huius tituli ponit cõtinuationem, & duas rerum diuisiones, ideò non summatur. Sumptum est ex l. 2. ff. eod. Aretin.



SVperiore libro de iure personarũ [a] exposuimus: modò [b] videamus de rebus, quæ vel in nostro patrimonio, [c] vel extra [d] patrimonium

Diuisio. SVperiore libro. ¶ Iste tit. diuiditur principaliter in duas partes. Primò continuat istum librum ad præcedentem. Secundò incipit tractatum: Secunda ibi, Modò videamus. Item ista secunda subdiuiditur principaliter in duas partes. Nam primò ponit de rebus communibus iure naturali, de publicis, & de ijs, quæ sunt vniuersitatis, & de ijs quæ in nullius bonis sunt, & omnia ista per exempla clarificat. Secundò ponit, qualiter res acquirantur de iure gentium, & efficiantur priuatorum. Secunda ibi, Singulorum autem. Et illa secunda subdiuiditur loco suo.

Redeo ad primam, quæ subdiuiditur in quatuor partes. Primò ponit exempla de communibus, Secundò de publicis. Tertiò de ijs, quæ sunt vniuersitatis. Quartò de ijs, quæ nullius sunt. Secunda ibi, Flumina. Tertia ibi, Vniuersitatis. Quarta ibi. Nullius autem. Aret.

SIL. ¶ *CASVS.* in distinctione, & diuisione non figuratur Nor. est distinctio text. Item, quod cõtinuatio faciẽda est. Item, quod dictio, modò, est demõstratum præsentis tẽporis.]

a ¶ *De iure personarum*. Ab illo tit. de iure personarũ vsque huc.

b ¶ *Modò* Sicut promisimus sup. de iure natu. §. fin.

c ¶ *Patrimonio* Scilicet aptitudine: aptæ enim sunt esse in patrimonio, vt res pro derelicto habita.

¶ Hanc suppletionem aptitudinis reprehendit hic Ang. ostendens quod litera de se plana est.

* ¶ Res in patrimonio nostro, seu in bonis nostris esse dicũtur, quas possidentes, exceptionem: amittentes autẽ ad eas recuperandas actionem habemus. l. rem. ff. de acq. rer. do. vbi vide auream glo. distinguentem, quasdam res dici in bonis nostris, alias; extra, alias nec in bonis, nec ext. alias ex bonis.

d ¶ *Vel extra*. Scilicet aptitudine: quia non sunt aptæ, vt sint in patrimonio, vt sunt res sacræ, vel religiosæ, vt infra eod. §. nullius. interdum tamen dictæ res sunt in patrimonio, vt si ab hostibus captæ sint, vt ff. de religio. l. cum loca.

nostrum habentur.[a] Quædam[b] enim naturali iure cõmunia sunt[c] omnium,[d] quędam publica,[e] quædam vniuersitatis,[f] quędã nullius,[g] pleraque singulorum, quæ[h] ex varijs causis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis[i] apparebit.

¶ *Aer, aqua profluens, mare, & littora sunt communia, quibus quiuis vti potest, dũmodo à rebus singulorum abstineat. hoc dicit ex leg. 2. & l. nemo. ff. eo. tit.*

¶ Et quidem naturali iure[k] communia[l] sunt omnium hæc, aer, †aqua profluẽs,[m]

a ¶ *Habentur.* Talis diuisio hic sumitur. Rerum enim aliæ sunt in patrimonio, aliæ extra, quæ videtur insufficiens, nam aliæ sunt nec in patrimonio, nec extra, vt seruitutes, vt ff. de vsufr. le. l. 1. contra. Sed Io. dicit, quod hic pueris loquitur simpliciter: nã quædam pro docendis pueris dicuntur, quæ aliàs non dicerentur. vt ff. de ac. & obl. l. obligationũ. in fin. quod non est verisimile, quod propter pueros male loquatur, vnde non placet. Alij dicunt, hic de corporalibus rebus tantum loqui, quod est falsum, quod colligitur ex continuatione huius tit. ad sequentes. Nos dicimus seruitutes esse in bonis cum earum nomine agamus, & excipiamus, vt ff. de acquir. rer. dom. l. rem. & l. statuas, quod autem in d. l. dicitur, eas non esse in bonis, nec extra, dicit ideò, quia per se non censentur, vt est possessio tigni in domo positi, quia non intelligitur tignum, dum durat domus, per se, vt ff. de vsucap. leg. eum qui.

Seruitutes sũt in bonis nostris.

SYL. ¶ Et hæc glo. communiter approbatur. *seruitutes enim in bonis computantur, verum dictio (id) quæ habetur in dicta l. 1. non est referenda ad seruitutẽ, sed exponere oportet id, scilicet ius, cuius vsusfructus legabatur. dum est apud dominum, non potest tãquam seruitus annumerari bonis illius, cum rei suæ nulla possit esse seruitus. l. in re communi. ff. de seru. vrb. præd. & cum non sit, nec potest consequenter dici extra bona, qa nõ entis nullæ sunt qualitates, & iste est verus intellectus illius. l. qui plenius expositus est hic in Commen.]

ADDITIO. Quia non possunt stare sine re: vel persona, cuius sunt. l. si aliena. §. hoc iure. cum si. ff. de vsuc. Ang.

b ¶ *Quædam,* hic fit alia diuisio.

c ¶ *Communia sunt.* Non tamen agitur communi diuid. secundum Pla.

SYL. * ¶ Nam iudicium communi diuid. inductum fuit ad diuidendas res, ex quarũ communione poterant oriri discordiæ, hæ verò, quæ hic enumerantur, cum dominia distinguerentur, relictæ sunt in naturali illa communione, quia ex eorum vsu non videbatur perturbari tranquillitas humanæ societatis, sed potius earum diuisio præbuisset materiam rixarum.]

d ¶ *Omnium,* Scilicet vsu, non proprietate, vt dicitur, infra eodem, §. & quidem.

e ¶ *Publica,* id est quasi populica, i. omnium populorum, vt sup. tit. 1. §. consequens, & infr. eo. §. flumina. Aliàs dicitur publicum, quod est vnius populi, vel illius tantum, vt campus Martius, vt C. de sacrosan. eccl. leg. fin. & hoc dicitur magis vniuersitatis.

f ¶ *Vniuersitatis.* vt inf. eo. §. vniuersitatis.

g ¶ *Nullius.* vt infra eo. §. nullius.

h ¶ *Quæ:* scilicet quæ sunt singulorum, nec enim ad superiore refertur.

i ¶ *Ex subiectis.* infra eod. §. singulorum. vsque ad fin. titul.

¶ Et quidem. ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum. Secundo ex dicto infert. Tertiò illationem restringit. Quartò rationem restrictionis assignat. Secũda ibi, Nemo. Tertia ibi, Dum tamen. Quarta ibi, quia non sunt. Aug.

¶ *CASVS.* in declaratione primæ partis distinctionis non figuratur aliter, cuius ratio in aperto est, quia cum huiusmodi, natura ita comparata sunt, vt omnibus pateant, in diuisione dominiorum de iure gentium communia remanserunt. No. quæ dicantur communia de iure gentium. Item quod ius gentium appellatur ius naturale. Item, quod accidentia concreta debent regulari secũdum eorum subiectum. Item, quod littus maris non prohibetur alicui, dummodo ab ædificijs ibidem positis abstineat.

K ¶ *Naturali iure.* s. iure gentium, quod est naturali ratione inductum, vt ff. de iusti. & iur. l. omnes, §. quod verò, de quo hic loquitur vt infr. eo. §. singulorum. † & in fin. huius §. nam iure naturali primæuo etiam alia essent communia.

¶ Quamuis Christ. hic dicat gl. solere reprobari, pro ea tñ est tex. clarus hic in fi. vbi postea dicit ędificia iurisq nõ esse sicut ẽ mare.

l ¶ *Communia.* Non tamen agitur cõi diuidundo, secundum Plac. nisi postquam facta fuerint occupantium. Et quod dicit omniũ, scilicet vsu, non proprietate, vt prædixi.

* ¶ Adde autem, quod in mari potest quis ius proprium acquirere, vel ex longa consuetudine, vel ex priuilegio. l. sane, vbi glo. ff. de iniu. & ideò videmus Dños Venetos ex lõga consuetudine habere iurisdictionẽ in eorũ mari, quod tradit Bar. in l. vl. §. si quis. eo. ti.

m ¶ *Profluens,* id est de cælo cadens.

Diuisio.

† Tu dic, qđ immo iure naturali primæuo, quia quando Imperatori placuit de iure gentium intelligere illud expressit, vt in §. riparum. & §. littorũ inf. eodẽ nec ob. arg. gl. quia ius gentiũ iuri naturali derogauit quantum ad aliasres: aliàs nõ esset differentia inter ius cõe. & publicũ, secundum oẽs doct. hic.

* ¶ Ad-

*¶ Adde, quòd Theophilus vertit, tu doo tu aen naon, quod sonat, aqua semper fluens: ne quis putet hic agi de aqua pluuia.]

a ¶ *Et mare.* Sic ff. de iniur. l. iniuriam, §. si quis me prohibeat. †

† & l. venditori. in pri. ff. cō mu. pd.

b ¶ *Et per hoc.* id est per cōsequens. † cum sit accessio maris, arg. infra eod. §. si tamē. Sed contra. ff. ne quid in loc. publ. l. littora. vbi dicitur littora esse, populi Romani. Sed illud est verum quo ad iurisdictionem, verè tamē sunt cōmunia, vt hic. sic C. de quad. præ. l. bene à Zenone, secus in ripa fluminis, quæ non est publica, licet flumen sit publicum vt inf. eod. §. riparum, ibi, sed proprietas. Et potest esse ratio, quia inundatio fluminis rarò venit, & ideò esse potest vtilitas in proprietate ripæ, at mare assiduè inundat, vnde paruula esset vtilitas, non ergo propriatas quæritur, vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. fi.

† Similis locutio. ī fr. d. stirp. ser. ī pr.
† alias à villis.
† alias se abstineat.
† alias si cut & mare.

tur. l. in littore. ff. ne quid in loc. pub. aut ædificando aliquis damnum sentiret. leg. 2. §. aduersus. eo. tit.

f ¶ *Non sunt iuris gentium*, id est communia de iure gentium, sicut est mare, immo eorum, qui ibi ædificauerunt, † vt ff. eod. l. in tātum.

† Dummodò iustè ædificauerit, s. cū decreto pretoris alias per quemlibet iure publico prohiberi potest, secundum Ang. Inc. SYL.

g ¶ *Sicut est mare.* hic continua quod est infr. statim. §. est autem &c. ¶ Flumina.

¶ *CASVS.* non figuratur, quia ponitur mera declaratio terminorū quę scilicet publica sint. Ideò autem volunt ll. hæc remanere publica, quia nullum controuertendi locum habere videbatur illorum communis vsus.] No. flumina & portus esse publica. Item, quòd piscandi ius in eis omnibus commune est. Item, quid sit littus.]

& mare,[a] & per hoc[b] littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: dum tamen† villis,[c] & monumentis,[d] & ędificijs[e] † abstineat: quia non sunt iuris gentium,[f] † sicut est mare.[g]

¶ *Flumina & portus sunt publica: ideoque ius est ibi omnibus piscādi, & littus dr̃ quatenus hybernus fluctus maximè excurrit. h. d. ex l. nemo. in fi. ff. eo. & l. littus ff. d̃ ver. sig.*

¶ Flumina autē omnia,[h] & portus: publica sunt: ideoq. ius piscandi omnibus[i]

SYL. ¶ Dic tria consideranda, primò vsus, & hic est de iure naturali primæuo cōmunis omnibus animantibus, secundò potestas acquirendi dominium per occupationem, & hæc est de iure gent. & solis hominibus cōuenit, tertiò iurisdictio & protectio, & hæc est populi Romani. solutio tamen gl. hic communiter tenetur.]

c ¶ *Villis.* ab alio positis, & habet duas significationes dicitur enim casa, vel insula quędam, in qua non habitatur, sed vel tecta ponuntur, vel propter aquam illuc confugitur, vel fructus reponuntur, vt hic, & ff. de vsuf. l. arboribus, in princ. Si verò habitaretur, esset prędium vrbanum, vt inf. de serui. præ. §. prædiorum. Item dicitur villa congregatio hominum.

SYL. * ¶ Villas accipe hic & in d. l. arboribus quæcūq. ædificia in littore facta vel ad habitandum, vel ad pisces, aut fructus reponēdos, vel alia quauis causa, in §. verò, Prædiorum villa accipitur pro rure.

d ¶ *Monumentis.* Quid sit monumentum, habetur ff. de relig. l. 2. § monumentum.

* ¶ Latius hoc declaratur in l. monumentum. eo. tit. diciturque à monendo, sed munimentum à muniendo, nam munimentum est quod alicuius loci muniendi causa factū est. l. funeris. eo. tit.]

e ¶ *Aedificijs*, scilicet alijs.

** Hinc igitur not. q̃ licet ædificare in mari, & littore, & ædificium fieri ædificantis, quod intellige, nisi vsus publicus impedire-

h ¶ *Flumina autem omnia.* Scilicet perpetua, vt Padus, & Rhenus: quædam enim sunt priuata, vt fossata in agris posita, quæ crescunt, & decrescunt, quæ quandoque currunt, quandoque non, vt ff. de flumi. & ne quid in flumi. l. 1. §. 2 & ff. eo. l. nemo. in fin. Idem iuris est in fossaris existentibus inter fundum & viam, nam & ea sunt illorum, quorum est fundus, cui sunt contigua. Bart. In tract. Tiber. ver. agro. nu. 6.

i ¶ *Omnibus.* Nec qui fuit primo longo tempore piscatus, alium superuenientem repellere potest, vt ff. de vsucap. l. fi. nisi fortè spacio triginta annorum, vt ff. de diuer. & tempo. pręscri. l. si quisquam. Vel secūdum Ioan. Intellige hanc. l. si quisquam quando erat in possessione piscandi.

STL. ¶ Præterea. ¶ *CASVS.* non figuratur aliter cum optimè declaret seipsum text. * si quis tamen velit figurationem, sumi potest ratio dubitandi ex regula l. id quod. ff. de reg. iur. ratio autem decidendi in alluuione fuit incertitudo, quę cuiusque esset terra & quāta, quod nō est vbi vis fluminis pars fundi alicuius applicando fundo vicini. vltimi autem dicti eadē est ratio, quæ & vsucapionis, nempe negligentia patientis terram suam cum fundo vicino coalescere. Not. quod alluuio est acquisitio iuris gen. & quid ea fit. Item, quod impetus fluminis nō potest alteri applicare fundum meum. Item, quod emissio radicum facit quæri, quod non esset alias quæsitum.

f ¶ *Adiecit.* ponendo iuxta tuum prædium.

* ¶ Adde, quod generaliter qualecunque ius habes in fundo, illud habebis, & in ea parte, quæ per alluuionē accessit. Vnde alluuionis vsusfructus ad fructuarium pertinet. l. itē. § huic. ff. de vsufr. sic pign. alluuione crescit. leg. si fundus, de pignor. itidem & fundus seruiens. l. hoc iure. §. 2. de aqua quotid. eadem ratione redempto fundo ex pacto, transibit in redimentem etiam incrementū alluuionis, Pau. de Castr. cons. 388. videtur. si. 1. & legatum, cuius dies nondum cessit, dicitur interim alluuione augeri. l. quod in rerum. de leg. 1. Idem in multis alijs iuris articulis apparet, quos hic referre operæ pretium non est.

g ¶ *Incrementum,* idest augmentum.

**Materiam alluuionis plenè tractauit Bar. in tract. Tyberiadis, ad quem vnusquisq. recurrere potest, vbi inciderit aliqua dubietas in hac materia.]

h ¶ *Intelligi non possit,* licet tota die ibi figas intuitum: & hoc propter imbecillitatem naturalis visus, qui tam subtilia perpendere non potest, vt in cucurbita patet, quæ citò crescit, quæ tamen percipi non potest, quātum crescit quoquo momento temporis. Sed in quodam genere agrorum cessat ius alluuionis, vt in agris militibus assignatis à Principe, qui limitati dicuntur, vt ff. eo. leg. in agris, quæ sit ratio diuersitatis, dic vt ea. l. in fin.

STL. Ex quo enim agros limitatos certos numero iugerum princeps cōcessit militibus, ex hoc videtur alluuionem prohibuisse, quia is numerus augeretur. l. testam. C. de testa. * Qui autem dicantur agri limitati, & cur ita vocentur, & de intellectu d. l. in agris. vide Alc. lib. 1. Prætermiss. & lib. 1. Pater ca. 48. * & de huiusmodi prædijs: quæ quandoque à principibus assignabantur veteranis in præmia, habet text. in l. Lucius. ff. de euict.

a ¶ Appli.

cuerit, a palam est eã tuã permanere. Planè si longiore b tempore fundo vicini tui hæserit, arboresque, quas secum traxit, in eũ fundum radices egerint, ex eo tempore† videntur vicini fundo acquisitæ c esse.

¶ *Insula nata ĩ mari efficitur occupãtis: secus si in flumine, sed est eorum, qui habent prædia vicina, pro modo latitudinis fundi, si est in medio: aliàs illius, cuius pdio est vicinior. Si verò ex diuisione fluminis vnius fundus includatur, remanet antiqui domini. h. d. ex l. adeò. §. insula. ff. de acquir. rer. dom.*

¶ Insula, d quæ in mari nata est, († quod rarò accidit e) occupantis fit: nullius. n. esse

STL.

a ¶ *Applicuerit.* Aliàs appulerit, id est apposuerit, vt subijcit puta crustã terræ fortè vineatæ, & arboratæ.
** Quid verò, si in fundum alicuius delata sint, vt fluminis ligna, vegetes, vel aliæ res, velitque dominus agri efferri, quia fortè damnum dent agro, qd agere debeat, docet Vero. de seru. rusti. præd. cap 27.
b ¶ *Longiore.* id est longo. s. tanto, vt faciant rãdices, vt sequitur: vel etiã ipsã terra apposita vnitionẽ alteri terrę fecerit: cui apponitur, vt ff. de damn. inf. l. hoc amplius. §. ita demum. † Sed quomodo scitur, quando hæc vnitio, vel immixtio erit facta? Respond. per rusticos, qui talia sciunt, vt in Authent. de non alien. aut permu. §. quod autem dictum est. coll. 2.
** Ex hac glos. collige standum esse peritis in arte, facit: l. ff. de vent. inspi. & l. semel. C. de re milit. lib. 12.
c ¶ *Acquisita.* Vtilis tamen rei vendicatio priori domino datur, secundum M. vt ff. de rei vend. si sturenim. (alias est l. idem Pomponius.) §. de arbore: Sed nos contra, sed in factum ad ęstimationem damni, vt ff. de rei vend. l in rem. 1. § itẽ. Sed rei veninõ datur, vt ff. de dam. inf. leg. hoc amplius. §. Alphenus.
¶ Dic, quod aut facto fluminis applicuit, & cessant omnes actiones: aut facto hominis, & procedit disputatio præsens.
¶ Insula. ¶ *CASVS* sic figurari potest. Querebatur cuius esset insula in mari nata, & videbatur effici illorum principiũ, qui dominium vicinioris terræ haberent, vel saltem quod efficeretur communis, sicut & mare est; contrarium respondetur, quod immo, *quia nullius est, efficitur occupantis, § fe ræ. sup. eo. quod autem nullius sit: ex eo probatur. quod nihil aliud est insula quam terra in mari apparens, quæ à natura sublata est (è profundo maris ad superficiem. Sicut igitur cum mari subiacebat, nullius in bonis erat. §. littorum. in fin. sup. eodem. ita & postquã emersit, eodem iure debet censeri. & per hoc concedenda occupanti.] Iterum videbatur, q nata in flumine publici iuris fieret, sicut & flumẽ. Contrarium deciditur, q efficitur eorum, qui habẽt vicina prædia, ea fortasse ratione, quod præsumatur nata ex terra ipsorum vicinorum: vel in quoddam præmium oneris, quod illis incumbit, ripæ muniendæ, & reficiendæ. Nec obstat, quod alueus fluminis publicus sit, sicut & flumen, ideoque insula etiam, quę dum subsidebat, alueì loco erat iuris publici esse deberet, quia verum est alueum fluminis publicum esse, donec flumen super illo labitur, non etiam vbi ad aliam partem fluere cęperit, vt dicitur in §. sequen.] Ideò autẽ disponitur in tertio casu dominiũ conseruari, qa non mutatur forma agri. Nota, quod insula nata in mari in nullius est bonis. Item, quòd ideò conceditur occupanti. Item, quòd ad rarò contingentia iura etiam aptantur: Item, quòd insula nata in flumine efficitur vicinorum pro modo latitudinis: cætera dic, vt habetur in summario.
d ¶ *Insula.* Dicitur locus vndique circundatus aqua, vt hic, & ff. eod. l. adeò. §. insula, & l. insula: (i) aliàs quandoque pro domo in mari posita, quæ in salo, id est, salso posita est secundum Isidorum. Item quandoque pro qualibet domo, vt ff. de eo. quod certo loco da l. 3. § siquis insulam. — *Insula tria significat.*
¶ Dic, quod quando capitur pro domo, pro ea accipitur, quæ vndique via circundantur, ad similitudinẽ insulæ circundatæ ab aqua.] — STL.
Item nota diligenter ista 7. responsa vsque ad § alia sanè, &c.
ADDITIO. (i) Dic, q insularum alia est naturalis, vt Corsica, & Sardinia, alia casualis, vel accidentalis, quæ in flumine sępe nascitur, in mari perrarò. Naturales insulę sũt principis, non in dominio patrimoniali, sed in dominio iurisdictionali, vt l. insulæ. ff. de iudi. l. illicitas, §. qui vniuersas, ff de officio præsidis, sed de hac materia plenius videas hic per Ang. & Bart. in tractat. de insula, & Veron. de seru. rusti. præd. c 33.
e ¶ *Quod rarò accidit.* Sed opponam: ad ea. quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur, vt ff. de leg. & senatuscon. l. nam ad ea. Respondeo, quod illud verbum potius solutionem inducit: nam bene infertur potius, ergo ad alia.
¶ Itẽ hoc dictũ fuit, ne ex decisione ponẽda

creditur. [a] At insula in flumine [b] nata, (qd frequenter accidit) si quidem mediam partem [c] fluminis tenet, cõmunis est eorum, qui ab vtraq, parte fluminis propè ripam prędia possident, † scilicet ꝑ modo latitudinis [d] cuiusq. fundi, quę latitudo propè ripā sit. Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte propè ripāprędia possident. Quod si aliqua parte [e] diuisum sit flumen, deinde infra [f] vnitum, [g] agrū alicuius in formam insulę redegerit, eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat.

¶ *Alueus nouus efficitur publicus, sicut ipsū flumen est: vetus autē dominis fundorū propinquorū conceditur. Idē de nouo alueo, si flumen in antiquū redeat. Item inundatio fluminis nō mutat dominiū fundi. h.d ex l. adeò. §. quod si toto ff. de acq. rer. dom.*

¶ Quod si naturali † alueo in vniuersum derelicto, † ad aliam partem fluere cęperit, prior quidem alueus [h] eorum est, qui propè ripā eius prædia possident, ꝑ modo. s. latitudinis cuiusque agri, quæ latitudo propè ripam sit: nouus autem alueus eiꝰ iuris esse incipit, cuiꝰ & ipsū flumē est, idest publicꝰ. Quod si post aliquod tempus ad priorē alueum reuersū fuerit flumē, rursus nouus † alueꝰ eorū esse incipit, [i] qui propè ripam eius prædia possidēt.

in fluuiatilli insula argueret ad ortā in mari.
a ¶ *Creditur*. scilicet antea.
b ¶ *In flumine*. idest in medio fluminis.
** Adde, tribus modis in flumine insulam fieri, quos eleganter docet Iuriscon. in l. ergo, §. tribus. de acquir. rer. domin.]
¶ *Mediam partem*. Scilicet. quod poterit sciri accepta chorda, & puncto posito in medio inter vtrumque agrum. & tunc si punctum est ex vna parte tantum, alij cedat: aliàs * secundū quod punctum extenditur, vt colligitur. ff. de acquir. rer. do. l. inter eos. & l. seq. Ex his patet, quod pro diuiso possident insulam, & habent dominium circumdātes flumen, vt ff. eod. leg. pro regione.

† s. iure domini nam ad fructuarium nō pertinet, l. itē, §. huic. ff. de vsufr.

d ¶ *Latitudinis*, existentis ab vna parte, cū plures sint ex vna parte, & vnius fundus alicuius latior est, quā fundus alterius, & in hoc tantum frontem agri considero, vt ff. eod. leg. insula. in princ.
e ¶ *Parte*. scilicet superiori.
f ¶ *Infra*. scilicet inferiori parte.
g ¶ *Vnitum*. Scilicet flumen, idest coadunatum, & hic fit punctum. † Vel dic vnitum agrum, &c. & tunc puncta ibi infra.

† Hac verior. ST L.

¶ Quod si naturali. ¶ *CASVS*. positio facilis est. * Videbatur enim alueum à fluuio destitutum debere publicum manere, sicut erat antea: vel in bonis nullius, quasi pro derelicto habitum à flumine, & consequenter occupanti concedendum, aut reuerti velut iure quodam postliminij ad priores dominos, quibus à fluuio fuerat ablatus, quibus non obstātibus statuitur eorū fieri: qui propè ripam prædia possident pro modo latitudinis cuiusque: quod nō alia ratione dispositū fuisse arbitror, nisi quia ad illos etiā spectat onus ripæ muniendæ: nouus autem alueus ideò publicus fit, quia fluuij censitorum vice funguntur, & ex priuato in publicum adducūt. l. ergo. §. flumina ff. de acquir. re. do. circa casum inūdationis ratio assignatur in tex. Nota. clara sunt, & eliciuntur de facili ex summario.
h ¶ *Alueus*. à quo nunc vltimo recessit flumen.
** Alueus prior appellatur in comparatione sequentis, arg. l. 1. § priorum, ff. de aqua quotid. & æsti. nouus autem alueus dicitur ad differentiam veteris, vnde & si per multos annos steterit, appellatur nouus, donec alius nouus superuenerit, argum. l. ex vsu. cum seq. ff. de vi. tri. & ole. leg. aliquando demonstrationis gratia appellatur nouus, qui non est modò, sed iam fuit, vt infra, §. quòd si post aliquod. arg. l. insula, in fin. ff. de acquir. rer. dom.]

*** † i. antiquo, ad alia noui.*

† alias alia defluere cœperit.

*** † idest, qui paulo ante erat nouus.*

i ¶ *Incipit*. quantum ad strictam rationem. nam de æquitate vix obtinet, idest nō obtinet, vt ff. eod. l. adeò. §. insula. in fin. Et not. hic. quod flumina vicem iudicum tenent: & dant, & anferunt dominia, vt hic, & ff. eod. l. ergo. §. alluuio. Accur.
* * Collige hoc text. ibi, nouus autem alueus eius iuris &c. vnū speciale nota. dignū, nempè quod licet regulariter quicquid solo super imponitur, cedat solo. §. cū in suo, inf. eodem. tamen secus est in aqua, quę est sup. solum, quia solum ei cedit, & est speciale in mari, flumine, & quibusdam aquis in quibus habet locum ius alluuionis: secundum

¶ A'ia sane causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit, neque enim inundatio fundi speciem[a] commutat: & ob id, si recesserit aqua, palam est eum fundum eius manere,[b] cuius & fuit.

¶ *Speciem nouam ex aliena materia faciens, eius dominus efficitur, nisi possit ad pristinam reduci. hoc dicit. ex leg. adeo. §. cum quis. ff. de acqu. rer dom.*

¶ Cum ex aliena materia species aliqua facta[c] sit ab aliquo,[d] quæri solet, qs eorũ

dum Bar. in tract. de alluuio. col. vj.]

a ¶ *Speciem*. id est faciem fundi. Sed contra. ff. de flu. & ne quid in flu. pu. l. 1. §. si fossa. in fi. §. Solu. ibi totum occupauit, hic partem. Vel hic eodem impetu recessit, quò venit, ibi non, sed diu coopertum tenuit.

* ¶ Dic, quòd imò. §. si fossa. concordat cũ text. nostro, vt etiam Angel. hic animaduertit]

b ¶ *Manere*. Fuit ergo dominus etiam tunc temporis, quando aqua inudabat. Sed contra. ff. quib. mo. vsusfr. ami. l. si ager. so. ibi improprie dicit amitti, scilicet quantum ad commodum fruendi. Vel hic inundauit, propter impetum aquarum, ibi vt faceret alueum, vt probatur prædicto titu. l. quid tamen. §. agri. Et hæc vera sunt quãtum ad proprietatem: sed possessio indubitanter tempore inundationis amitteretur, vt ff. de acquir. pos. leg. 3. § Labeo, & leg. qui vniuersas. §. 2. & l. Pomponius 1. respon. tamen aqua recedente etiam possessio restituenda est, vt ff. de iti. actuque priua. leg 1 §. sed & si quis.

*¶ Si spectatur tempus inundationis, verum est tunc dominium amissum intelligi. d. l. si ager. ibi, amittitur vsusfru. nisi simus in casibus, quibus nec possessio per inũdationem amittitur, quos refert Iat. in l 3. §. Labeo. ff. de acq pos. sin tempus recessus aquæ, vt hic, & tunc verum est, intelligi dominium durasse, quia l. restituit omnia in pristinũ statum, & per subductionem temporis inundationis dominij constitutionem inducit, d. l. si ager, ibi, quemadmodum. diuersum est autem in possessione, quia solo animo amittitur. l. cum vnus. § fin. ff. de bo. aut. iud. pos. dominium verò non. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. pos.]

¶ Cum ex aliena. ¶ Diuiditur in quinque partes. Primò ponit thema. Secundò quæstionem. Tertiò per exempla thema declarat, Quartò ponit responsionem. Quintò per exempla responsionem declarat. Secunda ibi, Quæri solet, Tertia ibi, Vt ecce. Quarta ibi, Et post multam. Quinta ibi, Vt ecce vas.

STL. ¶ *CASVS*. figuratio plana est: ponitur enim in text. rationes autem dubitãdi plures allegabantur. quia illius nouæ speciei confectæ nunquam ille fuerat dominus, cuius erant ea, ex quibus erant confectæ. Cõtra videbatur, quia quãuis species fuisset in nullius bonis, tamen materia erat in alterius dominio: vt autem tolleretur hæc ambiguitas, media via electa est, s. q aut reducibilis est species ad priorẽ, & remaneat domini, quia est ac si species non sit alterata, & materia in dominio alterius fuerit: aut non est reducibilis, & cedat specificanti: quia illa species non fuit in alicuius bonis. Nota, quòd specificans quærit dominium rei specificatæ nõ reducibilis ad priorem formam: intellige si bona fide specificauit, ignorans alienam. Item not. Iura concordanda, & mediam viam eligendam.]

c ¶ *Aliqua facta* Facta autem intelligitur etiam cœpta, licet nõ perfecta, vt ff. de aur. & arg. lega. l. & si non sunt. §. quid ergo. † Ratio huius est, quia quæ in opere sunt, inesse videntur. ff. si cer. pet l lecta. & c. officij, extra de elect. † *aliar deest, qd sequitur.* STL.

* ¶ Licet hæc glos. communiter improbetur, tamen verissima videtur, dummodo declaretur secundum distinctionem tex. nã si opere incœpto res ad priorem materiam reduci non possunt, vt in calcatis vuis videmus, cur dominium acquisitum non verè quis dixerit? est vtique noua quædam species constituta, tametsi illa non sit, ad quam opera facientis principaliter tendebat.

¶ Speciem hic & sequentibus paragraphis accipit Impe. pro re, quæ ex rudi conficitur materia, & noua quasi facie assumpta simul & nouum accipit nomen, deposito ipsius rudis materiæ nomine. *materia autem est vnde quid conficitur, vt in scypho metallũ, in contractu consensus: at forma est, quæ certæ illi speciei nomen dat.]

d ¶ *Ab aliquo*. Scilicet bona fide, vt ff. ad exhibẽ. l de eo. § si quis, & suo nomine, vt ff. de acq. rer. do l. adeo. §. cum quis in princ. & l. quicquid. §. Vbi, Item & tertium, scilicet, quod non possit redire ad priorem materiã, secundum Ioan. vt in fi. huius §. Quid si duo specificauerunt, vnus bona fide, alius mala fide? Respon. communis est domini, & specificantis bona fide: non autem mala fide, † vt ff. qui. ad li. proclama. non licet. l. si duo. Azo. Eodem modo quæro, & soluo ea, quæ sequuntur. Quid si ex diuersorum materijs speciem fecit, & in vna habuit bonã fidem, & in alia malam fidem? Item, quid si in materia vnius partim bonam, partim malam fidem habuerit? Item, quid & si partim suo specificantis nomine, partim nomine domini. † *Immo nomine proprio, & bona fide secũdu Christop.*

*¶ Intellige secundum Doct. hic, dum sit æqualitas in pretio, & in portionibus, iuxta l.

STL. naturali ratione[a] dominus sit: vtrũ is qui fecerit,[b] an potius ille, q materiæ dominus fuerit. Vt ecce, si qs ex alienis vuis, aut oliuis, aut spicis, vinũ aut oleũ, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære, vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino, & melle mulsum[c] miscuerit: vel ex medicamẽtis alienis emplastrum, aut collyrium[d] composuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel subsellia fabricauerit. Et post multam Sabinianorum[e] & Proculianorum ambiguitatem, placuit[f] media sententia[g] existimantiũ, si ea species ad priorem, & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit: si non possit reduci, eũ potius intelligi dominũ, qui fecerit.[h] Vt ecce, vas conflatum potest ad rudem materiã æris, vel argẽti, vel auri reduci: vinum autẽ, vel oleum, aut frumẽtũ, ad vuas, vel oliuas, vel spicas[i] reuerti nõ potest: ac ne mulsum quidem ad vinum, & mel resolui potest.

¶ *Speciem constituens partim ex sua, partim ex aliena materia, sibi speciem quærit. hoc dicit.*

¶ Quod si partim ex sua materia, parti ex

quicquid. §. vlt. ff. de acq. rer. dom. & dummodò in ea parte, in qua suo nomine agit, bonam fidem habeat, aliàs secus:

a ¶ *Naturali ratione.* Id est iure gentium.

b ¶ *Fecerit.* id est detexerit quo ad spicas, vt ff. eod. l. adeo. §. cum quis in fin. sic sup. de libertis. §. 1.

c ¶ *Mulsum.* id est nectar, siue ItalIadiam.

* ¶ De mulso vide Pallad. li. 11. & Plin. lib. 22. c. 24.]

d ¶ *Collyrium.* id est vnguentũ ad oculos.

e ¶ *Sabinianorum.* i. Sabini, & suorum fautorum; qui dixerũt speciem cedere domino materiæ. Sed Proculus cũ suis sequacibus contra, scilicet vt specificanti tãtũ cedat, vt ff. eo. l. adeò. §. cum quis.

** Hic ille est Massurius Sabinus, qui publicè primus respondit. l. 2. propè fin. de orig. iur. à quo Sabiniani appellati, qui ei i schola successere. Sic Proculiani a Proculo, qui & ipse magnæ fuit auctoritatis, & plurimum potuit, vt refertur ibidem in d. l. 2.

Mediũ est seruãdum. f ¶ *Placuit.* scilicet nobis.

g ¶ *Media sententia*, quæ nec vni in totum, nec alteri concordat, vel discordat: sed distinguit, vt sequitur. Et nota medium seruandum: sic supra quibus ex causis ma. non licet. §. penult. Argu. contra. ff. de neg. gest. l. Nesennius. in fin.

ADDITIO. Dic, quòd media via est eligẽda, qñ nõ põt magis ius ad vnã partẽ adaptari, q ad aliã. vt hic: aliàs diceret diuisio rusticana, vt d. l. Nesennius, in fi. cum gl. Aret.

h ¶ *Fecerit.* Si & alia duo interuenerunt, quæ in princ. huius. §. diximus.

i ¶ *Vel spicas.* Et ita apparet, q frumentum cedit specificanti. Sed contra, ff. eodem. l. adeo, §. cum quis, in fi. §. Sol. hæc posuit gratia exempli propuerfis, secundum Pla. † quædam enim gratia docendi dicuntur, quæ aliàs non dicerentur, vt ff. de actio. & obl. l. obligationum substantia. §. fin. Vel dic secundo secundum Azo. illam per istam corrigi.

† qui reprehẽdit. supra in princ. ti. in gl. ver. habetur.

* ¶ Melius est supplere istũ tex. ex versi. videtur tamen. posito in d. §. cũ quis, qui per incuriam Triboniani huc relatus nõ est. Ridiculum enim est dicere. quòd propter iuuenes male exemplificet, vel quòd iste tex. sit correctorius, §. cum quis, cum Iustinia. vbicũque ius antiquum corrigit, id apertissimis verbis soleat indicare.] Itẽ ad hæc omnia exempla, in quibus dicitur speciẽ specificãti cedere, est contraria regula, quæ dicit. Quod ex re mea est, vel nascitur, meum est, vt ff. ad exhiben. l. de eo. §. si quis. in fi. ff. de rei vẽd. l. solum. §. mei. Solu. illa regula locum habet in quinq; casibus, scilicet: vbi dominus specificauit. Item, vbi alius eius mandato. Item, vbi sine mandato, sed ratum habet. † Item, vbi alius mala fide, & suo nomine. Item, vbi bona fide, sed res potest ad priorem materiam reduci, quorum nullum hic est. Item, si hæc vera sunt, quod specificanti cedant, contra est regula, quæ dicit, Neminẽ cum alterius iactura fieri locupletiorem, vt ff. de condict. indeb. l. nam hoc natura? Respond. licet fiat sua species quo ad dominium, tamen actione in factum tenetur ad æstimationem, vt ff. de rei vend. l. in rem. 1. §. item quęcũque, & ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si mulier. §. 1. & l. seq.

Meũ est, quod ex meo nascitur.

† Intelligas glos. quando nomine domini specificauit, aliàs si nõ fuisset specificata noĩe dñi. non posset habere, tãtũ, tum sit factũ in sui fauorẽ vt l. si pupilli. §. si ego ff. de neg. gest.

¶ Quod si partim. ¶ *CASVS.* positio pendet ex superiori, ideoq. minus dubitabile deciditur, vt innuit Imperator ibi, dubitandum

non

non est, cuius decisionis ratio eadem est, & maior, quia duo vincula arctius ligant, auth. itaque. C. com. de succes. Intellige tex. tamen in terminis, in quibus loquitur, scilicet quando non posset reduci ad priorem materiam, vt declarat. glo. fin. Not. summarium. Item, quod duo vincula potentius ligant. Item argumentũ de minori ad maius affirmatiuè]

a ¶ *Ex aliena.* s. materia.

b ¶ *Ex aliena.* scilicet lana.

c ¶ *Dominum.* Sed si posset reduci ad priorem materiã, sit communis habita ratione materiarũ, vt non cedat specificãti, vt ff. eod. l. quicquid. §. fin. in fin. Idem forsè erit, & quãdo mala fide fecit, licet reduci non possit, vt ff. ad exhib. leg. de eo. §. si quis. ¶ Imo amittit dominium suæ materiæ. §. ex diuerso, infr. eod.

aliena, [a] speciem aliquam fecerit quis; veluti ex suo vino, & alieno melle mulsũ miscuerit, aut ex suis, & alienis medicamentis emplastrum, aut collyrium, aut ex sua lana & aliena [b] vestimentum fecerit, dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, [c] qui fecerit: cum nõ solũ operã suam dederit, sed & partem eiusdem materiæ præstiterit.

¶ *Aliena purpura intexta vestimẽto cedit vestimento, ille autẽ qui dominus fuit, habet actionem contra furem. Ang.*

¶ Si tamen alienam purpuram [d] vestimẽto suo quis intexuerit, licet pretiosior [e] sit purpura, tamẽ accessionis † vice cedit vestimento: & qui dominus fuit purpuræ aduersus eum, qui surripuit, [f] hẽt furti actionem, & condictionem, [g] siue ipse [h] sit, qui vestimentum fecit, siue alius. Nam extinctæ [i] res, licet vendicari non possint, condici tamen à furibus, & quibusdam † alijs possessoribus [k] possunt.

specificationis, vt supra proxim. §. & præcedẽti. Hic autẽ. §. aliquid vult adijcere supra dictis, s. de acquisitione iure accessionis: ne ergo nihil operetur, adiungi: hoc, quod nũc dixi, vt ff. de leg. 1. l. si quando. in princip.

e ¶ *Pretiosior.* No. pretiosius accedere viliori, sic ff. de contr. empt. l. si in emptione. Sed contra. ff. de ædil. edic. l. iustissimè. Sed ibi speciale in homine. Sed contra, infra de fideiuss. §. fideiussores. Sol. vt ibi. Itẽ loquitur hic, §. quando dicta purpura gratia ornãdi, vestimento fuit apposita: sin autem ecõtra, vt vestimentũ seruiret purpuræ, vt forte ea seruaret, tunc cedit vestimẽtum purpuræ, vt in duabus legibus cõtrarijs, vt ff. de vsuc. l. rerũ mixtura. §. quid ergo & ff. de aur. & arg. leg. l. & si non sunt §. peruenia- mus. Si autem neutrum causa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit, & vtrumque possidetur, vt ff. de vsucap. l. rerum mixtura. §. quid ergo.

† aliàs iure.

STL. ¶ si tamen. ¶ CASVS. Si purpura vestimento intexta sic, dubitabatur an vesti accederet, vel econuerso: ratio autem, q̃ vestimentum ipsi cederet, videbatur, quod pretiosior ipsa veste videbatur ad se trahere minus dignum. l. præcipimus. in fin. C. de appel. contrarium tamen decidit Imperator, exeo, q̃ cũ purpura vesti accedat, debet à principali trahi, non econuerso, & ita patet ibi, accessionis vice. * Sed quia iniquum est, vt alterius facto res nostræ efficiantur alienæ leg. id quod. ff. de reg. iur. ideò domino purpuræ datur furti actio, Item & condictio in eũ, qui illam furtipuit. Not. summarium, Item quòd accessorium, & si pretiosius & dignius eo cui accedit, sequitur principale. Item q̃d sicut per confusionem dominium rerum alienarum nobis quæritur, ita per accessionem. Item, quod quamuis dominium si trãslatum in furem, omninò datur saltem condictio furtiua. Item, quod rei suæ potest cõmitti furtum.

STL.

d ¶ *Purpuram.* vt manicam vel gyronem: si autem ipsa filia, puta in tela, tunc alia ratione est dominus tactus purpuræ, scilicet iure

ADDITIO. Dic secundum doctor, quod neutrum possidetur communiter, sed quodlibet de per se sic, vt not. in dicto §. quid ergo Angel.

† ¶ *Surripuit.* si surripuit: aliàs istis actionibus famosis non tenetur.

* ¶ Dic quod condictio furtiua non infamat, sicut actio furti. l. cessat. ff. de act. & obl. & de ratione diuersitatis vide Ias. in l. certi in princ. col. 8. ff. si cert. pet.

g ¶ *Et condictionem.* s. furtiuam, vel sine causa, vt ff. de condi. sine causa. per totum.

h ¶ *Siue ipse.* s. fur: nam forte erat sartor.

i ¶ *Extincta*, quantum ad dominium, quod perdidit dominus eius: & ideò quantum ad eum extinctum est: quia quãdiu est intexta purpura, extincta est: nec potest vendicari, sed agi potest ad exhibendum, vt exhibeat, & post vendicetur, vt ff. ad exhiben. l. gemma & ff. de rei ven. l. in rem actio.

K ¶ *Possessoribus.* veluti a prædonibus: & malæ fidei possessoribus, vt iste fuit vt hic

† aliàs quibusq. & ita legisse videtur Theophilus qui vertit ea tapantã, nomon intellige tamẽ de male fidei possessoribus. STL.

§ Commixtio voluntaria, vel fortuita, facit rem esse communem. hoc dicit ex leg. adeo. §. voluntas. ff. de acquir. rer. dom.

¶ Si duorũ [a] materiæ ex volũtate dominorum [b] confusæ [c] sint, totum id corpus, qđ ex confusione fit, vtriusque commune est: veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti, vel auri conflauerint.

¶ Sed & si diuersę materię sint, † & ob id ꝓpria species facta sit fortè ex vino & melle mulsũ: aut ex auro & argento electrum, [d] idem iuris [e] est; nã & hoc casu cõem esse speciẽ nõ dubitatur. ¶ Quod si † fortuito, & non voluntate dominorum confusę fuerint, † vel eiusdem generis materię, vel diuersæ, idem iuris esse placuit. [f]

Species duorũ à volentibus mixtę, cões fiunt: secus si casu. h.d. ex l. idem Pompon. i. prin. ff. de rei vend.

¶ Quod si frumentũ [g] Titij frumẽto tuo mixtũ fuerit: si qdem ex voluntate vestrã, cõe est, qa singula corpora, i. sigula grana, quę cuiusq. ꝓpria fuerũt, ex cõsẽsu vestro cõicata sũt. [h] Quod si casu id mixtũ fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, nõ videtur cõe esse: qa singula corpora ĩ sua substantia durant. [i]

& inf. de act. §. sic itaque, & ff. vsufru. quemadmod. ca. l. fin. in fin.

¶ Si duorum. ¶ Diuiditur principaliter in duas partes. Primò, quando voluntate dominorum: secundò, quando casu sunt confusæ. Secunda, ibi, Quod si fortuito. Item prima subdiuiditur. Primò quando eiusdem generis materiæ confunduntur. Secundò quando diuersi generis. Secũda ibi, Sed & si diuersæ. Arer.

STL. ¶ CASVS. clarus est, & nullam prorsus habet dubitationem, cũ enim incõueniat, quẽ priuari dominio suo eo inuito, si quid ex volũtate vel casu confundatur, debet fieri cõmune: & hæc est regula. in qua ratio dubitandi non exigitur, cum loquatur in casu, in quo separatio est impossibilis, vt dr̃ in gl. Not. ex cõmixtione volũtaria vel casuali quæri & communicari dominia rerum. Item no. differentiam inter confusionem & commixtionem. Item, quod casu fortuitus & voluntas domini in hoc equiparantur.

† aliàs & ex his.

† aliàs fortuitò.

a ¶ *Si duorum.* Acquiritur dñium non solum specificatione, vt sup. eo. §. cum ex aliena, & §. quod si, & accessione, vt sup. eo §. si tñ, sed etiã confusione, vt hic. Item immixtione, vt infra proxi. §. quod si frumentum.

b ¶ *Dominorum.* bene dicit dominorum voluntate. Nam si vnus dominus fecit inde speciem, v. mulsum. vel vas ex argento meo & suo: sua est iure specificationis, non communis, vt sup. eo. §. quod si partim. & de rei vend. l. si frumentum. §. 1.

ADDITIO. Hoc intellige bona fide, & suo nomine, vt vidistis. in §. cum ex aliena. sup eo. per gl. vt hic. Ang.

c ¶ *Confusa.* id est simul mixtæ.

Electrũ quid est.

d ¶ *Electrum.* genus est vasis, vel species metalli: & ad hoc est, ff. de aur. & argen. legat. l. pediculis. §. Neratius.

STL.

* ¶ Electrum teste Plin. lib. 33. c. 4. vocatur aurum, in quo quinta portio est argenti.]

e ¶ *Idem iuris.* vt sit commune, vt subijcit.

f ¶ *Placuit.* s. vt sit commune, nisi separari possit. veluti si ex ære meo & plumbo, vel argẽto tuo species facta sit; quibus casib. separari põt, & quilibet vẽdicat suum, vt ff. de rei vend. l. si frumentũ. §. sed si plumbũ & ff. de acq. re. do. leg. lacus. §. fi.

† aliàs vel diuersa materia, vel quæ eiusdem generis sũt, idẽ &c.

¶ Quod si frumẽt. ¶ CASVS facilis est, siquidem formatur in text.* ratio autem dubitãdi in primo dicto non est quærenda, quãquidem dominorum consensu facta est communicatio; cũ etiam in cõfusis sup. prox. §. Imperator dixerit non esse dubitãdũ. Sed quoties mixtio fortuito fit tunc dubiũ fa cere poterat. §. præcedens, vbi idẽ statuitur; siue ex consẽsu, siue casu; materiæ confundantur.] Quamuis enim non fiat realis commixtio, fit tamen talis in granis frumenti, vt impossibilis sit separatio: magis enim facile separatur aurum ab arg. quam frumentum à frumento: dicitur tamen contrarium.

STL.

* Ratio decidendi assignatur in tex. ibi, quiã singula &c. & confirmatur per simile. Hinc infert Iustin. ꝙ cũ frumẽtum nõ fiat cõe, cõpetit in rẽ actio pro quantitate cõmunicata, sed iudicis erit æstimare, quatenus excedat, vel minor sit æstimatio bonitatis vnius, vel alterius frument. Not. collige per te.]

Continuatio.

g ¶ *Quod si frumentum.* † Diximus quando confunduntur ita, vt separari non possint nunc videndũ est qñ singula corpora in sua substantia durant, quo casu dñr immisceri.

† Istã gl. nõ credo esse Accur quia non reperitur in antiquis originalibus nec de ea doct. aliquã faciũt mẽtionem.

h ¶ *Communicata sunt*, & ideò locum habet Communi diuidundo actio, vt ff. de rei vend. l. si frumentum. i. respon.

i ¶ *In sua substantia durant*, Sed numquid

Idem

idem, si nostra voluntate fuissent immixta? Videtur quod sic. nostra enim contẽplatio, vel voluntas non potest mutare substãtiam granorum, qui semper discreta sint à se inuicem, quod videtur esse contra. §. præcedẽtem. Sed resp. non est mirũ: aliàs enim simile reperimus: nonne tempus continuum est sui natura, cum tẽpus sit mensura motus primi mobilis, qui motus est vniformis, & continuus, vt dicit Arist. in 7. Phys. & tamẽ partes in ipsa cõtemplatione distinguimus, & assignamus, dicẽtes quoddam præsens, quoddam præteritum, quoddam futurum? sic in granis frumenti dicimus, quòd licet eorum corpora sint discreta in suis terminis, communia tamen ea possumus facere, ita quòd aliqua non sit particula in tuo grano, quam tu non communices mihi: nulla in mea, quam egò tibi non communicem: quod non esset deficiente nost a voluntate: sicut nec in tempore distincto generarentur hæ diuersitates, nostra significatione, vel respectu deficiente.

Tempus quid est. † *aliàs deest sed.* *Tempõris diuisio.*

¶Sed nec magis istis casibus commune fit frumentũ, quã grex intelligitur esse cõmunis, si pecora Titij tuis pecorib. mixta [a] fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totũ id frumentum [b] retineatur, in rem quidẽ actio pro modo [c] frumenti cuiusque cõpetit: [d] arbitrio autẽ iudicis continetur, vt ipse æstimet, quale cuiusque frumentum fuerit.

¶*Materia ædificij cẽdit solo: duplum tamẽ soluitur per ędificantem, nec vendicatur nisi diruto ædificio. h. d. ex l. adeo. §. cum in suo. ff. de acq. re. dom.*

a ¶ *Mixta*, quod fit per errorem, quo casu dominium non transit, vt ff. eodem. l. si procurator 2. vel vt melius pascantur: & facit infra ad l. Aquil. In princ. vbi dicit, quod gregatim pascuntur. Sed contra. ff. de sol. l. si alieni. So. ibi est speciale in pecunia numerata, vt ibi dicitur, vt ff. si cer. pet. l. singularia.

STL. ¶ Et hic, & ibi hæc gloss. communiter approbatur.]

b ¶ *Frumentum*, nondum bona fide consumptum: tunc enim in factum actio daretur, vt ff ad l. Aquil. l. qui occidit. §. si quis alienum vinum.

c ¶ *Pro modo*. id est mensura.

d ¶ *Competit*: id est quod cuilibet tantum frumentum restituatur, quãtum fuit suum, quando non apparet, quod fuerit suum: & hoc propter impossibilem discretionem, vt ff de vsufru. l. vsufructuarium. §. si in vinarijs. si autem apparet, quod cuiusque fuerit, hoc iudex æstimet, vt subijcit, secundum Azo. & secundum hoc dic quale, dest quod, & sic cuilibet sua grana restituantur. Vel dic prox. respons. arbitrio &c. esse de eo de quo est illud, scilicet quando non apparet, quod fuerit suum: & hoc innuit hoc verbum quale: non enim dicit quod, sed quale, vt in qualitate officium vertetur, & quantitate, non autem in corpore: cum illud sit impossibile discernere: & sic probabit, qui dicit suum fuisse melius.

STL. ¶ Tu dic clarius, quod aut à volẽtibus commiscetur, & efficitur commune: & datur actio communi diuidundo. aut præter voluntatem, & tunc si facilis est separatio, vendicari sua grana à quolibet poterunt. l. si frumento, §. sed si plumbum, ff. de rei vend. Aut est difficilis, & iudex tã circa qualitatem, quam circa quãtitatem arbitrabitur, dummodo nõ faciat separari grana, vt hoc text.] Et no. triplicem esse differentiam inter hunc, §. & superiorem. species enim dicuntur misceri. vt hic, materia confundi, vt sup. sed Per. contra. Item hic remanet in eadem substantia, ibi non. Item confusa fiunt communia etiam sine dominorum voluntate, vt supra prox. §. hic non.

STL. * ¶ Cum in suo. ¶ CASVS. Quærebatur, si in solo meo ex materia aliena ædificem, vtrius ædificium esset; & cum noua species fiat partim ex re facientis, partim aliena, videbatur quæst. decisa supra in §. quod si partim. attamen traditur noua regula, quod ædificium cedit solo. nam cum solum à Deo creatum sit, vt firmamentum quoddam, sine quo ædificia non consistetent, meritò placuit, vt tamquam pars potentior ædificij ceteras ad se traheret. Sed cum iniquum esset quenquam re sua absque eius voluntate priuari, subditur, quod nihilo magis dominus materiæ desinit esse dominus illius. Nam quemadmodum possidens domum non censetur res singulas possidere. l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. ita non debet absurdũ videri, si quis intelligatur dominus totius ædificij, non huius, vel illius rei, & consequenter si is, qui dominus erat materiæ, remaneat dominus eiusdem, cum non concurrat cum domino totius integralis. Ceterum quia si daretur vẽdicatio, necesse esset ędificiũ rescindi, ex quo vrbs deformaretur, idcirco constitutũ est, vt tantisper, dum ædificium constat, is suam materiam vendicare non possit, sed duplum pro ea consequi.] No. ædificium solo cedere. Itẽ ꝙ nemo cogi potest eximere tignum alienũ iniunctum suis ædibus. Item, quod quamuis dominus soli fiat dominus totius, tamen dominus materiæ remanet dominus. Item, quòd rei vendicatio non datur domino. Itẽ quod actio de tigno iniuncto est ex l. duodecim

¶ Cum in suo solo [a] aliquis ex aliena materia ædificauerit, [b] ipse intelligitur dominus ædificij: † quia omne, quod in solo ædificatur, [c] solo cedit. Nec tamen ideò is, qui materiæ dominus fuerat, desinit [d] dominus ejus esse, sed tantisper [e] neque vendicare eam potest, neque ad exhibendũ [f] de ea re agere, propter legem Duodecim tabularũ, [g] qua cauetur, ne quis tignum alienũ ædibus suis junctũ, eximere cogatur, sed duplum pro eo prȩstet, p actionẽ, quȩ vocat, De tigno iniuncto. [h]

decim tabul. & quod licet sit ciuilis, est pœnalis, Item, quid veniat appellatione tigni.

a ¶ *Cum in suo solo*. Suum est, etiam si alius habeat ibi vsumfructum, vt infra de hæred. inst. §. 1. vbi proprius seruus dicitur, in quo proprietatem nudam habet testator.

* ¶ Adde, ꝙ hoc casu fructuarius agit cum proprietario: siquidem ei non licet quoquo modo rei speciem mutare: etiam in meliorem statum eam cõmutando. leg. repeti. §. vlti. cum duabus ll. seq. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. & leg. vltim. de vsufruct. & habi.]

† Hoc limitat singul. Soc. in tract. fall. in regul. 310. limitat. 10.

b ¶ *Aedificauerit*. scilicet bona fide: aliàs non, immo tignum suum vendicaret, vt ff. de rei vend. l. in rem § tignum. † ar. à contrario sensu. Vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem, vt ibi nota.

* ¶ Immo & si mala fide ędificarit. l. 1. Cod. de rei vend. nam nec actio de tigno iniuncto, quæ in casu huius §. ad duplum competit, aliter datur, quam si mala fide iniunctum fuerit tignum, l. de eo. ff de do inter virum & vxorem, & leg. 1. ff. de tig. iniunc.]

† Et quis nõ possideat mala fidei existẽs p l. eũ qui ædes. ff. ST L. de vsuc. conuenitur tamẽ, quia dolo desijt possidere. l. is qui dolo. ff. de rei vend. Et vẽdicabitur quidẽ nõ vt eximat, sed vt in litem iuretur secundum Chr. inc. ST L.

c ¶ *Aedificatur*, idest in ipsa terra configitur. Quid ergo de domo non affixa solo. Respond. non cedit solo, vt ff. de acquit. rer. dom. l. Titius & facit ad hanc regulam, C. de ædi. pri. l. si is contra quem.

* ¶ Adde, aliud esse in ædificio sine calce constructo, (quod maceria, seu maceries dicitur, vulgo paries siccus.) nam & hoc cedit solo. leg. si precario. ff. commun. præd. vbi Bald. not. & Alex. in l. 1. §. nunc in fi. de oper nou. nunc.

Idem in satis, & plantatis, quod hic in ędificatis dicitur, vt inf. eo. §. si Titius. & §. qua ratione. Vnde versus. Quicquid plantatur, seritur, vel inædificatur: Omne solo cedit, radices si tamen egit.

¶ Dicas hoc verum regulariter, vt hic, tamen primo non procedit vbi ædificium esset illicitè constructum, & veniret destruendum l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de le. 3. vbi Bal. Item in clerico ædificante de pecunia ecclesiæ, glos. in cap. apostolicos. 12. q. 2. Item quando dominus soli & ædificans essent tales, inter quos cadere non posset expressa donatio, glos. in l. si vxor. ff. de donat. inter virum, & vxor.]

* ¶ Has, & alias complures limitationes vide latius apud Socin. in suo tractatu de Regul. & fallen. regula ill. in vers. Ædificium.]

¶ Sed contra hanc regulam est, ff. de re. diui. l. in tantum in princ. So. Illud speciale est.

* ¶ Dic, quòd non est aliqua specialitas, immo & ibi ędificiũ cedit solo: quia quando ædificatur in littore, solum, super quo ponitur ædificium, cum fit nullius, efficitur propriũ occupantis, licet diruto ædificio rursus in pristinam cõditionẽ reuertatur: in qua sentẽtia. Ang. quoque Aret. fuisse videtur.

ST L.

d ¶ *Desinit*. scilicet ex causa ædificationis: sed & ex alia causa potest desinere, vt ff. vsucap. l. rerum mixtura. §. Labeo. quæ huic regulæ signantur contraria.

* Declara, ꝙ verbum (ideò) positum in hoc text. tollit contrarium, quia in §. Labeo. qui materię dominus fuerat, nõ desinit esse dominus eius propter ædificationem, sed ex præter ita negligentia: nam licet verè non posset perfici vsucapio, quia possessor ędificij non intelligitur possidere singulas res in ædificium coniectas, ex quo tamen possidetur corpus illud, cui insunt res particulares, noluit lex interrumpi vsucapionem ob id, quod adhuc decem dies requirerentur: ad illam perficiendam, cum in tam diuturna mora aduersatus antea fuisset.]

ST L.

e ¶ *Tantisper*. id est interim.

f ¶ *Ad exhibendum*. Scilicet, vt eximatur, nisi mala fide fecerit, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. tignum. & ff. de tigno iniun. l. 1. in fi. sed tũc non eximitur, sed in litem, iuratur, vt ff. de solutio. leg. qui res §. fin. quia arbitrarię sunt istæ actiones, vt ff. de in litem iur. leg. in actionibus, & inf. de actio. §. præterea.

g ¶ *Duodecim tabularum*. lex quædam fuit, de qua dic, vt supra de iur. natu. §. & non ineleganter.

ST L.

* ¶ L. Duodecim tab. refert Fes. Pompeius in hæc verba: Tignum iunctum ædibus, vinæve ne vendicato, nec soluito.]

* ¶ Riuallius lib. 11. historiæ iu. ciui. hanc legem his verbis tradit: Tignum alienum furtiuum ædibus, vel vineis suis iniunctum nequis eximere cogitor, sed duplum pro eo per actionem de tigno iniuncto præstare compellitor.

h ¶ *De tigno iniuncto*; qua actione tenetur, & qui iniunctum habet, licet non iniunxerit, & qui iniunxit, licet non possideat, sed altero soluente alter liberatur, vt ff. de ijs, q deie-

Actio de tigno iniuncto.

(Appellatione[a] autē tigni, omnis materia [b] significatur, ex qua ædificia fiunt.) Quòd ideò prouisū est, ne ędificia rescindi necesse sit. Quod si aliqua ex causa dirutū sit ædificium, poterit materię dominus, (si non fuerit duplum iam consecutus[c]) tūc eam vendicare, [d] & ad exhibendum de ea re agere.

¶ *Aedificans de sua materia in alieno solo scienter, dominium amittit: bona verò fide ædificans, si possidet, repellit dominū agentem exceptione doli, nisi soluat impensas hoc dicit ex l. adeo §. ex diuerso. ff. de acqu. rer. dom.*

¶† Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domū ædificauerit, illius † fit

† *aliàs & ex diuerso.*

† *aliàs fit.*

deiece. vel effu. l. si verò. §. si id quod. & de flu. l. 1. in fi. & quod vi aut clam. l. competit. §. fin. Sed quid si velit magis rem reddere & eximere, quam duplum præstare? Resp. non auditur, quia propter publicam vtilitatem hoc fuit statutum, vt inf. eo. §. quòd ideo &c. & ff. de oper. noui nuncia. l. prętor. & ff. de leg. 1. l. cetera. §. si duobus. Itē numquid hæc actio competit etiam contra eum, qui bona fide iniunxit? Respond. sic, vt hic, licet cōtradixerint quidam.

STL. * ¶ Opi. istorū verior est. L. enim 12 tabu. loquebatur solū de tigno furtiuo. l. 1. ff. de tign. iniun. credendum tamen est legem voluisse, vt & qui bona fide iniunxisset teneretur saltem ad veram æstimationem rei, non etiam ad duplum. leg. de eo. & ibi glo ff. de donat. inter vir. & vxor. in leg. in rem. §. tignum, ff. de rei vend. facit. leg. bona fides, ff. de regu. iur. Sed contra mala fide iniungentem, alia præter hæc auxilia competunt, vt rei vendic. Item, ad exhibendum. Item furti. Item furtiua condictio.

STL. * Sed dic dari, vt æstimetur, non vt vendicetur, cum l. vetet interim eximi. l qui res. in fi. ff. de solu. & ideò quasi dolo malo desierit possidere, iurabitur in litem. l. 1. in fin. ff. de tigno iniunct. l. in actionibus. ff. de in lit. iur.

¶ Item hæc actio de tigno iniuncto, vt infra de actio. §. sic itaque, & ff. de tigno iniuncto. l. 1. in fi. & l. fi.

a ¶ *Appellatione*. Facit ad hoc. ff. de verbo. sign. l. tigni. & ff. ad exhi. l. gemma. & l. tigni. & ff. eo. l. adeo. §. cum in suo. Itē quod in domibus dicitur, idē dic in † caupona, siue domuncula, vt subijcit, quod ideo &c. ad hoc, ff. de ver. sig. l. vrbana prædia. Quidam tamē contra. Item idem in vinea, vt ff. de tigno iniun. l. 1.

† *aliàs caupona.*

b ¶ *Materia*. vt cæmenta, & lapides.

* * Valla, lib. 6. c. 52. reprobat Accur. hic, inquiens à iurisconsultis exponit materiā pro ligno ad ædificia vtili. & quia materia ita, diffinitur ab Vlpia. dum ea distinguit à ligno, vt materia sit, quæ ad ædificādum fulciēdumque necessaria est. lignum, quicquid comburendi causa paratum est. l. ligni. ff. de leg. 3. verum, quod ad hunc locum attinet fallitur Valla, rectèque locutus est Accur. vt patet ex l 1. ff. de tigno iniun. nam text. non dicit simpliciter materia, sed omnis materia, sicut. l. tigni, ff. de verb significa. omne genus materiæ, ad denotandum qualemcūque materiam nedum lignorum.

c ¶ *Consecutus*. Hic est cōtra. ff. d tigno. iniun. l. fi. Sed ibi non cum effectu fuit cōsecutus duplū, quia licet egit, non tamen percepit adhuc duplum, vt argu. ff. de ijs qui deie. vel effu. l. perceptione.

d ¶ *Vendicare*. Nulla temporis prescriptione obstante in rei vēdicatione, vt ff. de rei vendi. leg. in rem. §. fina. quia nec prius agere potuit, vt Cod. de anna. except. l. 1. §. fin. Aliud ergo si mala fide iniunxit, quia tunc agere potuit, vnde triginta annis repellitur à rei vendicatione, vt Cod. de præscript. triginta annor. l. sicut.

ADDITIO. Quam commoditatem non ex sua mala fide, sed ex negligentia non petētis consequitur. aliàs esset absurdum, secundum omnes doctores hic.

¶ Ex diuerso. ¶ *CASVS*. Quærebatur econtrario, si ex sua materia in alieno solo ædificatum sit, quid iuris, & videbatur idem, quod scilicet cederet solo, daretur tamen actio ædificanti ad pretium materiæ, quia nō præsumitur donatio l. campanus, ff. de ope. liber. Sed contrarium deciditur distinguendo. quòd scilicet si ædificetur à sciente, cum sciat contra iuris regulas ædificare, priuatur commodo ædificij ex præsumpta donatione, sicut in soluente scienter indebitum, §. i. inf. quibus mo. re contrah. oblig. Si verò ædificetur bona fide, datur exceptio doli, * si dominus agens nolit soluere pretium materiæ, & mercedes fabrorum. videtur enim dolo facere, qui vult aliena iactura locupletari. Ratio autem quare datur potius exceptio, quam actio, est, quia actio conceditur de rigore iuris, exceptio non, sed de æquitate & facilius, leg. prima, §. præterea, ff. de superfic.

Nota, quod ædificans in solo alieno, ex sua materia videtur materiam alienare, & donare si scienter ædificat. Item, quod facilius datur exceptio, & retentio, quam actio.]

a ¶ *In-*

a ¶ *Intelligitur*. sic C. de ædi. pri. l. si is contra quem.
b ¶ *Non potest*. Quæ alienata est, non potest vendicari. Sed contra C. de rei ven. l. 2. in fi. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ædificauit, hic de sua in alieno. Quare dic: aut de mea materia & in meo ædifico, & tunc planum est, aut de aliena in meo, vt supra proxi. §. aut de meo in alieno vt hic, aut de aliena in alieno, vt in d. l. contraria continetur.

Aedificari pót quadrupliciter.

SI L. * ¶ Dic, quod iste tex. loquitur, quando nulla suberat causa, ex qua posset præsumi aliquid aliud agere voluisse ædificantem, quã donare, nam si alia coniectura capi posset, præter quã donationis, tunc verũ est, quod ædificans, siue bonæ fidei sit, siue malæ, diruto ædificio sit dominus suæ materiæ. d. l. 2.]

domus, cuius & solũ est. Sed hoc casu, materię dominus proprietatem eius amittit, quia voluntate eius intelligitur[a] esse alienata: vtique si nõ ignorabat se in alieno solo ædificare, & ideò licet diruta sit domus, materiam tamen vendicare non potest.[b]

¶ Certè illud constat, si in possessione cõstituto ędificatore, soli dñs petat domũ suam esse, nec soluat pretium materiæ, & mercedes fabrorũ,[c] posse eum per exceptionem[d] doli mali repelli: vtique si bonę fidei[e] possessor fuerit, qui ędificauit. Nam scienti alienum solum esse potest obijci culpa, quod ædificarit[f] temerè in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

¶ *Planta statim ac radices egit, cedit solo. hoc dicit ex l. adeo, §. fi. ff. de acq. rer. dom.*

¶ Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso, si Ti-

c ¶ *Fabrorum*. i. magistrorum de lignamine, vel murorum, sic. ff. de eo quod cer. loco, l. 1. (aliàs 3) §. item Iulianus.
d ¶ *Per exceptionem*. quæ locum habet, vbicunque æquum sit exceptionem locum habere, siue alia competat, siue non, vt ff. de excep. do. l. 2. §. & generaliter & argum. intra eod. §. l. terz.
e ¶ *Bonæ fidei*, Scilicet ab initio, & ex post facto, cum ædificauit nã si ante, quam ædificet, fit bonæ fidei & cum ædificat, malæ fidei fit, eligitur quædam media via, ita vt neque malæ fidei puniatur, neque vt bonæ fidei expensas conseruet, quia permittitur abrasio, vt ff. de rei vẽd. l. Iulianus si in aliena, quæ est huic contraria. & facit ad hoc. ff. de mi l. intra. §. vendentibus.
¶ Finitur. ¶ *CASVS.* Quærebatur, quia dictum fuerat per extinctionem subiecti finiri vsumfructum, & alijs modis, ne proprietas esset inutilis, an essent, & alij modi finiẽdi, & respõdetur, vt in text. Ideo enim morte extinguitur, quia interijt illa persona, cui debetur, sicut interrẽpta re, ex qua debetur, cessat & resoluitur illud ius. * Qua ratione, & si vsufructuarius maxima, aut media capitis diminutione afficiatur, vsusfructus finitur, cum ciuiliter moriatur, quæ mors ciuilis naturali similis est l. verum. §. societas. ff. pro soc. finitur etiam non vtendo per decenniũ inter præsentes, inter absentes verò per vicennium, quia eodem modo tollitur etiam dominium, cuius pars est vsusfructus: l. vsusfructus in multis. ff. eo.] Idem si renuncietur, quia omnia, quæ in dominio nostro sũt, in alium transferri possunt.* nam vnusquisque iuri suo potest renunciare. l. pen. C. de pac.] & sicut dominus potest in re sua constituere vsumfructum, ita ab vsufructuario cedi in eum potest, in alium verò extraneũ cedi non potest, quia est ius personale, quod à persona euelli non potest. Not. vsumfructum finiri morte, & duabus capitis diminutionibus: item abutendo: Item, si vsufructuarius domino proprietatis cedat, vel si vsufructuarius acquisiuerit proprietatem. Item interitu rei.]

rerũ beneficio - rũ, vt in c. fin. extra de pig. & c. vlt. in gl. li. de pecu. cle. & eorũ morte finitur vsusfructus, vt in dictis capi.

c ¶ *Morte.* s. naturali. Sed cõtra. ff. de noua. l. si vsusfructus. Solu. non contradicit. ibi enim ante, quã essem vsufructuarius, delegaui. vnde ex eius persona, cui delegaui, finitur: quia in eius persona incœpit: si autem postea delegassem, ex mea persona finiretur, vt ff. de peric. & commo. rei vend. l. necessariò. §. si.

STL.

* ¶ Adde secundũ Bart. in d. l. si vsusfructus, quod sicut vsusfructus non potest cedi, ita nec actio ad illum consequendum, nisi accedat voluntas proprietarij: quo casu etiam non transfertur ille vsusfructus, sed alius nouus constituitur in personam illius, cui facta est cessio: & ita intelligenda est d. l. si vsusfructus, secundum Paul. de Castr. ibi.]

* ¶ Quid si plures fructuarij sint, & eorum aliquis moriatur: vide leg. 1. ff. de vsufr. accres. & not. glos. vlt. inf. eod. Item quid si vsusfructus patri per filiumfamil. acquisitus sit, vtrum finiatur morte patris, an filijfamil. vide leg. vlt. Cod. de vsufruct. & habi.]

d ¶ *Capitis,* sup. de cap. dim. §. 1. 2. & 3.

e ¶ *Maxima & media.* quæ mortes ciuiles sunt, vt ff. pro sol. l. verum, §. societas, nõ autem minima capitis diminutione, vt inf. de acquir. per arro. in princip.

f ¶ *Per modum & tempus.* scilicet, vt bonus paterfamilias. † Vel melius per modum, & tempus, idest per moderatum tempus, scilicet decem annorũ inter præsentes, 20. inter absentes, vt C. de vsufru. l. corruptionem. Sed relictus ciuitati durat centum annis. vt ff. eod. tit. l. an vsusfructus. Actio verò competens pro vsufructu non ipso iure tollitur, cum tempus non sit modus tollendæ obligationis, sed per exceptionem dicto tempore tollitur, licet in alijs modis quam tempore finiendi ipso iure etiam actio tollatur. vt ff. de actio. & obligat. l. obligationum ferè. §. placet.

† Immo tũc si finitur, sed agit contra actio. l. aquiliæ cautione interposita, vt l. aquis. simũ §. 1. cũ anab. seq. ff. de vsuf. STL.

¶ Et licet aliàs actiones personales non tollantur nisi spacio 30. ann. tamẽ ex quo tollitur ipsum ius vsusfructus intra dicta tẽpora, debet tolli etiam actio, quæ ex eo prouenit.

* ¶ Adde, quod hunc locum ita vertit Theophilus, trotoporito. & orilmenocrono, quasi hic dictum sit, per modum conuertum, & statutum tempus. Et sanè quod ad tempus attinet, potest commodissimè intelligi de tempore à testatore, & contrahentibus ipsis præstituto. l. si vsusfructus mihi. de vsufru. leg. & l. quæsitum ff. eod. & l. & puto. famil. erciscu.]

g ¶ *Constitutio*, Cod. de vsufruct. leg. corruptionem.

h ¶ *Cedendo.* inf. tit. 1. in fine primi casus, contra. Sol. hic dicit de iure vtẽdi, quod cedi nõ potest: imò tũc ad proprietatẽ redit, vt hic, & ff. de iure do. l. si vsusfructus, ibi de ipsa fructuum

ctuum perceptione argum. depe. & com. rei vend. l necessario. §. fi.

** Adde hanc distinctionem siue resolutionem gl. videri communiter receptam; Quãtum tamen attinet ad verum sensum huius loci, animaduertendum est quod Imperat. non prohibet fructuarium cedere, vel alienare vsumfr. extraneo, sicut plerisque visum est, immo permittit: (nam aliàs repugnaret l. arboribus §. vsufructuarius leg. non vtitur cum seqq. & l. cui vsufr. ff. de vsufr. & inf. tit. 10 in fi. princ.) sed intellige, quòd ita cedendo nihil agitur respectu scilicet cõsolidationis, de qua hic tractatur, aut quo ad præiudiciũ proprietatij, & ad affectum constituendi in ipso extraneo nouum vsumfruct. qui ex eius persona durare, & censeri debeat, nam nihilominus attendi debet ius, & vita (vt ita dixerim) ipsius vsusfructus ex persona primi vsufructuarij, nec ex mutatione personæ fructuarij quicquam in hoc nocetur proprietario, quin ad eum reuersurus sit vsusfruct. eodem modo, & tempore, quo reuerteretur, si mansisset primi fructuarij: Et hanc interpretationem, quæ verissima est, eleganter, & doctè declarat, & tuetur Ari. Pine. Lusit. in l. 1. C. de bonor. mat.

† l 2 §. cũ quis de hære. vel acq. ven & l. 4. § non solum de vsufruc. accr.

si vsufructuarius proprietatẽ rei acquisierit,[a] quæ res[b] consolidatio appellatur. † ¶ Eò amplius cõstat, si ędes incendio cõsumptæ fuerint[c], vel etiam terręmotu, vel vitio suo corruerint, extingui vsumfructum, & ne areæ[d] quidem vsumfructum deberi.

¶ Cum autẽ finitus fuerit totus[e] vsusfructus, reuertitur, scilicet, ad ꝓprietatẽ, & ex eo tempore nudę ꝓprietatis dominus incipit plenam in re

a ¶ *Acquisierit*, scilicet finitur vsusfructus. Accur. Flo.

b ¶ *Quæ res*, idest talis acquisitio.

c ¶ *Consumptæ fuerint*, scilicet in totum, vt ff. eo l. si cui insulæ.

d ¶ *Ne area.* sic ff. quibus mod. vsusfruct. amit. l. repeti. §. penul. Arg. contra. ff. de pig. actio. l domo.

SYL. *¶ Dic, quòd loquitur in pignore, quod cum detur, vt creditum magis sit in tuto. erit vtiq; cautum saltem pro parte etiam in area: vsusfructus verò domus ideò perit, quia non durat ille vsus, ad quem fuerat concessus, cum domus amplius inhabitari non possit.]

e ¶ *Totus*. Nota totus, si enim pro parte, non redit ad proprietatem, vt ff. quib. mod. vsusfruct. amit. l. excepta. Item si sunt duo

cor fructuarij, vno perdente alteri accrescit, vt ff. de vsufr. accrescen. l. 1. §. pen.

¶ *De vsu, & habitatione*, Supra tractatum est de vna seruitute personali, videlicet, de vsuf. hic sequitur de alijs, Aret. *Cõtinuatio.*

habere potestatem.

¶ *De vsu & habitatione.*

¶ *Vsus iisdem regulis procedit, quibus vsusfructus: minus tamen iuris habet, non enim potest domino, neque cultoribus impedimento esse, nec ius suum in aliũ trãsferre hoc dicit ex l. 1. ex l. plenum. §. 1. ex l. denique, & ex l. sed neque, ff. eod.*

Iisdem illis modis, quib. vsusfructus constituitur,[f] etiam nudus vsus constitui solet:[g] iisdemq; illis

Isdem illis. ¶ Totus iste titu. in tres partes diuiditur: Primò ponit de vsu: Secundò, de seruitute habitationis. Tertiò facit, quoddam præambulum transiens ad alias materias. Secunda ibi: Sed si cui. Tertia ibi, Hęc de seruitutibus. *Diuisio.*

¶ Iisdem. ¶ *CASVS.* non figuratur in declaratione terminorum, nisi iuxta literã. Not. quod vsus, & vsusfructus parificantur in modo constituendi, & finiendi. Item, quod plus iuris est in vsufructu, quam in vsu. Item, quod vsuarius potest morari in fundo, dum tamen non sit molestus domino, aut cultoribus. Item, quod vsuarius ius suum alteri cedere non potest.

f ¶ *Constituitur.* scilicet in testamento, & inter viuos, vt supra tit. 1. §. 1.

g ¶ *Solet.* Nisi quod vsus pro parte constitui non potest, vt ff. eo. l. vsus pars, sed aliud in vsufr. vt ff. de vsufru. l. vsusfructus ab initio. Et ratio est, quia diuiduus est, quod non est in alijs seruitutibus, vt ff. ad l. Falc. l. 1. §. si vsusfructus. Nec obstat, si duobus vsus constituitur, quod concursu partes fiunt: quia occasione, idest necessitate magis, quam ratione contingit, vt ff de riuis. l. Labeo. *Seruitutes sunt indiuiduæ preter vsumfr.*

* ¶ Rationem, iudicio meo, reddit text. in l. vsus pars, ff. eo. tit. quia frui pro parte possumus, vti pro parte non possumus, ratio autem quare pro parte vti non possimus illa est, quia cum vsus diffiniatur esse ius alienis rebus vtendi pro necessitate vtentis, non etiam fruendi, salua earum substantia, vt ex hoc text. colligitur, & ait glo. in l. 1. in princ. ff. eo. diffinitio autem ostendat substantiam & essentiam rei, sequitur, q si vsus diuideretur, ita quòd non esset pro necessitate vtentis, necessariò corrũperetur, cum à quocunque remoueretur diffinitio, intelligatur remota etiã substantia, l. stipulationes non diuiduntur,

ff. de verborum obligatio.
a ¶ *Modis* quos supra titu. 1. §. finitur habuimus.
b ¶ *Minus iuris.* Sed in casibus æquales sunt fructuarius, & usurarius, ut in usu pecuniæ. ut ff. de usufr. ea. re. l. hoc senatus. §. fin.

quis colet agrum? Respond. proprietarius si uult, † aliàs usuarius, vt ff. eod. l. si domus usus. & ff. de usufr. l. hactenus.
g ¶ *Impedimento.* aliàs, idest si alia de causa inueniat dominum, & eius familiam potest prohibere, vt ff. eo. l. si habitatio. §. fin. Intellige hunc tex. quando operarij operantur ad petitionem proprietarij: quia si operarentur ad petitionem usuarij, eos quoque remouere posset, nedum eis molestus esse. Ang.

que illis modis [a] finitur, quibus & vsusfructus desinit. Minus autem † iuris [b] est in vsu, quam in vsufructu: nam is, qui fundi nudum habet vsum, nihil vlterius habere intelligitur, quam vt oleribus, pomis, floribus, fœno, [c] stramentis, [d] & lignis ad vsum quotidianum [e] vtatur: [f] in eoq; fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi molestus sit, neq; ijs, per quos opera rustica fiunt, impedimento: [g] nec vlli alij [h] ius, quod habet, aut locare, aut † vendere, aut gratis concedere potest, cum [i] is, qui vsumfructum habet, possit hęc omnia [k] facere.

¶ *Habens vsum domus pōt in ea habitare cum marito, vel vxore, & familia, & hospitem recipere, sed tale ius non potest alteri cedi, hoc d. ex l. 2. §. domus. ff. eod. Ang.*

¶ Item is, qui ædium vsum habet hactenus ius habere intelligitur, vt ipse tantum [l] inhabitet: nec hoc ius ad alium trãsferre potest: & vix exceptum esse videtur, vt hospitem ei recipere liceat; & cũ vxore, liberisq; suis, item libertis, nec nõ personis alijs liberis, quibus nõ minus, quã seruis vtitur, habitãdi ius habeat: & cõuenienter, si ad mulierem

¶ Ratio est, quia legato usu harum rerum uidetur legata proprietas, l. quoniam ff. de usufruct. ead. rer. & ideò quod ex his prouenit, suum facit usuarius, quod non est in alijs.]

Item in fundo, de quo tantum fœnum tollitur, quantum soli sibi sufficit, ut ff. eod. l. fundi.

Item in sylua remota, ex qua vterque ligna uendere potest, vt ff. eod. l. Diuus.

¶ Ratio est, quia aliàs inutilis aliquando esset usus ex distantia, & loci remotione, ut dicitur in dict. §. Sabinus ibi, præter hęc bona.]

h ¶ *Alij.* quasi dicat nisi proprietario.
i ¶ *Cum*, idest quamuis.
K ¶ *Hæc omnia.* sup. tit. l. §. finitur, contra. Solu vt ibi. Itẽ ff. loca. l. locare. contra. Sol. ibi in prædialibus seruitutibus loquitur, hic in persona libus.
¶ Item is.
¶ *CASVS.* Quærebatur, an usuarius ædium posset secum habere uxorem, familiam, & hospites & uidebatur, quòd non, quia cum tale ius in aliũ transferri nequeat, ut dictum est sup. prox. §. non uidetur quoquo modo communicabile: quia quod una uia prohibetur, per aliam non cõceditur. * Præterea cum usus, vt dictum est supr. sit ius alienis rebus utendi pro utentis necessitate, non uidetur, quod debeat deseruire aliorum necessitatibus, cum hoc ius ita cohæreat personæ, ut in alium transmitti nõ possit. l. usus aquæ. ff eod. Contrarium tamen deciditur, non de rigore quia militant rationes prædictæ, sed ex consuetudine, ibi, uix receptum est, & ex bono, & æquo, propter id quod nimis durum uidetur ab uxore, & familia separari. Not. quod usuarius ipse tantum uti potest. Item, quòd usuarius ędium potest ipse cum familia habitare.
l ¶ *Vt ipse tantum.* ff. eo. l. 2. §. 2. contra. Solu. ibi ponitur solus pro solummodo, ut ff. de vulg. subst. l. qui liberis. in princ.
* ¶ Adde, quod etiam inquilinum recipere potest.

c ¶ *Fæno.* Idest herba.
d ¶ *Stramentis.* idest melega. genus est bladi.
* ¶ Stramenta uocantur calami ex tritico, ordeo, & id genus frugibus, postquam grana sunt excussa: quod autem hodie uulgus melegam appellat, veteres, vt ex Plinio constat, milium nigrum uocabant.]
* ¶ Stramentum propriè dicitur stipula, à stando, uel à stratu, quod solo substernatur pecori quiescendi gratia, auctor Var. lib. 1. de re rustic.
e ¶ *Quotidianum.* Quid si hodie usus, qui mihi sufficit, constituatur, & cras ab alio in alio fundo constituatur? Resp. locus erit electioni, uel gratificationi in toto, uel in parte: arg. inst. de le. §. si generaliter, & ff. de elig. l. fin.
f ¶ *Vtatur.* Numquid in vnio, uel in frumẽto, & oleo? Respond. quidam, nullo modo. Alij contra, quorum sententia est uerior, vt ff. eodem. l. plenum. §. præter. Item

Vsuarius & fructuarius quando sunt æquales. STL.

† *Concor. cum hoc §. c. si in gl. super verbor. fruatur extra de pig. vbi ponitur tenor huius §.*

STL.

† *Concor. c. qua in ecclesiarũ, in gl. sup verb. alienandi circa* STL. *prin. extra de constit.*

† *Vt puta quia fundus plus fructũ affert, quã sit de necessitate usuarij.*

STL.

poteſt dummodo, & ipſe quoque vſuarius inhabitet l.4.ff.eo.]

a ¶ *Cum marito.* præſenti & futuro, vt ff.eodem l.ceterum. §.mulieri & generaliter omnes recipiet, quos & maſculus, dūmodo honeſtè, vt ff.eo. l.non ſolum,& l.non aliter.

STL. ¶ Et eſt ratio, quia teſtator videtur hoc prohibuiſſe, vt dicit gloſſ. in dicta l.non aliter.

ADDITIO. Et inducitur iſte text. vt ſtatuta,& ſententiæ, quamuis ſint ſtricti iuris tamen recipiant interpretationem extēſiuam, quando aliàs non poſſunt ſortiri effectū, quod not ſecundum Ang.

vſus ædium pertineat, cum marito [a] ei habitare liceat.

¶ *Qui habet vſum ſerui, ipſe tantum vti poteſt: & idem in iumento: ſed ſi pecoris vſum habet, ſolum vtetur ad impinguādum agrum. hoc dicit ex l.plenum.§.ſi vſus, & §.ſed ſi pecoris.ff.eo.Aretin.*

¶ Item is, ad quem ſerui vſus pertinet, ipſe tātum opera, atque miniſterio eius vti poteſt: [b] ad alium verò nullo modo ius ſuum transferre ei conceſſum eſt. Idem ſcilicet iuris eſt, & in iumento. [c]

¶ Sed & ſi pecorum, vel ouiū vſus legatus ſit: neque lacte, [d] neque agnis, neq; lana vtetur vſuarius, quia ea in fructu [e] ſunt. Planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus vti poteſt.

¶ *Habitatio eſt ius diſtinctum ab vſufructu, & vſu: & ideò eam habens locare poteſt, hoc dicit ex l.cum antiquitas. C.eod.Angel.*

¶ Sed ſi cui habitatio [f] legata, ſiue aliquo modo [g] conſtituta ſit: neque vſus [h] videtur, neq; [i]

¶ Item is. ¶ *CASVS.* figurarlo pēdet à prædictis: eſt enim illatio regulæ, quod ipſe tantum vti poſſit, vt habeat locum in iumento,& ſeruo: quod verò dicitur de pecoribus, & ouibus, habet rationem poſitam in tex. ibi quia ea in fructu ſunt: fructus autem non pertinent ad vſuarium, vt dicitur in prin. ſup.eo. ratio autem dubitandi ea poterat eſſe, quia videbatur deſeruire debere omnibus familiaribus, vt in ædibus dictum eſt.

b ¶ *Vti poteſt.* non autem locare poteſt: ſi tamen aliquid conducat faciēdum, in eo poterit vti opera vſuarij ſerui. Item ipſe eidem ſeruo ſuas operas poterit locare. acquirit autem ex re, non ex opera uſuarij, vt ff.eodem l.plenum.§.fi.& l.ſeq.

c ¶ *Et in iumento,* facit ff. eod. l.plenum, §. ſed ſi boum, & § equitij.

d ¶ *Neque lacte.* niſi modico, vt ff. eo.l.plenum,§. ſed ſi pecoris, alijs nullo modo, ſecundum P. Io. contra, dicit enim omnibus his ad ſuum vſum & ſuorum poſſe vti, vt in fundo ſup. diximus.

STL. ¶ Et hæc communiter approbatur in d.§. ſed ſi pecoris, ſecundum Ang. hic.

e ¶ *In fructu.* ſic ſup.de re.diu § in pecudū.

¶ Sed ſi cui. ¶ *CASVS.* Dubitabatur vtrum ſeruitus habitationis idem eſſet, quod vſus, vel vſusfructus. Videmus enim eam conuenire vſufructui in hoc, quòd & ipſa locari poteſt, ſicuti vſusfructus, prout hic dicitur: item vſui, quandoquidem his, qui habet habitationem, eaſdem perſonas recipere poteſt, quas vſuarius, l.ſi habitatio. ff.eo.& reſpondetur, quod cum neque vſui, neque vſufructui, per omnia ſimilis ſit, imò quædam ſingularia habeat, neutri eorum competētia, vt quæ nec diminutione capitis amittatur, nec per nō vſum. d.l.ſi habitatio. §. ad hæredem. eſt propria ſpecies ſeruitutis ab eis diſtincta.]

Not. quòd habitatio differt ab vſu, & uſufructu. Item quod qui habet habitationem, non tantum ipſe cum familia ibi habitare poteſt, ſed etiam alteri locare poteſt. Itē, quod l. ſub congruo titulo ponenda eſt.]

f ¶ *Habitatio.* Siue dicatur habitatio, ſiue vſusfructus habitationis idem eſt, vt C.eod. l.cum antiquitas.

g ¶ *Aliquo modo,* ſcilicet inter viuos pactionibus, & ſtipulationibus: ſic ſup. de ſer. §.fi. & de vſufr. §.1.

h ¶ *Neq; vſus.* qa locat, vt C.eo. l.cū antiquitas, ſed vſuarius nō, vt ſup.eo. circa prin. Acc.

* ¶ Rationem differentiæ ponit Bal. in d.l. cum antiquitas, quia ſcilicet vſus cōſtitutus videtur ob neceſſitatem perſonæ cohærētis, & ideò ab ea ſeorſum eſſe nō poteſt: habitatio autem eſt ſpecies alimenti, quæ non minus locando, quam habitando percipitur.

i ¶ *Neque vſusfructus*, quia hæc non finitur niſi † morte, vt ff.eo.l. ſi habitatio. circa prin. licet vſusfructus multis modis, vt ſupra de vſufruc.§.finitur.

† *Et ideò nō tranſit ad hæredes niſi relicta eſſet in gaudimentū.*

** Rō aūt, quare habitatio nō perit capitis diminutione, eſt, quia eſt ſpecies alimētorū, l.legatis, ff.de ali.& cib. leg. in quibus potius inſpicitur factū, q̄ perſonæ conditio. l.legatum, ff.de capi.dimi. Eadem ratione, nempe, quia eſt pars alimentorum, non finitur, non vtendo. Item quia vſusfructus denominatur ab actu ex vſu, & ideò per non vſum tollitur habitatio verò ab habitu, & potentia habitandi. Veronen.cap.6.de ſer. vrb. præd.

a ¶ De-

a ¶ *Decisione.* Vt C eo.l.cum antiquitas.
b ¶ *Hæc de seruitutibus.* Excusat se, quare de hæreditatibus, & obligationibus non dicit, cum videatur hic dicere debere, vt supra de re corp. §.1.
c ¶ *Proponemus* scilicet infr. de hered. inst. vsque ad tit. 1. de obligat. & exinde vsque ad tit. de act.
d ¶ *Exposuimus.* Hæc continuatio refertur sup. de rer. diui. §. singulorum.
e ¶ Et, pro id est.

Cōtinuatio.

¶ *De vsucap. &c.* Hæc rubrica cōtinuatur per Imperatorem ad præcedentia, vt visum est supra, titu. proxim. in fi. Quia supra dictum est, qualiter res iure gentium nobis acquiruntur, nūc sequitur videre, qualiter iure ciuili nobis acquiruntur. Aret.

vsusfructus, sed quasi proprium aliquod ius; quanquam habitationem habētibus propter rerum vtilitatem, secundū Marcelli sententiam, nostra decisione [a] promulgata permisimus non solum in ea degere, sed etiam alijs locare.

¶ Hæc de seruitutibus,[b] & vsu fructu, & vsu& habitatione dixisse sufficiat. de hæreditatibus aūt, & obligationibus, suis locis proponemus.[c]

¶ Exposuimus [d] summatim quibus modis iure gentium res acquiruntur: modò videamus quibus modis legitimo, & [e] ciuili iure acquiruntur.

¶ *De vsucapionibus,* [f] *& longi temporis præscriptionibus.*

¶ *Hodie res mobilis triennio cum titu. & bona fide vsucapitur. res verò immobilis. 10. annis inter præsētes. & inter absentes. 20. annis vbique locorum. hoc dicit ex l. 1. Cod. de vsucapio. transfor.*

IVre ciuili [g] constitutū fuerat, vt qui

Vsucapio est rerum mobilium præscriptio immobiliū.

f ¶ *De vsucap.* f. mobilium: sed præscriptio immobilium vt patet, infr. eo. in princ. & C. in qui. ca. ces. lon. tēp. præ. l. 2. sed in ff. eod. vsucapio largè sumitur per totum tit. & maximè in l. quare. Accur.

* ¶ Adde, quod vsucapio nihil aliud est, quàm capio. i. acquisitio, quæ fit per vsum. i. possessionem l. neque l. denique, ex qui. cau. maio. l. quæstio. de verb. sig. & l. 1. ff. eo. Item sciendū est veteres appellasse vsucapionem etiā immobiliem rerū, d. l. 3. l. si fur. in fin. l. eū de vsucap. præscriptionē verò accepisse ab exceptione ipsa, quę ex vsucapione descendit: vnde gl. 16. q. 1. in summa, diffinit præscriptionem esse exceptionem, quæ ex tēporis lapsu substantiam capit, & actioni objicitur. Alc.]

Diuisio.

IVre ciuili. ¶ Totus iste titu. diuiditur in nouem partes. Nam ponit primo, quòd ad vsucapionem requiritur bona fides, & iustus tit. & spacium temporis. Secundò, quod licet prædicta interueniant, non tamen procedit vsucapio propter naturam, vel vitium rei. Tertiò, rediens ad primam regulam ponit qualiter in re aliena mobili possit tradens habere bonam fidem. 4. quòd in rebus immobilibus non vitio possessis mala fides auctoris non nocet successori. 5. ponit casum, in quo res furtiua potest vsucapi 6 an res fisci possit vsucap. 7. qualis debeat esse res vel titu. 8. an possessio auctoris pro sit successor. 9. quāto tempore res aliena alienata à fisco, vel donata ab Imperatore vsucapiatur. Secunda ibi, Sed aliquando. Tertia ibi, Sed tamen. Quarta ibi. Quod autem. Quinta ibi, Aliquando. Sexta ibi. Res fisci. Septima ibi, Nouissimè. Octaua ibi, Diutinā. Nona ibi. Edicto. Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit ius antiquum. Secundò. illud corrigit. Secunda ibi. Et cum.

¶ Iure ciuili. SYL.

¶ *CASVS.* non solet in l. correctoria figurari. Attamen iuuenum gratia, ita dici posset, quod ratio dubitandi illa esset, quod sicut tempus non solet esse modus tollendæ obligationis, multò minus debet esse modus auferendi dominium, quia plus est dominium, quam obligat. l. qui actionem. ff. de re. iud. Contrarium tamen dicitur inductū in vsucapione, & præscriptione, quia aliàs dominia rerum essent in incerto, vt dicitur hic in tex. Ratio autem temporis assignari non potest: quia hoc est inter ea, quæ sunt positiui iuris: glo. in l. 1 §. pue. item. ff. de postu. est igitur introducta vsucapio fauore publico principaliter, ne rerum dñia sint in incerto, & vt sit litium aliquando finis. l. fi. ff. pro suo, & rationes propter quas fuit introducta, vide latè per Per. de Anch. in reg. possessor. in 2. col de reg. iu. lib. 6. Not. quod vsucapio est introducta de iure ciuili, Item, quod in ea regulariter requiritur titulus, & bona fides. Item not. rationē introductionis vsucapionis. Item, quòd dominus de facili iure suo priuari non debet. Item, quod l. debet esse generalis. Item, quod mobilia 3. ann. immobilia 20 inter absentes 10. inter præsentes vsucapiuntur.]

g ¶ *Iure ciuili,* id est leg. 12 tabularum, vel Romanorum per excellentiam, vt supr. de iure nat. § sed ius.

* ¶ M. Cicero in orat. pro Cecinna. Lex

N 2 (inquit)

(inquit) vsum & auctoritatem fundi iubet esse biennium. Idem in Topicis Auctoritas vsus fundi biennium est, sic ergo & ædium.

reuertatur, n.390. & g͞naliter ꝑscribitur actioni nōdum ortæ. cū est in facultate partis illā orii facere, vt in legatario ante agnitionem legati, vt tradit Soc in cons.63. col.4. & Balb. in tract. præscript. in 3.q.5. par.5. par. princ.

bona fide [a] ab eo, qui dominus non erat, [b] cum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliaue [c] quauis iusta causa acceperit, eam rem, si mobilis erat anno vbique vno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo [d] vsucaperet: ne rerum † dominia [e] in incerto essent. Et cum hoc placitum erat [f], putantibus [g] antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas [h] res suas præfata tempora: [i] nobis melior sententia resedit, [k] ne domini maturi⁹ [l] suis rebus defraudētur [m] neq; certo loco [n] beneficium hoc cōcludatur. Et ideò constitutionem [o] super hoc promulgauimus qua [p] cautum est, vt res quidem mobiles, [q] per triennium: [r] im-

a ¶ *Qui bona fide.* quod præsumitur, si à domino credat se emere, vt ff. de contrahen. emptio. l. qui à quolibet, vel quod putat vendentem habere ius vēdendi, vt ff. de verborum signification. l. bonæ fidei emptor.

¶ Adde tex. in l. si existimās, & ibi Bartol. ff. pro so. & Azo. in summa. in titul. Cod. de vsucap. pro emption. column. 3.]

Quæ bona fides præsumitur semper, vt ff. de probat. l. verius.

STL. ¶ Et ita communiter tenetur, quando concurrit titulus l. penult. C. de euic. declarat Bartol. in l. Celsus, ff. eod. vbi Balbus, colum. 30] Exigitur autem in venditione duobus temporibus bona fides, scilicet tempore contractus, & tempore traditionis in alijs autem cōtractibus tempus traditionis sufficit: nec nocet posterior scientia: (i) secus in petitione hereditatis, vt ff. pro sol. l. pen. & pro emp. l. 2. C. de vsu ca. trastor. l. vnica, §. hoc tantum modo, & ff. de pe. hæred. l. sed & si. §. quod si ab initio.

Bona fides in cōtractib⁹ quo tempore exigitur.

ADDITIO. (i) Dic hoc verum de iure ciuili, vt l. 1. C. de vsuc. transfor. secus de iure canon. quia omni tempore, donec præscriptio sit completa, requiritur bona fides, extra de præscript. c. vigilanti. c. si diligenti. c. veniēs, & c. si. & c. sanctorū. & in reg. possessor de regul. iur. lib. 6. Quid autem si in principio, & in fine habuit bonam fidem, sed medio tempore malam. Item quid si post bonam fidē, incipit dubitare vtrum res fuerit tradentis, vel non. Item, quid si post completam præscriptionem superueniat mala fides uide hic per Angel. & per Panormit. in d. cap. fin. & per Ioan. And. in d. regul. possessor. in Mercurialibus.

† Hæc rō recitatur in c. vigilanti. cū gl. sup verbo. segnitiem, extra. de præscrip.

* ¶ Quo tempore exigatur bona fides in præscriptione, vide latissimè apud Balbum in suo tract. de præscript. in secunda par. tertiæ par. princ. quæst. 7. & seq.

** Adde, ꝙ non obstāte mala fide ēt de iure can præscribitur actioni, qn is, qui debet, nō tenetur offerre, nec aliud facere, nisi ab eo petatur Abb. in c. ecclesia. col. 15. de const. & in c. quod clericis, col. pen. de fo. cōpe. & plures alios refert Tiraq. in l. si vnquam, in ver.

b ¶ *Dominus non erat.* Si enim erat dominus accipiēs fit dominus per traditionem: vnde non vsucapit. ff. eod, l. sequitur §. lana, & de capti. l. in bello. §. si quis seruum, & supr. de rer. diuis. §. per traditionem.

c ¶ *Aliaue.* Cum sint multæ causæ iustæ, siue tituli, vt ff. de publicia. leg. 1. § sed cur. vsque ad l. cum qui.

d ¶ *In italico solo.* id est in Italia: non ergo etiam in prouinciali, vt C. de vsucap. transfor. l. vnica.

e ¶ *Ne rerum dominia.* hæc est ratio, quare vsucapio sit inducta † est & alia, s. ut aliquis sit litium finis, ut ff. pro suo. l. fi. Accur.

† Puta quia sine ipsa sēm perhabēs rē aliquo titulo esset incertus, an esset effectus dominus: vel quia alias esset difficile probare dominium Iaso.

* ¶ Et sic propter bonum publicum, ut ait l. 1. ff. eod. nam si rerum dominia in incerto essent. innumerabiles existerēt controuersię de ipso dominio, & ita scopus omnium legū destrueretur, qui eo maxime pertinet ut pax & concordia uigeat inter mortales, ut docetur in proę. Decre]

f ¶ *Et cum hoc placitum erat.* id est cum istud placebat.

g ¶ *Putantibus.* s. iure consultis.

h ¶ *Ad inquirendas.* uel amittendas.

i ¶ *Præfata tempora.* s. anni, uel biennij.

K ¶ *Resedit.* s. in animo.

l ¶ *Maturius.* id est maturè.

m ¶ *Defraudentur.* Quod iura nolunt, ut C. de vsufruct. l. corruptionem, & de præscript. 30. ann. l. fin.

n ¶ *Certo loco.* scillcet solo Italico, ut olim, vt supra eodem.

o ¶ *Constitutionem.* C. de usucap. transf. l. 1.

p ¶ *Qua.* s. constitutione.

q ¶ *Res quidem mobiles.* & se mouentes, vt ff. de verb sign. l. mouentium.

r ¶ *Per triennium.* Quæ tempora tam præscriptionis, quam usucapionis, continua sūt, ut ff. eo l. numquam, 2. §. 1.

STL. * ¶ Adde usucapi res mobiles triennio, quādo hæc tria concurrunt, titulus, bona fides, & possessio continua: quod si aliquod ex his deficeret, puta titulus non præscriberentur minori tempore, quam res immobiles, l. tertium,

uum, eum ibi not. C. famil, erciſc. & ibi hoc not. Ang. dicens requiri 30, annos, quod etiã obſeruauit Cæpol. cautel. 132.

SYL. ¶ Communis eſt hæc opin, glo. in rub. ff. de diuer. & temp. præſcr. & ibi Bar. Paul. in d. §. 1. Et in vſucapione ſufficit tetigiſſe vltimum diem, in præſcriptione verò quæritur de momento ad momentum, vt ff. eod. l. in vſucapionibus, & ff. de actio. & obligatio. l. in omnibus. Et eſt ratio, quia vſucapio fauorabilis eſt, pſcriptio verò odioſa. vt C. de edi. diu. adr. tol. l. ſi & ff. de lib. & poſthu. leg. cum quidam.

cere M. quod præſcriptione. 10. vel 20. ann. dominium quæratur, pro eo eſt ff. eo. l. eum qui, in fi. 1. rñ, B. contradicit, † arg. ff. de iure iur. l. ſi duo, §. 1. & C. de præſcr. 30. ann. l. ſi qs emptionis. in pr. & eſt arg. pro B. ff de pign. l. 1. §. cum prædium. & C. de pign. l. vſucap & quod hic dicitur. Et his modis referas, ſecundum B, ad vſucapionẽ tantum, per quam ſecundũ omnes dominium quæritur, vt Cod de pac. l. traditionibus. Vel qđ dicit dominiũ ponitur propriè quantum ad vſucapionẽ, impropriè verò quantum ad præſcriptionem hoc eſt pro effectu dominij, ſ. vt poſſidentes habeamus exceptionem, non poſſidentes habeamus actionẽ vtilem, vt ff. de acq. re. do. l. rem in bonis, & C. de præſcriptio. 30. ann. l. ſi quis emptionis, in princ. Et eſt ratio, quare vſucapione magis dominium quæratur: quia mobilium rerum vilis eſt poſſeſſio, vt ff. de acqu poſ. l. ſi rem.

† *Quem ſequuntur vltramontans, vt refert Chriſtop. hic & præcedit ſecundũ aliques. quando præſcribitur domino patiente & ſciente: aliàs procedit opi. Bal. vt refert Angel. opin. tamen gl. eſt communis.*

mobiles verò per lõgi temporis poſſeſſionem (id eſt[a] inter præſentes[b] decennio, inter abſentes 20 annis) vſucapiantur:[c] & his modis non ſolum in Italia,[d] ſed etiam in omni terra, quæ noſtro imperio gubernatur, dominia rerum,[e] iuſta[f] cauſa poſſeſſionis præcedente, acquirantur.

¶ *Homo liber, res ſacra, vel religioſa, & ſeruus fugitiuus, non poteſt vſucapi etiam bona fide. h. d.*

¶ Sed aliquando etiã ſi maximè quis bona fide rẽ poſſederit, nõ

SYL. ¶ Intellige de præſcriptione 30. annorum: aliæ enim procedunt in fauorabilibus ſicut vſucapio: & ita vbique tenent doct. l. 3. § minorem, ff. de min.

a ¶ *Id eſt*, quandoque longum tempus aliter ponitur, vt ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. nõ autem. Itẽ aliud in perſonalibus actionibus, vt C. qui. non obſt. long. temp. præſcrip. l. neque, & de conſti. pec. l. 2.

¶ De iure enim ciuili eſt regula, quod (ſiue cum bona, ſiue cum mala fide) præſcribatur ſpacio 30. anno, l. 2. C. de conſt. pecu. *de quo vide Balb. in tract. præſcrip. in 4. part. in 3. part. princip. in 1. q.

b ¶ *Præſentes*. ſcilicet in eadem prouincia degẽtes: ſed abſentes in alia, vt C. de præſc. long. temp. l. fin.

¶ Et cõiter tenetur: & eadem prouincia quæ dicatur, ponit gl. in d. l. fi. in verb. 1.

* ¶ Adde, ꝙ ſi quis fuerit partim præſens, partim abſens: ad præſcriptionem complendam tot alij anni addi debent ad decẽnium, quot ex ipſo decennio abſens fuit, §. rurſus in fi. in Auth. vt ſpon. largi. coll. 9.

c ¶ *Vſucapiantur*, Propriè pro mobilib. accipitur: impropriè pro immobilibus quantum ad hunc titulum, ſic ff. de offic. procon. l. 2.

** Adde, quod actiones competentes ad res ſiue mobiles, ſiue immobiles eodẽ tempore, quo res ipſæ vſucapiuntur, vt tradit Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. n. 2. Et ideò etiã de iure can. quod requirit 40. ann. ad præſcribendum rem immobilem eccleſiæ, idẽ tempus requiritur ad præſcriptionem actionis, quæ pro ea competit, c. ad aures. de præſcr.

Præſcriptione an dominium quæratur.

d ¶ *Non ſolum in Italia*. ex differentia enim locorum & c. vt C. de tempo. in integr. reſtit. l. ſuperuacuam.

e ¶ *Domina rerum*. Ex hac litera voluit di-

SYL. ¶ Dic, quod quæritur regulariter vtile dominium in præſcriptione, in vſucapione directum; & ita communiter tenetur. latè Feiyn. in rub. extra eodem col. 1 in 6. limita plenius Balb. in tract. præſcr. in 2. par. princip. q. 2. & Iaſ. & Dec. in l. traditionibus, ſuper gloſ. in verſ. vſucapionibus, C. de pact.

SYL. ¶ *Iuſta* Vel quaſi, vt dicem⁹ inf. eo, §. error.

¶ Sed aliquando. ¶ *CASVS*, Quærebatur, an hic enumerata præſcribi aut vſucapi poſſent: & videbatur ꝙ ſic: cum ſuppoſita ſit regula vniuerſalis, vel ſaltem indefinita, quæ in ll. æquipollet vniuerſali, res mobiles triennio, immobiles longo tempore vſucapi: nec non nulitet ratio, qua introducta eſt vſucapio, nec dominium ſit in incerto, & vt litium ſit quandoque finis, vt dictũ eſt. præſertim cum liberi hominis venditio conſtet ab ignorante l. liberi. ff de contrah. emptio. contrarium deciditur. quia cum tales res nõ ſint in commercio noſtro, vt ſup. de re. diui. in princ. & inf. de inuti. ſtipul. in princip. cum non poſſint per aliquem contractum transferre in dominium alterius, non vſucapiũntur: quia præſcriptiones ſunt inuẽtæ, vt ius creatũ in aliũ trãſferant, nõ vt ius nouũ inducãt, & vt aliorũ iura & dñia, quæ in rebus habẽtur, præſcriptionibus mediantibus acquirantur, & in præſcribentem transferantur, vnde cum nullum ius ſit in libero homine, immo nec ipſe in ſeipſo ius habet, l. liber homo. in princip. ff. ad l. Aquil. & idem ſit in rebus ſacris, ff. ſacræ, ſup. de re. diu. quomodo

tamen illi vſucapio vllo tempore[a] procedit: veluti ſi quis liberum hominem, vel rem ſacram, vel religioſam, [b] vel ſeruum fugitiuum[c] poſſideat.

¶ *Furtiua res, vel vi expulſiua poſſeſſa, non poteſt vſucapi, vel preſcribi etiam per bone fidei poſſeſſorē. Et vendens rem alterius ſcienter, committit furtum. Aret.*

¶ Furtiuæ quoque res, & quæ vi[d] poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tempore[e] bona fide poſſeſſæ fuerint, vſucapi poſſunt. [f] Nam furtiuarum[g] rerum lex 12. tab. & lex † Attilia inhibet vſucapionē; vi poſſeſſarum, [h] lex Iulia, & Plautia.

ergo &c. Item quia talia poſſideri non poſſunt. l. qui vniuerſas. ff. de acqu. poſſeſſ. ergo nec pręſcribi l. ſine poſſeſſione ff. de vſucap. in ſeruo autem fugitiuo ratio eſt, quia ſui ipſius committit furtum, ideò tanquam res furtiua non vſucapitur, vt dicetur in §. proxim. Not. ſummarium.]

SYL.

a ¶ *Vllo tempore*. etiam 40. annorum, vt C. de præſcript. long. tēpo. quæ pro li. l. fin.

¶ Immo nec tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat, ex quo leg. afficit rem ſecundum Bald. in leg. omnes Cod. de præſcript. 30. anno. Felyn. in c. accedentes, colum. 4. de præſcrip.]

b ¶ *Rem ſacram, vel religioſam*. niſi deſinant eſſe ſacræ, vel religioſæ: quod fieri poteſt, vt ff. de reli. l. cum loca.

Seruus fugitiuus an 30. annis vſucapiatur.

c ¶ *Seruum fugitiuum* quaſi facit furtum ſui ipſius, vt C. de ſeru. fug. l. 1. Sed numquid 30. annis fugitiuus vſucapitur? Reſpon. non cum poſſeſſio retineatur, vt ff. de acqui. poſſ. l. 1. §. per ſeruum, & l. rem quæ. in fi. ergo non currit vſucapio poſſidenti. vt C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. malæ, niſi ex tunc quando ab alio cęperit poſſideri, vel ſteterit diu: † quia ex tunc deſinit poſſideri, vt ff. de acquiren. poſſeſſ. leg. 1. §. ſi ſeruus, & l. per eum. §. per ſeruum.

† Scilicet pro libero bona fide, SYL.

¶ Tria ſecundum Chriſto. hic debent concurrere: primum, quod diu moratus ſit in libertate: ſecundum, quod exhibuerit ſe aduerſum dominum pro libertate obtinenda: tertium, quòd fuerit ab alio poſſeſſus l. ſi is qui pro emptore. §. ſi ſeruus. ff. eo.

item ſi paratus ſit ſubire iudiciū liberale ſecūdū Doct. hic. SYL.

** Fugitiuus diffinitur in l. fugitiuus. ff. de ver. & re. ſign.

¶ Furtiuæ. ¶ *CASVS.* Quærebatur, an furtiuæ res, & vi poſſeſſæ poſſent vſucapi: & q̄uis ex regula generali, q̄ malę fidei poſſeſſor vllo t̄pe non p̄ſcribat, ipſe fur videretur impediri vſucapere, tamē ſi bona fide q̄s ab eo emat, credens eum dn̄m, videbatur ſaltē in eum tranſire vſucapiendi conditio, ex regu. poſita in princip. huius titu. cuius contrariū dicitur hic. ratio autem aſſignatur, quia l. inhibet, & prohibet præſcriptionem. l. vbi lex. ff. eo. ratio autē quare l. prohibuerit, eſt, q̄a iam res eſt affecta vitio reali: & (vt dicebat Bald. in l. inciuile. C. de fur.) titulus habitus a fure h̄r pro non titulo, nec patrocinatur emptori, & ſic non præſtat vſucapiendi cauſām. Not. furtiuas & vi poſſeſſas res vſucapi non poſſe. Item, quod ſufficit rō, quia l. dicit. Item quod ex duabus rationibus ſi vna remanet, illa ſufficit. Item, quod malæ fidei poſſeſſor non pręſcribit. Itē, quod in rebus mobilibus nō facilè procedit vſucapio. Item quod vendens ſcienter rē alienam dicitur eius committere furtum.

d ¶ *Vi*. i. expulſiua non compulſiua, vt C. quod me. cau. l. ſi vi, vel metu.

¶ Dic. quod ratio differentiæ eſt, quia ſi eſt poſſeſſa per vim expulſiuam, eſt imprǽſcriptibilis, donec purgetur illud vitium & res peruenerit ad priorem dominum, ſi mobilis eſt, vel ad antiquum poſſeſſorem, ſi immobilis, ſecundum Bart. in l. certæ. §. Iul. ff. de preca. ſecus per vim compulſiuam, quia non afficitur vitio reali, nec impeditur vſucapio, dummodo alia extrema concurrant: leg. 3. vbi gloſſ. Bart. & doct. Cod. quod met. cau. * quæ autem ſit vis expulſiua, & quæ cōpulſiua, exponit gl. in l. 1. C. quod met. cau.]

† aliàs Atiniæ SYL. *& rectius, vt colligitur ex A. Gel. lib. 17. c. 7.*

* ¶ Nam vi poſſeſſa res hoc loco accipienda eſt, quæ vi ablata ſit, de quo extat tit. infra vi bon. rapt. vel de cuius poſſeſſione quis vi eiectus deturbatuſque ſit, vt in §. Recuperā. intr. de interdict. Aliud enim eſſet, ſi quis vi rem diſtrahere cogatur, vt declarat Accur. & poſt eum Aldobran. meus.]

e ¶ *Prædicto longo tempore*. ſ. triennij, vel viginti ann. ſed triginta vel quadraginta annis poſſunt, vt Cod. de præſcript. 30. vel quadraginta ann. l. omnes, & l. ſicuti. & de ann. excep. l. 1. § ad hæc.

ADDITIŌ. Quod procedit in eo, qui ab ipſo emit bona fide: aliàs ſecus, de iure canonico, vt dixi ſup.

f ¶ *Pn̄t*. niſi purgato vitio, vt inf. eo. §. aliqn̄.

Voluntas eſt ratione.

g ¶ *Nam furtiuarum*. Similis ratio, quia lex vult, eſt ſup. quib. ex cau. manu. non licet, in princ. vnde illud: Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Eſt & alia ratio: quia res vitioſæ ſunt, vt inf. eo. §. nouiſſimè.

* ¶ L. 12. tab. verba, vt ſcribit Riuall. erant hæc. Furtiuæ res non vſucapiuntur. Legis autem Atiniæ verba refert hęc Gellius li. 17. cap. 7. Quod ſurreptum erit eius rei æterna auctoritas eſto. id eſt ęternum tempus, antequam vſucapiatur.

h ¶ *Vi poſſeſſarum*, ſcilicet ſi expulit, & poſſedit,

ſedit:nec ſufficit expuliſſe,vt ff.eod.l.ſequitur.§.ſi tu vi.

a¶ *Non eo pertinet.* Scilicet tantum.

b ¶ *Nam his* . ſcilicet poſſeſſoribus violentis,& furibus.

Balb.in tract.præſcrip.in 2.par.3.par.princ. in 12.q.vbi limitat 12.modis.

ADDITIO. (i.) Et quæ ſint realia, & quæ perſonalia vitia, & an contra ſucceſſorem agenté in iudicio poſſit opponi de vitio auctoris. vide Ang.hic.

¶ Quod autem dictũ eſt,furtiuarum, & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe, non eo pertinet, [a] vt ne ipſe fur,quive per vim poſſidet, vſucapere poſſit, (nam his [b] alia ratione [c] vſucapio non competit, quia, ſcilicet mala fide poſſident.) ſed nec vllus [d] alius,quãuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa accepetit, vſucapiendi ius habeat. Vnde [e] in reb.mobilib. nõ facilè ꝓcedit, vt bonæ fidei poſſeſſorib' vſucapio cõpetat. [f] Nam qui ſciens alienam rem vendiderit,vel ex alia cauſa tradiderit, furtum eius committit.

¶ *Heres alienãdo bona fide rem alienam inuentam in hæreditate, non committit furtum: & in ea procedit vſucapio. Idem in fructuario ancillæ alienante partum ipſius, quem ad ſe ſpectare putabat. Aret.*

¶ Sed tamen id aliquando alter ſe habet. Nam ſi hæres [g] rẽ defuncto cõmodatã, aut locatã, vel apud eum depoſitam exiſtimans hereditariã eſſe, bona fide accipienti [h] vendiderit,

c¶ *Alia ratione.* Not. quòd præualet generalis ratio ſpeciali. ſic ſup.d nup.§. affinitatis.& §. ſocrum. Ar.contra.ff.de eden. l. quædam.

Coacta voluntas eſt voluntas.

d¶ *Sed nec vllus.* Cod.quod met. cauſa l.ſi vi, vel metu. contra.Sol.hic de vi expulſiua, ibi de cõpulſiua, quæ voluntatẽ licet coactam habet in ſe, vt ff.quod metus cauſa. leg. ſi mulier. §. penult.

** Non tamen dicitur propriè voluntas.l. vel le.ff.de reg.iu. vbi hoc latè explicat Dec.

e¶ *Vnde.* Quia in reb.mobilibus alienis fit furtum cõtrectando,vt inf. de obl. quæ ex delic.naſc §.1. & ex eo fit furtiua,& ſic non vſucapibilis,vt ſup. prox. vnde ſequitur,quod in rebus mobilibus,&c.

Auctoris vitiũ an ſucceſſorem comitetur.

f¶ *Competat.* Sed videtur,quod culpa auctoris non comitetur, ideſt non ſequatur accipientem,vt ff. de diuer.& temp. præ.l.an vitium & ff. de excep. do. l. apud Celſum.§.ſi cum legitima. Reſpond.ſi vitium eſt rei, comitatur,vt hic ſi perſonæ, comitatur in vniuerſum ſuccedentem,vt C de acquir. poſſ.l. ſiria,& C.communia de vſuca.l.fin.

¶ Hæres enim eſt ſucceſſor vitiorum:etiam ſi uelit incipere præſcriptionem ex perſona ſua,ſecundum com.opi. contra Dyn. & ſeq. Iaſ.in l.Pompon.§ cum quis.ff. de acq.poſſ.

¶ Sed ſi in rem ſingularem ſuccedat, nõ comitatur,vt ff.de except.do.l. apud.§.de auctoris,& C.de per.& com.rei vend.l.dolum. niſi quando vtetur acceſſione temporis eius auctoris,vt ff.de acq.poſſ.l.Pompo.§.fin (i) Sed hodie vitium perſonæ nocet ſingulari ſucceſſori,per Auth.malæ fidei.

¶ Declara & limita, vt per doctor. in dict.l. Pomponius, §.cum quis, ff.de acq. poſſ.* &

¶ Sed tamen. SYL.

¶ *CASVS.* Facile ponitur,dubium enim faciebat poſita ſuperius regula in rebus alienis venditis: ratio autem decidendi eſt, quia cum furtum non committatur ſine animo furãdi, nõ impeditur transferre vſucapiendi conditionem. No. q hæres vendendo rem inuentam in hæreditate, quæ tamen nõ erat defuncti, non facit furtum, & trãsfert vſucapiendi cõditionẽ, ſi hoc bona fide faciat. Itẽ,quod hæres pſumitur ignorare ea quæ in hæreditate ſũt quo iure ad defunctum pertineant. Item, quod error iuris non impedit vſucapionem. Item,quod partus ancillæ ad fructuarium non ſpectat.

g¶ *Nam ſi hæres.* ſic. ff.eod.tit.l.poteſt.& leg. ſequenti.

h ¶ *Accipienti.* An ipſe hæres vſucapit titulo pro hærede? Reſpon.non,vt ff.de diuer.& temp.præſcr.l.cum hæres. Alij contra,ſi vellet ex ſua perſona continuare poſſeſſionẽ,vt C.de præ.long.tempor.l.1. quod falſum eſt. Quando ergo locum habet vſucapio pro hærede; cum nec in ſuis hæredibus locum habeat,vt ff.pro hære.l.2.§. filiũ,& C.pro hær. l.nihil? Reſpon.quando defunctus retinebat aliquã rem,credẽs ſuã,ſed non vſucapiebat, quia deficiebat titulus,& heres eſt extraneus.

Vſucapio pro hærede quando habet locum.

¶ Ratio autem, quare in ſuis non habet locum eſt,quia bona continuantur, nõ de nouo quæruntur.l. in ſuis,ff.de libe. & poſthu. quod declara verum eſſe, quãdo filij veniũt vt ſui,non etiam quando vt agnati vel vt cognati, per ſucceſſorium edictum: Socin. in reg.197. Filius hæreditatem.in 1. limit.]

ADDITIO. Aduertas tamen,quod licet

N 4 hæres

hæres possit inchoare præscriptionē in persona sua, & vsucapere, tamē tenetur exonerare conscientiam defuncti: & sic rem restituere: Anto de But. in ca. si diligenti, de præscrip & Io. de Imo. in c. fi. in 4. col. eo. ti. Ang. singularem successorem. Sed cōtrarium deciditur, quia vitium reale rem afficiens. l. vltia. C. de acqui. pos. non contrahitur ex l. 12. tab. & Atinia, nisi ob furtum, aut violentiam expulsiuam, quæ qualitates cum hic non adsint meritò cessat inhabitio vsucapionis. Not. summa.

dotis[a] nomine dederit: quin is, qui acceperit, vsucapere possit dubium non est: quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: cum vtiq. hæres, qui bona fide tanquam suam alienauerit, furtum non committat. Itē si is, ad quē ancillę vsusfructus ptinet, partū suū esse credens vēdiderit, aut donauerit, furtum nō cōmittit[b] furtum enim sine affectu[c] furandi non committitur.[d]

¶ Alijs[e] quoq. modis accidere potest, vtqs sine vitio furti, rē alienā ad aliquē trāsferat, & efficiat, vt à possessore vsucapiat.

¶ *Malæ fidei possessor transfert in bonæ fidei possessorem rem non vi possessam cum vsucapiendi conditione. Item in rebus soli non committitur furtum: sed illi, qui possidet cum titulo, & bona fide, principalibus constitutionibus subuenitur. h. d. ex l. furtum. & l. quare. ff. eo Aret.*

¶ Quod autem[f] ad eas res, quæ solo cōtinentur, expedit, ius ita pcedit; vt siquis loci vacantis[g] possessionē propter absentiam,[h] aut negligentiam[i] domini, aut quia sine successore[k]

a ¶ *Dotis* pro filia, vel alia: nam & hic iustus est titu. vt ff. pro dote. l. 1.

b ¶ *Furtum nō committit.* & ita vsucapitur Sed nōne fuit in iure erratum, vt supra de rerū diui. l. in pecudum? ergo vsucapio non procedit, vt ff. eo, l. nūquam. in prin. & l. si fur. §. 1. Respond. hic errauit tradēs, ibi accipiens, vt ex illis legibus colligitur. †Vel non prodest, vt ibi, sed non nocet, vt hic.

¶ Ratio differētiæ est, quia in possidente requiritur bona fides, & iustus titul9, sed in tradēte solū bona fides: & ita communiter tenetur secundū Christoph. hic, & sic tenenda est j. solut.]

† *Et est ratio diuersitatis, quia in pscribente requiritur necēn bona fides, sed & iustus tit. quē hic error ipedit: sed in tradēte sufficit bona fides.*

STL.

f ¶ *Quod autem,* hucusque de vsu rerum mobilium dictum est, nunc procedit adius immobilium.

g ¶ *Loci vacantis.* Locus interdum dicitur plenus, vt qui possidetur. Interdum semiplenus: vtile, in quo aliquis est causa legatorum, vel rei seruandę causa, vt ff. de acquir. poss. l. 3. §. fi. & de act. empt. l. 2. §. 1. interdum vacuus: & hoc tribus modis, vt hic: & ff. de acquirenda possess. l. si id quod. Istam glo. multum cōmendat Alexand. in l. in conuentionalibus, §. vlt. ff. de verbo. obligatio.]

c ¶ *Furtum enim sine affectu.* Sed probo, ꝙ sine affectu furtum committitur. Nam in interdictum, Vnde vi, incidit sine affectu: ꝙ simile est furto, ergo & furtum fit sine affectu, vt Cod. vnde vi. l. cum quærebatur ibi, & generali, & ibi, cum talis &c. Respond. in interdicto est affectus, licet non contra personam certam, sed hic suam esse credebat.

d ¶ *Non committitur,* sic inf. de oblig. quæ ex delic. nascun. §. placuit.

e ¶ *Alijs.* Vt si iusto errore credam me hæredem cū nō sim, vt ff. eo. l. potest. Item mihi legatum, cum sit ademptū, vt in f. de act. §. si quis agens, sic ff. pro leg. l. 4. in fi. & aliàs vbicunque quis putat rem suam.

STL. * ¶ Quod autem, *Casum.* ita potes figurare, Quærebatur, an si fundum ad me non pertinentem sciens absque vi occupaui, tradendo illum alij bona fide accipiēti, pręstē vsucapiendi facultatem: & videbatur ꝙ nō, propter malam meam fidem, qui rem quasi vitiosam f. ci, quod vitium transit etiam in

h ¶ *Propter absentiam.* Sed hoc videtur falsum, ꝙ propter absentiā amittat possessio, vt ff. de acq. poss. l. clam. §. qui ad nūdinas. Sed responde, hoc propter effectū absentię dicitur. si obliuionem: vt quia long. temp. abfuit, præsumitur ꝙ pro derelicto habuit, tēpus. n. inducit obliuionem, & possessio obliuione amittitur, vt ff. de dam. infec. l. si finita. § nō autem, quod tempus erit in arbitrio iudicis. vt ff. de iure deli. l. 1. §. fin. & l. se. dummodo longum sit, & obliuionem inducat, & animum retinēdi habere desinat, vt ff. eo. l. furtum. §. 1. & ff. de acq. poss. l. quemadmodū. ¶ Quod intelligitur spatio 10. an. l. 1. vbi gl. & do. C. de seru. fug. *de quo vide latè apud Balb. in repe. l. Celsus, ff. eodem. num. 65. STL.

i ¶ *Aut negligentiam* tantam, vt respuat rei possessionem, quod facilè fit vt ff. de acquir. poss. l. si quis vi. §. differentia.

* ¶ Declara vt per Bar. in l. si de eo. §. si fortè, ff. de acquir. poss.] STL.

k ¶ *Sine successore.* Idem, & si cum successore,

deceſserit, ſine vi nāciſcatur: quāuis ipſe mala fide poſſideat, quia intelligit ſe † alienū fundum occupaſse, tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei lōga[a] poſseſſione res acquiri, qa neq. furtiuum, neque vi poſſeſsum acceperit.[b] Abolita[c] eſt enim quorundā† veterum ſententia, exiſtimantiū etiam fundi, locive[d] furtum[e] fieri. Et eorum vtilitati, qui res ſoli poſſident, principalibus cōſtitutionibus proſpicitur, ne cui longa & indubitata poſseſſio debeat auferri.

¶ *Furtiua, & vi poſſeſſa poſſunt vſucapi vitio purgato. hoc dicit. Aret.*

¶ Aliquādo etiā furtiua, vel vi poſseſsa res vſucapi[f] poteſt, veluti ſi in domini[g] poteſtatem reuerſa[h] fuerit, tunc enim vitio rei purgato procedit eius vſucapio.

ſore, dummodo non fuerit apprehēſa, vt ff. de acqui. poſſ.l.cum hæredes.

* ¶ Collige igitur notabiliter ex hoc text. illum dici malæ fidei, qui ſcit, vel ſcire debet rem non eſſe ſuam, quod tamē limita, & declara ſecundū Barto. in l.2 §. ſed ſi. ff. pro emp. vbi dicit, quod in materia vſucapionis, licet quis, non putet ſe dominum tamen eſt bonæ fidei, ſi credidit tradentem eſſe dnm, & ibi ſequuntur Ange. & Imol. ſane regulariter bonam fidem habere dicitur qui domini cogitatione poſſidet, l. apud antiquos, in ver. domini cogitatione vbi Bar. C. de furtis. q. uis autem ſit dare medium inter bonā fidem, & malā fidem, ſcilicet non bonam fidem, quæ cadit in dubitante, vt eſt tex. cum glo. in l 3. §. genera. ff. de acquir. poſſ. & in ignorante, vt in eo, quia acquiſiuit per procuratorē, ante notitiam, & per eum poſſidet. vt declarat ibidē Alex. col. 6. attamen dicit Bal. in cap. vigilāti. de preſcript. quod vbi non eſt bona fides, nec mala, potius præſumitur bona per l. eius qui. ver. quod ſi ſtipul. cum glo. parua ff. ſi cer. pet.

a ¶ *Longa.* ſ. decē vel 20. ann. Sed hic §. duabus rationibus eſt hodie correctus, nā preſumitur hodie talis poſſeſſio violēta, vt C. vnde vi, l. cū quærebatur. ergo non habet locū hæc præſcriptio, vt ſup. §. furtiuæ. item alia ratione, quia bona fides deſideratur ab vtraque parte, aliàs 30. ann. tantum præſcriptio currit, vt in Auth. vt ſpō. iar. §. rurſus, coll 9.

STL. ¶ Hæc glo. communiter reprobatur ſecundum Bal. in tract, præſcrip. in 2. par. 3. partis princ q. 2. nu. 6

* ¶ Adde, quod licet iſte text. non ſit correctus, recipit tamen declarationem ſecundū diſtinctionem auth. malæ fidei, C. de preſcr. lon. tem. & d. §. rurſus, vt tradit Bald. vbi ſu.

b ¶ *Acceperit.* verè, non furtiue.†

c ¶ *Abolita.* i. perempta. inde abolitio. i. accuſationis peremptio.

d ¶ *Locive.* id eſt partis fundi, ſed fundus totus dicitur, vt ff. de verbor. ſignificatio. l. locus.

e ¶ *Furtum,* & eſt ſimile, ff. eod. l. quare. Sed cōtra, ff. de furt. l. ſi quis vxori, §. ſi ſulphurariæ, & l. ſi cretæ. Solu. ibi non loci, ſed terræ, quæ eximebatur, furtū fiebat, Et quod ſubijcit, & eorum &c. ſic conſtrue, & proſpicitur principalibus cōſtitutionibus ne cui eorum, qui poſſident res ſoli longa &c. † & tunc non eſt neceſſe, quod in textu ſit, vtilitati. Vel ſic & clarius, & proſpicitur princ. conſti. vtilitati eorū, qui poſ. res ſoli, ne cui, i. ne alicui, ipſorum ſubaudi, poſ. lōg. & indu. de. auferri. & ſūt hæ principales conſtitutiones, vt C. de præſcri. lon temp. per totum titul. Accu.

¶ Aliquando. ¶ *CASVS.* in notiſſima re gula non figuratur, cuius ratio elicitur ex tex. quia res ipſa ab initio erat affecta, quæ quando reuerſa eſt ad dominum, purgatur eo vitio, & ad priorem naturā redit, & ideo ſecundū glo. 1. hic eſt vſucapibilis quod declara, vt dixi, ſup. in §. furtiuæ. in gloſſ. 1. No. ſumma.]

f ¶ *Vſucapi,* duabus rationibus ſtare non poteſt quod hic dicitur. Prima, quia deſijt eſſe vitioſa, vnde non erit mirabile, quod videtur velle inducere contra id, quod eſt, ſupra eo. §. furtiuæ. Reſp hic furtiua, vel vi poſſeſſa, ſcilicet quondam.†

¶ Adde in ſimili gl in l. eius, ff. ſi cer. pet.

¶ Secunda, quia dominus non vſucapit, cum ſua ſit, nec alius ab eo accipiens, cum tranſeat dominiū, vt ff. eo l ſequitur, §. lana, & §. tūc in poteſtatem. Sed reſp. vſucapi poteſt, id eſt vſucapibilis eſt, vt ſi ab aliquo nō domino alienatur, non committente furtum eius, vſucapiet emptor.

g ¶ *Domini.* Vel quaſi, vt tutoris, vel creditoris, ſi alienam rem debitor obligauit, vt ff. eo. l ſequitur. §. ſi pupilli, & pro ſol l. ſi. aliud ſi ſuam, vt ff. eo. l. ſequitur, §. ſi rem. Accur.

* ¶ Adde, quod ſatis eſt, rem vi poſſeſſam reuerti in poteſtatē expulſi, l. certe, §. Iulianus, de preca. at res furtiua omnino reuerti debet in poteſtatem domini, non eius, cui ſurrepta eſt. d. l. ſequitur, §. quod autē, cuius diuerſitatis rationem affert. Bar. in §. ſi dominus. ead. l.

h ¶ *Reuerſa,* vel quaſi, vt ff. de furt. l. quamuis,

† oēs enī ſcire debent, ꝙ non ſuū eſt hoc ad aliū pertinere. l. vlt. Cod, vnde vi.

† Vide A. Gel. l. 11. cap. 18.

† Quod verum ē ſine debitor ſurripuit, ſine aliud ſecū

dū communem opi. licet gloſ. in vltimo caſu uariauerit vt hic p Chriſt.

** † Quæ ſequuntur, vſq. ibi, & ſunt, nō extāt in antiquis explaribus.*

STL.

† Et hoc facit pro STL. ſaluando d. cōteſtis deponentis de filio alicuius. quod tā ſit mortuus, q. ſubauditur quondā.

uit, & ita quod non possit ab eo auelli, vt ff. eo.l.sequitur.§.tunc.

* ¶ Intellige, dummodo dominus, quod sciuit rem fuisse sibi subtractam, sciat etiã reuersam.leg. qui fundum.§ pen.ff.pro empt.]

miserabilibus personis, & in ecclesia contra ecclesiam, vide latissime Balb.d. tracta in 2. par. 5. par.prin. q. 1. vbi ponit regulam cum ampliationibus.& limitationibus.

¶ Item res pupilli non vsucapitur, vt ff.de acqu.rer.do.l. bonæ fidei, in princ. ver.nec interest.†

¶. Res.

¶ CASVS. Quærebatur, an res fisci vsucapi posset, intelligendo de bonis, quæ possidentur, & videbatur, quòd sic, quia in huiusmodi vtitur iure priuati fiscus, gl. in l. item veniũt. §. in priuatorum.ff.de pet.hæ.sed cõtrarium deciditur ea ratione, quia fiscalia alienari regulariter non possunt. c. intellecto.de iureiur.licet secundum quosdã hoc fit in priuilegium fisco tributum. Tunc fuit dubitatum, moritur aliquis sine hærede, quo casu bona dicuntur vacantia, vtrum, si quis ea vendiderit bonæ fidei emptori antequam fisco denuncietur, vsucapio procedat? & videbatur, quod non, quia cum vacent, & l. deferat fisco successionem mortui absque hęrede, non deberent tanquam bona fiscalia vsucapi posse, cuius contrarium respondetur, quia cum nondum denunciata sint, non videntur versa in patrimonium fisci, & ideò æquius est, vt non gaudeat eo priuilegio, quod sibi concessum est in benis delatis, & quæ sua irreuocabiliter facta sunt. Not.summa.]

¶ [*Res fisci vsucapi non possunt: ante tamen, quam denunciata fuerint, vsucapiuntur, h. d. ex leg. quamuis, ff. eo. Are.*

¶ Res fisci [a] nostri vsucapi nec potest. [b] Sed Papinian[9] scripsit, bonis vacantib. fisco nondum nunciatis, [c] bonę fidei emptorẽ traditam [d] sibi rẽ ex his bonis [e] vsucapere posse, [f] & ita Diuus Pius, & Diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt.

¶ Ratio est, qa alienari non potest. leg. lex quæ tutores. Cod. de admi. tut.

¶ Item res filii à patre alienata, nisi 30. ann. à tempore quo est sui iuris, vt Cod. de an. exce.l.1.in fi.& in authen.de nup.§. si verò. expe.coll.4.

¶ Ratio est, quia durante patria potestate non potest agere.l.1.in fi.C.de ann.except.]

¶ Item res data Præsidi cõtra legem Iuliani repetundarũ, vt ff ad leg.Iul.rep.l. quod cõtra leg.

¶ Ex quo enim lex resistit traditioni, vsucapio currere non potest.l. vbi lex.ff.eo.]

¶ Item fundus dotalis, vt ff.de fundo dotali.l.si fundum.

¶ Ratio est propter prohibitam alienationẽ eius.l.1.§.& cum lex.C.de rei vxo.actio.]

a ¶ *Res fisci*. id est Imperij.

* ¶ Propriè tamen veteres ærarium dixerunt pecuniam publicam, & Imperij, fiscum verò pecuniam Imperatoris, quod verbum ductum est à fiscis, id est sportulis vt docet Asconius.]

b ¶ *Non potest*, triennio mobilis, vel decem vel viginti annis immobilis. Idem in patrimoniali principis, vt Cod. ne rei domi. vel temp.in l.1. Idem in re ciuitatis, vt C.de sacrosanct.eccle.l.fi.Idem in re ecclesiastica, vt C.de sacrosan.eccl.l.fi.Præscribuntur tamen dictæ res spacio quadraginta annorum excepta re mobili ecclesiastica, non sacra, quæ triennio vsucapitur, vt C.de præscript. triginta an.l.omnes, & in Auth. de eccle.tit. §.pro temporalibus.coll 9 & tit.hæc consti. inno. constitutiones, colla. 8. item exceptis publicis, quæ sunt vsui publico deputata, vt ff.de via publ.l.viam.

¶ De hac materia vide Bar.in l.in omnib.ff. de diuer.& temp.præscrip. * Contra ciuitatem autem communis opin. docto. est in d. l.fi.quod currat præscriptio, sicut contra priuatos, præterquam in quatuor casibus ibi expressis. Quanto autem tempore præscribat contra ecclesiam, & quid in hospitalibus, &

c ¶ *Nondum nunciatis*. ab aliquo, cum variæ sint causæ, quibus ad fiscum denunciatio fieri solet, vt ff de iure fisci.l.1.in prin.

¶ Adde, quod bonis vacantibus nunciandis præscriptum est quadriennium leg. intra.ff. eodem.

d ¶ *Traditam*. s. ab eo, qui acceperat possessionem horum bonorum.

e ¶ *Bonis*, scilicet alicuius morientis sine hærede, cui succeßit fiscus, non idem in ciuitate, vt Cod.de bo.va.l.1. & l. vacantia.libro 10.

* ¶ Intellige in ciuitate recognoscẽte superiorem alioquin idem iuris esset, quod in fisco, Bar.in l.1.§.de qua.ff.de postul.

f ¶ *Vsucapere posse*. s. triennio, vel decem, vel 20. ann.cum habeat titulum, si autem titulum non habet, & vult ex tẽpore delationis sibi compurare tempus, habet quatuor ann.vt ff.de iure fisci.l.1. §.diuus & d diuer. & temp.præ.l.intra §.1.Sed si ex tempore, ex quo cœperunt ad fiscum peruenire. 20. ann. habet, vt ff.de iure fisci.l.j.§.præscriptio† & hæc vera sut, siue in re singulari, siue in vniuersitates, & sic loquitur.ff.de peti.hær.leg. etiam si putauit.§.item si quis à fisco.

* ¶ Dic secundum Balb. in tract. præscript. in 2. par. 5. par. principa.q.1.quod regulariter bona vacãtia, nondum fisco denunciata, si quidem possideãtur bona fide tantum, absque titulo, præscribuntur 20.annis.l in omnibus, ff.de diuer.& temp.præscripti. si cum-tit. &

Præscribi non possunt multa res.

SYL.

†ipse tamen in re aliena præstat vsucapiendi conditionem. SYL.

Et no. q. cœpta in maiore cõtinuatur contra minorem, sed ex clausula generali restitui-pt, nisi sit longissimi tẽporis, quæ dormit durante pupillari ætate Aret. SYL.

† Verba sequẽtia non sunt Acc.

¶ *Res vitioſa non poteſt vſucapi, vel præſcribi, & facti error iniuſtus vſucapionem non parit.h.d.*

¶ Nouiſſimè[a] ſciendum eſt, rem talem eſſe debere, vt in ſe non habeat vitium,[b] vt à bonæ fidei emptore vſucapi poſſit, vel qui ex alia iuſta cauſa poſſidet.

¶ Error[c] autem falſæ cauſæ vſucapionē non parit, veluti ſi quis, cum non emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſſiderit: vel cum ei donatum nō fuerit, quaſi ex donatione poſſideat.

¶ *Poſſeſſio defuncti continuatur in hæredem, etiam mala fidei: mala fides verò defuncti nocet hæredi, tā in præſcriptione, quam in vſucapione. Aret.*

tit. & bona fide, ſufficiunt decē vel 20. an. l. quamuis, ff. eo. Si verò præceſſit denūciatio, præſcribuntur quadriēnio. d.l. intra, niſi ſint fiſco incorporata, nā tūc requiritur ſpacium 40 annorum, l. cōpetit. C. de præſc. 30. vel 40. ann. & ita procedit gloſ. noſtra in verbo, non poteſt, ſupra hoc § Fallit tamen in quibuſdā caſibus, de quibus per Bar. in d. l. in omnib. & per Bald. vbi ſupra in dicta l. 9.

SYL. ¶ Nouiſſimè. ¶ *CASVS.* Quamuis in tā generali regula ex ſuperioribus pendente non fulſſet neceſſaria caſus poſitio, tamen ita dici poteſt, quod dubitatum fuit, an res vitioſa impediret præſcriptionem, quamuis hic tradatur pro regula generali, & videbatur quod non, per text. in l. 1. Cod. de præſcript. long. temp. In l. ſi nulla. C. de acqui. poſ. vbi res videtur vitioſa, & tamē nō impedit præſcriptionem inchoari in perſona ſingularis ſucceſſoris, cuius contrarium hic decidi tur, quod immo impediat vſucapionem, ſed loquitur de vitio conſiſtente in re, vt conſtat ex illis verbis, in ſe non habeat vitium. Sunt enim quædam vitia realia in hac materia, quæ dicuntur realia, quia ad quēcunq. vadat res, trāſit cum eo, donec ſit purgatum, vt dictum eſt ſup. ſunt & alia vitia perſonalia, prout vitium litigioſi, in d. l. 1. & ingreſſus poſſeſſionis vacantis, quæ non afficiunt ipſam rem, & non impediunt præſcriptionem inchoari. Secundò dubitabatur, an error impediret præſcriptionem, & videbatur q non. l. ſed & ſi lege. §. ſcire ff. de pet. hære. vbi Bar. cuius contrarium dicitur hic in errore iniuſto facti, vt declarabitur inferius. Not. ſum.

a ¶ *Nouiſſimè.* i. in vltimis, vt breuiter dicam, ſic ſup. de ſuſpe tut. §. nouiſſimè.

b ¶ *Vitium.* vel quaſi, vt ſupr. proxi. §. & §. aliquando, ſunt autem vitia, vt quia furtiua, vel vi poſſeſſa, vt ſup eo. §. furtiuæ. Numquid precaria poſſeſſio eſt vitioſa? Reſp. nō, argu. ff. comm di. l. communi diuidundo. §. inter prædones.

SYL. * ¶ Declara ſecundum Bar. in l. Pomponius. §. cum quis. ff de acqu poſſ.] Numquid litigioſa? Reſpond. non, vt C. de præ. lon. temp. l. 1. Numquid clandeſtina? Reſpon. non dicitur res clādeſtina aliqua lege, ſed poſſeſſio, Quidam tamen dicunt omnia ſupradicta eſſe vitia rerum, vt arg. ff. de acquir. poſ. leg. Pompon. §. cum quis.

¶ Cōmunis Doct. reſolutio eſt, quorum vitiū precarij, & clā deſtinitatis ſint perſonalia, itē & vitium litigioſi, ita tradunt in l. Pōponius. §. cum quis ff. de acq. poſſ. & in l. 2. in fi. C. de edē. vbi Iaſ. SYL.

c ¶ *Error.* de errore facti loquitur, idem magis in errore iuris, vt ff. eo. l. nunquā. 2. Sed hic error facti quandoque prodeſt, vt ff. pro empt. l. quod vulgo & ff. pro leg. l. pro legato, & ff pro ſolut. l. 4. & ff pro ſuo l. hominem. in quibus caſibus dicunt quidam locū habere titulum pro ſuo, & tantum in his, & alijs, qui à lege ſpecialiter inueniuntur, vt ff. de iu do l. Proculus. ſecundum Azo. Nos idem ſecundum Ioan. † In omnibus, & de his gratia exempli poſuit lex, & tit. emptionis, vel ſimili vſucapietur, non pro ſuo tantum, vt tamen in emptione iuſtiorem errorem exigamus, vt ff. pro emp. leg. 2. & 3. in princip. *Error duplex eſt.* † *Iſta opi. communis eſt.*

¶ Non diſcedendo à terminis tex. noſtri dicas, quod cum loquatur de errore facti proprij, dicitur error iniuſtus, niſi facto aduerſarij ita crederet, ita diſtinguit & firmat Bar. quem ceteri ſequun. in l. Celſus ff. de viuc.

¶ Item quid ſi non errat. ſed ſcit? Reſp. non poteſt ſibi cauſam poſſeſſionis mutare, (i) vt ff. de acqui. poſ. l. 3 §. illud. & ff eod. l. non ſolum §. quod vulgo.

ADDITIO. Et no. q ad hoc, vt ex iuſta cauſa quis poſſit mutare, ſecundum gl. in d. l. nemo. oportet, quod primam poſ. penitus à ſe abdicauerit ſecundum Ang. hic.

¶ Diutina. ¶ *CASVS.* Quærebatur, an ſuperueniēs mala fides in perſona ſucceſſoris impediat præſcriptionem cęptam bona fide in perſona auctoris, & videbatur quod ſic. c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. ſi enim mala fides auctoris corrumpit poſſeſſionem ſucceſſoris, licet bona ſit fide, multò magis deberet corrumpere propriā. Contrarium dicitur hic, quod mala fides ſuperueniens non nocet, quod verum eſt de iure ciuili, rōnes ponunt Doct. in l 2 §. ſi defunctus. §. ſi eam, pro empt. in præſcriptionibus enim ſolet initiū ſpectari. l. cum hæres, in fi. ff. de ſdiu. & temp. SYL.

præ-

¶ Diutina[a] possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & hæredi,[b] & bonorum possessori continuatur,[c] licet ipse sciat[d] prædium alienum esse. Quod si ille initium iustum non habuit, hæredi, & bonorum possessori, licet ignoranti, & possessio non † prodest. Quod nostra constitutio[e] similiter[f] & in vsucapionib⁹ obseruari constituit, vt tẽpora continuentur.

¶ Tempus venditoris coniugitur cũ tempore emptoris. Aret.

¶ Inter venditorem quoque & emptorẽ coniungi tempora,[g] diui Seuerus, & Antoninus rescripserũt.

¶ Emens à fisco rem alienam vt fisci, statim est securus: sed datur domino regressus cõtra fiscum quadriennio. Idem in rebus habitis ab Imperatore, vel ab Augusta, hoc dicit ex leg. bene à Zenone. Cod. de quadr. præscr.

præscrip.] De iure autem canonico, secundum quod fides bona continua exigitur, iste §. procedere hodie non potest. No. quod attenditur initium possessionis in auctore an sit vitiosa vel non. Item, quòd hæres vtitur accessione tẽporis ex persona defuncti. Item, quod mala fides superueniens in persona hæredis nõ rumpit præscriptionem de iure isto.

a ¶ *Diutina*, scilicet decẽ annorum inter præsentes, vel viginti inter absentes, vel triennij, vt ff qui & à qui. l. si cũ fidei. §. Aristo. & supr. eo. in princi. & C. eodem. l. diutina.

† concor. leg. cum haberes, ff. de diuer. & tempo. præscr. STL.

* ¶ Diu inanẽ possessionẽ acceperit pro continuata, non vt Accu. exponit. etenim cœpta vsucapio per defunctum potest perfici per hæredem, etiam si defunctus vno tantum die inueniatur possedisse tempore mortis.

*¶ Præsentes & absentes intellige, vt supra per glo. in §. 1. in ver. præsentes.

b ¶ *Et hæredi*. Hæres iure ciuili, bonorum possessor iure prætorio, vt infr. de bon. pos. §. quos autem.

c ¶ *Continuatur*, nisi ipsi hæredi tradita sit possessio, vt ff. eo. l. hæres eius.

STL. * ¶ Et ratio est, quia tunc incipit præscriptio in persona hæredis.

* ¶ Adde, possessionem testatoris ita hæredi prodesse, si medio tẽpore à nullo possessa sit, l. possessio. ff. eo.]

d ¶ *Sciat*. ff. de acqu. rer. do. l. quæsitum. 2. respon. contra Solu. ibi hæres sciebat rẽ esse eius, qui causam à testatore habet, vt legatarij, quod nocebat, hic alterius sciebat, quod non nocet ad vsucapionem.

STL. * ¶ Sol. vt hic per Iaso. cuius solu. est verissima]

e ¶ *Nostra constitutio.* vt C. de vsucapione transfor. l. 1.

f ¶ *Similiter*, non solum in præscriptione.

STL. *¶ Inter. ¶ CASVS. Quærebatur, an si emi rem ab aliquo bona fidẽ possidẽte, possim vti eius possessionis accessione ad implendam vsucapionem. dubium faciebat, quia per traditionẽ mihi factã generata est in me noua possessio l. 1. §. si vir. vbi hoc negat Cuma. ff. de acqr. poss. & ideò videbatur interrupta præscriptio. l. naturaliter in princip. ff eo. cuius contrarium deciditur, quod duæ hæ possessiones cõiunguntur, idque ex quadam æquitate. l. de accessionibus. in princip. ff. de diu. & tempo. præscr. Not. quod successor singularis vtitur accessione temporis sui auctoris ad perficiendam præscriptionem.

g ¶ *Inter. Tempora*. scilicet vt continuentur, sed in hoc differt, quia in titulo singulari vtrumque, scilicet emptorem & venditorem bonam fidem habere oportet, vt ff. pro emp. leg. 2. §. si eã rem, aliàs cõtra. secus in vniuersali tit. vt hic. Et est ratio, q[uia] si hæres non adiret, hæreditas compleret, vt ff. eo. l. nũquam a §. vacuum. quia est eadem persona, vt in Authen. de iureiuran. à mor. præ. colla 5. concor. cum hoc, §. ff. pro empt. l. 2. §. emptori, & § si defunctus, & fit hæc cõiunctio ad lucrum & ad damnum, vt ff. quemadmodum serui. amit. l. si quis alia, §. tempus.

Præscribit hæres cũ mala fide.

¶ Edicto.

STL. ¶ CASVS. figuratio non est necessaria in lege positiui iuris, * dici tamen potest, quod dubium faciebant lege omnes, quæ longum tempus requirunt, vt quis eius negligentia dominio rei suæ priuetur. & quia permissum est ius euincẽdi res nostras ab emptoribus, l. rem alienam, ff. de contrahen. emp. sed ratio decisionis cõsistit in sola principum voluntate, qui id priuilegium sibi permittẽdum rati sunt ob labores, quos continuè sustinent pro tuendo imperio trãslatum autem postea fuit etiam ad Augustã quia eadem censeatur persona cum ipso Imperatore, l. bene à Zenone, C. de quadr. præscri.] Not. est, quod emens hodie à fisco statim habet, vt dominus actionẽ & exceptionem, quamuis res sit aliena: sed domino ius reseruatum est contra fiscum infra quadriennium.

Item, quod hoc beneficium tributum est ementibus ab Imperatore, vel Augusta.]

a ¶ *Edi-*

a ¶ Edicto i. præcepto generali, aliàs prætorium dicitur edicta, vt quod me. causa, & similia, vt si quod met. causa, l. si mulier. circa princip.
De edictis prætorum habetur. su. de iu. nat. gent. & ciui. §. prætorum.
b ¶ A fisco. Vt à procuratore Imperialium rerum, nam de patrimoniali. 9 dicitur, infr. eo. in fi.
c ¶ Emit, scilicet à fisco vendente vt suam, à quo edictores minorum excipiuntur, vt C. si aduer. fiscū. l. fi. Si autem vt alienā, vt quia cessatū est in solutione tributorum tria exiguntur, & quod sit debitum, & quod sit cessatum, vt C. si aduer. fis. l. fi. & Cod. si propter pu. pen. leg. fin. 2. respon. forte biennio, vt ff. loca. l. quæro, §. inter. Item tertio, quod res subhastetur. i. præconizetur, vt C. si propt. pub. pen l. final.
¶ Vt autē per tectā habeas doctri. breuiter d̄ic, quod regula est iuxta istum text. quæ procedit in Imperatore, & quocunque principe habente regalia, secundum Bal. in cap. ad apostolicam. de re iudi. libr. 6. Item interueniente traditione, Bal. in c. 1. §. fi. col. si de no. for. fide. Itē, quādo fiscus tempore alienationis possidebat, Bar. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. Item, quando fiscus bona fide vendidit. gl. in l. 2. C. de com. rerum alie. Item, quādo princeps vendit iure proprio nō creditoris, Bal in secundo proœmio decr. col. 4. Item non procedit in ecclesia glo. in c. quicūque. 11. q. 2. Itē præcedentibus subhastationibus, vt per gl. hic Bal. in l. 1. colum. 2. C. de hære. vel actio. ven. Item de iure canonico. glo. in c. 2. de reb. eccle nō alienam. Item si faciat de plenitudine, secundum Bald. in d. proœm. decre.

Fiscus vendit rem vel, vt suam vel vt alienā.

† De differentia fisci & ærarij vide Buda. in annot. ad Pan. tit. de offi. q̄st. STL.

¶ Edicto[a] Diui Marci cauetur, eum, qui à fisco[b] rem alienam emit,[c] si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum rei exceptione repellere. Constitutio[d] autem diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit[e] ijs, qui à fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid, vt ipsi quidē securi statim fiant[f] & victores existāt, siue experiātur, siue conueniantur. Aduersus autē sacratissimum † ærarium, vsque ad quadriennium[g] liceat ijs intēdere, qui pro dominio vel hypotheca ea rū rerū, quæ alienatę sunt, putauerint sibi quasdam competere actiones.[h] Nostra autem diuina constitutio,[i] quam nuper promulgauimus, etiā de ijs, qui à nostra,[k] vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ constitutionis continentur.

¶ De donationibus.

¶ *Donationis duplex est genus: mortis causa, & inter viuos. Mortis causa ea dicitur, quæ propter suspicionem mortis fit, qua non secuta, in donante remanet, reuocaturque per pœnitentiam, vel prædece-*

Item non procedit in præiudicium minoris vel dotis, vt hic.]
a ¶ Adde, idem esse, cum fiscus vendit rem sibi cum alio communem. l. 2. C. de comm. re. alie.]

d ¶ Constitutio. C. de quadrien. præscri. Lomnes.
e ¶ Prospexit. corrigendo edictum Diui Marci.
f ¶ Statim fiāt, vt ff. de pe. her. l. etiā. §. itē si quis. contra. Solu. ibi ī vniuersitate, hic in re singulari loquitur. Alij dicunt, quod hic corrigitur. (1.) Et eodem modo (scilicet primo, & non secundo) resp. ad legē C. de hære. vel act. vend. 1. Itē ibi erat res fisci.
ADDITIO. (1. Et illa cōmuniter approbatur, omnes, quia illo iure hæc præscriptio erat incognita. Ad l. 1. respon. quod ibi conueniebatur ex natura rei, quæ continet credita, & debita, non ex eo, quod esset aliena, quia ad rem ipsam, scilicet hæreditatem, non emptor, sed fiscus conueniretur. Ias.
g ¶ Quadriennium, nisi sit minor, vel reipublicæ causa absens, vt C. de restitu. mili. lege neque.
h ¶ Actionibus, Sed quæ? Resp. conditio ex hac l. secundum Io. sed P. in rem dabat hic non domino contra dominum.
¶ Hęc gl. negligitur à doc. & si simpliciter intelligit, male loquit. lō declara vt p Chr. hic. STL.
i ¶ Constitutio, C. de quad. p. l. bene à Zenon.
k ¶ A nostra, id est à priuata nostra substantia, sed supra de fiscali dixit, vt C. de quadr. pr. l. bene à Zenone.

De donationibus.

¶ Ista rubr. continuatur per Imperatorem sic. Dictū est sup. de quibusdā modis acquirēdi, scilicet

Cōtinua tio.

scilicet de acquisitione, quę fit per vsucapionem & præscriptionem nunc dicendum est de alio modo acquirendi, qui fit per donationem.

* * Donatio propriè loquendo ita diffiniri potest, est concessio ex mera liberalitate, & munificentia proueniēs, per quam quis aliquid ea mente dat, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti. l. 1. & l. donation. ff. eod.

dentiam donatarij, æquiparaturque legato, h. d. ex l. 1. & l. senatus, §. sed mortis, ff. de dona. cau. mor.

Est & aliud genus acquisitionis, [a] donatio.

¶ Donationum autē duo sūt genera, mortis causa, & non mortis [b] causa.

¶ Mortis [c] causa donatio est, q̄ propter mortis fit suspicionē cum quis ita donat, vt si quid humanitus ei contigisset, [d] haberet is, qui accepit, sin autem superuixisset, [e] is, qui donauit, reciperet, vel si eum donationis pænituisset: [f] aut prior decesserit is, cui donatum sit.

Diuisio. Est & aliud. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit continuationem cum distinctione bimembri. Secūdò, de donatione causa mortis. Tertiò, de donatione inter viuos. Quartò, de donatione propter nuptias. Quintò, de vna acquisitione de iure ciuili, quæ est correcta. Secunda ibi, in §. Mortis causa. Tertia ibi, in §. Aliæ autem. Quarta ibi, in §. Est & aliud. Quinta ibi, in §. Erat olim Arer.

¶ Est & aliud. ¶ *CASVS* in diuisione, & declaratione non figuratur nisi literaliter. Nota duplex genus donationis. Item, quid sit donatio causa mortis. Item nota tribus modis donationem causa mortis reuocari, expressa penitentia, per conualescentiam, & per prædecedentiam donatarij. Item. quod ferè per omnia æquiparatur legatis. Item, q̄ qui causa mortis donat, vult magis ipsum habere, quam donatarium & magis donatarium, quam hæredem.

a ¶ *Acquisitionis.* s. de iure ciuili, nam per stipulationem tantum, contrahebatur, s. donatio, quæ. s. stipulatio est de iure ciuili: sed hodie fit nudo pacto, † vt C. eo. l. si quis argentum. §. si & inf. de act. p. §. de constituta. Vel dic eam esse iuris ciuilis approbatione, non inuentione, sed iuris gentium, vt sup. de rer. diui. §. per traditionem.

† *Etiā si sit donatio causa mortis, secundū cōiter omnes, de quo vide Ang. in §. in persona inf. de actio. & Chris. inf. eo. in gl. manifestauerit.*

* ¶ Dic, quod quamuis donatio sit iuris gentium, acquisitio tamen, quæ fit per donationem, est iuris ciuilis. cum hodie fiat immediatè ex donatione per stipulationē, vel pactum nudum ex dispositione, d. l. si quis argentum. Olim enim acquisitio, quæ fiebat ex donatione, ita demum, si res tradita fuisset, non ex donatione, sed potius ex traditione fieri dicebatur. d. § per traditionem.

b ¶ *Et non mortis*. Si largè hæc duo membra accipiuntur, in tex. nihil deest, & propriè ponuntur genera, nam multæ species sub quolibet continentur. & hæc approbo. Vel accipe strictè pro duabus speciebus tantum donationem, scilicet simplicis inter viuos, & simplicis causa mortis, & adde alias donationes, vt legatum, vt inf. de leg. in princ. Item donationes propter nuptias, vt infra eo. §. est & aliud. Item & quod est. infra §. fin.

¶ Communiter approbatur prima, secundum Christophor. hic. SXL.

* Verius tamen est hic sumi genus pro qualitate sicut & in l. 3. § genera. ff. de acquir poss. & supra de excusa. tu. §. qui autē, vt declarat Zasius in intelle. sing. c. 1. nam cum genus propriè contineat species, Bal l. 2. C. de iu. au an. donatio causa mortis non potest esse species donationis, quia non est propriè donatio. l. 1. ff. eo.

** Adde, an & quando verbo donationis simpliciter veniat donatio causa mortis, latè doceri per Tiraq. in l. si vnquam, ver. donatione largitus. nu 245. vsque ad num. 249. C. de reu don. vbi omnino videas, & est pulcher tex. in l. alienatum §. vlt. vbi optimè declarat Alcia. de verb. sign.

c ¶ *Mortis.* s. instantis, vel futuræ vt ff. eo. l. 2. 3. 4. 5. & 6. Si quidem vbique mors timēda est, cū eius dies incertus sit, vt ff eod. l. senatus, §. mortis. & de cond. & demonst. l. 1.

Mortis incertus est dies.

d ¶ *Si quid humanitus ei contigisset.* i. si moriatur. ff. de verb. sign. l. in vulgari. §. fin. & debet hoc exprimi, aliàs non est mortis causa donatio, ut ff. eo. l. Seia. §. si Accur.

Donatio cā mortis nō est nisi exprimatur mors

* ¶ Siquidem non facta mentione mortis, intelligitur donatio inter uiuos, ut not. glo. Bar. & plerique alij in d. l. Seia. & idem Bar. & alij in l. contra dotis. ff. solut matr.

Volūtas est ambulatoria vsq; ad mortem.

e ¶ *Superuixisset.* i. conualuisset & ita tribus modis reuocatur, ut hic subijcitur. & ff. si cer. pet. l. non omnis.

* Addunt quartum Doct. in d. l. non omnis, uidelicet per alienationem factam de re donata, quia & hoc modo reuocatur legatum, l. fideic. §. si rem de leg. 3.

f ¶ *Pænituisset*. Quia uoluntas est ambulatoria usque ad mortem, ut ff. de adi. leg l. 3. in fi. & l seq. & quia donatio est ob causam, scilicet si moriar, & sic possim penitere, ut ff. eo. l. senatus. §. 1. in fi. & ff. de condict. causa da l. 3 §. 2.

* ¶ Quod dictum est de penitentia, limitata, ut non habeat locum, quando in instrumentò

¶ Hæ mortis causa donationes ad exemplum legatorum [a] redactæ sunt per omnia.[b] Nam cum prudentibus ambiguum fuerat, vtrũ donationis,[c] an legati instar eã obtinere oporteret, & vtriusq; causæ quædã habebat [d] insignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant,[e] à nobis cõstitutum est, vt per omnia ferè legatis [f] connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formauit.

mento donationis extant illa verba, quæ per notarios apponi solent, scilicet promittens dictus donator omnia, & singula suprascripta attendere, obseruare, & in aliquo non contrauenire, quia per hæc verba donatio causa mortis efficitur irreuocabilis, & assumit naturam donationis inter viuos l. si alienam, in fin. & l. vbi, ff. eod. & no. Bar. in dict. l. vbi quod absque dubio verissimum est, cum præter clausulam, de qua supra, interuenit etiam iuramentum donantis, de quo tamen vide omninò Dec. in l. non omnis, vbi hoc declarat numer. 11. Secundò limita. hunc text. vt non procedat, cum in instrumento fit mentio hæredum donatarij, secundum Iaf. in l. non omnis, ff. si cert. pet. & latissimè tradit Thom. Ferrar. in tract. suo caut. cautela 30. vbi omninò vide de his tribus cautelis.

a ¶ *Ad exemplum legatorum*. quantum ad vim, & potestatem, quia sicut legata morte confirmantur, ita donationes causa mortis, vt reuocari non possint.

** Adde, quod don. cau. mor. non est propriè vltima voluntas, & ideò non comprehendetur in statutis loquentibus de vltimis voluntatibus, quorum verba propriè interpretari debent, vt ex facto bellissimè respõdit Dec. consil. 196. nisi ratio ipsius statuti aliud suadere videatur, vt tradit Alciat. lib. 2. de verb signific.

b ¶ *Per omnia*. subaudi ferè, vt statim dicet, nam in multis differunt.

*¶ Not ex ista glo. & tex. quod non vitiatur generalis æquiparatio legis, etiam per dictiones vniuersales facta, licet æquiparata in aliquibus casibus differant, quando eiusmodi differentiæ inducuntur per alias leges, hoc idem notatur, supra quibus mod. ius pat. pot. sol. §. præterea, iuncta glo. in ver. patrono, & in l. 1. ff. de leg. 1.

c ¶ *Donationis*. Scilicet simplicis, & inter viuos, aliàs nulla esset huiusmodi distinctio, cum omne legatum sit donatio, vt patet ex diffinitione eius, vt ff. de leg 2. l. legatum.

Donationes causa mortis, & legata differunt in multis.

d ¶ *Habebat*, scilicet donatio causa mortis, nam cum donatione inter viuos habet insignia, vt sit liberalitas cum legato, vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia, vt C. ad leg. Falc. l. fin.

e ¶ *Retrahebant*. subaudi, & alij ad aliud.

f ¶ *Ferè legatis*. dicit ferè, quia in quibusdam discrepat a legatis, ecce enim, si donas in annos singulos, donatio vna est, sed legata plura, vt ff. de donatio cau. mor l. senatus, §. fi. Item legatum ab hærede semper traditur, vt patet ex diffinitione legati. inf. de leg. in prin. donatio autem, vel ab hoc, vel ab alio.

* ¶ Adde idẽ esse etiam in legato, l. Lucius, ff. de leg. 2. nec in emendatis exemplaribus, habentur illa verba in diffinitione legati, ab hærede, &c. Item in donatione obligatur donans, in legato non. SYL.

*¶ Declara, vt per Bartol. in l. 1. ff. de donat. cau. mor. Item si testamentum accuso, per do. legatum, non donationem, si tamen accuso, vt falsum, arg. ff. de ijs, quib. vt indig. l. post legatum, §. qui mortis. † SYL.

† Hoc intelligas, vt dicit gl. in l. cttã ff. de inoff. test. & plenè per Io. de Im. in l. fin. ff. de do. cau. mortis.

* ¶ Ratio est, vt ibi ait gloss. quia donatio morte, non testamento confirmatur. Item aliter substituitur in legatis secundum quosdam, vt ff. de don. causa mortis, l. si cui mortis. & de leg. 2 l. vt hæredibus. Item filiusfamilias donat, sed non legat, vt ff. eod. tam is, & inf. quibus non est permiss. fac. test. in princip. Item in legato tria tempora considerantur, vt sit capax legatarius, ut inf. de hær. qua. & diffe. §. in extraneis, in donatione nou, ut ff. de don. causa mor. l. in mortis. SYL.

* ¶ Atqui etiam in legatis spectatur capacitas, uel incapacitas legatarij solum tempore mortis. Bartol. in l. non oportet. ff. de leg. 2. Item quia pro legato datur interdictũ. Quorum legatorum, non pro donatione, quod dic, ut in summa. C. quorum lega. l. 1. & in l. Marcellus, §. Paulus, ff. de do. ca. mor.

¶ Dicas tu, quod communis omnium resolutio est, quod si consideramus donationem prout in esse producitur, illa æquiparatur magis contractui, quam ultimæ uoluntati, si uerò loquimur de donatione, postquam est in esse producta, tunc talis donatio, magis æquiparatur vltimæ uoluntati, quam resolutionem totus mũdus sequitur, ut dicit Ias. in l. 1. col. 3. ff. de leg. 1. SYL.

ADDITIO. Immo habet locum. Quorum legatorum, saltem in eo, quod excedit Falcidiam, uel si per donatarium, fit occupata, secũdum Ioan. Fab. & Ang. *quod declara secundum Rip. in l. 1. §. si quis ex mortis, ff. quo. leg. & Dec. cons. xcvj. col. 2. Syl.

** Adde aliam differentiam quod tacita hypotheca inducta a lege pro legatis, ut infra de leg. §. 1. non censetur inducta in donatio. causa mor. ut habetur per Alexan. & alios in l. 2. ff. de lega. 1. & Negus. in tracta. de pign.

in 4.memb.2.par.princ.num.62.
* ¶ Constitutio, scilicet coram 5.testibus, scriptura interueniente.vel non, vt C.eo l.fi. Adde, quod licet 5 testes requirantur in donando, tamen duo sufficiunt in donationem reuocando per penitentiam, Deci. in l.non omnis,num.10. si cer. pe.

eo.l.si quis argentum.§.fi.Accur.
ADDITIO Si tamen donatur factum, requiritur stipulatio, & traditio, sicut olim. Item præsentia donantis,& donatarij,vbi sit certæ personæ secus si incertæ.

Donatio an possit fieri sine stipulatione.

¶ Et in summa,[a] mortis causa donatio est, cum magis se quisvelit [b] habere, [c] quàm eum, cui donat, magisque eũ, cui donat, quam hæredem suũ. Sic [d] & apud † Homerum Telemachus donat Pireo.

¶ *Donatio inter viuos non comparatur legatis, quæ perfecta non reuocatur, & perficitur sola voluntate, necessitatemque habet traditionis, & excedens 500. aureos insinuationem plerumque exigit, & per ingratitudinem reuocatur, hoc dicit.*

¶ Aliæ autem [e] donationes sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt, quas inter viuos appellamus: quæ non omninò comparantur legatis. quæ, si fuerint pfectæ, temere [f] reuocari † nõ possunt. Perficiuntur autem, cum donator suam voluntatem [g] scriptis, aut sine scriptis manifestauerit.[h] Et ad exemplum venditionis,[i] nostra cõstitutio [k] eas etiam in se habere necessitatẽ traditionis voluit, vt etiam si non tradantur,[l] habeant plenissimum, & perfectũ robur.

† Carmina Homeri refert, & latinè vertit Alc.in l. alienatũ §.1 ff. de verb.sig.

a ¶ *Et in summa*. idest breuiter de hac donatione expediamus, vt ff eo.l.1.
b ¶ *Velit*.id est vellet.
c ¶ *Habere*, Scilicet, si superuixerit, vt ff.eo. l.senatus. §.1.
d ¶ Sic. & apud Homerum, id est sicut recitat poeta Homerus, quod Telemachus dictis verbis expressis donauit.
¶ Aliæ autem.

STL.

¶ *CASVS.* non figurabitur aliter, cum hic solum declarentur termini nouissimi donationis inter viuos,reciteturque constitutio Iustiniani tam respectu perfectionis donationis, vt scilicet nudo consensu perficiatur, quam quod vsque ad 500 solidos insinuatione non egeat. Not. quod donatio simplex non habita mortis mentione dicitur inter viuos. nec æquiparatur legato. Item, quod donatio perfecta non reuocatur, nisi ex modis expressis in l. Item, quod scriptura non est de substantia donationis. Item, quod donator rem donatam præstare tenetur, vt venditor rem venditam. Item. quod donatio excedens 500.aureos eget insinuatione. Itẽ,quod donatio quamuis perfecta reuocatur per ingratitudinem. Item,quod non conuenit ab eo iniuriam pati, in quem beneficium est collatum.]
e ¶ *Alia autem*. Nunc prosequitur aliud genus donationis, dictum est de do. cap. mort. nunc de don.simplici,idest inter uiuos dicit.
f ¶ *Temerè*. ideò dicit temerè, quia quandoque reuocatur, ut inf.eo.§. sciendum.
* ¶ Temerè dixit,idest sine causa,& passim, sic in l.1.ff.de dolo:& in l.prætor,§.si quis.ff. de iniu.
g ¶ *Voluntatem*, etiam nudo pacto, ut Cod.

** Adde,quod do. fieri non potest absenti sine epistola, aut nuncio. l. absenti. ff.eod. nisi ob benemerita, vt per Alb. in l.ambitiosa,nu.3.ff.de decr.ab or.fac.
h ¶ *Manifestauerit*.s.per verba futuri tpis, vt dabo,vel donabo,ad instar stipulationis, vt ff. de verbo. obl.l.5.§ stipulatio. Vel præsentis tpis, vt do, vel dono, cum nudo pacto fiat, & pactum etiã fiat per verba præsentis temporis, vt C.eod.l. si quis argentum, §.fi.ff.de pact l tale.
* ¶ Tu dic per verba præsentis tẽporis,nam per verba futuri temporis nõ contrahitur donatio, sed pactum de donando,quæ longè latèque distant. Alex. in l.iuris gent. in princ. colum.3.de pac.
i ¶ *Venditionis*.ex hoc ver. dicebat. M Gen. ditorem præcisè teneri ad rem tradendam, sic ff de uerb. obl. l.vbi autem non apparet. in fi. Io.contra scilicet interesse dando liberetur,ut ff.de act.emp.l 1.& similitudo, quæ hic fit,est in hoc,ut sicut necessitas imponitur vẽditori ad aliquid, sic & donãti,licet à principio null9 cogebat,ut C de act.& obl.l.sicut.
¶ Dicas,q de hoc est gl cõiter approbata in ver.tradatur,inf.de empt.& uen. vbi dicetur. Sed numquid donator de euictione tenetur? Resp.si incepit a traditione, nõ, ut ff.eo.l.Aristo † si à pactione,sic, ut C.de iu dot.l.1.
¶ Et hæc dist cõis est, secundũ Ang hic.* q limites in donatione ob merita,nam tali casu tenetur de euictione, etiam si inceperit à traditione, Bart.& Ias.in l. Iulian. §.qui fundum, ff.de uer.obl. Item declara, q nunquã tenetur de euictione, quoties illa fit culpa donatarij, Rui.in cons 184 nu.23. lib.1.
K ¶ *Constã*, ut C.de don l si quis argẽtũ. §.fi.
l ¶ *Etiam si non tradantur*, id est si tradere non.donator.

† Vt hic & ca.fi. in gl. in fi.ext.eo. tit.

STL.

† Nisi de ipsa etiã nudè esset promissũ. vt l.2. C.de euict. secundum Ang. & Ias. Itẽ debet intelligi q præcesserit cõuẽtio saltẽ ordinem intellectus cum aliàs ex sola traditione nõ transferatur dominiũ secundũ Chr. hic

* ¶ Re-

bur, & traditionis necessitas[a] incumbat donatori. Et cum retro principum [b] dispositiones insinnari eas actis interueniẽtibus volebãt, si maiores fuerant ducentorum solidorum: constitutio [c] nostra eam quantitatem vsque ad quingentos solidos ampliauit, quam stare etiam sine insinuatione[d] statuit. Sed & quasdam donationes iuenit, [e] quæ penitus insinuationem fieri minimè desiderant,[f] sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia [g] insuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex nostris cõstitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt.

¶Sciendũ est tamen, quod & si plenissime sint donationes, si tñ ingrati existãt homines, ĩ quos beneficiũ collatũ est, donatoribus per nostrã cõstitutionem[h] licentiam

* ¶ Remanet tamen dominus donator ante traditionem, & sic potest rem donatam alteri obligare. l. vlt. §. Lucius, ff. de donat. gl. in verb. perfectam. in l. 1. & ibi Barto. C. de iu. fisci.

a ¶ *Necessitas.* Per cõdictionem ex lege, quæ stricti iuris est. ff. eo. l. eum qui, & C. eod. l. si quis argentum, §. fin.

** Adde, quòd qui ex donatione sua cõuenitur, solum in id, quod facere potest, condemnandus est, leg. Diuus, ff. de regul. iur. propter quod beneficium donator deducit æs alienum. Item & ratio habetur ne egeat, l. inter. ff. de re iudi. & §. sunt præterea, ver. idem est, si quis ex donat. vbi glo. in versi. conueniatur, infra de actio.]

b ¶ *Retro principum,* idest eorum, qui ante nos fuerint, & nostra etiam prima, vt C. eo. l. sancimus, in fi.

c ¶ *Constitutio,* vt C. eo. l. pen. in fi.

d ¶ *Insinuatione,* idest scriptura facta in pręsentia publicarum personarum. (i) & in actis vbi superfluum est testes adhiberi. cum publica monumenta sufficiant, vt C. eo. l. data, & l. in donationibus.

STL. * ¶ Dic, quod nil aliud est insinuare, quam redigere in actis donationem, seu eam intimare, vel publicare apud acta iudicis, vel ipsam donationem facere apud acta, iudice præsente & auctorante.]

ADDITIO. (i) Puta qualiscunque iudicis etiam extranei, nec habet necesse decretum interponere. Et possunt hæc omnia fieri etiã ex interuallo, quæ si non interuenerint, non annullant totam donationem, sed pro parte tãtum, in qua excedit. Ang. Et an insinuationi possit renũciari, & sine ea donatio validari, & an in simplici remissione ipsa insinuatio, item in cessione debitoris citatio requiratur, vide Ang. & Ias. hic.

* ¶ Insinuatio introducta fuit, ne quis facilè circũueniretur in prodiga maioris alicuius rei donatione.

e ¶ *Inuenit.* Scilicet nostra constitutio, vt si donetur in redemptionem captiuorum, vel à magistro militum donetur militibus. * ¶ Quia videtur quædam remuneratio laborum, quos pertulerunt in bello, quæ quidem donatio remuneratoria non eget insinuatione, l. Aquilius, & ibi gl. in ver. meram. ff. eodem.] STL. vel in refectionem domus donetur alicui, vt C. eodem l. penult. idem & si donet Imperator. ¶ Siue per modum donationis, siue priuilegij, l. 1. iuncta gloss. Cod. de quadrien. prescripti.] STL. vel ei donetur, vt in Authen. de non alie §. finimus, coll. 2. & in Authenti. vt non fiant pi. §. fina coll. 5. idem in donatione propter nuptias, vt in Authent. vt spons. lar. columna 9. in princip. idem in remissione vsurarũ futuri temporis, vt ff. eo. l. Modestinus. Accurs.

* ¶ Adde, quòd nec donatio causa mortis requirit insinuationem. l. vltim. C. de dona. cau. mor.]

STL. * ¶ Plures alios casus, quibus non requiritur insinuatio, videre potes apud Anton. de Cana. in tract. de insinuatione.]

* ¶ Generaliter si vis, quod donatio valeat licet non fuerit insinuata, dicatur in instrumento, quod donator facit ipsam donationem propter benemeritum donatarij. & ita recenseantur in specie sua merita, vt est apud Tho. Ferra. Caut. 13]

f ¶ *Minimè desiderant.* licet quingentorum solidorum summam excedant.

g ¶ *Alia,* veluti, ne plures donationes diuersis temporibus factæ coaceruentur, vt Codicem eodem l. sancimus, paragrapho si quis autem.

STL. * ¶ Intellige, quando sunt factæ in diuersis contractibus: & diuerso tempore, alioquin secus. Bartol. in dicta l. Modestinus. q. penul.]

Item vt ij, qui pecuniam recipiũt in redẽptionem captiuorum, iurent se ibi bona fide expendere.

Item vt sacramento domini domus quæstio dirimatur, vt C. eo. l. pe in fi.

h ¶ *Constitutionem,* vt Cod. de reuo. don. leg. fi.

* ¶ Adde, quòd donatio remuneratoria non reuocatur ob ingratitudinem, leg. si pater. *Donationes inter viuos certis ex causis reuocatur.*

§ vlt. iuncta glos. in verf. irreuocabilis, ff. de don. nisi quatenus excederet merita, Bar. in l. frater, & ibidem Ias. ff. de cond. indeb.]

a ¶ *Ex causis*, quinque, scilicet vt si atroces iniurias in eum effundat, vel impias manus inferat, vel graue damnum in bonis, vel vitæ periculum intulit, vel si le gi dictæ in donando non paruerit, vt C. de reuoc. donat. l. fin.

* ¶ De causis reuocatorijs donationis legito Ripam, qui repetijt. d. l. ti. in 3. lib. interpreta. vbi plenissimè attingit oia, quæ in hac materia à Doct. tradita sunt.] Sed donatio libertofacta, solo obsequio nō præstito reuocatur, aliud in libertate, vt C. de reuo. do. l. 1. & de lib. causa l. 1 to lo. Et est hic arg. pro dño, vt his causis posfit reuocare feudum: sic in Authen. vt lib. de cæt. §. illud verò. coll. 6. & ff. de lib. agn. l. alimenta.

¶ Dic tria principaliter requiri: vt donatio reuocetur, qđ probatio fiat in iudicio, qđ sit ingratus, ꝙ sit plena, item quod causa cognita fiat, vt dicit hic Angel. & tale ius reuocandi non transit ad hæredes d. l. fi. vbi Bal. & Sal. & docto. hic.]

** Adde & perpetuo not. quod reuocata donatione non reuocantur fructus, glo. in l ge neraliter, §. plane si minus. in verf. ex causa, ff. de fid. lib. quod latè comprobat Tiraq. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, num. 281. C. de reuoc. don.

¶ Est & aliud. ¶ CASVM In recitatione iuris antiqui, & eius correctionis, cum exprimatur præsertim ratio principis corrigentis, non est necessarium figurare, nisi litera-

† *Scilicet propter ingratitudinē, vt hic dicitur, & 16. q. 7. c. inuentū & § 6. d.*

SYL. *ca. satis peruersū & cær. de don. c. vlt.*

SYL. †*Per iuniores principes. Fer. existimat in telligi. Aurelinũ Diocletia. & Maximinum.*

SYL.

præstitimus certis ex causis[a] † eas reuocare, ne illi, qui suas res in alios contulerūt, ab ijs quandam patiantur iniuriam, vel iacturam secundum enumeratos in cōstitutione nostra modos.

¶ *Olim constante matrimonio donatio ante nupt. non fiebat: hodie & ante, et post fit, et augetur, et vocatur propter nuptias. hoc dicit ex l fin. C. de donat. ante nupt.*

¶ Est & aliud genus inter viuos donationis, ꝙ veteribus quidē prudentibus penitus erat incognitum, postea āt à iunioribus Diuis principib. † introductū[b] est, quod ante nuptias vocabatur; & tacitam in se cōditionē habebat,[c] vt tunc ratum esset, cum matrimoniū esset insecutum.[d] Ideoq; ante nuptias appellabatur, quod[e] ante matrimoniū efficiebatur, & nūquā post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem D. Iustinus pater noster[f] † cū augeri[g] dotes, & post nuptias celebratas fuerat[h] permissū: si quid tale[i] eueniret, † etiā ante nuptias augeri donationē, & constāte matrimonio, sua cōstitutione pmisit.[k] Sed tamen nomē inconueniens remanebat cū ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias aūt tale accipiebat incremētum. Sed nos plenissimo fini tradere sāctiones cupiētes, & consequētia[l] nomina rebus esse studentes,

liter. Nota dispositionem iuris antiqui circa donationem ante nuptias.

Item, quod constante matrimonio licet augere dotem, & donat. propter nuptias.

Item, quod æquiparantur inter se.

Itē, quod nomen debet esse consonum rei.

* Quod Felyn. in proœ. Grego. columna sexta, dicit pro cedere in nominibus appellatiuis, non in proprijs.

Item, quod dos, & donat. propter nuptias non solum potest augeri constante matrimonio, sed de nouo fieri.

b ¶ *Introductum.* vt Cod. de donat. ante nuptias, per totum titul. Hanc donationem fuisse de iure, ff. sentit, glo. in l. prima, versicul. si fir, ff. de collat. dot.

c ¶ *Habebat.* Et hodie habet, si fiat donatio prius: nā & postea fieri potest, vt infra eo. §.

d ¶ *Insecutū.* de iure & de facto.

e ¶ *Quod*, id est quia.

f ¶ *Pater noster.* Sic infra quibus non est permiss. face. testam. §. cæcus.

g ¶ *Cum augeri.* idest cum hoc non esset. Accur.

h ¶ *Fuerat.* etiam ante se.

i ¶ *Tale.* puta, quia augetur dos.

K ¶ *Permisit.* scilicet Diuus Iustinus, vt C. de dona. ante nup. l. pen.

l ¶ *Et consequentia*, aliàs conuenientia, sic C. de episcopis, & cleric. l. decernimus, & de offic. præfec. vrb. l. 2. in fin & de defen. ciui. l. defensores 2. Argument contra, Cod. de constitut. princ. l. 2. § penul. & ff. de adim. le l. 3. conditio.

† *adoptiuus fuerit autē re vera nepos Iustin. ex sorore, vt dictum fuit. supra in proœ.* † *aliàs, &c.*

a ¶ Con-

constituimus, [a] vt tales donationes nō augeantur tantū, sed etiam constante matrimonio initiū accipiant, & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur, & dotibus in hoc exęquentur, [b] vt quemadmodum dotes cōstante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto [c] augeantur, & constituantur.

¶ *Hodie si vnus ex dominis manumisit seruum communem, seruus efficitur liber, & socius conseruatur indemnis, dato sibi pretio partis suæ, hoc dicit ex lege prima, C. de com. ser. man. Aretinus.*

¶ Erat olim, & alius modꝰ ciuilis acquisitionis, per ius accrescēdi, quod est tale: Si communem seruum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit, vel vīdicta, vel testamēto, eo casu pars eiꝰ amittebatur, & socio accrescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplo, [d] & libertate seruū defraudari, & ex ea humaniorib. qui-

Dos, & don. pt nup. debent esse in æqualitati.

a ¶ *Constituimus*. Cod. de dona. ante nupt. l. fina.

b ¶ *Exequentur*. Si de nouó fiat donatio, vel dos post matrimonium, vel vetus augeatur, est æqualitas, vt C. de don. ante nup. l. fi. §. si igitur dote Si ante matrimoniū poterat esse inæqualitas, vt C. de pact. con. l. ex morte. Sed † hodie ęqualitas est ante. & post in cōstituendo, & in pactis lucrorum, vt quantum dat vxor in dotem, tantū det in donationē propter nuptias maritus, & sicut hic fit dominus dotis, sic illa donationis propter nuptias.

† Auth. æqualitas, C. de pac. con. nen.

STL.

*¶ Adde, quòd cautela est, quòd dicta pacta etiam inæqualia valeant, videlicet quod fiant ante, quam contrahatur matrimonium de præsenti, quia tunc bene valebunt & est ratio, quia pacta inęqualia sunt prohibita cōstante matrimonio, ne mutuo amore se spolient. l. 1. ff. de don. inter vi. quæ ratio cessit ante contractum matrimonium, & ista est doctrina Innoc. in c. donatio. extra de don. inter vi. quam valde extollit Angel. in l. ex morte. C. de pact. con. & tradit Bart. Cæpol. caute. 62.]

Dos datur, vt inde matrimonij onera supportentur.

¶ Vtrum autē habeat eadem priuilegia dotis, videnda sunt, quæ ponit Bal. nouell. in Tract. de dote in 8 par. in 6. priuileg. in fin.]

Vsumfructum tamen habeat maritus, ne accidat, matrimonij oneribus dotem non seruire, Nā æquitas suggerit, quod dos debeat esse ibi, vbi sunt onera matrimonij, vt ff. de iure dot. l. dotis fructus, & l. plerumque, §. si serui, cum tātumdem reddatur vxori, ex qua donatione consulitur mulieri soluto matrimonio, si res dotales nō existant, & quia nō potuit alienare maritus etiam ea consentiēte, † vt inf. tit. proxim. in princ. licet aliis iuri hypothecæ possit renunciare, vt C. ad Velle. l. etiam, & l. iubemus. & in Authen siue à me. Et sicut dos vxori. sic & talis donatio iure redditur viro, soluto matrimonio, cum sit æqualitas, vt in Authent. de ęqualitate do. §. 1. colla. 7.

† Nisi post biēniū iterū

consentias & ex alijs bonis, q STL.

¶ Potest tamē mulier retinere, donec sibi soluta sit dos, nec dominium retrò trāsfertur, aut hypotheca pditur, quia nō tantum datur propter lucra nuptialia, sed pro maiori securitate dotis secūdum Angel hic. Est & spōsalitia largitas, quando sponsus spōsę per verba de futuro, vel econtra donat purè, non respectu dotis, quæ similiter conditionem matrimonij habet, vt C. de don. ante nup. leg. cum veterum, & l. si à spōso. Accur.

super-sūt, sibi sit consultum, nec tūc sibi præiudicat nisi quatenꝰ probet versum in rē suam. Angel. Hodie tamē de consuetudine talis donatio non constituitur, vt vult glo. in Authē. æqualitas. Cod. de pac. con. & Bal. in Auth. dos data, Cod. eo. Ias. STL.

¶ Dicas secūdum Ang. hic, quòd aliquādo fit ex mera liberalitate hoc expresso, q reuocari nō possit, & habet locum leg. si mater, Cod. de don. ante nupt aliquando fit simpliciter, nullo expresso, & tūc olim erat irreuocabilis, & præsumabatur ex mera liberalitate, l. 1. l. si filiæ. l. si tibi, C. eo. hodie verò ob causam futuri matrimonij. l. cum veterum, eo. tit.

c ¶ *Sed eo etiam contracto*. Hodie hoc corrigitur in Auth. de æqual. do. coll. 7.

STL.

¶ Erat olim.

¶ *CASVS*. In lege corrigente, & assignante rationem correctionis, aliter non figurabitur, satis enim erit literalis figuratio casus. Nota, quod licet olim portio domini liberantis seruum accresceret alteri pro parte, hodie tamen secus est, & seruus fit liber, soluta portione sua alteri domino.

** Adde, quod furiosus, dum viget furor, non solum testamentum facere prohibetur, sed etiam nullum aliud negotiũ gerere potest, quia non intelligit quod agit, §. Mutum. ver. furiosus, inst. de inut. stipul.

c ¶ *Furiosi*. Hac ratione idem in mente capto dicam, vt argum. ff. de verb. oblig. l. à Titio. in fi.

*¶ Add., quod furiosus, & mente captus ita differunt, quod furiosus rabie quadam animi agitatur, mente captus magis inquietè est, nulla q. extrinsecus signa ostẽdit, idemq; est qui & demẽs, ** quod discrimen ex Cice. quoque lib. 3. Tuscu & ex Bald. leg. 2 Cod. de cur furi. & in l. si furiosi. Cod. de nup. leg. cognoscitur. quamuis Alc. lib. Parer. 2. capit. 16 eos aliter differre censeat.]

d ¶ *Testati*, vt C. eodem, l. furiosum. in principio.

ADDITIO. Idem in dubio, si tempus testamenti erat remotum à tempore furoris, sed si vicinum, tunc ex qualitate ipsius actus præsumitur fuisse sanæ mentis: vel non. Et qualiter probetur furor, vide Angelum hic.

e ¶ *Negotium*, vt vsucapionem inchoatam, vt ff. de vsucap. l. iusto, §. cum, vel possessionem quæsitam, vt ff. de acqu possessio. l. si is, qui animo, sic, ff. de pecu. l. quam Tuberonis, in princ.

¶ Idem prodigus. ¶ *CASVS*. non figurabitur in hoc & seq. §. quia idem poni potest, qui in superioribus cum eadem penitus sit dubitatio quo ad confirmandum testamentum ante vitium factum. Quando enim interdictum est bonis, vel quis surdus, aut mutus est à natura prohibetur testari ex impossibilitate iuris, aut facti. Not. quod prodigus, cui interdicta est suorum bonorum administratio, testari nõ potest. Item quod hoc interdictum debet fieri per iudicem. Itẽ quod qui audire potest, sed cum difficultate, non impeditur testari. Item quod aliqui non loquuntur a natura, aliqui ex accidenti. Item quod hæc vitia muti, & surdi non tollunt testamentum iam factum. Item quod ille propriè dicitur mutus, qui nullo modo potest loqui, propriè surdus, qui nullo modo potest audire.

† Etiã ad pias causas. Bar. in l. 1. in 1. q. C. de sacros. eccles.

† aliàs ſtẽ furiosi nõ possunt.

† Ad hoc vide Deci. in l. in negotijs. ff. de reg. iur.

† Tametsi illud interueniente furore inciderint l. 1 lt. ff. SYL. de iniu. rup.

† aliàs ritè.

¶ Item prodigus,[a] cui bonorum suorum administratio interdicta est,[b] testamentum facere non potest, sed id, quod ante fecerit; quam interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est.[c]

¶ *Mutus, & surdus possunt certis casibus condere testamentũ, sed non semper, h. d. primo. Et vitium superueniens post testamentum perfectum non nocet. Aret.*

¶ Item surdus, & mutus, non semper[d] testamentũ facere possunt. Utique autem de eo surdo[e] loquimur, qui omninò nõ exaudit, non qui tardè exaudit. Nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tardè loquitur. Sæpe enim etiam literati, & eruditi[f] homines varijs casibus, & audiendi, & loquendi facultatem amittunt.[g] Unde nostra constitutio[h] etiam his subuenit, vt certis[i] casibus, & modis secundũ normam eius possint testari, aliaque facere, quę eis permissa sũt.

¶ Sed si quis[k] post testamentum factum, aduersa valetudine, aut quolibet alio casu mutus, aut surdus esse ceperit, ratum nihilominus manet eius testamentum.

Prodigus quis est. a ¶ *Item prodigus*, prodigus est, qui neque finem, neque modum habet in expensis, vt ff. de cura. fur. l. 1.

* ¶ Not. quod furiosus, & prodigus æquiparantur. l. furiosi, vbi hoc Dec. declarat, ff. de regul iur. Et vsque adeò verũ est, quod dicitur in isto text. vt nec ad pias causas testari possit Ba. l. 1. num. 17. C. de sacrosan. eccles. Alex. cõs. 182. sub nu. 6. lib. 5.

exigatur certitudo reditus ad sanam mentem. Ang.

d ¶ *Item surdus. Non semper*, sed quandoque possunt secundum distinctionem seq.

e ¶ *De eo surdo.* sic inf. de inuti. stip. §. mutũ.

b ¶ *Administratio interdicta est.* si dicas à iudice, planũ est, si dicas à lege, vt quia crimen l. Iuliæ ma. commisit, multo minus testatur, sed & tunc prius factum rumpitur, vt C. ad leg. Iul. mai. l. fi.

SYL. ¶ Addè, quod etiam si notoriè sit prodigus, nisi ei sit interdictum, poterit testari, alienare, & contrahere. nisi hoc faciat in vsum manifestę prodigalitatis, & sufficit proclama factum cum causæ cognitione ita communiter concluduntur Docto. in l. is cui, ff. de verb. obligatio.]

f ¶ *Et eruditi*, scilicet in moribus.

* ¶ Literatos, & eruditos accipe, literis doctrina prędítos]

g ¶ *Amittunt.* Et maxime impij aduocati.

ADDITIO. Vt in eo puniantur, in quo deliquerunt, c. literas. de temp. ord. c. pastoralis de iu pa. & c. fi. de immu. eccles. cum si. quia per quæ quis peccat, per hęc & torquetur.

h ¶ *Constitutio.* vt C. qui testa. fac. pos. l. discretis.

i ¶ *Certis.* vt mutus, & surdus casu, vel mutus tãtum, siue natura, siue casu, si scribere nouit, sua manu scribat testamentũ. Si autẽ per aliũ scribere velit, impetret hoc à principe, vt ff. eo l. si mutus. Item si surdus tantum casu est, vel etiam natura testetur si vult, si potest loqui articulare, vt Cod. qui test. fac. pos. l. discretis, si autem natura est surdus, & mutus non potest, nisi sit miles, vt sup. tit. 1. §. quinimmo.

c ¶ *Ratum est.* Quid si fiat interdictio, cum tamen non sit prodigus? Respon. fortè non valet interdictio, arg. ff de tut. & cura. da. ab ijs. l. Seiæ (i) Sed contrarium verum est, cum sit facta contra ius litigatoris tantum, non contra ius legis ff. q̃ sen. sine appellatio. re. l. 1. in princ. §. 1. & C. quando prouo. non est necesse. l. 2. Vide c. cum inter. ext. de re iud.

Additio. ¶ Adde, quod hæc est communis opin. in l. is cui. ff. de verb. obl. & hic.]

SYL. *ADDITIO.* (i) Et hoc verum, quando datus est simpliciter curator impuberi tanquam puberi, vt l. si tutor petitus, ff de tuto. & cur. da. ab ijs, secus si tanquã prodigo, cum non sit, vt hic in fi. & est ratio, quia pupillũ declarat natura, sed prodigũ ipse iudex, vel q̃a curatoris datio facilius, idest solo tractu temporis perdit vires, quã prodigalitas, vbi

¶ Adde, quod surdus, & mutus à natura non potest testari, nisi sit miles, vel ad pias causas secundum aliquos, vel ex dispensatione principis, si verò ex accidenti, & sciat scribere, & sua manu scribat, valet testamentũ, surdus autem, siue a natura, siue ex accidenti, siue sciat scribere, siue non, potest. leg. discretis, & ibi per omnes, C. eo] SYL.

K ¶ *Sed si quis.* sic supra eod. §. præterea, & §. furiosi.

¶ Cæcus. ¶ *CASVS.* figuratur sic. Quærebatur, an cęcus testari posset iure communi, & videbatur dicendũ, q̃ sic, quia in eo nullus erat animi defectus, sed tantum corporis, cuius contrarium deciditur, sed adhibeatur SYL.

¶ Cæcus cum solennitate communi non potest facere testamentum, sed seruando quandam solemnitatem specialiter adhoc assignatam. Are.

¶ Cęcus[a] autem non potest facere testamentum, nisi per obseruatiouem,[b] quam lex Diui Iustini patris nostri[c] introduxit.

¶ Captus apud hostes testamentũ facere non potest, sed prius factum, si ibi moriatur, ex lege Cornelia valet si redeat, ex postliminio. Aret.

¶ Eius, qui apud hostes[d] est, testamentum quod ibi fecit, non valet,[e] quamuis redierit. Sed quod, dũ in ciuitate fuerat,[f] fecit, siue redierit, valet iure postliminij,[g] siue illic decesserit, valet ex lege Cornelia.[h]

¶ De exhæredatione liberorum.

¶ Filius, aut instítui, aut nominatim exhæredari debet, alias testamentũ non valet,

fut sua solennitas, vt scilicet testetur per nũcupationem, per modum traditum in l. hac consultissima. C. eo. item quærebatur, an captus ab hostibus posset testari: & videbatur, ꝙ sic, saltem eo redeunte, quasi iure postliminij censeatur semper fuisse in ciuitate, & libertate, cuius cõtrarium deciditur, quia cum tempore conditi testamenti sit seruus, non potest testari, nec remoto impedimento consumatur, vt dictum est supra in alijs, secus in facto prius, per rationem positam in tex. Not. summarium.

a ¶ *Cæcus.* Naturaliter, vel casu, & orbatus vtroque lumine, secus si vno tãtum, vt Cod. de excu. tuto. leg. frater.

Test. per cæcũ faciẽdi solennitas.

b ¶ *Per obseruationem*, scilicet vt coram 7. testibus, & tabellione, vel alio loco eius, si non inueniatur tabellio, dilucidius voluntatem suam declaret, & in†hæredibus, & in legatis, & omnia in scriptis referantur, vt C. eo. l. hac consultissima.

† alias hæreditatibus.

** Adde, ꝙ de forma testamenti cęci est, vt præcedat hæredis institutio, & ideo si secus fiat, non valet, vt tenent Cy. & alij in d. l. hac consultissima, & Bart. Cæpol. caut. 90.] Vide circa formam testamenti cęci omninò quæ scribit Io. Dilec de arte testan. tit. de ijs, qui non habent fac test. caut. 8. dicet, quod etiã in testamẽto cęci inter liberos duo sufficiãt testes, nec requiritur aliqua alia forma, vel solennitas. tradunt Doct. maximè Bald. & Ias. in d. l. hac consultissima

c ¶ *Patris nostri*, aliàs mei. sic, supra de don. §. est & aliud.

** Adde, ꝙ cęcus nec pro alio postulare, nec iudicandi officio fungi, nec magistratum petere potest, sed ante adeptum retinet, l. 1. §. cęcum. ff. de postul. quem vide, quia est pulcherrimus.]

d ¶ *Eius. Apud hostes*. scilicet vt captus, vel obses, vt ff. eod. l. obsides.

* ¶ Bene admonet Accur. vt hunc locum intelligamus de illis, qui apud hostes sũt captiui, vel obsides, nã qui apud hostes aliter sunt, vt qui ibi legatione funguntur, vtique testari possũt, l. qui à latronibus, ff. de testa.]

e ¶ *Non valet*. Quia serui sunt, vel quasi, vt sup. de tut. pso. §. serui. & ff. de li. hę. exh. l. 2.

* ¶ Aliud est in codicillis apud hostes factis, si confirmati fuerint testamento ante captiuitatem condito, isque testator redierit, l. in bello. §. codicilli, ff. de capt.

f ¶ *Fuerat*. ante captiuitatem.

g ¶ *Post liminij*. Quod fingit eum semper in ciuitate fuisse, vt supra quibus modis, ius pat. pot. sol. §. si ab hostib. non autem. l. Cornelia, & ita fingitur, & quod dicitur, C. de cap. l. 1. & leg. captum. impropriè ponitur lex Cornelia pro iure postliminij.

h ¶ *Ex lege Cornelia*. quæ fingit eũ prima hora captiuitatis mortuum, & sic liberum, vt ff. eo. l. lege Cornelia, aliud esset si nulla esset fictio, vt in seruo pœnæ facto, vt inf. quib. mod. testa. infirm. §. non tamen.

Legis Corneliæ fictio.

* ¶ Lex hæc Cornelia dicitur lata primo Punico bello, cum tot Romanorum millia cum Regulo capta essent, nec redimerentur, vt eorum testamenta ante captiuitate facta valerent, quasi hi præuia hora captiuitatis decessissent.

Testamentum facere multis prohibetur à iure.

¶ Adde, ꝙ in patre existẽte apud hostes filius faciat testamentũ deinde pater redeat, tale testamentum non valet, ita dicit glos. communiter approbata in l. vl. §. ita. C. de sen. pa.

¶ Vltimo not. ꝙ xiij. sunt personæ & plures, quæ testari non possunt. Filiusfamilias. itẽ seruus, vt sup. eo. in prin. & ff. eo l. si filios. Itẽ impubes. Itẽ furiosus. Item mentè captus. Item prodigus. Item mutus. Item cęcus. Item surdus, vt supr. eo. §. præterea. & §. itẽ furiosi, §. item prodigus. § itẽ surdus, & §. cęcus. Item damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, vt ff. eo. l. eius, qui § 1 vsque ad finem. Item obses, vt ff. eo. tit. l. obsides.

¶ Adde. nisi sint obsides inter ciuitatem, & ciuitatem, inter quas capti non fiunt serui l. ff. qui ingenuam, §. pen. de cap.]

SYL.

¶ Itẽ de crimine famoso damnatus, vt ff. eo. l. is cui, §. fi. & l. cũ lege. Itẽ de statu suo dubitantes, vt ff. eo. de stat. & l. qui in domini.

Versus. ite monachus, vt in Authen. de monach. §. illud, sed hodie secũdum quosdam corrigitur, vt in Auth. de san Episc. § si qua mulier. Item is, cui interdicitur bonis à lege, vt C. de hær. & Manich. l. Manichæo, & ad l. Iul. ma. l. vlt. Vnde versus: Testari nequeunt, impubes, religiosus, Morti damnatus, & sub patre, filius, obses Prodigus, & stultus dubius, seruus, furiosus, Crimine damnatus, cum muto, surdus, & illum, Qui maiestatem læsit, cæcum quoque iungas. In monacho distinguè, quod nouitius ante professionem potest testari, post verò professionem non, nisi inter liberos, siquidem est professus in monasterio capaci bonorum immobilium, ita Clarus de testam. q. 28.

etiam si postea decesserit: filiæ verò & alij descendentes de iure antiquo præteriti habebant ius accrescēdi, & inter cæteros exhæredabantur: exhæredatio autem nominatim fit dupliciter. hoc dicit.

NOn tamen, [a] vt omninò valeat testamentũ, sufficit hæc obseruatio, quam supra [b] exposuimus, sed qui filium [c] in potestate [d] habet, curare debet, vt eum heredem instituat; vel exhæredem eum nominatim faciat. Alioquin si eum silentio præterierit, [c] inutiliter te-

imo debet nominatim exhæredari, ratio autẽ est forma ipsa, quæ vt in pluribus non habet particularem rationem. Itẽ quia posset quis mortis angi stia, aut cogitatione impeditus prætetijsse filium ignorantet & inconsulto, l. inter cetera, ff. de lib. & posth. & ideò clare de mente testantis constare non dicitur. Not. testamentum, in quo filius est preterius, esse nullũ, tan quam non seruata forma. Item quod testamentũ nullum ex præteritione filij, eo mortuò nõ reconualescit. Item, qualiter quid dicatur nominatim fieri. Item, quòd nomen appellatiuum, quòd non verificatur nisi in vno, habet vim nominis proprij.]

¶ *De exhæredatione liberorum.*

Continuatio. ¶ Ista rubrica continuatur per gl. i. inf. in nigro. Ang. Vel sic, dictum est sup. de testamẽtis & eorum ordinatione, verum quia in testamentis quandoque liberi exhæredantur, ideò sequitur rub. de exhær. lib.

** Exhæredare est, dominio, q̃ quis iam habebat, priuare, & extra hæredium, id est, dominium ponere, hæres enim idem est, quod dominus, §. vlt. inst. de hæ. qual. & dif.]

Diuisio. NOn tamen. ¶ Totus iste titulus diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponit, quid iuris erat de iure antiquo circa exhæredationem liberorum, & qua forma exhæredabantur. Secũdò qualiter hodie exhæredari debeant. Tertiò aliqua dubia circa prædicta subinfert. Secũda ibi, Sed hæc quidem. Tertia ibi, Sed si in expeditione. Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit quãdam continuationem ad præcedẽtia. Secundò ponit, qualiter exhæredationem fieri de iure antiquo sufficiebat de liberis natis & in potestate, & primum locum siue gradũ obtinentibus. Tertiò de liberis nasciturisvel de natis non obtinentibus primum gradum. Quartò de emãcipatis. Quintò de liberis ciuilibus tantum, & de eorum exhæredatione. Secunda ibi, Sed qui filium. Tertia ibi, Posthumi. Quarta ibi, Emancipatos. Quinta ibi, Adoptiui. Are.

STL. ¶ Non tamen.

¶ *CASVS.* ita poni potest. Quæsitum est, an filius præteriri posset, & videbatur, quòd sic, quia satis constat de mente testantis, voluisse illum exhæredem facere, si præterierit, cuius contrarium dicitur, quod

a ¶ *Non tamen.* Licet dicta obseruatio, sup. de test. ord. solẽmnis sit, nõ tamẽ &c. Vel sic sup de ea obseruatione, quæ est circa fidem & probationem satis dictum est, nũc de ea, quæ est circa pietatem, dicendum est, & licet ea obseruatio, quæ circa fidem est, satis diligens sit, non tamen &c.

b ¶ *Supra.* scilicet in tit. de testa. ord.

c ¶ *Filium*, etiam militem, vt ff. de liber. & posthum. l. filius familias.

d ¶ *In ptãte* Secus in emancipato iu. ciu. sed idẽ iure prætorio, vt inf. eo. tit. §. emancip. Acc. *ADDITIO.* Imò hodie præteritus dicit nullũ ẽe de iu. ciu. sicut in ptãte cõstitutus, vt p gl. i §. exhrdatos, ĩ Auth. de hæ. & fal. Ang. Adde idem esse in legitimatis, vt latè p Iul. Cla. de test q. 84 naturales autẽ possunt pteriri, vt per eundẽ q. 42. per gl. cõiter approbatã in l. i. vet. naturales, ff. de bo. pos. cont. tab.

e ¶ *Præterierit.* nec instituendo, nec exhæredãdo, vt inf. de hæ. quæ ab intes. §. ea nec ip so iure valet, † vt C. de lib. præte. l. maximũ.

* ¶ Et sic collige, quòd dr̃ præteritus, licet de eo fiat mẽtio in testõ, si id nõ aliter, quã vel instituendo vel exhæredãdo, q̃ ẽt not. las. in l. inter. 3. no. ff. eo. Ratio autẽ, cur filius fam. debeat vel nominatim exhæredari, vel institui est, quia per pteritionem, respectu quidẽ institutionis omissæ filio fieret iniuria, quòd lex abhorret, §. aliud. vers. sola. n. in Auth. vt cum de appel cog. respectu verò exhæredationis hoc sequeretur absurdum, q̃ cum filius viuo patre sit quodammodo dominus, & eo mortuo continuetur in filium dominium l in suis de lib. posth. adita hæreditate per hæredem institutum, duo reperirentur dñi in solidum, s. hæres, & filius, q̃ secundum regu-

† cõiter appbãt Doct. in l. posthu. C. de cõtra tab.

regulas iuris esse nõ potest, l. si vt certo, §. si duob. ff. commo. meritò igitur vt prædicta fuit hęc dominij cõmutatio debet filius fa. si non instituatur, exhæredar .]

a ¶ *Adeo*. Scilicet inutiliter testabitur. Declara nullũ est testamentum, si velit filius dicere nullum, non si sẽper taceat, l. filio præterito. vbi glos. ff. de iniu rup. & irri. testam. ** Legata tamen debentur Auth. ex causa, C. de li. præt. quòd tamen intelligas, cum nullum aliud pręcessit testm̃ alias secus, vt tradũt ibi doct. & in l. si filius eius, ff. de lib. & posth.

SYL. ¶ Adde, quòd miles põt pręterire filiũ cũ causa, & talis præteritio hr̃ pro exhæredatione, las. i l. si eum, quam legit cum l. preced. post nu. 8 C. de test. mil.

b ¶ *Nemo* ff. de iniur. rup. test. l. filio. §. si cõtra. Sol. ibi filius viuit, hic nor. Vel hic de iure stricto, ibi æquo.

¶ Adde, ꝙ sol. est, quòd aut filius moritur vi uo patre, & testamentum omninò est nullum vt hic aut superuixit patri, & si dixit testamentum nullum. non valet, si verò tacuit & approbauit, licet de subtilitate sit nullum, de æquitate reconualescit & ita cõmuniter tenetur hic

c ¶ *Non constiterit*, aliud si constitit, licet postea rumpatur, vt in posthumo, si postea idẽ moritur, vt ff. de iniu. rup. testa. l. posthumus, in princip † & infr. eo §. posthumi. ibi, ꝙ &c. † Nec est mirum, quia si ab initio rũpitur agnatione posthumi, eo mortuo conualescit, arg. ff. de reg. iur. l. quod ab initio. ¶ Adde hoc verum, si posthumus moriatur ciuiliter & naturaliter, secus si ciuiliter tantum, quia te tamentum non reconualescit, l. vxorem, ff. de iniu rup. test.

d ¶ *Sed non ita*. Nota ex vna parte ponit filios tantum, ex alia filias & omnes ex masc. vel fem. descendentes.

e ¶ *Non infirmabatur*, contra, infr. eod §. sed fęminini. Sol. vt ibi.

e ¶ *Ad certam portionem*. s. dimidiã eius, ꝙ ab intestato habituri essent, vt C. de li. præt. l. maximũ circa mediũ, ibi, cũ n. p cõ. tab. &c.

stabitur, adeo [a] quidem, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo [b] hæres ex eo testamento existere possit, quia scilicet ab initio non constiterit [c] testamentum, ¶ Sed non ita [d] de filiabus, & alijs per virilem sexum descendentibus liberis vtriusque sexus antiquitati fuerat obseruatum, sed si nõ fuerant scripti heredes, scriptęve, vel exhęredati exhęredatæve, testamentũ quidem non infirmabatur, [e] † sed ius accrescendi eis ad certam portionem [f] præstabatur. Sed nec [g] nominatim eas personas exhæredare parẽtibus necesse erat, sed licebat inter cæteros [h] hoc facere. ¶ Nominatim autem quis exhæredari videtur, siue ita exhæredetur, Titius filius meus exhæres esto, siue ita, Filius meus exhæres esto, non adiecto proprio nomine, scilicet, si alius filius non extet. [i]

g ¶ *Sed nec*. Hæc est secunda differentia inter præd ctas personas.

h ¶ *Inter cæteros*. scilicet hoc modo Vrum de filijs meis exhæredo. vel vno initi ute sic dico, Reliquos exhæredo. nam nisi d ceret cęteros exhæredo, licet dicat filium meum exhęredo, cum plures habeat, nemo exhęredatus videtur, vt ff de l be. & posthum. l. 2. † sed secus erit in istis. nam bene valet, vt hic dicitur. ¶ Adde, quod tunc ratio incertitudinis filij exhęredati est in causa, quare non valet. * Vnde aũt dicta sit exhęredatio inter cęteros, declarat Alci. lib 4. Parer. c. 6.] * ¶ Adde, quòd ideò exhęredatio nominatim. i. speciliter seu singulariter, non autem generali verbo fieri debet, quia non nisi certo iudicio filij ab hæreditate patris excludi possunt, l. g. sub conditione, ff. de bon. pos. cõt. tab. & quia exhæredationes odiosæ sunt, & in dubio aduersus eas pronunciamus, leg cum quidam, de lib. & posthu. meritò igitur in hac materia odiosa certitudo requiritur, exhæredatioque inter cæteros, quã interpretatur hic Theo. aoristos seu indefinitè factam, non sufficit, qualis est hæc, cæteri exhæredes sunto. cum. s. plures adsunt filij, non si vnus tm̃. d. l. Tit. in princ. ** Nam quod generali nomine exprimitur non adeò certum est sicut, quod specialiter, seu singulariter fit l. si quando in fi C. de inoffi. test. c. nonnulli de rescrip.]

i ¶ *Non extet*. Item alijs modis, vt, Omnes liberi sint exhæredati, & si sit vnus tantum, vt ff. de lib. & posthu. l. Titius in princ. Item si dixerit alia verba quæcunque, dummodo certa, vt ff si cert. pet l. certum, & ff. de iniu. rup. test. l. posthumi, § nominatim, & ff. de libe. & posthu. l. 1. & 2. sed secus si dicat filiũ meum, Instituo, cæteros liberos exhæredo, vel Seium extraneum instituo, liberos autem exhæredo, & hic non dicit, omnes, vt non contradicat princ. gl.

Adde, ꝙ hæc gl. communiter reprehenditur, quia non differunt, omnes, & cætera, l. cæterorum, ff. de verb. sign.]

† *Et ibi in est casus hodie necessaria est bon poss. & alios vigenti viae per Ang. q̃ est magna vtilitatis, quia eã liberi infra annum, cognati vero infr. cẽtũ dies tantum, & nõ solo aio, sed corã pratore agnoscent*

† *alias de est ꝙ sequitur vsque in fi. glos.*

Exhæredatio inter cæteros qualiter fit.

† *alias ius tamen. alias ius autem.*

† *Sequẽtia non sunt in antiqs codicib.*

¶ Nam dicor exhæredare filium inter cæteros, quia mixtio fit cũ cęteris in remorioribus gradibus constitutis, vnde non valet, cum debeant exhæredari nominatim, vt hic dicitur.

testm̃ legitimantur. Nam & hi iura suorum hæredum nanciscuntur, §. 1. inf de hær quæ ab intest. Quinta species carraditur, cũ quis facto testõ monasterium ingreditur, videtur n. monasterium loco filiorum esse. C. in præsentia, de proba & §. sed hęc in auth. de sancti. Epic.

¶ Posthumi quoque.

SYL.

¶ CASVS. Quærebatur, an idem esset in posthumo, & videbatur idem, quia cum quo ad sui commoda habeatur pro iam nato, videbatur pariter ab initio nullum testamentum, cuius cõtrarium deciditur, quia magis odiosũ est pręterire filiũ iam natum, quam nõdum cognitũ, maximè, quia in eo facilior cadit obliuio. Item dubitabatur quid in posthuma, & videbatur dicendum non rumpere testamentum, quia si iam nata non rumpit, & maius sit vitium præterire filium iam natum, quam nasciturum, multo minus ipsa rumpere videtur, cuius contrarium dicitur, ratio est, quia in non nata præsumitur potius patris obliuio, quam voluntas, quæ colligitur in iam nata ex prætetitione, & probatur ex illis verbis ibi, nec per obliuionem. Not. quod posthumo præterito valet testamentum, sed rumpitur natiuitate illius. Item, quod posthumo prætermto testamentum totum quo ad omnia olim infirmabatur: Item quod abortiuus non rumpit testamentum. Item, qualiter fęminæ olim exhæredari poterant, & quomodo posthumi rectè exhæredentur.

¶ Etiam posthumi debẽt institui, vel exhæredari, aliàs nato posthumo rumpitur testamentum, sed valet prius. Et fęmina posthuma olim inter cęteros poterat exhæredari cũm legato, masculus verò posthumus nominatim. Aret.

¶ Posthumi quoq. liberi, vel hęredes ĩstitui[a] debent, vel exhęredari. Et in eo [b] par omniũ[c] conditio est; quod & filio posthumo, † & quolibet ex cęteris liberis, siue feminini sexus, siue masculini, [d] præterito, valet quidẽ testamẽtũ, sed postea agnatione [e] posthumi siue posthumę rũpitur, [f] & ea ratione totũ infirmatur, [g] Ideoque si mulier, ex qua posthum⁹, aut posthuma sperabatur, abortum [h] fecerit nihil impedimento est scriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. ¶ Sed fęminini quidẽ sexus personę[i] vel

a ¶ *Institui.* Ista istitutione ex pręsenti matrimonio nasciturí, & ex futuro, instituti videntur, vt ff. de li. & posth. leg. placet & leg. ideoque. †

† *Et etsi filij post ea adoptati, qui dicuntur posthumi ciuiles. leg. si quis posthumos. ff. eo. An autẽ naturales, tãtũ, & quid si instituat ventrẽ vxoris suæ: vide per Angel. hic.* SYL.

¶ Adde, quòd hoc est fauore testamenti a. lis verba indefinitè ꝓlata referuntur ad tps testamẽti. l. si ita q. ff. d aur. & arg. leg. ¶ Quid in exhęredatiõe posthumorũ, an oẽs, siue ij, qui sunt in vterò tm̃, an alij qui sunt nasciturí ex præsenti matrimonio vel futuri intelliguntur exhæredari? Resp. non cum masculi debeant nominatim exhæredari, vt infr. eo. §. masculos.

¶ Adde, ꝙ licet sint opi. circa istã gl. ꝑꝑ. gl. contrariã in l. placet. tñ ista q̃ nullius est vtilitatis, qa hodie posthumus exhrd̃ari nõ ꝑt vt no. in l. maximum vitium. C. de lib. pręte.

b ¶ *In eo.* s. quod sequitur, quod & filio &c.

c ¶ *Omnium:* s. posthumorum ex se nasciturorum, & ex filijs suis, licet in iam natis non sit par conditio, vt sup. eo. § sed non ita.

d ¶ *Masculini*, siue ex masc. siue ex fæm:

e ¶ *Agnatione:* natiuitate, sic if qb. mo. tes. ĩfi:

f ¶ *Rũpi.* S verò exhrd̃abat. de inofficioso agebat. vt i. de iof. te § posth Hodie verò exhrd̃ari nõ pnt, vt C. de inof. te. l. si q̃s, § legis.

Posthumi hodie exhæredari, nõ possunt. SYL.

¶ Adde hoc ẽẽ ex eo, qa cũ exhrd̃atio nõ valeat sine iusta cã posth. ãt ñ possit cõmittere non ꝑt ex hrd̃atio illius valere, & ponit gl. si.

g ¶ *Infirmat.* Hic add ꝙ ẽ. ff. d te. mi l. si filius.

h ¶ *Abortum.* Qui ẽ ꝓ ñ nato, vt ff d ver. sig. l. q̃ mor. & C. d posth. hær. l. 2. Acc. idẽ si posthu. natus post testm̃ prĩs, in quo fuit ꝑteritus decedat viuo pr̃e, qa tale testm̃ ab initio nullum de iu. ci. recõualescit de ęquitate ꝑtoris.

ADDITIO. Idẽ in teminato mortuo, anteq̃ ꝑfectè extrahat. Secus tñ in nato ex secto ventre, qui non declinat ad monstrũ, dummodo habeat pulsũ, et si vocem non emiserit. Ang.

i ¶ *Persona*, Scilicet posthumæ, nam iam

† *alias vt.*

** Adde, varias esse species posthumorum, gl. rubr. C. de posthu. hær. inst. ex quibus illi sunt propriè posthumi, qui post humationẽ. id est mortem patris nascuntur, l. 3. §. 1. ff. de iniust. § posthumi. vbi gl. infr. de hęred. quę ab intest. alia est species eorũ, qui ante mortem quidem testatoris nascũtur, sed post cõditum testamentum l. 3. ver. posthumos. ff. de lib. & posth. sed ita vocant impropriè. gl. in d. §. posthumi. Tertia est spẽs eorum qui post testm̃ adoptantur. l. filius à patre, §. 1. de li. & posth. quòd hodie intelligẽdũ est d arrogato, vel dato in adoptionẽ ascendenti, l. pe. C. de ado. & infr. quib. mo. te. infir. in pri. Quarta spẽs est illorum, qui post conditum

iam natis fęminis non erat necesse legari, vt C. de lib. præte. l. maximum. in fi. & supra eo §. sed non ita.

a ¶ *Inter cæteros*, hodie per constitutionem omnes nominatim, vt infra eod. §. sed hæc. versic. nostra. Sed nouissimo iure non, cum nō sint ingrati, vt in Authent. vt cum de appell. cognosc. §. aliud. colla. 8. Accursius.

ADDITIO. Quę causa debet exprimi, & per hæredem probari, vt in Auth. ex causa, C. de libe. præte. Angel.

¶ Posthumorum.

SYL. ¶ *CASVS.* Quærebat, an hoc esset generaliter in quolibet posthumo, & quid in posthumis nepotibus scilicet ex filio subducto de medio agnascentibus, & videbatur dicendum, quod non deberent exhęredari, vel institui, immo quod non possent. §. posthumo, infra de leg. cuius cōtrarium decidit ex eo, quia illud ius antiquū, hodie fauore cōseruādorū testamentorum est introductū, quia multa rūpebantur agnatione ipsorum, & id ex l. Velleia, introductum est, vt hic dicitur. Nota quod hi nepotes subintrantes gradum suitatis dicuntur quasi posthumi, & sic non verè. Item, quod suus hæres dicitur, qui obtinet primum gradum suitatis. Item, quod sēper debemus interpretari, vt testamentum saluetur.

b ¶ *Posthumorum*. Sic ff. de iniusto. rup. testam. l. posthumorum.

c ¶ *Loco*. Non tamen veri posthumi sunt, vt infra eod. §. hoc in fine.

d ¶ *In sui hæredis*. infra de hæred. qualit. & differ. § sui.

nominatim, vel inter cæteros exhęredari solebant, dum tamen si inter cęteros[a] exhęredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur pręteritę esse per obliuionem. Masculos verò posthumos, i. filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, nisi nominatim exhæredarentur; hoc scilicet modo. Quicunque mihi filius genitus fuerit, exhęres esto.

¶ *Nepos ex filio, moriente patre, viuo auo, succedit in locū eius, ideò institui, vel exhæredari debet, ne aliter pręteritus rūpat aui testamētū, qui modus est introduct⁹ à lege Velleia. Aret.*

¶ Posthumorum[b] autem loco[c] sunt, & ij, qui in sui hęredis[d] locum succedēdo, quasi agnascendo,[e] fiunt parentibus[f] sui hæredes. vt ecce si quis, filium, & ex eo nepotem, neptemve in potestate habeat, q̄a filius gradu præcedit, is solus iura sui hæredis habet, quāuis nepos quoque, & neptis ex eo in eadē potestate sint. Sed si filius eius, viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate eius, incipit nepos neptisve † in eius locum succedere, & eo modo iura suorū hęredū quasi agnatione† nanciscuntur. Nē ergo eo modo rūpatur eius testamentū, sicut ipsum filiū, vel hæredem instituere, vel nominatim exhęredare debet testator, ne nō iure faciat testamentū, ita & nepotē neptemve ex filio necesse est[g] ei, vel hęredē instituere, vel exhæredare, ne fortè eo viuo,[h] filio mortuo, succedēdo in locum eius nepos ne-

e ¶ *Agnascendo*, idest subtus, vel postea nascendo, sicut posthum⁹ verus, nō enim nascitur, cum natus sit, vt supra de adopt. §. 1. Vel dic agnascendo, id est incipiendo esse agnati, quo ad effectū succedendi.

f ¶ *Parentibus*. Scilicet masculis: nam testamentum fęminę non rumpitur per legē Velleiam, vt ff. de liber. & posthu. l. Gallus, §. nunc de lege, ibi, nam & si ita verba sūt, (i) sed per querelam irritatur, vt Cod. de inoffi. testa. leg. 3. & inf. eodem, § mater.

ADDITIO. (i) Nota pręteritionem matris factam de liberis nō annullare testamentum, quod ideò procedit, quia pręteritio matris habetur pro exhæredatione, vt videbitis in §. mater. inf. eodem. Christoph.

g ¶ *Necesse est*. Causatiuè, scilicet ne rūpatur testamentum, vt sequitur, non præcisè, vt C. de adopt. l. pen. §. quæ in filio.

h ¶ *Eo viuo*. secus si post, vt ff. de iniust. rup. testam. l. si quis filio, & in hoc differt à vero posthumo †

¶ Adde, quod ratio est, quia testamentū viuente filio confirmatur. Licet enim posteà decedat, nō potest inualidari, q̄ secus est in posthu-

† *Nepos q̄ succedat i locū patris quō intelligatur vi de Th. Grā. decis. 63 n. 5 & seq.*

† *alias nācīscitur.*

† *scilicet testatoris secus in nepote, post mortem vtriusq. nato, vt hic per doc.*

SYL.

ptisve, quasi agnatione rumpat testamentum. Idque lege† Iulia † Veleia [a] prouisum est, in qua† similis [b] exhæredationis modus ad similitudinem posthumorũ demonstratur.

¶ *De iure prætorio filij emancipati debẽt hæredes instituι, vel exhæredari: masculι nominatim, fœmina verò qualitercunque, alιas datur eis bonorum possessio contra tabulas: secus de iure ciuili. h. d*

¶ Emancipatos liberos, iure ciuili,[c] neq. heredes ĩstituere, neq. exheredare necesse est:[d] quia non sunt sui heredes.[e] Sed Pretor omnes tã fœminini[f] sexus, quã masculini, si heredes nõ instituantur, exheredari iubet, virilis sex[9], nominari, feminini verò, inter cæteros. Quod si neq. hæredes instituti fuerint, neque ita, vt dixim[9], exhæredati,[g] permittit eis Pretor cõtra tabulas testamenti bonorũ possessionem.

¶ *Filius adoptiuus adoptione durante habetur pro extraneo quo ad patrem naturalem & habet idem ius, quod haberet filius legitimus & naturalis, quo ad patrẽ adoptiuum, sed emãcipatus à patre adoptiuo est extraneus quo ad eum, & habetur pro emancipato quo ad patrem naturalem. Ang.*

† *aliàs Iunia.* † *aliàs Velleia.* † *aliàs simul,*

posthumo vero.] Item differt ab ascendentibus, vt ff. de inoffic. test. l. pater filium.

a ¶ *Velleia.* nomen est cuiusdam nouæ legis, sed ius Galli Aquilij antiquius est, & loquitur in vero posthumo, vt statim dicam, vt ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. si eius q. filium.

b ¶ *Similis.* In veris posthumis talis erat modus: Si me mortuo nascetur mihi filius intra decẽ menses, vt ff. de liber. & posth. l. Gallus 1. resp. & § 1. 2. 3. & 4 sic ergo & hic. per legẽ Velleiam: Si suus hæres esse desierit viuo testatore, vt ff. de libe. & posth. l. Gallus, §. nunc videndum, & in hoc habet locũ lex Velleι. (t) sic etiã est paritas ab intestato, vt inf. de hæred, quæ ab intestato, §. cum autem.

*¶ Sensus huius loci est, L. Iuniam Velleiam non modo prouidisse, quemadmodum nepotes agnascẽdo nõ rumperent testamentum, sed simul etiã modum eos exhæredandi tradidisse, vt scilicet eo modo exhæredarentur, quo & veri posthu.

ADDITIO. ( )Cuius legis difficultatem euitabis apponendo talem clausulam, omnes natos & nascituros, qui mihi agnasci poterunt, in tali re instit io. Quo autem ad exhæredationem quasi posthumorum, qui sũt iam nati, & quæ debet fieri nominatim, sic dices: Talem nepotem, vel pronepotem, si quando meus erit, ex tali causa exhæredo, propriè enim posthumi exhæredari hoc modo non possunt, vt per Ioan. Fab. & Ang. l. hic. ¶ Emancipatos. ¶ *CASVS*, non figuratur, cum recitetur censura iuris antiqui. Nota emancipatos incognitos esse à iure ciuili. Item, quod ideò præteritio non valet, propter suitatem, & sic quod suitas est causa huius solennitatis, quamuis cõmuniter reprehẽdatur hoc in l. in suis, ff. de lib. & posthum. Item, quod emancipati de iure prętorio possunt contratabulare testamentum. Item, quod testamentum, in quo emancipatus est prętermitus, non est ipso iure nullum. Hodie tamen, ex quo differentia emancipationis, & patriæ potestatis sublata est, nõ est differentia inter ipsos.

c ¶ *Iure ciuili*, sic inf. de hæred. quę ab intest. §. emãcipati

d ¶ *Necesse est.* Nã nihilominus tenet testamentum, aliud in eo, qui est in potestate, vt supra eo in princip. Distingue, quia si filius emancipatus pręteritus sit sinè insertione causæ, testamentum etiam de iure ciui. est ipso iure nullum, si verò cum insertione causę, valet mero iure. Sed potest per bon. possess. contra tab. impugnari gl. communiter approbata in §. exhęredatos vero. noluit, in Auth. de hær. & Fal. sed filio in potestate præterito indistinctè, testamentum patris est nullum, vt in d. glo. nisi in milite cuius præteritio filij cum causa habetur pro exhæredatione, vt infr eo. §. sed si.

e ¶ *Sui hæredes.* supple, & quia desierunt esse hæredes sui, aliàs non esset bona ratio, cum filij necesse habeãt patres instituere, licet nõ sint patres sui hæredes ad filios. Filius autem emancipatus per capitis diminutionem desinit agnatus esse, & remanet cognatus, qui nõ cognoscitur à iu. ciu. vt inf. de hær. quę ab intestato. §. emãcipati. sup. de legi. agn. tu. §. si. & ff. de bo. pos. l. sed cũ patrono, § 1 Accu.

f ¶ *Fœminini.* licet ĩ suis esset differẽtia inter masculos & fęminas iur. ciu. vt s. p eo. §. 1.

g ¶ *Exhæredati*, s. ritè, alias autẽ exhæredato datur

Cōmittere edictū quid sit, enarrat ibidē glo. STL.

datur contra tabulas, vt ff. de bonorum poss. contra tabul. l. non putauit, §. non quæ. Item etiam institutis datur contra tabulas, si alius committat eis edictum (i.) vt ff. de contra tabulas l. 3. §. plane. † & ff. de lega. præstan. l. in deo.

¶ Adde, quòd institutus beneficio præteriti poterit cōtratabulare, si ue apertū fuerit edictum: quia emancipatus sit præteritus, & institutus suus dict. leg non putauit. §. fin. siue vnus emancipatus præteritus, alter institutus. l. non nunquam, ff. de lega. præstand. siue fuis vel emancipatus institutus, & venter præteritus, l. illud, §. ni a. cum l. sequen. ff. de contra tabul. Nec expectat, quod per præteritū intenteur, dicta l. nonnunquam, & idem est, si suus præteritus sit, & emancipatus institutus. leg. si duo ff. de legat. præstand. exhæreditatis autem nunquam committitur edictum per fratrem præteritum, leg. post mortem., §. final. ff. de contra tabul. sed bene ius dicendi n llum l. fin. ff. de libe. & posthum.

ADDITIO Quam potest intentare etiam commi tenee inuito, vt l. non nunquam, ff. de legat. præstand. Ang.

¶ Adoptiui liber.

STL. ¶ *CASVS*, figuratio non est necessaria, cum hodie per adoptionem iura patris naturalis minimè dissoluantur. l. cum in adoptiuis. Cod. de adopt. Ideò autem eos emancipatos Prætor non cognoscebat, quia cum iure ciu li filij essent, & iuris ciuilis vinculum sit dissolutum. Prætor autem naturalem sequitur æquitatem, eis aliter non succurrit vt legitimis, in quibus per emancipationem iura naturalia non dissoluuntur. Nota summarium.

Item, quod durante adoptione, quo ad patrem naturalem, habentur loco extranei.

Item secundum aliquos, quod adoptiui nō dīrui. Item quod adoptiui emancipati nō redeunt suo patri naturali, sed perinde sunt,

¶ Adoptiui liberi, quādiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdē iuris habentur,[a] cuius sunt iustis nuptijs quæsiti. Itaq heredes instituēdi,[b] vel exhæredādi sunt, secundū ea, quę de naturalibus exposuimus. Emācipati verò à patre adoptiuo, neq. iure ciuili,[c] neq. eo iure, quod ad edictum Prætoris attinet,[d] inter liberos cōnumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalē patrem attinet) quādiu quidē sunt in adoptiua familia, extraneorum[e] numero habeantur: vt eos neq. hæredes instituere, neq. exhæredare necesse sit, cum verò emācipati fuerint ab adoptiuo patre[f] tunc incipiunt in causa esse: in qua futuri essēt, si à naturali patre emancipati fuissent. ¶ *Circa institutionē, & exhæredationē liberorum, non est hodie differētia in effectu, inter masculos, & fœminas, & cęteros descendētes, posthumos, vel iā natos, suos, vel emancipatos. Aret.* ¶ Sed hęc[g] quidē vetustas[h] introducebat.

ac si ab eo fuissent emancipati. debent ergo institui, vel exhæredari propter remedium prætorium.

a ¶ *Habentur.* quo ad adoptiuum patrem.

b ¶ *Instituendi*, ab adoptiuo.

c ¶ *Iure ciuili.* qd scilicet ius, ciuile. scilicet, adoptionis, quo vocantur sui adoptiui ad hæreditatē alio iure ciuili, scilicet per emancipationē sublatum est quod esse potest, vt supra, de legit. agn. iu. § fi.

d ¶ *Attinet.* quod vocat emancipatos, vt sup. prox. §. & est ratio, quia desinūt esse filij: sed naturales non possunt desinere esse filij per emancipationē, vt infra de hered, q̄ ab intestat. §. minus ergo.

e ¶ *Extraneorum.* ff de contra tab. l. 1 §. & sui iuris.

f ¶ *Patre.* ff. de contra tabulas, l. si emancipatus. §. penult. in fine.

¶ Sed hæc quidem.

¶ *CASVS.* aliter non figuratur: quia ius antiquum corrigitur: dubitationem facit ipsa antiqua dispositio: ratio autem decidendi allegatur in tex. propter similitudinem respectu naturæ: & propter dispositionem. leg. 12. tabul. ad quam facilis fuit reditus: attendit enim Imperator in filijs ipsam naturalitatem, vt faciebat Prætor in casibus per eum consideratis. Not. quod quo ad formam exhæredationis sublata est differentia sexus, emancipationis, & patriæ potestatis, & posthumorum & iam natorum, & in adoptiuis seruatur regula dic. l. cum in adoptiuis, & §. ita hodie. supra de adopt.] STL.

g ¶ *Sed hæc.* scilicet supradicta à principio titu li vsque ad §. emancipatos. Et dic hæc scilicet differentia sexus, & gradus. & modi exhæredationis: vt supra eodem. §. 1. & §. posthumi. & §. sed fœminini, non autem dicit istis, quæ postea vsque modo dicta sunt à § illo, emancipatos.

h ¶ *Vetustas.* id est media iurisprudentia, vt statim sequitur.

Nostra verò cõstitutio[a] inter masculos & feminas in hoc[b] iure nihil interesse[c] existimans, quia[d] vtraque persona in hominũ procreatione simili† naturæ officio[e] fungitur, & lege antiqua [f] duodecim tabularũ omnes similiter ad successionem ab intestato vocabantur, (quod & Prætores postea secuti esse vidẽtur[g]) ideò simplex, [h] ac simile ius, & in filijs & in filiabus, & in cæteris descendẽtibus per virilem sexum [i] personis, non solum iam natis, sed etiam posthumis, introduxit: vt omnes siue sui, siue emancipati sint, vel hæredes instituantur, vel nominatim exhęredẽtur, & eundem habeant effectum[k] circa testamenta parẽtum suorum infirmanda, & hæreditatem auferẽdam, quẽ filij sui, vel emancipati habent, siue iam nati sint, siue adhuc in vtero constituti, postea nati sunt. [l] Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionẽ, quæ in nostra constitutione, [m] quam super adoptiuis tulimus, continetur.

† *Aliàs similiter.*

† *Nota quòd et ex l. 12. tab. ita admittebatur ab intestato femina sicut masculus secundũ Ang.*

a ¶ *Constitutio*, C. de lib. præte. vel exhæreda. l. maximum.
b ¶ *In hoc*, Aliàs enim multæ differentiæ sunt, vt ff. de statu hominum. l. in multis.
c ¶ *Nihil interesse*. In authen. quibus mod. nat. effic. sui. §. non autem. coll. 7
d ¶ *Quia* prima ratio.
e ¶ *Officio*, Id est, simili officio. vna. n. indiget altera ad procreationem sobolis, & hæc est prima ratio legis 12. tabularum vt C. de legi. hæred l. lege duodecim tabularum.
f ¶ *Lege antiqua*. † argumẽtatur ex iure antiquo sic supra qui ma nõ pos. §. fi. & hæc est secunda ratio.
g ¶ *Videntur*, scilicet dando filiæ bon. pos. contra tab. in totum, licet non possit dicere nullum, vt suus, vt C. de lib. præt. l. maximum ibi, Et si præteritus &cet. & hæc est tertia ratio.
¶ Adde, quod hæc omnia latius ponit gl. & seq. doct. in d. l. maximum vitium.]
h ¶ *Simplex* Ad differentiam antiquæ distinctionis, vt sup. eod.
i ¶ *Per virilem sexum* Quid de descendentibus per femininum? Respondit. admittuntur, sed cum diminutione tertiæ partis, vt inf. de hær. quæ ab intesta. §. Diui. & C. de coll. bon. l. illam

SYL. ¶ Adde, quod hodie sublata est hæc differentia, & æqualiter & sine diminutione succedunt, authen. quæ tertia. C. de col.]

K ¶ *Eundem habeant effectum*. quo ad commodum. diuerso tamen iure, nam suus præteritus & dicit nullum, & contra tabulas habet, si non vult dicere nullum. quãdo preteritus est. Sed emancipatus, tantum habet contra tabulas, vt Cod. de liber. præt l maximum. §. sancimus. itaque &c. & ff. de leg. præstan. l. is qui. Si autem exhæredentur, habent quærelam omnes vt ff. de contra tab. l. non putauit. §. non quæuis. & de inoffi. test. l. Papinianus.

SYL. ¶ Adde, quod si suus est præteritus à patre vel eius linea, testamẽtum est funditus nullum, & habet duplex remedium, de quo in glo si fuit exhæredatus non ritè, habet contra tab. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de cõtra tab. si rite cum causa, causa per hęredem debet probari: qua probata, repellitur, alias rescinditur institutio, cetera firma manent, §. aliud, in auth. vt cũ de appel. cog. Si loquimur in emancipato, idem quod in suo, si exhęredatus sit: si eũ minus rite, dicit nullum: si rite, habet q̃relã, d. §. aliud si verò emãcipatus fuit p̃teritus: si sine causa, idem q̃ in suo. nã habet vtrumque remedium: si causa, est differentia: nam suus habet vtrumq; emancipatus habet tantum contra tab. gl. in §. exhæredatos, in authent de hær. & Falc. si verò loquimur in linea materna, non est differentia: sed si sint præteriti, aut exhæredati cum causa, veniunt per querelam, §. mater. Inf. eod. si sine causa, dicunt nullum, dict. §. aliud. in posthumo verò, cum non possit exhæredari, non cadit ista dubitatio, vt dictum est. Et ita communiter resident Doct.]

Hæres suus p̃teritus hẽt duo remedia, emancipatus vnicum. Querela datur emancipatis.

l ¶ *Postea nati sunt*. Qui exhæredari non possunt, vt diximus sup. eo. §. posthumi.
Adde, non rumpi testamentum agnatione posthumi, qui naturaliter non possit viuere, veluti si natus sit sexto, vel octauo mense. Soci. Iun. consil. 35. numer. 15. lib. 2. qui attestatur hanc esse communem conclusionem.
m ¶ *Constitutione*, C. de adopt. l. cum in adoptiuis, & recitat. sup. de adopt. §. sed hodie. Adde, quòd licet ex causa præteritionis, vel exhæredationis testamentum reddatur nullum vel impugnari possit, hodie tamen præter institutionem hæredis cetera cõtenta in testamẽto firma permanent, auth. ex causa. C. de lib præt.

SYL. ¶ Sed si in expeditione. ¶ *CASVS*. Quęrebatur. an miles, qui in pluribus priuilegiatus est

est in condendis testamentis, vt supr. de mil. test. per to. hoc eodē iure vtatur: & dubitationem faciebat, quia quamuis ea, quę iuris ciuilis sunt, remissa sint militi nccupato in expeditione in confectione testamēti, tñ ea q̃ iuris naturalis sunt, vel ab eo origine trahunt, non remittuntur, vt not. est sup. de mili test. §. plane. vnde cū institutio fil o rum, vel exhęredatio respiciat ipsos filios, quia filios, vt probatum est supra in §. adoptiui. non videbantur priuilegia militū ad hoc extendi. Cuius cōtrarium deciditur ex eo, quia illa præteritio sciēter Ficta facit cōstare de volūtate ipsius: ad eo quod quāuis in pagano pariter constare posse dicatur, tamen cum pro forma requiratur à iure ciuili expressio, in ea dispensatur miles, vt dictum est supr in princip. Not. summarium, & dic quod sumitur hic argumentum à contrario sensu, quia si ignoranter faciat, testamentum est nullum.]

¶ *Præteritio militis in expeditione testantis, si scit se habere liberos pro exhæredatione habetur. Ang.*

¶ Sed si in expeditione occupatus[a] miles, testamentum faciat, & liberos suos iam natos: vel posthumos, nominatim nō exhæredauerit, sed silentio præterierit, nō ignorans [b] an habeat liberos: silentiū eius pro exhæredatione [c] nominatim facta valere, constitutionibus principum cautum est.

¶ *Præteritio materna, vel per maternam lineam ascendentium, habetur pro exhæredatione. Aret.*

¶ Mater [d] vel auus maternus necesse non habent liberos suos aui hæredes instituere, aut exhæredare, sed possunt eos silentio omittere. Nā silentium matris, aut aui materni, &

† Et si verba es sint generalia apta cōprehēdere omnē nascitu rum secūdum SYL. Bald. licet Ang. dubitet hic; secus tamen in pagano vt hic p eum.

a ¶ *Occupatus*. Quid si nōn est in expeditione? Respond ius commune obtinet, vt supra de testa. mil. § illis.

b ¶ *Non ignorans*. Si enim ignorat, non valet testamentum, vt C. de testam. mil. l. si cut certi iuris. †nisi fuerit eius animi, vt si filium haberet, esset exhæres, vt ff. de testam. milit. l. qui iure milit.

c ¶ *Pro exhæredatione*. Ideoque querela inofficiosi testamenti agitur, sed hoc, cum miles est paterfamilias. nam tunc non potest habere locum castrense peculium? si enim esset filiusfamilias, non habet locum querela, vt C de inoffic. test l. fi. §. fi.

¶ Adde rationem quia cum filiusfam. non testetur nisi in castrensibus, vel quasi, non subiacent talia bona, & tale peculiū quærelæ l. fin. C. de inofficitestam. Hodie verò indistinctè subiacet querelę, vt per Bar. & alios in Auth. ex causa C. de lib prętę.

SYL. *ADDITIO*. Ista gloss. hodie est falsa, vt not. supra de testam. mil. in gloss. super verbo communi.

¶ Mater. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an quod dictum est sup. in patre, & ascendentibus paternis; haberet locū in matre vel maternis, & videbatur dicendum quod sic: quià cum pariter sint filij & descendentes vtriusque, idem ius in eis videtur statuendum saltem quo ad edictum Prætoris, quod naturali æquitati innititur; cuius contrarium dicitur: & quod imo prætetitio habetur pro exhęredatione? ratio est, quia Ius istud considerauit suitatem. §. emancipatos, supra eodem. Hodie verò ratio in contrarium adducta obtinet; quia debent præteriri cum insertione causæ, quod idem est. Not. ergo prętęritionem maternā haberi pro exhęredatione: Item de hoc iure non dari contra tabu. contra testamentū matris præteritis, Item quòd nec de iure ciuili, nec prętorio, requiritur exhæredatio in testamento matris, vel eius lineæ. Item, quòd Prætor non annullat testamētum, in quo filius est præteritus, sed dat contra tabul. Item, quod præteritis a matre non datur ius dicendi nullum, aut contra tabulandi, sed querela inofficiosi: Item, quod dictio, paulo post, verificatur in magno interuallo.]

Intellige quod traditur hic, prę̄teritionem matris, & aliorum ascendentium per matrem, haberi pro exhæredatione, vbi fuit apposita causa legitima: nā nulla inserta causa, tale testamentum esset nullum, vt ait Iul. Clar. de testa. q. 47. propè fi.

d ¶ *Mater*. Idem intelligo in silentio liberorum ad maternam lineam, vt C. de inoffi. testam. l. cum filium. Accur.

SYL. ¶ Adde tecus de iure nouissimo, si enim mater vel alius ascendens fuit prę̄teritus cū causa competit querela, vt hic dicit glos. aut sine causa, & testamentum est nullum, auth. sed licet. C. de lib. prætę.

Idem in patre, & alijs per patrem ascendentibus præteritis à filio emancipato. Si verò à filiofam. semper testamentum est ipso iure nullum. Clar. de test. q. 48.

* ¶ Ratio, quare præteritio matris habeatur pro exhęredatione, est, quia respectu matris suitas nō consideratur l. illud. §. ad test. de contra tab. quæ ratio fuit Bar. in l. in suis. ff. de lib. & posthum.

a ¶ De

ceterorum per matrem ascendentium, tantum facit, quantũ exhæredatio patris. Neque enim matri filium filiamve, neque auo materno, nepotem neptemve ex filia, si eum, eamve hæredem non instituat, exhæredare necesse est: siue đ iure ciuili [a] quæramus, siue de edicto [b] Prætoris, quæ Prætor p̃teritis liberis contra tabulas bonorũ possessionẽ † permittit: sed aliud eis [c] adminiculũ seruatur, quod paulo post [d] vobis manifestum fiet.

† aliàs promittit.

¶ *De heredibus instituendis.*

¶ Heredes instituti possunt liberi, & serui, tã proprij, quam alieni, & proprij sine datione libertatis, qui etiã respectu solæ proprietatis dicuntur. hoc dicit.

a ¶ *De iure ciuili*. Quia non habet eos in potestate, inf. de hær. qual. & dif. § cæteri.
b ¶ *Edicto*. Quo emancipati vocantur, vt sup. eod. §. emancipatos, quia eos non potest emancipare: vnde contra tabulas locum nõ habet, vt hic. & ff. de contra tabu. l. illud §. ad testamẽta.
c ¶ *Eis*. s. descẽdentib. per lineam fœmininam: datur tamen & alijs, sed his maximè, vt Cod. de inoffic. testa. l. filiam.
d ¶ *Paulò post*. vt infr. đ inoffic. testa. per totum.
* ¶ Scilicet q̃rela inofficiosi testamenti. nam bo. poss. contra tab. nõ datur: quia prę teriti à matre habentur pro exhæredatis exhæredari autem non habent eiusmodi bon. possess. l. non putauit. ff. de bono. possess. contra tab.]

¶ *De hæredibus instituendis.*

* ¶ Substitutio, vt diffinit Alcia. libr. 4. Paret. capi. 6. * ex ij. lib. Inst Caij.] est secundi vel vlterioris gradus hæredis institutio.

** Adde, quòd vulgaris substitutio ita dicta est, quia omnibus vulgo permissa esset, omnibusque cōueniret olim n. ante prudētium consuetudinem nulla fuerat pupillaris, l. 2. ff. eod tit. §. his legib. de or. iur. sicut & ante Iustin. nulla exemplaris l. antep. C. eo. nec ante Augustum nulla fideicōmissaria, §. j. infra de fideic. est autē vulgaris alia expressa, alia tacita, expressa, quæ verbis aut specialibus, aut saltem generalibus, comprehenditur, tacita, quæ nihil ex verbis, sed plurimū à legis auctoritate sumpsit, exempla ponit glo. in §. 1. vers. ad exemplum infr. tit. h. Est item alia mixta, vt quæ alicuius casus respectu tacita sit, alicuius verò expressa, veluti si Titius hæres esse nolit, Seius hæres esto includitur enim & casus impotentię tacitus Bar. l. 1. ff. eod.

† De forma huius substitutionis vulgaris habetur in gl capit. Raynut. super verb. liberis. post pri. gl extra de testa. Dimisio. STL.

ADDITIO. (i) Differunt tamen, quia substitutus in re certa. Per verbum commune nunquam trahitur ad totum, vt l. cogi. §. quaistet, ff. ad Trebellianū, nisi esset substitutus in quota, alio non existente hærede: secus autem est institutione, vt lege prima, §. si ex fundo. ff. de hæred. instituend. Angelus.

POtest. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit, quod cuilibet liberum est facere pluralitatem graduū hæredum. Secundò quod loco vnius instituti possint plures substitui, & econtra. Tertiò quando partes sunt in institutione expressæ, & non in substitutione. Quartò, quādo seruus alienus vt paterfamilias instituitur, Secunda ibi, Et plures, Tertia ibi,

Et

mento a suo plures gradus b hæredum facere, vt puta. Si ille hæres non erit, ille hæres esto. & deinceps, in quãtum c velit testator † substituere. d † Et nouissimo e loco in subsidiũ; vel f seruum necessarium hæredem instituere † potest.

¶ *Possunt plures in locum vnius, & vnus in locũ plurium, & singuli singulis, vel omnes inuicem substitui. Aretinus.*

¶ Et plures in vnius locum possunt substitui, vel vnus g in plurium, vel singuli in singulorum, vel inuicem h ipsi, i qui hæredes instituti sunt.

¶ *Substituti reciprocè veniunt pro portione institutionis. h.d.*

¶ Et si ex disparibus partib. heredes scri-

† *Aliàs si ẽ verbu substituere.* † *alias vt.* † *alias non; est verbum pt alias legitur posit.*

Et si ex disparibus. Quarta ibi, Si seruum. Angelus.

¶ Potest. ¶ *CASVS.* non figuratur, quia hic traditur regula, quod quis non solum primo gradu instituere potest, sed & secundo, & deinceps: cuius facultatis ratio esse potest, quod aliàs in simili dixit Imper in l.1 C. de sacrosan. eccles. fauent enim iura causæ testati. l. vel negare, ff. quemadmodũ test. aper. quæ eluderetur, si primus institutus nollet, aut non posset hæres esse. Not. est ex hoc text. formam substitutionis vulgaris: Item quod quis plures hæredum gradus facere potest. Itẽ, quod in subsidium fauore testamenti potest vltimo loco necessarius hæres institui seruus.]

a ¶ *In testamento.* In alia autem voluntate, quã in testamẽto, vt in codicillis, vel aliqua alia, nõ fit, scilicet huiusmodi substitutio, vt directò valeat sicut nec ĩstitutio fieri potest †vt in. de codic §. pen. & C. de codicil. l. hereditatẽ, fit tamẽ in codicillis ex certa sciẽtia, vt per fideicommissum saltem directò substitutus per hæc verba, substituo; admittatur, vt ff ad Trebellian. l. Scæuola, j. resp. nisi testator putaret se facere testamentũ, & facere codicillos nõ destinasset, licet posset, nam tunc substitutus ex his, nec directò: nec per fideicommissum admitteretur, licet posset, vt C. de cod. l. fi. §. illud quoque & facit ff eo l. potest.

SYL. ¶ Adde, quod ita se habet communis opin. in l. Scæuola. sup. allegata, & in l. verbis ciuilibus. ff. eod. & dic præsumi voluisse testari, quando in sua dispositione adest institutio, vel exhæredatio, quæ nõ fiunt in codicillis, aliàs præsumitur voluisse codicillari, vt per Aret & alios hic.]

b ¶ *Gradus.* Ad similitudinem enim graduum si dicuntur, qui faciunt scalas, sic & dici. ut gradus cõsanguinitatis, vt ff. de gradibus. l. Iurisconsultus, §. gradus.

c ¶ *In quantum,* id est quot.

Sic supra tit. 1. § & econtrario.

d ¶ *Substituere.* scilicet potest.

** Sciendum est, illa vulgaris substitutionis verba, si hæres non erit, duo capita, seu duas partes cõtinere, nẽpe, quod hæres nõ sit, quia noluit esse, vel quia nõ potuit, l. cũ proponas, C de hær. inst. Estque receptum, vt vulgaris cõcepta in alterũ casum, vel volũtatis, vel impotẽtiæ, ad alterũ quoq. ex tacita testatoris voluntate, producatur, arg. leg. vlt. C. de instit. & subst. leg. 4. ff. eod quod Bart. tradidit in leg. 1. ff. eo. col. 3. & ideò appellatur huiusmodi vulgaris mixta; quia partim expressa, partim tacita.

e ¶ *Nouissimo.* i. vltimo. sic sup. de suspec. tut. §. nouissimè. Sed numquid in alio ni si i vl. fieri potest? Resp. non cum enim ipse seruus omninò esse hæres compellatur, vt hic subijcit. & inf. de hæred. qual. & dif. §. j. patet alium, qui esset ei substitutus, non admitti, vt C. eod. l. post aditam.

SYL. ¶ Adde, quod hoc est verũ quoad caput voluntatis, quia non potest nolle esse heres: sed si nõ posset esse, vel quia prędecessisset, vel quia esset incapax, valeret substitutio: & hęc gl. communiter commendatur ad hoc, quod datio substituti vulgaris in seruo non tollit necessitatem, quamuis in filio tollat suitatẽ.]

f ¶ *Vel,* pro saltem.

SYL. ¶ Et plures. ¶ *CASVS.* Ambigebatur an posset esse difformis substitutio institutioni respectu personarũ: & videbatur, quod nõ quia cũ substitutus subrogetur loco primi instituti, videbatur quod esse deberet eiusdẽ modi, & qualitatis, sed contrarium dr: quia gradus ipse subrogatur loco primi, nõ persona. Itẽ quia libera est suarũ rerũ dispositio vnicuique. Not. formam substitutionis breuiloquę, seu reciprocę, scilicet vos inuicẽ substituo]

g ¶ *Vel vnus* s. substitui põt in locu plurium.

h ¶ *Inuicem.* sic inf. tit. 1. §. substituitur. & per talia verba fit substitutio compendiosa.

i ¶ *Ipsi,* scilicet possunt substitui.

SYL. ¶ Et si ex disparibus. ¶ *CASVS.* Fuit dubitatum, an inuicẽ substituti, qui instituti dispariter fuerant, succedãt æqualiter: & videbatur dicendũ, quod sic: quia cum substitutio sit secunda institutio. quãdo in institutione non sunt adiectæ partes, æqualiter succeditur, vt sup. titu 1 §. si plures. Ita videbatur dicendum hic. Cuius contrarium dicitur ea ratione, quia non sumus propriè in dubio, portiones enim institutionis indicant mentem testantis fuisse, vt secundum eas succedatur in substitutione, quæ voluntas totum facit, l. ex facto, ff. de hær. instit. Not. sum.]

ptos inuicem substituerit, nullam mentionem in substitutione† habuerit partium: eas videtur in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit:[a] & ita Diuus Pius rescripsit.

¶ *Substitutus instituto, qui cohæredi suo fuerat substitutus, ad vtriusq. partem admittitur. h.d.*

¶Sed si instituto[b] heredi, †[c] & coheredi suo[d] substituto dato, alius[e] substitutus fuerit, Diui Seuerus, & Antoninus sine distinctione[f] rescripserunt, ad vtramque partem substitutum admitti.

¶*Si substitutio vulgaris facta fuerit seruo alieno, quem testator liberum putabat, substitutus venit ad partem hæreditatis, quā is seruus adierit hæreditatem iussu domini. Aretin.*

† *aliàs fecerit.*

*¶ Collige ex hoc text. ꝙ substitutio recipit declarationē ab institutione. idē probatur in l. 1. C. de impub. & alijs subst. vbi extat adhuc D. Pij rescriptū, cuius mētio fit in hoc loco.]

¶ Disparibus partibus, puta vnum in sex vncias, alium in 4. alium in 2. institutum ponas, nam si nō adeat institutus in 6 vncias 4. accrescunt habenti 4. & duæ habenti duas, vt hic. & ff. eo. l. si in testamento, & l. si plures, & C. eo. l. 1.

a ¶ *Expressit.* contra. ff. ad Trebelli. l. quoties. & l. nonnunquam, sed hic loquitur, cum non expressit proprio nomine, (1) nec pecuniam ex æquis partibus substitutos dare iussit.

† *aliàs cohærede substituto dato alius est substitutus &c.*

ADDITIO. (1) Scilicet ipsos substitutos: quia tunc admitterentur pro virili. Idem si appellatiuo quādo sic fuisse apparet de voluntate testatoris, vt l. verum §. fin. ff. de rebus dub. quid autem si aliquos proprijs, aliquos appellatiuis, vel omnes simul vtrisque nominib. appellauerit: & quid si aliqui fuerint in substitutione coniuncti, & vnus separatus, vide hic. Ang. Aret.

¶ Sed si instituto.

STL. ¶ *CASVS.* figuratur per gloss. t. ratio dubitandi erat voluntas testantis, secundum quam non videbatur substitutus nisi vni: Tamen contrarium deciditur, ne contingat quem & testatum, & intestatum decedere. Not. quod in summario dictum est. Item ibi, ad vtramque partem, secundum Angel. hic videri casum, quòd substitutus admittatur iure substitutionis, non iure accrescendi.]

STL. b ¶ *Sed si instituto.* casus est. Titius, & Seius instituti sunt hæredes, & Titio Seius substitutus, & Seio fuit substitutus Mæuius: primò Titius, secundò Seius repudiauit: admittitur Mæuius in partem vtriusque hæredis, vt hic, & ff eod. l Titius, & l. cohæredi, in princip.

* ¶ Verum iure substitutionis, an iure accrescendi, vide ibi Bartol. & alios, & Aretinus hic.]

c ¶ *Hæredi*, scilicet Seio.

d ¶ *Cohæredi suo*, scilicet Titio.

e ¶ *Alius*, scilicet Mæuius.

f ¶ *Sine distinctione.* scilicet ordinis pupillaris, vel vulgaris substitutionis, quasi dicat nō distinguitur si fuerit pupillaris, vel vulgaris substitutio, & quæ fuerit primo facta, vel institutio, vel substitutio. & idem in vulgari. Sed hanc reprobant quidam, quia debet ibi esse ordo, vt primo principalis, & postea substitutio fiat, vt ff. de vulgar, & pupillar. substitu. leg 2. § prius, Sed certè ille. §. prius. corrigitur persequ. §. vsque in finē dictæ l.

¶ Adde, quod hæc communiter hic damnatur per doc. qui aliter distinguunt.

Sed ego hoc reprobo, quia non est hæc huius literæ intentio, sed hæc, quia sic fuit de facto, quod non distinxerunt, cū ab eis quæreretur. Est tamen distinguendum à nobis, sic & aliàs, ff. de ludi. l. non aliàs. in si & de postu. l. Imperator, in fin. Item non dicitur hic de pupillari. sed de vulgari tantum, † vt paret ex serie tit. Per quod etiā reprobatur superior sentētia, scilicet quia in princip. gl. fuit dictum, secundum quosdam, non distinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris substitutio. Distingue ergo, verum institutus adierit, vel cohæres, vel ambo. vel nullus, si vterque adiuit, substitutus repellitur, si cohæres tantum, scilicet Seius, idem, quia Mæuius repellitur. Item si neuter, habet locum quod hic dicitur, scilicet quod Mæuius habeat totum. Si autem Titius tātum, s. primus hæres adeat, & Seius nō, in partē repellitur, scilicet Mæuius. nam in partem repellitur, quam adijt Titius, vt C. eo l. post aditam, & ff. de vulg. sub. l. qui habebat filiū. 1. respon.

¶ Si seruum alienum. ¶ *CASVS.* Dubium insurrexit, instituto à testatore seruo, quem tamen liberum putabat, eique dato vulgari substituto, quid iuris esse debeter, & prima facie videtur nihil venire in substitutum, cuius substitutio expirauit aditione. l. post aditam. Cod. eo. sed econtrario quoque videbatur seruum nihil habere debere: quia cum putasset illum liberum, intellexit vt tunc substitutus admitteretur, quando non posset esse hæres, at eo existente seruo, non potest: Igitur videtur, quod omnia ad substitutum transeant. Deciditur tamen propter conflictum rationum, quod vtrique dimidiæ vendicatio competat, electa media via, prout in obscuris fieri solet leg. Nesennius,

† *Et in ea tantū procedit iste text. itē in casu suo, vbi, idest cohæredi: substituto est facta substō: tunc. n. ꝗuis per ius accrescēdi haberet substitutus partē illius, cui non fuit substitutus, tamen nulla tali in eis facta distictiōe, hoc ē diuisione, ea hēbit iure substonis: & hac fuit forte mēs istius litera, sec9 tamē esset in pupillari, vel aliàs vbi ius accrescēdi locū habere non posset, vt per doct. hic.*

¶Si seruum alienum quis patremfamilias[a] arbitratus, hæredem scripserit, & si hæres nõ esset, Mænium ei substituerit, isq. seruus iussu [b] domini adierit hereditatem: Mæuius substitutus, in partẽ[c] admittitur. Illa enim verba, [d] Si hæres non erit[e] in eo quidem, quẽ alieno iuri subiectũ esse testator scit, [f] sic accipiuntur, si neque ipse hæres erit,[g] neque alium[h] hæredem effecerit,[i] in eo verò, quẽ patremfamilias esse arbitratur, [k] illud significat, si hæreditatem sibi, vel ei, cuius iuri postea subiectus [l] esse cœperit, non acquisierit: [m] † Idque † Tiberius Cæsar in perso-

ulus, de nego. gest. No, quod dicitur in summa. Item, quod existentibus hinc inde rationibus & dubijs, eligitur media via, Itẽ, quòd error in persona hæredis instituti, quod sit liber vel seruus, non vitiat. Item, quod illa verba, si hæres nõ erit, in seruo intelliguntur, vel si aliũ hæredem non fecerit. Item, quòd princeps fuit iudex in causa propria.

a ¶ *Patremfa.* id est liberum hominem.

ADDITIO. Et hoc verum, nisi error esset in ea personæ qualitate, quæ præsumeretur causa finalis ipsius institutionis, puta in cõsanguinitate, l. si pater. Codice de hæredib. Instituen. Angel.

b ¶ *Iussu*. Quem iussum necessariò oportet precedere, vt ff. de acqui. hæred. l. si quis mihi. §. iussum.

c ¶ *In partem*. sed in quam? Respon. hæreditas in duas partes diuiditur, & iterũ vnus semis diuiditur in duas partes, quæ sunt duę quartæ totius, & vnam harum particularum habet dominus institui, aliam substitutus, vt ff. de hæred. institu. l. si paterfam in fi. Sed de alio semisse quid erit? Respon. quidam, ꝙ substitutus habet inspecta opinione testantis, scilicet qui credidit institutum liberum fuisse, & ita per consequẽs credidit substitutum admitti, si hæreditatem sibi institutus non acquisierit, vel alij, cuius iuri postea subiectus foret, vt in fi. huius. § ergo si aliquid istorum duorum non contingit, debet habere substitutus secundum opinionem testantis totam hæreditatem, sed quia non erat liber, vt testator credidit. de æquitate datur domino ipsius quarta hæreditatis, & facit pro hoc illud generale, opinionem considerandam, vt ff. pro empt. leg. 2. §. si à pupillo, & ff. de acquir. hæred. leg. is qui putat. Alij dicunt, quòd domino datur, considerata veritate magis, quam opinione, quia verè seruus eius domini factus erat ille, qui institutus fuit quod verius esse videtur, veritate magis attenta. vnde facit & illud generale, veritatem spectandam, vt inf. de leg. §. si quis rem. Accur.

Opinio an sit veritati pfereda.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hæc glo communiter approbatur. Tamen contraria sententia saltem disputando sustentabilis est, cuius tota vis est in l. si paterfam. ff. de hæred. instit. vbi propriè deciditur dubitatio gl. pro substituto, & sic contra gl. dicitur enim in prin. substitutum admitti in parte, & cum non declaret in quam, de dimidia est intelligendum. l. nomen. §. portionis. ff. de verbo. sign. ponit postea rationem ille tex. quare substitutus admittitur, tandẽ dicit duos semisses fieri, vnum diuidi inter eos, de altero videtur nihil dicere, quòd ideò fecit, quia iam sup. dixerat ad substitutũ pertinere, & stante tali intellectu omnia argumenta gl. facilimè resoluuntur.

ADDITIO. Dic quòd vltima opin. gl. est verior, & ita not. gloss. & doct. in d. l. si paterfamil. videlicet, quod dominus serui habeat totum alium semissem. Arct.

† *vide Alc. li. 1. Dispunct. c. 2.*

† *aliàs Titus.*

d ¶ *Illa enim verba*. nunc mutant casum, nam su. dixi, quando aliud arbitratur testator, & aliud erat, in his autem duobus respõsis quæ sequuntur, idem est, id quod arbitratur testator.

e ¶ *Si hæres non erit*, quæ apponuntur in substitutionibus vulgaribus.

f ¶ *Testator scit*. & verum scit, aliàs enim non diceretur scire, nisi esset, vt ff. de aqua pluuia arcen. l. 2. § item Labeo ait.

g ¶ *Erit*. i. liber factus.

h ¶ *Neque alium*. i. si neque sibi, si liber fiere, vel dño suo præsẽti, vel ẽt futuro quærat.

i ¶ *Effecerit*. nam tunc quando est aliquod istorum duorum admittitur substitutus.

K ¶ *Arbitratur*. i. testator, subaudi, & verum arbitratur.

l ¶ *Subiectus*. puta quia vendidit sę ad pretium participãdum, vel quia dedit se in arrogationem, quod potest.

m ¶ *Acquisierit*. supple in litera. At in nostro casu primo. s. huius §. aliud est, & aliud arbitratur, vnde ibi in partem admittitur, vt ibi diximus, & hæc omnia sic distinguẽdo seruauit princeps; qñ seruus suus fuit institutus, & alius substitutus, vt hic dicit & ff. de hær. insti. l. & hoc Tiberius. Collige ergo talem distinctionem, quia cum hæredem aliquem instituo, & si hæres non erit, substituo, aut scio liberũ, aut scio seruum, & tunc seruatur ꝙ in ij & iij. rñ. huius §. dr̃, aut puto liberum falso, cum sit seruus, & tunc subdistinguo, aut per eum volui aut nolui aliũ fieri hęredem, quia hoc expressi, & tunc seruatur mea voluntas, vt C. de hæred. instit. l. cum proponas, quæ est huic contraria:

aut

aut est dubium volui, vel nõ alium fieri hæredem per eum, & tunc setuatur quod in princ huius §. dicitur: Si autem puto seruum cum sit liber. (1.) hic casus Indubitabilis est scilicet quod erit liber hæres.

ADDITIO. (1.) In dubio autem error non præsumitur. & tunc hoc consistit in animo testatoris, qui non probatur, nisi ex coniecturis. quid autem in filio, vel monacho institutis cum datione substituti vulgaris. quos testator credebat esse sui iuris, vel etiam sciebat esse alieni, & an hæres primi instituti ex iure deliberandi præfetatur, an substitutus, vide Ang hic.

na Parthenij serui [a] sui constituit.

¶ *De pupillari substitutione.*

¶ *Liberis impuberibus, & in potestate testatoris existentibus potest substitui nõ solum vulgariter, sed etiã pupillariter, per quam substitutionem substitutus efficitur hæres ipsius pupilli. Aretinus.*

Liberis† [b] suis impuberibus, quos ĩ potestate q̃s habet, non solũ ita, vt supra diximus, [c] substituere potest, id est, vt si hęredes ei nõ extiterit, alius sit ei heres, sed

STL. ¶ Cuius distinctio virtualiter est eadem cũ distinctione. glo.

a ¶ *Serui.* s. instituti.

ADDITIO. Cui fuera talius substitutus. Nam diuisa fuit hæreditas inter Tiberium dominum serui, & inter ipsum substitutum, vt patet in leg. & hoc Tiberius. ff de hæred. insti.

¶ *De pupillari substitutione.*

Continuatio. ¶ Continuatur, quia supra visum est de vulgari substitu: verum, quia parentes non solum vulgariter, verum etiam pupillariter liberis substituere possunt, ideo sequebatur videre de pupillari substitutione. Christophorus.

Diuisio. Liberis. ¶ Totus iste titulus diuiditur in sex partes. Primò ponit, qualiter quis possit facere pupillarem substitutionem. Secundò, de exemplari substitutione, cui fieri potest. Tertiò, edit ad pupillaris substitutionis materiam. Quartò, quod etiam exhęredatis potest fieri illa substitutio. Quintò, circa pupillarem substitutionem aliquos casus ponit, & potissimè vsque ad quam quantitatẽ possit fieri. Sextò, quod maiori, vel puberi, vel extraneo fieri nõ potest pupillaris. Secunda ibi, Qua ratione. Tertia ibi, Igitur. Quarta ibi, Non solum. Quinta ibi, Quæcumque. Sexta ibi, Extraneo.

¶ *CASVS.* figurari non debet nisi literaliter, prout ponit tex. cum declaret primos terminos, & quomodo substitutio pupillaris conficiatur. Not. quod parentes filijs suis impuberibus possunt nedum vulgariter, sed pupillariter substituere. Item no. ad essentiam pupillaris substitutionis quæ requirantur. Item no. formam concipiendæ substitutionis. Item, quod substitutio aliquando duplex est, aliquando simplex. Item, quod per vulgarem succeditur testatori, per pupillarẽ pupillo. Item, quod pupillaris expirat adueniente pubertate. Item, quod hęc substitutio inuenta est moribus & consuetudine. Item, quod consuetudo potest tribuere formam testamẽto cõdendo. item, quod consuetudo postquã est redacta in scriptis, adhuc dicitur cõsuetudo. Item, quòd substitutio pupillaris inducta est ex æquitate, vt qui sua imbecillitate impediuntur testamentum conficere, possunt habere ex testamento hæredem sibi datum à patre.]

† Forma huius pupillaris substitutionis ponitur in c. Raynu. Igl. sup verbo, liberis. post pr extr. de test.

b ¶ *Liberis.* No ex hac litera tria esse necessaria: vt pupillaris substitutio teneat, primum, vt sit de liberis cui substituitur. nam extraneo substitui non potest, vt infra eodem, §. extraneo. Secũdò, quod sint impuberes, nam puberibus non potest substitui, vt infra eoden, §. masculo Item tertium, quod habeat in potestate, vt in hac litera probatur per ordinem, emancipatis autẽ non potest substitui, vt ff eodem, l. 2. § 1. (1) Item est necessarium quartum, quod filij sint instituti vel exhæredati, aliàs nullum esset principale testamentum, vt sup. de exhęred. lib. in princ. & ff. eodem. l. 1 in fin. vnde nec pupillare valeret. vt infra eodem. §. liberis & hæc omnia similiter in nepotibus seruantur, si non sint recasuri in sui patris potestatem, vt ff. eodem. l. 2 § posthumus, aliàs cum sint recasuri, non valet testamentum, cum in eo casu sint, vt eorum testamenta non valeant, etiam si ipsi essent maiores.

Substitutio pupillaris habet 3. necessaria.

¶ Dic, quod sunt octo requisita secundum Bar. in l. 1. ff eodem in 2. quæstio. quem alij sequun. quinque hic posita, & quod non desierint esse in potestate ante mortem testatoris. vt ff. eodem l. cohæredi, §. cum filiæ. Item, quod pater sibi facit testamentum. l. 1. in fi vltimo, quod patris adeatur hæreditas. d. l. ver. adec. ff. eo.]

ADDITIO. (1.) Hic est ratio, quia substitutiones sunt de iure ciuili, secundum quod emancipatus habetur pro extraneo, fallit tamen hoc in milite, vt l. miles ita § exhæredato, ff. de testam. mil. dummodo filius non sit in potestate aui, aliàs secus, l. cum filius. ff. eod. tit.

c ¶ *Ita, vt supra diximus.* scilicet vulgariter. supra tit 1 & hoc idem hic subijcit, vt si heredes &c.

a ¶ *Hoc*

eo amplius, vt si hęredes ei extiterint; & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis hęres, veluti siquis dicat hoc modo,[a] Titius filius meus hæres mihi esto;[b] & si filius[c] meus hæres mihi non erit, siue hæres[d] erit, & prius moriatur; quàm in suam tutelam venerit, † (id est antequã pubes factus sit[e]) tũc Seius hæres esto. Quo casu,[f] siquidem non extiterit hęres filius, tunc substitutus patri fit hæres,[g] si verò extiterit hęres filius, & ante pubertatem decesserit, ipsi filio[h] fit hæres substitutus: Nam moribus[i] institutum est; vt cùm eius ętatis[k] filij sint in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciat.†

¶ *Ad exemplum pupillaris inuenta est exemplaris, qua substituitur mente capto, quo resipiente euanescit. hoc dicit.*

¶ Qua ratione excitati,[l] etiam constitutionem[m] posuimus in nostro Codice, qua prospectum est, vt si qui mentecaptos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cuiuscunq. sexus, vel gradus, liceat eis, & si puberes sint, ad exẽplũ pupillaris substitutionis, certas personas[n] substituere, sin autem

a ¶ *Hoc modo*. hic cautè nota, quòd primo ponit verba institutionis. Secundò substitutionis vulgaris. Tertiò substitutionis pupillaris. Accur.

ADDITIO. Aliqui dicunt, quod omnia sunt verba pupillaris substitutionis, quo etiam nõ hæredi, vt exhæredato, fieri potest, cum hic textus non intendat exẽplificare vulgare. Io. Fab.

b ¶ *Esto*. hæc est institutio tantum.

c ¶ *Et si filius*. Ecce vulgaris.

d ¶ *Siue hæres*. Ecce pupillaris.

e ¶ *Pubes factus sit*. Bene facit, quod exponit, aliàs interdum pro 14. annis, interdum pro 25. annis ponitur hæc oratio, cũ in suam tutelã venerit, ff. de lega. 3. l. cum filio.

† *aliàs desunt hæc verba exposit iua.*

f ¶ *Quo casu*. supradicto.

g ¶ *Patri fit hæres*, & solius patris habeat bona, secundum Azonem.

h ¶ *Ipsi filio*, & nihilominus patri, vt ff. eod. leg. paterfamilias & bona pupilli, vndecunque quæsita sunt, habet, vt ff. eo. leg. sed si plures, §. ad substitutos.

SIL. ¶ Quod dic verum, etiam si substitutus pupillariter sit substitutus in certa re, quia detracta illius mentione admittitur in totum, tex. est sign. in l. cohæredi, §. fi. ff. eo.]

¶ Nisi in duobus casibus, vt in testamento militis, & arrogatoris, vt ff. eo. l. sed si plures §. in arrogato, & §. sed substitutos, in fi.

SIL. i ¶ *Moribus*. aliàs à maioribus, vt C. de impub. & ali. substit. l. humanitatis.

* ¶ Expone verbum moribus. i. consuetudine, seu iure illo, qđ sine scripto, ex auctoritate tamen prudentium venit, introductum est l. 2. §. his legibus, de orig. iu. §. media, inf. de legi. agna. suc. non autem intelligitur de Lacedęmoniorum moribus, vt Accursio alibi visum est, quod latè confutat Alc. in l. 2. ff. eo.

K ¶ *Ætatis*, vt masculi antè 14. ann. fęminæ autem ante 12. ann. ff. de testa. l. qua ætate, & sup. qui test. non possunt, §. cum ergo.

** Adde, quod ita consuetudine per prudẽtium interpretationem institutum fuit, propter vim patrię potestatis, paternique testamenti cum pupillari coniunctione, l. patris & filij, ff eod. non enim videbatur pater facere testamentũ alienę voluntatis, cum lex haberet patrem & filium pro eadem persona, l. vlt. C. de im pub. & quod de pupillo vsque ad pubertatem permittebatur, postea ad furiosos Iustiniani humanitate extensum fuit, l. amplius. C. eo. & infra §. seq. nec hac in re amplius beneficio principis opus est, quòd olim erat, l. ex facto. in prin. ff. eod. vnde subdit Iustin.]

† *Et sicut pater põt facere filio impuberi testamẽtum ita eidẽ põt eligere sepulturã c. de vxore cũ gloss. in ver. definitũ. ext. de sep.*

¶ Qua ratione.

TSL. ¶ *CASVS*. figurari potest hoc modo, quia quis poni non deberet in l. tradente primos terminos. Quęrebat. an substitutio facta puberi mentecapto valeret? & videbat. qđ nõ, quia non vr̃ permitti à l. quòd aliquis alicui possit testm̃ condere, ita quòd substãtia eius ab ipso pendeat, l. captatorias, ff. de hære. inst. Sed cõtrarium dr̃, quòd ad exemplum pupillaris substitutionis inuenta est exemplaris faciẽda mẽte capto, quia qua ratione iura cõcesserunt, quòd pater possit testari pro filio, qui testari prohibeat respectu ætatis, durante ętatis impedimẽto. eadem ratione cõcesserũt, quòd durante impedimẽto impediẽte testãdi facultatem, hoc fieri possit in mẽte capto. Quę no. sunt in hoc tex. clara sunt, collige per te.

l ¶ *Excitati*. s. nos Iusti.

m ¶ *Constitutionem*. C. de impu. & ali. substitu. l. humanitatis.

n ¶ *Certas personas*. Scilicet filios mente captorum si habeant, aliàs fratres mente capti:

† In tantum qđ cæteris exhæredatis, vel ex iusta causa p̃teritis, vnū tantūmodo substituere potest Ang.

pti: † aliàs quoscunque volet, vt in d. l. humanitatis continetur.

¶ Et in hoc discrepat à pupillari: & ratio est: quia pupillaris introducta est, secundum iuris ciuilis rigorem ratione patriç potestatis. quæ durat etiam si extraneos substituat: sed exemplaris fit ex quadam humanitate & pietate, quæ cessat substituendo extraneos. cum furiosus haberet filios: vel fratres, & hæc est ratio Bart. in l. ex facto. ff. eo. col. 7. quæ disputatiuè pariter difficultatem.

SYL.

resipuerint, [a] eandem substitutionem infirmari: † & hoc ad exemplum [b] pupillaris substitutionis, quæ, [c] postquam pupillus adoleuerit, [d] infirmatur.

† Alias subnectitur verbū sancimus.

† Similē & pleniorem glo. habes in c. Rayn. extra de testa.

ADDITIO. Etiam supradictis existentibus, quæ sunt spurij, vel naturales tantum, aut etiam mentem capti. Ang. Are.

a ¶ *Resipuerint*, id est cum compotes mentis, vel sani facti fuerint.

Substitutio vulgaris.

b ¶ *Ad exemplum*, & ita hæc vocatur exemplaris substitutio. Vnde vt plene de his habeas notitiam, † distingue quinque genera substitutionum & quia alia est vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, alia compendiosa. Prima s. vulgaris subdiuiditur: quia alia expressa, vt quæ fit verbis negatiuis: vt, si hæres nō eris, Titius erit hæres, vt sup. prox. Alia tacita, quæ fit verbis affirmatiuis, vt hic, vos inuicem substituo, vt ff. de hær. insti. leg. cum in testamento. §. 1. Item hæc, quisquis erit mihi hæres, sit filio meo impuberi hæres, vt ff. eo. leg. qui liberis. §. hæc verba. Hæc vulgaris adita hæreditate expirat, vt Cod. eo. leg. post aditam.

Substitutio pupillaris.

Secunda autem s. pupillaris similiter subdiuiditur: quia alia expressa, quæ fit verbis affirmatiuis, vt hic si hæres eris, & morieris in pupillari ætate. Titius sit hæres, vt sup. prox. Alia tacita scilicet vt si vulgariter tantum pupillo substituatur, quo casu tacita subintelligitur pupillaris sic & sub pupillari tacita vulgaris intelligitur, vt ff. eo. leg. iam hoc iure. (alias, iam hoc iure) in princ. & Cod. de impub. & alijs subst. leg. quamuis. Et hæc adueniente pubertate expirat, vt in fin. huius. §. Tertia, s. exemplaris, sic ideo dicitur, quia ad exemplum pupillaris substitutionis est inducta, vt hic dicitur. In multis tamen differunt, quia hæc etiam maioribus fit, sed illa tantum impuberibus. Item vsque ad certam ætatem fit pupillaris. s. quattuordecimum annum, vel duodecimum in fœmina, vt in ff. eo. §. masculo, vel etiam minus tempus certum non maius, vt ff. eo. l. si ita quis substituerit & l. in pupillari, at hæc exēplaris in incertum. Item in hac. s. exemplari, certæ personæ substituuntur. vt C. eod. l. humanitatis. in pupillari autem quilibet potest substitui.

Substitutio exemplaris.

SYL.

¶ Item illa fuit introducta moribus hæc l. Item pupillaris non potest fieri naturalibus tantum, hæc sic. Item soli parentes masculi substituunt pupillariter, hic et matres, d. l. humanitatis. Item pupillaris potest fieri exhæredato, hæc non, quare saltem debet habere legitimam, differunt etiam in aditione hæreditatis.

Substitutio breuiloqua alias reciproca.

¶ Quarta autem id est breuiloqua, fit ita; duobus hæredibus institutis, Vos inuicem substituo, & si ambo pupilli sunt, quatuor substitutiones his verbis breuibus comprehenduntur, & appellat lex hanc reciprocam substitutionem, vt ff. eod leg. nam hoc iure, §. primo.

Substitutio cōpendiosa.

† Sic dicta quia ī verborum cōpendio plures substitutiones & tempora comprehendit.

Quinta. s. compendiosa, † fit his verbis aliquo instituto. Quandocumque decesserit, Titium substituo, & si quidem hæc fiat à milite pupillo vel non pupillo, valet iure directo, quādocunque decedat institutus, vt ff. de mil. test. l. miles ita hæredem, §. 1 nisi mater sit in medio: quo casu iure fideicōmissi valet, si pubes iam factus decedat institutus, vt C. eo. l. precib. Si verò paganus siue nō miles faciat eam, valet iure directo, si moritur institutus in ætate pupillari: si verò postea, tūc aut per hæc verba fit. Substituo illum & tūc trahitur ad fideicō. vt ff. ad Treb. l. Scæuola. aut per hæc verba, Te instituo. & si decesseris quandocunque, tibi illum facio hæredē. & hæc non valet, vt ff. eod. l. verbis ciuilibus.

¶ Materia huius glo. excedit vires additionis. & modum, & etiam captum iuuenum, ideò pertranseo.

** Adde, q̄ compendiosa ita diffinitur, est quædam substitutionum adiectio, quæ sub mortis, vel alia conditione, plura cōprehendit tempora dr̄ aute adiectio, quia vulgari, vel pupillari, vel militari, vel precariæ, seu fideicōmissariç qualitatem compendij adijcit, quo plura tēpora. i. plures casus substitutionum complectitur, complectitur. n. ante aditam hæreditatem vulgarem, post aditam vsque ad pubertatem pupillarem, deinde ab ab hoc tempore militarem, vel precariam. *SYL.*

c ¶ *Quæ*, scilicet pupillaris.

d ¶ *Adoleuerit*. Item finitur arrogatione impuberis, vt ff. de adoptio. l. nec ei, in fi. (1) Item si patris non fuit hæreditas adita, vt ff. eod. l. sed si plures, § si ex asse.

¶ Intellige, nisi substitutus veniat per edictū, si quis omi. ca. testam. vt ibi, vel nisi existentia sui hæredis confirmet tabulas pupillares. l. filius qui patri ff. eod.

¶ Item si nascitur posthumus testatori, vt ff. eod. l. si pater filium.

¶ Dic hoc verum olim, hodie secus, auth. ex causa C. de lib præte.] *SYL.*

¶ Item per secundum testamentum, quod tamen valeat, vt ff eod l. si quis eum. §. fina. Item si testamentum paternum rumpatur per querelam in totum, aliud si pro parte, vt ff. eo. l. in substitutione, & de inoff. testam.

l. Pa-

l. Papinianus, §. sed nec impuberis. sed contra tabul. bonc. pos. mota non facit pupillarem substitutionē cessare, quia ibi nō quęritur de viribus testamēti, vt ff. eo. l. ex duobus § fi. & de inof. testa. l. filius, §. 1. l. hæc scriptura. & ff. de bonorum possessio. secūdum tab. l. si ita scriptum, §. fi. & l. vt bonorum.

¶ Dic clarius, quod dicitur vnum respectu vnius testatoris, vnius solennitatis, & validitatis, & iuris accrescendi. l. qui patri, ff. de acquiren. hæredita. dicuntur autem duo respectu hæreditatum, & quia duobus prouidetur, & quia possunt diuersimodè repudiari & quia duobus temporib. cōfici possunt. l. si quis eum, §. fina. ff. eodem, est tamen re vera vnum, quia alias cōcurrerent, tres fictiones, quod factum à patre censeatur factum à filio. Item, quod impubes posset testari. Tertia, quòd factum ante mortem censeretur factum post mortem. SYL.

¶ Itē si testamentum patris fiat irritū. l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniu. rup. Item si substitutus tempore mortis sit incapax, leg. si is qui hæres. ff. de hære. Insti. Item, si ante mortem patris fuit emancipatus, leg. cohæredi, §. cum filiæ, ff. eodē. Item, si daretur filius pupilli ante pubertatē, quod videtur impossibile finiretur. l. ex facto. in princip. ff. eodem.]

ADDITIO.

(1.) Et est ratio, quia tunc impeditur arrogatus non solum ex defectu ætatis testari, sed ex alio defectu, quia est subiectus alterius potestati, cui per dationem pupillaris substituti non potuit prouideri. secundum Christ. Por.

¶ Substitutio pupillaris habetur pro duobus testamentis, patris & filij. h. d.

¶ Igitur in pupillari substitutione secundum præfatum modum [a] ordinata, duo [b] quodammodo sunt testamenta, alterum patris, alterum filij; tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset, aut certè vnum testamentum est duarum causarum, id est, duarum hæreditatum.

¶ Pupillaris substitutio separatim à testamento paterno facta; & in eo etiam, valet. hoc dicit.

¶ Sin autem quis ita formidolosus [c] sit, vt timeat, ne filius suus pupillus adhuc, ex eo, quod palam substitutum acceperit; post obitum eius periculo insidiarū subiaceat: [d] vulgarē quidem substitutionem [e] palam facere, & in primis testamenti partibus ordinare debet, illam autem substitutionem, per quā, si hęres extiterit pupillus, & intra pu-

SYL. ¶ Igitur in pupillari. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an substitutio pupillaris faceret censeri vnū vel duplex testamentum, & videbatur quod vnum, quia cum filius in virtute propriæ personæ non possit testari, non videtur posse etiam per alium. Cuius cōtrarium dr. non quod pater testet nomine filij, quia hoc non posset ex ratione opposita, sed pater dr testari nomine proprio in virtute potestatis à l. tributæ, & ideò dr potius vnū testm̄ duarum hæreditatum, quamuis cōsideratis hæreditatibus possint dici duo testamenta, ex quo talis substitutio trahitur ad bona pupilli. Not. quod dictio, quodammodo, denotat impropriietatem. Item, q hæreditas accipitur pro causa. s. materiali testamenti. Nota etiam, quod substitutio pupillaris dicitur quasi testamentum patris & filij.]

a ¶ *Præfatum modum*, vt sup. in princ.

b ¶ *Duo*. No. quòd duo dicūtur quo ad quid, quia duobus fit, nam instituitur hæres duobus patri scilicet & filio.

Item duarū hæreditatum, vnum verò dicitur, quia ab vno factū, & facit ad hoc, ff. eo. l. patris, & filij, & ff. de condi. & demonstra.

¶ Sin autem quis. ¶ *CASVS*. Quærebatur primo an substitutio pupillaris potest fieri diuerso tempore, & diuersa scriptura à testamento paterno, & videbatur, quod non, quia cum re vera sit vnicum testamentum, debet fieri vno contextu, & vna solennitate, leg. hæredes palam, ff. de testa. sed contrarium dicitur, quià id, quod dicitur in d. l. hæredes palam habet locum, quando est vnum testamentum omni respectu, secus si diuersis respectibus, nam tunc diuerso tempore fieri potest, vt in hoc casu.

Secundo dubitabatur, an si eodem contextu fiat, valeat, & poterat esse dubitatio ex eo, quia sic videbantur quasi parari insidiæ pupillo, contrarium deciditur, quia l. non præsumit hoc in eo, qui per patrem substituitur.

Not. summarium.

c ¶ *Formidolosus*. i. dolosus multi formiter vel. i. timidus & meticulosus.

d ¶ *Subiaceat*. quibus insidijs eū subiaceret substitutus, vt haberet eius hæreditatem, vt fecit Zacharelius.

e ¶ *Substitutionem*. scilicet cum ipsa institutione. nam hic est ordo, vt primo institutio. secūdo vulgaris substitutio, tertio pupillaris

fiat

bertatem decesserit, substitutus vocatur,[a] separatim in inferioribus partibus scribere[b] † debet, eāque partem proprio lino,[c] propriaq. cera cōsignare, & in priore parte testamenti cauere,[d] ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere aperiantur.

¶ Illud palam est, nō ideo minus[e] valere substitutionem impuberis filij, quod in eisdem tabulis[f] scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituisset, quamuis pupillo hoc periculosum sit.

¶ *Pupillaris fit etiam exhæredatis, & in ea veniunt omnia bona pupilli, & habet locū in posthumis h.d.*

¶ Non solum autem hæredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, vt si hæredes eis extiterint, & ante pubertatē mortui fuerint, sit eis hęres is, quem ipsi voluerint, sed etiam exhæredatis.[g] Itaque eo casu,[h] si quid exhęredato pupillo ex hæreditatibus, legatisve, aut donationibus propinquorum † atque amicorum acquisitū fuerit,[i] id omne[k] ad substitutum pertinebit.

¶ Quecunque diximus de substitutione impuberū liberorū,

fiat, vt supra eodem tit. in princip.

a ¶ *Vocatur*. quæ est pupillaris.

b ¶ *Scribere*. Vel etiam alia charta, quia & hoc fieri potest, vt ff. eod. l. patris & filij.

** Ex hoc tex colligi potest, vnde substitutionis verbum fluxerit. nam solebāt testatores primo hæredis nomen scribere, §. ante infr. de legā. deinde alios subtus statuere, id est, quod Sueto. ait, in ima cera & Impe hic, in inferioribus partibus.

c ¶ *Proprio lino*. Linum appellat ipsam chordulam, quæ fit de lino vt videmus fieri in literis domini papæ. in quibus chordulis testamēti apponebantur 7. sigilla de cera. Et ideo dicit proprio lino, quia si alieno, vēdicaret dominus, † & ita aperiretur, & consiliū legis, nullum esset. Vel dic proprio, id est, separato ab alijs partibus testamenti. Sed nonne magis insidiabitur substitutus, cum tantam constitutionem id est ordinationem videat, & propter se? Respon. hoc ignorabit, an propter alium facta fuerit illa ordinatio. Accur.

ADDITIO. Nec ideo inualidabitur istud consilium, quia sub expressa vulgari tacita pupillaris contineatur, quia illud verum nisi de mēte tacita vel expressa testantis cōtrarium appareat vt hic & l. iā hoc iure, ff. eod.

d ¶ *Cauere*. Idem est, & si hoc non caueat, dum tamen separatim signet.

e ¶ *Non ideo minus*. quasi dicat, diximus, quod si caute fieri potest, sed si nō ita fecerit, numquid valet ideo minus? Respon. non ideo minus &c. vt hic dicit.

f ¶ *Tabulis*. s. apertis.

¶ Non solum autem. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an exhæredato posset substitui pupillariter, & videbatur, quod non, quia cū substitutio pupillaris introducta sit intuitu cuiusdam pietatis, & humanitatis in patre, vt scilicet filio testamentū facere possit eo tēpore, quo propter ætatem impeditur testari, exhęredatio huic pietati aduersari videbatur. l. Titia, l. 2. ff. de inoffi. test. Nō videbatur igitur patri cō cedendum testamentum facere pupillo, quem ita odio prosequebatur vt à paterna hæreditate, excluderetur. videbatur enim tunc cessare fides illa, in qua I confidit. Sed contrariū deciditur, quia quamuis negauerit hæreditatem propriam, non tamē hoc debet denegari aliud beneficium ex alio capite competens cum inconuenientia non sint multiplicanda. l. 1. §. 1. ff eod. No. exhæredatis substitui posse. Item quod in pupillari veniunt omnia bona pupilli. Itē, quod substitui potest non tantum iam natis, sed posthumis.

g ¶ *Exhæredatis*. s. substituere possunt.

* ¶ Scilicet pupillariter. nam per fideicommissum non possunt. Et ratio differentiæ est, quia per pupillarem substitutionē prospicitur pupillo, ne intestatus decedat, §. igitur, sup. eo. at per fideicommissum oneraretur à patre, cum autem sit onus, non potest ei imponi, cum nihil relinquitur, secundum Dyn. quem refert & sequitur Barto. in l. 1 §. penult. ff. eod.

h ¶ *Eo casu*. Scilicet, quando exhæredato substituitur.

i ¶ *Fuerit*. Vt quia gratiosus erat hic pupillus, sic vt ei donaretur, vel legaretur.

K ¶ *Id omne*. Immo videtur, quod tantum in eis bonis valet substitutio, quæ à patre peruenerunt ad filium exhæredatum, vt ff. de milita. testamen. l. miles §. exhæredato, quæ est huic contraria. Sol. ibi miles emancipa-

to

† *alias non est debet.*

† *Doctores cōtra propter publicā vtilitatē ad similitudinē signi insulti, vt per Ioā. Fab. & Angel. hic.*

STL.

vel hęredum institutorum, [a] vel exhęredatorum, [b] eadem etiam de posthumis intelligimus.

¶ *Non potest pater pupillo suo substituere pupillariter, nisi sibi faciat testamentum, & si non valet testamentum patris, non valet etiam dicta substitutio. Ang.*

¶ Liberis autem † suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi [c] faciat, [d] nam pupillare testamentum pars, [e] & sequela est paterni testamenti, adeò vt si patris testamentum non valeat, [f] nec filij quidem valebit.

¶ *Pupillaris substitutio potest fieri singulis pupillis, vel ei, qui vltimus morietur. Ang.*

to substituebat, quod in alio, scilicet pagano, non toleratur, vt inf. eo. § extraneo, & ideò cum vnum pro eo inducitur, scilicet, quòd potest substituere emancipato, & aliud contra eum inducitur, scilicet quod non potest substituere emancipato, nisi in ijs bonis, quę sibi dedit, vt arg. ff. de iureiu. l. cum qui in princ.

STL. ¶ Pro solu. vide Christoph. hic, quia Ang. non bene intelligit.

¶ Ad substitutum. Qui substitutus nullo potest grauari legato, etiam in ea re, quæ pupillo fuit relicta, vt C. de leg. l. cum quidam. sed ipse exhęredatus sic in re sibi relicta, vt ff. eodem. leg. cohæredi, §. cum filiæ, in fin §. (i) Et not. hunc. §. non posse hodie habere locum, nisi talis sit impubes, qui possit esse ingratus, vt proximus pubertati, vt not. sup. quib. mod. tut. fin. §. item finitur, vers. item si in seruitutem, aliàs non potest exhęredari, vt C. de inoffi. testam. l. si quis in suo, §. legis.

† Facit ad hunc §. c. in nostra in glo. 1. in fi. ext. de sepul.

ADDITIO. Et est ratio diuersitatis, quia substitutio exhæredati est simpliciter testamentum filij, ita quod non patris, à quo nullam quotam hæreditatis accipit, & ideo in alieno testamento legare nõ potest, secus si ex eadem voluntate quotã hæreditatis haberet substitutus, & substitutioni locus esse posset, vt hic Ang.

a ¶ *Institutorum*, vt sup. eo. in princ. vsque ad proximum §.

b ¶ *Exhæredatorum*. vt sup proximo. §.

* ¶ Ratio est, quia pupillaris substitutio instituta fuit fauore liberorum impuberum: vt sup. eo tit. in princ. vers. nam moribus &c. posthumi autem habentur pro natis, cum de eorum commodo agitur, l. quod dicimus de verb signif

¶ Liber. ¶ *CASVS*. Quæsitum fuit, an substitutio pupillaris posset fieri, quamuis testamentum paternum factum non sit. videtur quòd sic, quia ex quo potest fieri separatim, vt dictum est sup, videtur, quod possit fieri etiam absque eo, quod fiat testamentum paternum, contrarium tamen deciditur, & assignatur ratio in tex quia substitutio pupillaris est pars, & sequela testamenti paterni, ideò non potest stare sine eo. Not. summa. Item, ꝙ nullitas testamẽti paterni influit in nullitatem tabularum pupillarium.

c ¶ *Et sibi*. Hic nota, ꝙ si filium exhæredat, cui substituit, prius sibi, deinde debet facere filio testamentum. Si autem eum instituat, tunc vel ante, vel post, valet institutio, vel substitutio, vt ff. eodẽ. l. 2. §. prius, & §. sed siquis, & § sed & si, & §. fi.

¶ Hanc gl. seq. Bar. Ang Alb. & Sal. in d. §. prius. tamẽ cõmuniter damnatur, quia nõ potest reddi bona ratio diuersitatis, q̃uis Barto. assignet coloratã, quæ tamen damnatur. STL.

d ¶ *Faciat*. hoc fallit in milite, qui potest substituere pupillo, licet non instituat sibi aliquem hæredem, vt ff. de vulg. & pupil. subst. l. 2. §. quisquis.

e ¶ *Pars*. sic, ff. quemadmodum testam. aper. l. penult.

f ¶ *Non valet*. scilicet à principio, vt quia filius fuit pręteritus, vt ff eo. l. si quis eũ, in fi. l. Vel aliàs, scilicet nõ valet testamẽtũ à principio, cũ multi sint modi, quibus testamentũ non valet, vt ff. de iniu. rup. testa. leg. 1. Idem etiã, si ex post facto rũpatur in totũ, scilicet testamentũ patris, secus si pro parte tm̃, quia tunc substitutio remanet, vt ff. eo. l. In substitutione, & ff. de inoffi. test. l. Papinianus, §. sed nec. Itẽ hęc sunt vera si iure ciuili expugnetur testamẽtũ, aliter aũt, si iure prætorio, ut si per cõtra tabulas expugnetur testamentũ, q̃a remanet substitutio, vt ff. eo. l. ex duobus in fi. & l. seq. quæ huic l. contrariæ sunt.

¶ Ratio est, quia vltimo casu testamentum de iure ciuili valet, ideo sustinetur substitutio pupillaris. STL.

¶ Sed certè aliud est, cum expugnatur iure ciuili, vt hic, aliud cum iure prætorio, vt ibi. nam prætor non potest facere esse, nec desinere hæredem, inf. de bon. poss. §. quos autem.

** Receptior est sententia, hodie si testm̃ ex causa pręteritionis nullius sit momenti, pupillarẽ substitutionẽ ipsi instituto factã cõseruari, auth. ex causa. C. de lib. præt. ꝙ tamẽ quibusdã casibus non procedit, vt cum pater nesciens se alium habere filium, illum præterijsset, vel filio impuberi instituto datus esset extraneus substitutus. Idem, si contra tab. bo. pos. impetrata sit, d. l. ex duobus, §. fi. quia prætor non potest facere, quin adhuc institutus iure ciuili hæres sit, d. §. quos aũt,

at secus,

at secus, si testamentũ ex querela veluti inofficiosum expugnatum sit.d.§. sed nec impuberis. ad causam enim intestati omnia tunc rediguntur.] Item no. hic quod de alienis rebus quis testatur, vt pater de bonis filij sic & alia, ff. d. don. inter vir. & vxor. l. cum hic §. si miles, & ff. de iniu. rup. testa. l. si. qs filio §. sed & si quis fuerit. Est & alius casus secundum quosdam, vt C. de secun. nup. l. fœminæ, §. fi. Sed de iure cõmuni aliter est vt ff. de test. l. l. eius qui. §. 1. & de codicil. l. conficiũtur, §. si post.

STL.

¶ Vel singulis. Casum nõ expedit figurare in tam aperta regula. Nota summarium. Item, quod substituendo vltimo videtur mens testatoris esse conseruare ius legitimarum hæreditatum.

¶ Vel singulis [a] liberis, vel ei, qui eorum nouissimus [b] impubes morietur, substitui [c] potest, singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit, nouissimo, si ius legitimarum hereditatum integrum inter eos custodiri velit.

¶ Substitutio pupillaris, potest fieri nominatim, aut generaliter, quo casu vocantur scripti hæredes pro rata institutionis. hoc dicit.

¶ Substituitur autem impuberi, aut nominatim, [d] veluti, † Titius aut generaliter, vt. Quisquis mihi hæres erit. [e] Quibus [f] verbis vocantur ex substitutione, impubere mortuo filio, illi, qui † & scripti sunt hæredes, [g] & extiterunt, [h] & pro qua parte [i] hæredes facti sunt.

† *aliàs Titius hæres esto.*

† *Qui et scripti hæredes extiterunt.*

STL.

† *Etiam vnica oratione, q. facit, vt si filiab. legentur centũ p qualibet, q̃uis verbis sint coniuncta non tamen habeant ius accrescẽdi, vt l. huiusmodi §. quib ita*

STL. ff. de l. 1. Ang.

a ¶ *Vel singulis.* Potest enim esse, quod quis habeat plures filios, & omnes impuberes si cuilibet substituere vult, † poterit, sin autem vltimo loco morienti, & hoc potest, vt hic, & ff. eo. l. vel singulis, & hoc casu, vno moriente, defertur sua portio iure legitimo. ſ. p l. 12. tabul. ad fratres, vt hic, & inf. de legi. ag. suc. §. 1. Sed certè ex eo, quod tantum vltimo morienti substituit, videtur eos inuicem substituisse vsque ad vltimũ, & ita iure substitutionis magis, quã legitimo inter eos succedi videtur, vt ff. de lega. 2. l. Titia Seio, §. Seia. in fi. quę est huic cõtra. Sed certè ibi dixit plus scilicet, quòd non alienarent, quod testator eis admittebat, & ex hoc ibi dicitur iure substitutionis succedere, non quia vltimo tantum substituit, vt ff de leg. 3. l. is qui. in fi. ¶ Dic, quòd communis solu. est, quia sic simpliciter est facta substitutio, ibi in toto, secundum Bart. in d. l. vel singulis. vbi communiter approbatur.]

* ¶ Non enim posset tota hęreditas per eũ, qui vltimus moriatur, restitui, nisi ad eum peruenerit, peruenisse autem non potuit, nisi inuicẽ factã substitutionẽ ponamus.]

b ¶ *Nouissimus*, idest vltimus, puta his verbis, Qui ex liberis meis impubes vltimus morietur, ei Titius hæres esto.

** ¶ idem, si duobus impuberibus instituis, his verbis substituat. Si vterque impubes decesserit. l. cum quidam, C. eod.]

c ¶ *Substitui*. scilicet pupillariter.

¶ Substituitur. ¶ *CASVS*. in nouissima regula non figuratur nisi literaliter, cuius ratio est libertas vltimarum voluntatum. ideò autem admittũtur pro rata, quia cũ non designentur portiones, & certum est illum voluisse habere portionem, debet pręsumi eum, ita dilexisse in substitutione; sicut dilexerat in institutione. No. summa.

STL.

d ¶ *Substituitur. Nominatim.* sic sup. de exhæred. lib. § nominatim.

e ¶ *Hæres erit.* Subaudi, fit hæres filio meo.

f ¶ *Quibus.* scilicet genera. lib. verbis.

g ¶ *Hæredes.* scilicet patris.

h ¶ *Extiterunt*, scilicet ipsimet hæredes. nam secus si alijs quærant, vt puta patri vel domino. nam tales scilicet pater, & dominus, qui sunt hæredes per filium, vel per seruum, ex his verbis generalibus non admittuntur ex substitutione idem dicas de hærede hæredis, vt hæc notantur, ff. eo. l cum filio, & l. qui liberis. §. hęc verba, & l. sequen.

*¶ Rationem vide in d. l. qui liberis, ff. eod. & in l. sciendum. de verb. sign. vbi Alcia. eã doctissimè explicat]

i ¶ *Pro qua parte.* prout enim dilexit testator eos, instituit æqualiter, vel inęqualiter, sic in substitutione præsumitur, vt hic, & ff. eo. l. si pater, & sup. tit. 1. §. & si ex disparibus.

*¶ Animaduertendum est, q text. noster dicit substitutos succedere p qua parte hęredes facti sunt, non, pro qua hæredes scripti sunt. fieri non potest, vt maiorem habeant ex hæreditate testatoris portionem, quã ex qua scripti fuerũt, veluti si portio alicuius cohæredis repudiãtis eis accreuerit. in diuisione itaque hæreditatis pupilli hôc casu habetus ratio tam acquisitarum portionum, quã scriptarum l. si in testamento, ff. eod.]

STL.

¶ Masculo. ¶ *CASVS*. hic etiam non figurabitur, cũ notissima sit regula inducta cessante ratione finali introductionis ipsius pupillaris substitutionis, quia cum ideò introducta sit, vt suppleatur per parrem defectus ætatis filiorum, profectò adueniente ętate, qua sibi possunt testãdo puidere. debet cessare dispositio ex causa pterita introducta.

l. Titia,

¶ *Pupillaris substitutio expirat adueniente pubertate.*

¶ Masculo igitur vsque ad 14. annos [a] substitui potest, fęminæ vsque ad 12. annos, & si hoc tempus excesserint, substitutio [b] euanescit.†

¶ *Extraneo, vel filio puberi, non potest fieri substitutio directa post aditā hæreditatē, sed solum per fideicōmissum potest grauari de hæreditate alteri restituēda in totum, vel in partem. Aret.*

¶ Extraneo verò,]vel filio puberi hæredi īstituto, ita substituere † nemo potest, † vt si hęres extiterit, & intra aliqđ tēpus decesserit, alius ei sit hęres sed hoc solū permissum est, vt eū per fideicommissum [c] testator obliget [d] alij hęreditatē eius, vel totam, vel pro parte restituere, quod iusquale sit, suo loco trademus. [e]

¶ *Quibus modis testamenta infirmentur.*

¶ *Testamentū valet, donec rumpatur, aut irritum fiat, rūpitur autem agnatione filij adoptati, vel arrogati hoc dicit.*

l. Titia, §. vsuras, ff. de leg. 2. Not. quando expitet substitutio in masculo, & fęmina.

2 ¶ *Vsque ad quatuordecim annos.* scilicet cōpletos, nam pupilli esse desinūt, vt sup. quib. mod. tu. fi. in princ. sed inf. hos annos potest substitui, vt ff. eo l si ita quis & l. qui plures.

b ¶ *Substitutio.* scilicet directa, si tamē aliqua verba inueniātur fidei commissi in testamento iure fideicommissi valebit, vt C. de fideicō l. si frater tuus.

SYL. ¶ Extraneo.

† *Conc. c. Rayn. in gl. super verb. liberis, tamē med. sibi, pupillaris est extr. de test.*

¶ *CASVS.* Figuratio nō est necessaria, est regula notissima in materia substitutionū, ꝙ post aditam directò à pagano non substituitur, cuius ratio in promptu est, quia cum semel factus sit hæres, nō potest desinere postea esse hæres, sicuti non potest ex die, vel ad diē hæres quis institui, quod tā concessum est per fideicommissum, vt dicetur, inf. de fidei com. hær. No. summarium.

† *Nō tamen inutilis erit huiusmōi substitutio cū tacitā vulgarem cōtineat, secundum Bart. in l.1 col fi. ff. eod.*

c ¶ *Per fideicommissum.* quod semper fecisse videtur, cum dicit: Si filius meus quādocunque decesserit, substituto ei Vitalē, quia verbum, substituo, cum sit generale verbum, & ad directam, & ad fideicommissariā substitutionē possit trahi, ad id restringetur, quod est rei aptius, idest ad fideicommissum, quia directa non habet locum, quandocunq; decedit, & ꝓbatur hoc. C. de impu. & alijs substi. l precibus, § si vero substitutio (i) & ff. de vulga. subst. l. cohæredi, §. cum filiæ, & ff. de legi. & senatuscon. l. in ambigua. fortè idem si dicat, Vitalis hæres esto, nam trahitur ad fideicommissariam, quia de hæreditate restituenda rogasse videtur, vt ff ad Trebell. l. ex facto. 1. respon. & l Scæuola. Sed contra est, vt no. sup. in distinctione.

Substituo est verbum generale *

† *Nisi sit miles, ℏ cēturio, et ibi no. ff. eod.*

SYL. ¶ Dic, quod verbum hæres esto, est verbum directum, quod non obliquatur, vt dicit glo. & tradit Bartol. in l. centurio. colum. fina. ff. eodem.]

** Adde, verba directa, seu ciuilia dici, quæ sui natura ius, siue vniuersale, siue particulare in aliquem à testatore continentèr trāsferunt, nec ministeriū hominis requirunt, sed ipso iure effectum habent, qualia sunt hæres esto, accipiat, accrescat, moriatur ei, & similia, c. si pater. de test. in 6. vbi doc. Inflexa verò, seu obliqua vel precaria, q̄ ministerio hominis indigēt, veluti, restitutas quod verbum propriè pertinet ad fideicōmissa. l. cohęredi, §. cū filiæ, ff. eo. tit. Illud tamē admonemus nullum adeò directū verbum esse, quin fiat precarium, seu obliquum, si ita à testatore conceptum sit vt indigeat hominis ministerio, quod eleganter Bal. cēsuit. l. fin. colu. penul. C. de sacrosan. eccles. facit l. filiofa. §. vt quis. delegar. 1. & l. Lucius, §. fin. de leg. 3. Obserua præterea, quod vbi substitutio potest valere iure directo, non trahitur ad fideicommissum. d. c. si pater, & gl in l. verbis, ff. eo.

ADDITIO. (i) Not. ꝙ substitutio compendiosa facta verbis communibus valet omni tempore vt fideicom. & idem tenuit glos. in d. l. precibus, & est cōis opi. licet aliquid dixerint, ꝙ intra tēpora valeat iure direc. post tēpora verò iure fidei. dicatis, vt ibi Christop.

d ¶ *Obliget.* rogando eum per fideicomm. vt restituar.

e ¶ *Trademus.* vt inf. de fideicomm. hæred. per totum.

* ¶ Adde multum interesse, an quis substituatur directò, an per fideicommissum, nam priore casu succeditur in totum, posteriore, detracto quadrantes ex S.C Trebelliano.]

¶ *Quibus modis testamenta infirmentur.*

¶ Vsque nunc qualiter firmentur testamenta, nunc qualiter infirmentur, nam nihil est adeò firmum, quod non rumpatur, vt in Authent. de nup. §. nuptias. coll. 4. *Cōtinuatio.*

Testamentum. ¶ Totus iste titu. diuiditur in quinque partes. *Diuisio.*

Primò ponit, qualiter testamentum tollatur agnatione sui hæredis nouiter adoptati. Secundò, qualiter per secundum testamentum tollatur primum. Tertiò, qualiter testamentum irritetur capitis diminutione testantis. Quartò an voluntas solennis possit tolli nuda voluntate testantis. Vltimò, quòd etiā Imperator nō capit ex testamento imperfecto. Secunda ibi, in §. Posteriore. Tertia ibi. alio quoque. Quarta ibi, Ex eo autē. Quinta ibi, Eadē oratione. Ater.

TEstamentum iure factum vsque eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat. Rumpitur autem testamentum, cum in eodem statu † manēte testatore, ipsius testamenti † ius vitiatur. Si quis enim post factum testamētum adoptauerit [a] sibi filium per Imperatorem, eum, qui est sui iuris, aut per Prætorem (secundum nostram cōstitutionē [b]) eum, qui in potestate parentis fuerit; testamentum eius rumpitur, [c] quasi agnatione [d] sui hæredis.

* † Aliq. malunt legere, nō manente, sed decipiuntur de hoc. n agitur in §. alio. infr. eo. SYL. † alias vis.

¶ CASVS. in d. §. diffiniente, & procedente tradendo regulam, nō est figurandus, poterat tamen dubitari, quod cum testamentū iure factum esset, non posset tolli nisi saltem contraria expressa voluntate, & solenni, per reg. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Cuius contrarium dicitur, ꝙ rūpitur testamentum agnatione filij adoptati, vel arrogati. cuius ratio est, ꝙ cum à l. ciuili aquiparentur filijs legitimis, & naturalibus, & agnatione filij posthumi testamentum rumpatur, quia de eo nulla est facta mentio, & tamen ad validitatem testamenti debet institui, aut exhæredari, ita rumpitur in casu isto. Not. testamentum nullum rumpi non posse, quia priuatio præsupponit habitum. Item, quod solenne testamentum potest rumpi, & irritari. Item, quod tunc rumpitur, quando manente testatore in eo statu, ius testamenti vitiatur. Item, quod arrogatione filij rumpitur. Item, quod dictio quasi, est nota improprietatis.]

a ¶ *Adoptauerit*, idest arrogauerit.

* ¶ Idem, si legitimauerit filium, Dec. cons. 52. in princ. & Iul. Cla. de test. q. 84.

b ¶ *Constitutionem*. Puta auus est, qui adoptat, vt C. de adopt. l. cum in adoptiuis, & sup. de adop. §. sed hodie.

c ¶ *Rumpitur*. si autem prius eum instituisset, non rumperetur, licet postea arrogetur, vt ff de libe. & posth. l. filio. §. fi.

SYL. ¶ Ratio est, quia iam reperitur institutus, & cum testamentum sortiatur effectum secundum tempus mortis, illo tempore reperitur institutus, quo solet esse causa rupturæ. Si autem fuit exhæredatus filius emancipatus, & postea arrogetur, tunc non rumpitur, aut extraneus, qui postea arrogatur, & tunc rumpitur, vt ff. de contra tab. l. non putauit, §. si quis emancipatum.

Extraneum autem, nepotem accipe, qui non est suus hæres, cum alius eum præcedat † alias frustra tunc exhæredaretur, vt ff. de verb. oblig. l. quidam cum filium, & deli-

† Et intellige,

bet. & posthum. l. si quis posthumos, §. si filium.

ADDITIO. Et hæc vera, quando ante testamentum fuit facta exhæredatio, quid autem si in eodem, vel in vno testamēto instituatur, in alio postea simpliciter exhæredetur, aut si post ius quæsitum exhæredatio conferatur, vide Angelum hic.

d ¶ *Quasi agnatione*. Idest, sicut natiuitate alicuius posthumi, nam tūc certum est rumpi, vt ff. de iniust. rup. testamen. l. 1. in fin. & l. 3. in princip. & l. certum (1) Et hoc in masculi testamento, secus in testamento feminæ, vt ff. de liber. & posthum. l. Gallus, §. nunc de lege Velleia. in fi. §. & est ratio. quia præteritio matris habetur pro exhæredatione, vt sup. de exhær. lib. §. fin. sed de inoffic. testam. agit talis posthumus, vt Cod. de inoffic. testam. l. 3.

** Adde, quod ait glo. de posthumo, non habere locum in posthumo nepote concepto, & nato post mortem testatoris, quia is non rumpit testamentum, l. si quis filio. in princ. vbi Bart. de iniust. rup. te. & idem Bart. in l. nam ad ea de legi.]

ADDITIO. (1) Testamentum tamen ritè factum posteà per ingressum monasterij nō irritatur, sed regulatur secundum authen. si qua mulier, C. de sacrosanct. eccle. dic. vt per Ang. hic.

extraneū extraneitate, quā filius emācipatus est, et sic non ineptè exhæredatur imò lex consuluit, vt §. posthumorum supra de exhær. li. & ita bene sequitur ī gl. alias frustra, &c. Io. Fab.

¶ Posteriore.

¶ CASVS. Tritissima regula est in materia vltimarum voluntatum, posteriore testamento primum rumpi. Hoc tamen dubitandi materiam in text. nostro faciebat, quia videbatur ex voluntate testamentum pendere, ita quod quoquo modo constaret de noua voluntate contraria, primum testamentum videbatur rumpi, quia iam liquidò apparebat à priori voluntate recessisse, sed contrarium dicitur, quod necesse est secundum testamentum iure factum esse, vt primum tollatur, quod enim solenniter factum est, eodem modo dissolui debet. l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur. nisi concurrat longum tempus cum voluntate minus solenni, quia tunc cursus temporis facit præsumi obliuionem prioris voluntatis, l. sancimus, C. de test. SYL.

Not. testamentum primum tolli ipso iure per secundum perfectum.

Item, quod est necesse, quod ex secundo possit adiri hæreditas, licet effectualiter non adeatur.

Item, quod tollitur, dato, quod in secundo

fit

¶ *Posteriore testamẽto, etiam quod ex eo hæreditas non adeatur, primum rumpitur, hoc dicit.*

†Posteriore quoque testamento, † quod iure perfectum est, superius rumpitur,[a] nec interest, extiterit aliquis hæres ex eo,[b] an non; hoc enim solum spectatur an aliquo casu existere potuerit.[c] Ideoque si quis[d] aut noluerit hæres esse, aut viuo testatore, aut post mortẽ eius ante quam hereditatem†adierit, decesserit:[e] aut†conditione, sub qua heres institutus est, † defectus sit, in his casibus paterfamilias intestatus moritur. Nam & prius testamentũ non valet ruptum à posteriore, & posterius æquè nullas habet vires, cum ex eo nemo hæres extiterit.

¶ *Primum testamentum iure perfectũ tollitur per secundũ perfectum, etiam si in eo sit in re certa hæres institutus, nisi in secundo asseruerit se velle valere primum, quo casu institutus in re certa, omnia per fideicommissum restituit. Ang.*

fit in stitutus hæres sub cõditione, quæ etiã defecerit.]

a ¶ *Rumpitur*. hoc est verum secundum quosdam, quando secundum non concordat cum primo, & aliàs durat primum, vt C. de test. l. sãcim 9. Sed certe hoc fiare nõ potest, nam si valet secundũ non valet primum, cum idem non possit duo testamenta facere cum ex secundo tantum adeatur hereditas. (i) Econtra in sententia, nam valet prima, non secunda ab eodem, & super eodem lata, vt ff. de re iudic. l. Iudex.

¶ Ratio est, quia lata sententia expirat officiũ quodammodo iudicis, qui functus est officio suo, in testamẽto verò voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.]

ADDITIO.

(i) Hoc verum vbi fiunt ex interuallo, aliàs in eodem contextu, & coram eisdem testibus possent duo originalia confici. Io. Fab.

* ¶ Adde, quod posterius testamentũ etiam minus legitimè factum, tollit primum, quando in posteriore testamento sunt instituti hæredes qui ab intestato venire possunt. l. 2. ff. de iniu. rup. & no. Bar. in l. omnes. col. 13. in princ. ff de iu. & iu.]

? ¶ Item intellige hũc §. procedere in testamentis paganorum. aliud enim est in milite qui potest relinquere duo testamẽta æquè valida, l. quærebatur, ff de testam. mili. Sed quid iuris, si producantur duo testamenta eodem die cõfecta, nec appareat vtrũ prius factum sit? Resp. neutra valere propter incertitudinem, glos. ver. missus, l. si. C. de edicti Adr. tol. Clar. de test. ad fin.

b ¶ *Ex eo*. s. posteriore testamento.

c ¶ *Existere potuerit*. Not. non considerari, q est, sed q esse põt, vt hic, & ff. de hær. inst. l. pater filio, & ff de iniust. rup. test. l. cũ in secundo in princ. & §. in futurum. Sed contra, ff. de lib. & posth. l. si filius. (i) Solu. ibi secũdum testm̃ non valuit etiam in principio. hic autem valuit, licet ex eo nõ adeatur hereditas. Item nota, q id, quod valet plus, rũpitur per id, q minus valet, sic, ff de adimen. leg. l. legatum sub conditione. §. 1. Arg. con. ff de rescindẽ. vend. leg. si id quod. in prin. & §. fi. Dic, vt ibi notatur.

¶ Aliud est in legato, in quo sola vnius voluntas spectatur, aliud in cõtractu, vbi duorum consensus exigitur, secũdum Ioã. Fab. hic.]

* ¶ Testamentum an ita fieri possit, vt nullo modo possit reuocari, vide latissimè apud Bart. in l. si quis in princip. de l. 3. Salic. in l. sancimus, C. de testa. & post eos apud Cæpol. cautel. 117. incip. si pater, & Clar. de test. quæst. 94. & 99. vbi omninò videas.]

d ¶ *Ideoque si quis*. Scilicet institutus hæres in secundo testamento. Et hic versus est exemplum, quando valet secundum testamentum, & non extitit in eo heres, & vide tria exempla.

e ¶ *Decesserit*. quare nõ transmittit, nec olim nec hodie ad heredes, vt C de caduc. tollen. l. 1. §. in nouissimo.

¶ Sed & si quis. ¶ *CASVS*. Quærebatur. an condito solenniter testamento, si fiat secundum, in quo non vniuersaliter hæres instituatur, sed in certa re, dicatur validum, & videbatur, quod nõ, quia posterius testamẽtum non æquè perfectũ est, vt primum, nec de toto disponit, cuius contrarium deciditur, nam aut instituit in re certa nihil addito, & tunc detracta rei certæ mẽtione, trahitur institutio ex dispositione, l. ad totum, l. 1. §. si ex fundo ff. de her. instit, si verò dicitur, velle adhuc primum valere, tunc primum ipso iure tollitur, & l. exequitur officiũ suũ & applicantur hæredi in certa re omnia, sed vt seruetur voluntas testãtis, tenetur primis hæredibus restituere retẽta re, in qua est institutus, si ascendit ad quartam, aliàs retenta

† Plures notabiles ampliationes, & declarationes ad istu §. ponit Deci. in cõs. 475. & Clar. de test. q. 94.
STL.
† Secus in codicillis §. vlt. infr. de codi.
† aliàs adiret.
† aliàs ante cõditionẽ.
† aliàs defunctus.
STL.

quarta. Nota summarium, & quæ in positione casus dicta sunt.]

a ¶ *Sed & si quis*, iste §. est lex ff ad Trebell. & incipit, si quis priore. Accurs.

b ¶ *Priore testamento*. Not. hic argumentum pro sententia appellationis, vtrum ex ea, vel ex prima agatur.

Snia si gemine-tur, ex qua tūc agetur.

STL. ¶ Dic, qđ aut prima sententia cōfirmatur per lapsum tēporis, quia appellatio deseritur, & agitur ex prima, aut confirmatur à secunda: & ex ea agitur, glo. in l. eos. vbi Bart. C. de appel.] Sed contra argum. C. đ do. inter vi. & vxo l. ex verbis, & simile potest notari in l. pen. eiusdem ti. Accursius.

c ¶ *Ex certis rebus*, Quia totum habet, licet ex certa re sit institutus, & ideò rūpitur primum testamentum, vt hic, & ff. de hæred insti. leg. prima, §. si ex fundo.

ADDITIO.

Et hoc verum, quando in eodem testamento non est datus alius cohæres, alias haberetur loco legatarij, prÿterquam in quetela inofficiosi testamenti, de quo dic. vt per Ang. hic.

etiam quartam, quam vocant Trebellianicam, designari, quod & aliàs sæpissimè obseruauimus, vt in l. cū filium, vers. denique. de leg. 1. l. pater filiam. ff. ad l. Falc. & l. 1. §. si is qui. ad Trebell.]

¶ Sed & si quis[a] priore testamento [b] iure perfecto, posterius equè iure fecerit, etiā si ex certis rebus [c] in eo hæredē instituerit, superius tamē testamētum sublatum esse Diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, cuius constitutionis verba etiā hic inseri iussimus[d], cum aliud [e] quoque præterea in ea constitutione expressum sit. ¶ Imperatores[f] Seuer⁹ & Antoninus AA. Cocceio Campano [g] Testamentū secundo loco factum, licet in eo [h] certarum rerum heres script⁹ sit, perinde iure valere,[i] ac si rerū mentio facta non esset, sed teneri heredē scriptū,[k] vt cōtentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta [l] ex lege Falcidia, hæreditatem restituat ijs, qui in priore testamēto scripti fuerant, propter inserta † verba secūdo testamento, quibus, vt valeret prius testamētum, expressum est, [m] dubitari non oportet.

† aliàs fideicōmissiverba.

¶ Et ruptum quidem testamentum hoc [n] modo efficitur.

¶ *Per capitis diminutionem testamentum propriè sit irritum. Et largo modo testamētum ruptum, vel iniustum dicitur irritum, & econtra. Aret.*

m ¶ *Expressum est*. Nam testator voluit primū testamentum manere, & tamen non potuit, nisi iure fideicōmissi ex tacita tamen voluntate, quę ex secūdo testamēto percipitur, remanet primū, vt si dicam in secundo. Ideò instituo talē, quia mortuus est quem instituetam in primo. nam si errauit, remanet primus hęres, & legata ex vtroque præstantur. scilicet à primo hærede, vt ff. de hæred. instituen. l. fin.

STL. ¶ Ille tex. probat contrariū, vt aduertit hic Christ.

ADDITIO.

Et sic ex qualitate præfationis colligitur causa finalis ipsius dispositionis, & tunc ab ea licitum est arguere. Ang.

d ¶ *Inseri iussimus*. hoc titulo statim.

e ¶ *Aliud*. scilicet, quòd expressè confirmari potest primum in secundo, & alia, vt patet in sequentibus.

f ¶ *Imperatores*. Ecce verba dictæ constitutionis.

g ¶ *Campano*. scilicet rescripserunt salutem.

h ¶ *In eo*. s. secundo testamento.

i ¶ *Valere*. Accipe dubitari non oportet, quòd est inf. Accur.

K ¶ *Scriptum*. scilicet in secundo testamento.

l ¶ *Suppleta quarta*, s. si res sibi datæ non faciant quartam.

*. ¶ Annota, ex hoc text. Falcidiæ nomine

n ¶ *Hoc modo*. s. tribus modis, per atrogationem, & agnationem, vt sup. eo. §. 1. Item & per secundi testamenti compositionē, vt sup. eo. § posteriore quoque vsque huc.

STL. ¶ Alio quoque modo. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an capitis diminutione rumperetur testamentum, & videbatur quod non saltem quādo postea decedebat sui iuris, quia media ipsa non videntur nocere testatori, sicut nō nocent hæredi. §. in extraneis, inf. de hęred. qual. & diffe. contrarium deciditur, & ratio esse potest quia venit ad casum, in quo nō posset testari. l. qui in potestate, ff. de testa. quæ ratio per aliquos hic reprobatur. Tamen potes eā defendere. Nec ob. §. in extraneis, quia defectus causæ efficięntis non est purgabilis, sicut in causa suscipiēte, vt dicit hic sal. per ea, quæ habētur in §. si cui fuerdus, inf. de leg. Not. quæ dīr in summario.]

a ¶ *Alio*.

¶ Alio† quoque modo testamenta iure facta infirmantur, veluti cum is, qui fecit testamentum, capite diminutus sit, [a] quod quibus modis accidat, primo libro retulimus. [b] Hoc autem casu [c] irrita fieri testaméta dicuntur: [d] cū alioquin [e] & quę rūpuntur, irrita fiāt, & ea quæ statim ab initio non iure fiūt, irrita sint. Sed & ea, quæ iure facta sūt, & postea † p capitis diminutionē irrita fiūt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sanè commodius erat, singulas causas [f] singulis appellationibus [g] distingui, ideò quędam non iure facta [h] dicūtur, quædam iure facta rumpi, [i] vel irrita fieri. [k]

¶ Testamentum iure factū quod postea fit irritū capitis diminutione testatoris, recōualescit de æquitate Prætoris, si testator tempore mortis fuerit ciuis Romanus, & sui iuris. Ang.

¶ Nō tamen per omnia inutilia sūt ea testamenta, quę ab initio iure facta, † p capitis diminutionē irrita facta sunt. Nā si septē testium signis signata sunt, [l] potest scriptus hæres secūdū tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere, si modò defunctus, & ciuis Romanus, [m] & suæ potestatis [n] mortis tempore fuerit. [o] Nam si ideò irritum factum sit testamentum, quia ciuitatem, vel etiam libertatem [p] testator amiserit...

a ¶ *Alio. diminutus sit*, licet minima capitis diminutione, vt infr. eo. §. non tamen. in fi. & ff. de codicil. l. cōficiuntur, §. si post factum. sed contra. sup. de milit. test. § penul. Sed illud speciale est in milite. Potest & alius modus irritandi testm̄ adijci, quia p legem quādoque cassatur ĩ duob. casibus vt in Auth. vt cum de appell. cogn. §. si quis de prędictis, & §. si vnum ex parentib. collat. 8. †

¶ Quid ergo si quis ingrediatur religionē, irritū fiat eius testamentum antea factum? vide Barto. & alios Doct. in Authen. si qua mulier, C. de sacrosan. eccl. & Clar. de test. q. 78. vbi distinguit.

b ¶ *Retulimus*. vt supra de capis. diminu.

c ¶ *Hoc autem casu*. i. cū quis capite diminuitur.

d ¶ *Dicuntur*. s. propriè.

e ¶ *Alioquin*. Scilicet si impropriè velim & largè.

f ¶ *Causas*. i. differentias.

g ¶ *Singulis appellationibus*. idest proprijs nominibus, & facit, ff. de supel. leg. l. Labeo. §. fina.

h ¶ *Non iure facta*. † vt sunt illa, quæ carent solennitate testium. Vel quando testator non habuit testamenti factionē, & facit. Vel quando filium in potestate constitutū præteriuit, vt l. 1. ff. de iniust. rup. test.

** Adde, ꝙ his tribus casibus testamentum iniustum dicitur, propriè tamen illud iniustum appellatur cui desunt solennia.

i ¶ *Rumpi*. s. tribus modis, videlicet per arrogationem, per agnationem, & per secūdi testamenti compositionem. Accur.

K ¶ *Irrita fieri*, vt per capitis diminutionem testatoris, vel quando hæres institutus non aditꝫ hæreditatem, quia tunc testamentum constituitur irritum, vt l. 1. ff. de iniust. rup. testam.

¶ Non tamen ¶ *CASVS*. Ratio dubitandi in præsenti casu erat dispositio præc. §. & rigor iuris ciuilis, rō autem decidendi fuit ęquitas pretoria. Not. quod reconualescit, quod aliàs nō valuit, cessante impedimēto, saltem de æquitate. Itē, quod ad hoc, vt bonorum possessio secundum tabu. detur, necesse est, quod testamentum sit solenne de iure ciuili.

l ¶ *Signata sūt*. & postea testator capite diminutus est.

m ¶ *Ciuis Romanus*. vt q̄do maximam vel mediā capitis diminutionem passus fuerit, & postea restitutus.

n ¶ *Suæ potestatis*. vt in minima.

o ¶ *Fuerit*. & aliquo indicio voluntate primam retineat, vt ff. de bono. pos. secundum tabu. l. qui ex liberis, §. testamento.

¶ Hæc gl. communiter approbatur, quæ voluntas debet declarari saltem coram quinque testibus, leg. hæredes. §. sed & si notam. ff. de testamen. & ibi doct.]

p ¶ *Libertatem*. Immo etiam facto seruo testatore, vt quia capiatur ab hostibus, & ibi seruus moriatur, nam tunc valet testamentum, vt supra quibus non est per. fac. testamen. paragra. finali, quę est contra, sed illud est propter fictionem. l. Corneliæ. vt ibi, & ff. de vulg. subst. l. lex Cornelia.

ADDITIO. Et tunc quando impedimentum tollitur per viam fictionis, vt ibi,

† aliàs autem.

† Primus casus est, quando ille, qui cognouit se hærede scriptum in testō, testatorē inopia laborātem non alimentauerit, immo illū passus est fame necari. Scđs casus est quando testatorem ab hostibus captum nō redemit tūc ĩdignatione quadā hæredis testamētum virib. vacuatur ppterea ꝙ hæreditas ex eo nō aditur, secūdū Christoph.

† aliàs propter.

† Istæ gl. cū duab. sequentib. non sunt Accur. sed additiones.

SYL.

† aliàs propter.

sit, aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptiui patris potestate sit, non potest scriptus hæres secundum tabulas[a] bonorum possessionem petere.

¶ *Posterius testamentum imperfectum, vel alia vltima voluntas non solennis non tollit primum. Aret.*

¶ [Ex eo autem solo,[b] non potest infirmari testamentum, qd postea testator id noluerit[c] valere, vsque adeò, vt & si qs post factum prius testamentū posterius facere cęperit, & aut † mortalitate præuentus, aut quia cū eius rei pænituit, id non † perfecisset, Diui Pertinacis oratione cautum sit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant, nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint.[d] Nam imperfectum testamentum sine dubio

† *aliàs morte.*

† *aliàs perfecerit.*

vel restitutionis in integrum à principe, vt l. si quis filio §. pen. ff. de iniust. test. recoualescit testamentum etiam de iure ciuili, nisi quo ad relictum tali damnato factum, vel ipsius institutionem secundum Ang.

a ¶ *Secundum tabulas.* Nota, quod de iure ciuili non admittitur, cum sit irritum testamentū, sed iure prætorio, quo inspecto non potuit infirmari quod erat factum, cum circa talia ius prætorium non habeat vim, vt infra de bonorum possess. §. quos autem. ¶ Ex eo autem solum.

SYL. ¶ *CASVS.* non figurabitur quia de ratione dictum fuit in §. posteriore, supr. eod. No. testamentum solemne non tolli nuda volūtate contraria Item, quod illud non dicitur testamētum, quod quis post aliquarum rerum dispositionem morte præuentus perficere nō potuit, No. regulam, de qua in summario.]

b ¶ *Solo.* bene dicit solo, quia si plus interueniat, licet, nō sit perfectum, secundum tamen qnq. rūpit primum, vt in si huius §. dicemus.

* ¶ Adde, quod & legatum, vel fideicommissum relictum primo testamento solenni non intelligitur tacitè reuocatū per sequētem voluntatem inualidam, nisi sit inualida ex causa præteritionis vel exhæredationis, ideoque debebitur, nisi expresse ademptum sit in secundo minus solenni, vt tradit Bar. in l. si iure. de leg. 3.

c ¶ *Noluerit.* s. dicendo hæc verba, Nolo testamentum, quod feci, valere.

d ¶ *Perfecta fuerint.* Immo quandoque, si sint imperfectæ secundæ, rumpūt primo factas, vt C. de test. l. sācimus. quæ est cōtra. Sed ibi tam ex cursu decennij, quam mutatione voluntatis, illud euenit, non sola mutatione. Declara. si talis reuocatio fiat post lapsum decennium à die conditi primi testamenti, nam si fiat intra decennium, nihil operabitur, secundum gl. fi. in d. l. sancimus. vbi Ias. & Cla. de test. q. 91 Item contra. ff. de test. mil. l. eius militis, §. si militia missus: sed ibi primum erat minus solenne iure communi inspecto, vnde facilè potuit rumpi. (1)

SYL. ¶ Facilius enim tollitur actus subnixus iure singulari, quam iure communi, l. 4. ff. de fideicommiss. liber.]

Item cōtra, ff. de iniust. rup. test. l. 2. Sed ibi secundum, licet non sit perfectum iure communi, est tamen perfectum iure militari, vnde rumpit primum.

Item contra. C. de test. l. hac consultissima, §. si quis autē. Sed ibi in secundo fuerunt instituti, qui & aliàs ab intestato successuri erant, vnde facilè rumpitur primum testamentum, in quo extranei sunt instituti, & facilius admittūtur venientes ab intestató, vt arg. ff. de vulga. & pupill. substit. l. si filius. Item contra. C. de testament. leg. nostram, & ad idem contra. ff. si ta. test. nullæ. ex l. 1. §. si hæres Sed in istis legibus plus fecerat testator, vt rumperet primum, quia incidit, quod magis est, quam si aliud testamentum facere voluisset, argum. ff. de ijs quæ in test. delen. l. 2.

Item contra, ff. de acquirend. hæred. leg. Claudius.

Sed ibi non valet primum, non quia ruptum sit à secundo, sed quia hæres institutus in primo non adiuit ex eo hæreditatem vnde nō valet testamentum, quod hæredem non habet, vt ff. de ijs quæ in test. del. l. proxime, nec potuit eam transmittere suo hæredi adeundam, vt C. de caduc. tollen. l. vnica, §. in nouissimo.

Item contra, C. de ijs, quibus vt indig. leg. hæreditas.

Sed ibi dixit talia verba, quód hæres erat indignus, vel similia, quæ plus faciunt, quod si simpliciter diceret, nolo prius valere, vel quam si secundum cępisset facere: & ideò ibi receditur à primo. Vel dic illud, qđ hic dicitur, esse verum de iure directo, vt nō rumpatur primum, sed tamen aufertur ei hæreditas vt indigno: vt ibi, cum hoc cogitauerit testator, vt arg. ff. de cond. inst. leg. quidam in fine.

ADDITIO. (1) Vel dic, quod ille casus non est propriè exceptus à regula, quia hic primum erat validum de iure communi, sed ibi primum erat validum iure speciali ex priuilegio. Ang.

a ¶ *Nul-*

nullum est.[a]

¶ *Etiam princeps non capit ex testamento imperfecto h.d.*

¶ Eadem oratione expressit,[b] nō admissurum se hereditatē eius, qui litis causa principem reliquerit [c]hæredem, neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipse ob eam causam[d] hæres institutus erat, probaturum,[e] neque ex nuda voce hæredis nomen admissurum: neque ex vlla scriptura, cui iuris auctoritas desit,[g] aliquid adepturum. Secundum hoc Diui Seuerus & Antoninus sæpissimè rescripserunt.[h] Licet enim inquiunt,[i] legib. soluti[k] sumus, attamen legibus viuimus. †[l]

¶ *De inofficioso testamento.*

¶ *Solis liberis præteritis, vel exhæredatis, parentibus quoque, & fratribus, vel sororibus, turbi persona instituta, datur querela inofficiosi testamenti. hoc dicit.*

Nihil & imperfectū æquiparantur.

a ¶ *Nullum est*. Not. nihil esse quod perfectum non sit, C. † ad syllan. l cum syllanianum, in fi. Sed contra, ff. quemad. testamen. ape. l. 2. §. testamentum.

Sed ibi abusiuè dicitur aliquid, quod non erat perfectum.

† Hæc rub. incipit, De iis quib. vt i dig. &c.

Item contra, C. de testam. l. hac consultissima, §. ex imperfecto.

Sed illud speciale est fauore liberorum, vt ibi dicitur, sicut & illud est speciale in illis, vt difficilius rumpat testator illud, in quo ipsi instituti sunt, vt in Auth. de testa. imperfe. §. penul coll. 8.

STL.

* ¶ Quod dicitur in hoc text. testamētum imperfectum esse nullum, intellige quo ad infirmandum prius testamentum perfectum, est tamen vtile ad demonstrandum testatoris mentem, lege vltima, ff. de rebus eo. & l. legatum sub conditione ff. de adimen. leg. quod ad multa prodesse potest.

STL.

¶ Eadem ratione. ¶ *CASVS*. Figura per te. rationem dubitandi faciebat auctoritas principis, quia quo ad eum seruatur ius gentium potius, quam ius ciuile.

Ratio decidendi assignatur in tex. Nota summarium.

Item, quod quamuis princeps sit solutus legibus, illis tamen viuere vult.

b ¶ *Expressit*. scilicet Diuus Pertinax.

* ¶ Huius orationis siue S.C. meminit Capitolinus in Pertinace his verbis: Legem sanè tulit, vt testamenta priora non prius essent irrita, quā alia perfecta essent, neve ob hoc fiscus aliquando succederet. Ipseq. professus est, nullius se aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius d. lata esset, aut lite perplexa, aut legitimi hæredes, & necessarij priuarentur.]

c ¶ *Reliquerit*. Scilicet in solenni testamento, quod facit, vt duriorem faciat aduersarium suis aduersarijs, quæ institutio est odiosa, & inuidiosa, vt ff. de hared. instit l. pen.†

† Et ita in dubio præsumitur pp fisci ex.

d ¶ *Ob eam causam*. scilicet litis, nam si legitimas non probat, scilicet princeps, multominus probabit non legitimas.

e ¶ *Probaturum*. idest commendaturum.

f ¶ *Admissurum*. idest nisi solenniter sit institutus, nollet etiam nomen hæredis habere.

g ¶ *Auctoritas desit*. Vt quia aliquid desit, propter quod testamentum non valet, cū multa sint in eius factione necessaria, vt sup. de testamen. §. 1. & 2.

tremanti potestatē, secus in priuato, vt l. ex hoc §. sed hæredem. ff. de ali. m. mu. ra. can. fac. Angel.

h ¶ *Rescripserunt*, vt C. de test. l. ex imperfecto.

i ¶ *Inquiunt*. Imperatores.

K ¶ *Soluti*. vt ff. de legi. & senatusconsult. l. princeps. & facit. ff. de iure fisci, leg. fiscus r. §. fin.

† Cōcor. c. 1 in gl. sup verbo at omnib. i fi. ext. de constit.

l ¶ *Viuimus*. Idest viuere volumus, vt hic. & Cod. de leg. & constit. princ. leg. digna vox. & facit, ff. de leg. 2. leg. quod principi, & l. sequen. & ff. de lega. 3. leg. imperfecto, & ff. de inofficioso testamen. l. Papinianus, §. si Imperator.

STL.

* ¶ Intellige quod volunt vel iure communi, scilicet in testamentis aliorum, non in suis, hoc est, cum ipsi testantur, secundum Pau. Cast. & Iaso. in l. ex imperfecto. Cod. de testam.

ADDITIO. Immo contra fiscum in dubio est ferenda sententia, si causa sit mere lucratiua, aliàs secus, vt hic. Ang.

¶ *De inofficioso testamento*.

¶ Qualiter ipso iure testamenta infirmentur, sup. tit. 1. dictum est, nunc autem qualiter officio iudicis, idest per sententiam iudicis intentetur querela inofficiosi testamenti.

Continuatio.

** Inofficiosum testamentum dicere, est allegare, quare exhæredari, vel præteriti non debuerint. l. 3. ff. eodem. Est enim contra officiū pietatis, quod vel parētes liberos suos, qui sunt quasi portio viscerum suorum, vel cōtra liberi genitores suos sine causa exhæredent, & dominio rerum suarum priuent, vel tanquam suimet immemores (sunt enim veluti eadem persona) prætereant, vsque adeò, vt nec fas videatur ecclesiā instituere, excludendi filios gratia. gl. fi. Papin. §. si Imp. ff. eod.

Pitusfic.

QVia plerunque. ¶ Totus iste titulus diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit quibus personis competat querela. Secundò, quando querela cessat. Secunda ibi, Sed hæc ita. Item prima subdiuiditur. Nam primò de querela descēdētium cōtra testamēta ascēdentiū. Secūdò econtra de querela ascendentium contra testamenta descendentium. Tertiò de querela collateralium. Quartò, quòd querela est remediū subsidiarium. Secunda ibi, Nō autem. Tertia ibi, Soror. Quarta ibi, Tam autem. Aret.

QVia plerumque parentes sine causa liberos suos exhæredant, [a] vel omittunt:[b] inductum est, vt de inofficioso testaméto agere possint[c] liberi, qui[d] querunt[e] aut iniquè se exhæredatos,[f] ac iniquè prçteritos,[g] hoc colore,[h] quasi nō sanę mentis fuerint, cū testamentū ordinarent. Sed hoc dicitur nō quasi verè furiosus sit: sed rectè quidem † fecerit testamentum, nō autē ex officio pietatis. Nā si verè furiosus sit, nullū testamentum [i] est. ¶Non autem liberis tantum permissū est testamētum parētum inofficiosū accusare, verum etiam liberorum, parentibus.[k]

† alias fecit. SYL.

SYL. ¶Quia plerunque. ¶ *CASVS*. positio facilis est, stat enim tex in declaratione terminorum, cui scilicet cōpetat querela inofficiosi, & quia sup. de exhæred. lib. visum est clarè filijs competere, cum hoc sit indubitatum, prætereundum est, sed in parentibus videbatur. quod non posset competere querela, quia filij non possunt condere testamentū. l. qui in potestate, ff. de testam. Immo quādo præteriretur ascendens, videbatur, quod nō haberet locum querela, sed bon. poss. contra tab. l. 1. ff. si quis à pa. sue ma. Cuius contrarium respondetur, quod imò competat querela, vt dicitur hic in tex. ea ratione, quia cōtra officiū pietatis filij fecere, quasi furiosi, qui parentes exhęredauere, vel præteriere. Neç obst. obiectum de patria potestate, quia iste text. debet intelligi in emācipatis testātibus, qa si itelligeretur de filijs in potestate, testamentum esset nullum. Item quod dicitur de querela, habet locum indistinctè, quando parentes exhæredātur, sed differētia est in præteritione, quia si prætereuntur ascēdentes per lineam maternam. habet locum querela, quia habetur pro exhęredatione sup. de exhær. lib. §. fin. per lineam paternam, habet locum bonorum poss. cont. tab. vt in contrario. De fratre autē & sorore ratio introductionis pietas fuit, nō simpliciter. sed quando est admixta odio turpis personę Institutæ. Notabilia collige per te.]

a ¶ *Exhæredant*. Hoc refertur ad eos, qui ascendūt per lineam masculinam, & fęmin. sed sequens clausula respicit tm̄ fęmininā.

b ¶ *Vel omittunt*. Hoc tantum ad fęmininam lineam refertur. Nam illarum præteritio pro exhæredatione habetur, vt supra de exhær. li. § nā. Si autē aliquis d' linea masculina omitteret fillum in potestate, nullū ipso iure esset testamentum, si emancipatū filiū omitteret, valeret, sed per cōtra tab. rūpitur. vt sup de exhæ. lib. in princ. & §. emācipatos. hodie ēt emācipatus prætetitus potest dicere nullum ipso iure, vt sup. de exhęr. li. §. nostra alias, sed hęc quidem, & Cod. de lib. prat. l maximum. Accur. ¶Declara hoc verum qn̄ non esset inserta causa, quia tūc etiam hodie haberet ius dicēdi nullum, sed inserta causa, necesse est. q veniat per cōtra ta. sicut de iure antiquo secūdum glos. in leg. si filius, ff. de min. quæ communiter approbatur per doct.]

c ¶ *Agere possint*, scilicet ab adita hæreditate int quinquennium, † vt C. eo. l. scimus, §. fin. & l. si quis filium. in fi. & ff eo, l. Papinian. in fi. & C. in quibus cau. In integ, restitut. nō est necess. l. 2. & hoc proposita quadam petitione ad hoc, vt testamentum rescindatur, quæ non est actio prorsus, nec accusatio, sed medium tenet, & quandoque actio, quandoque accusatio dicitur, sed ꝓpriè dicitur querela, vt no. ff. eo l. posthumus, §. si quis.

†Supplementū aūt legitimæ ēt ꝑparatū trāsmittitur, & durat 30. an. secundu cōem op.in. Angel.

d ¶ *Qui*. scilicet liberi.

e ¶ *Quæruntur*, ideft conqueruntur.

f ¶ *Se exhæredatos*, à qualibet linea.

g ¶ *Præteritos*. Ab aliquo de linea fęminina.

* * Illud tamen oportet meminisse, quod non licet agere de inofficioso test. nisi post aditam hæreditatem. l. Papin. § si conditioni, ff. eo. & vt exhæredatio valeat, duo requiruntur. primum, quod inferatur causa legitima in testamento, secundum, quod ea probetur ab hærede. Cur. iu, Authent, non licet, C. de liber. præteri.

h ¶ *Hoc colore*. ideft hac honestate verborum.

* ¶ Sic & Rhetores, probabilem rationem, quam ad defensionem commenti sunt, colorem appellant. hinc color quæsitus dicitur, cum id, quod verè agimus simulatione aliqua obtegimus siue fraudandæ legis gratia, siue alia ex causa fiat. l. sed Iul. ff ad Maced. metaphora à Rhetoribus accepta, qui verborum coloribus veritatem plerumque offuscant.]

i ¶ *Nullum testamentum*. vt sup. quib. non est permiss. fa. test. §. item furiosi.

K ¶ *Parentibus*, s. est ꝑmissū accusare filiorū te-

¶Soror autem & frater,[a] turpibus[b] personis scriptis hæredibus, ex sacris constitutionibus prælati sunt.[c] Non ergo[d] cōtra omnes hæredes agere possunt.[e] Vltra [f] fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.[g]

¶*Cessantibus alijs remedijs agitur querela, & quando nihil est relictum: aliàs agitur ad supplementum. hoc dicit.*

¶Tam autem naturales [h] liberi, quā se-

SYL. testm̄, qn̄ sūt ab eis exhæredati, & hoc accipe in filio à pagano emācipato. aliàs si esset miles non subijcerēt querelæ, vt C. eo l. si. in fi. ¶ Quod hodie correctum est secundum gl. quæ cōis est, in d l. fin. quia datur querela.] Item si esset in potestate, testamentum ipso iure non valeret, vt sup. quib. non est permis. fa. te. in princip. & facit ff eo. l. nam & si parentibus. ¶ Quod mr̄ quoq. agat de inoff. testa. filij, licet instituisset fratrem vel sororem, est text. in l. cū filiū. C. eo. Illud tamen meminisse oportet, quod in querela inofficiosi testamenti liberi præferuntur parentibus, l. nam. ff eod. an autem patri prætorio competat hoc remedium, cum habeat bon. pos. contra tabul. traditur in l. pater. eo tit.]

a ¶ *Soror autem & frater*. Hoc accipe in consanguineis & vterinis, vel consanguineis tā tum (1.) nam vterini non possunt, vt C. eod. l. fratres. Et no. quod duo dicit iste. §. primū, quod frater & soror possunt agere querela. Secūdum, quod hoc verum est, quando turpes personæ instituuntur hæredes.

SYL. *ADDITIO*. (1) Dummodo sint ex legitimo matrimonio nati, aliàs secus, etiā si per rescriptum principis essent legitimati. Item procedit iste tex. siue sint exhæredati, siue præteriti: dummodo legitimam in totum vel in partem non habeant, quia tunc agunt ad supplementum, vt hic per Ang.

b ¶ *Turpibus*. s. infamibus ipso iure, vel per sententiam, vel etiam de facto.]

¶ Vt C. eo l. fratres, & ibi Ias. declarat in fi. *ADDIT*. Et talis infamia iuris vel facti ēt excludit a querela. vt l. in arenam, C. eo. An.

c ¶ *Prælati sunt*. i. admissi sunt, & sic turpibus personis, ablatiui sunt absoluti. Vel dic prælati sunt. i. præpositi turpibus personis, datiuè legendo.

Adde, qd̄ hoc casu rumpitur testm̄ in totū, idque odio turpis personæ institutæ, vt dicit Ias. in dic l. fratres, & in fratrib. & sor. nil est mutatum per ius nouum quo ad quartā.

d ¶ *Non ergo*. hoc refertur ad primum responsum, vel potius ad secundum.

e ¶ *Possunt*. s. de iure.

f ¶ *Vltra*. Hoc ad secundum. vel potius ad primum, si ritè inspiciatur series textualis.

g ¶ *Agentes vincere*, scilicet etiam de facto agentes non vincerēt: melius ergo facerent si se sumptibus inanibus non vexarent, vt ff. eodem, l. 1. Sed contra, ff. eod. l. posthumis. §. si quis ex his. Sed ibi nemo repulit agētē: repelli tamen potuit, vt hic. Sed an filij fratrū agant? Videtur ex hac litera eos excludi, Sed cum hodie vocentur ab intestato, & fratribus æquiparentur, fortè & ipsis querela datur, vt in authen. de hæredit. ab intesta. venienti. §. reliquum. & in Authen. vt fra. filij. §. primo. collat. 9. quæ est in C. de l. hæred. authē. cessante & argu. ff. de inofficioso testamen. l. posthumus in princ. Sed respondēt quidam, quod non admittūtur ad querelam: & tamen vnà cum eo, qui potest agere, admittuntur ab intestato, vt Cod. de inoffic. testamen l. fratris, & Codice communia de succes. auth. itaque. Vel posset responderi, quod admittuntur iure diuerso: nam frater agit querela, & rumpit & filius alterius fratris, cum sit ruptum testamentum, admittitur ab intestato. Accursius.

¶ Opin. glos. hic communiter tenetur, quia subintratio illa locum habet ab intestato, non facto testamento.] SYL.

ADDITIO. Si autem esset solus, à querela excluderetur Arg.

¶ Tam autem. ¶ *CASVS*. figuratio non est necessaria in declaratione notissimæ regulæ in hac materia. potest tamen pro ratione dubitandi adduci, quod quamuis filius habeat legitimam, & vltra, iure legati, vel alio modo, potest agere querela, dummodo non habeat iure institutionis, §. aliud quoque capitulum. in authent vt cum de appellat. cognosc. Contrarium dicitur hic Sed dic, quod illud procedit de iure nouissimo, hoc autem est de iure antiquo: nam quo ad hoc. §. hic est hodie correctus.

Nota, quod filij, tam naturales, quam arrogati, vel adoptati ab auo paterno vel materno, qui trāseunt hodie in potestatem patris adoptantis, habent querelam.

Item, quod talis querela competit etiam posthumus.

Item, quod hæc querela est remediū subsidiarium, deficientibus alijs.

Item, quod ad excludendum liberos à querela, sufficit aliquid eis relinqui: quo casu agunt ad supplementum arbitrio boni viri.

h ¶ *Naturales*. Scilicet & legitimi: nam naturales tantum non agunt in bonis patris, sed matris, vt digest. eodem, l. si suspecta. §. primo.

¶ Ratio est, quia ab hæreditate matris non exclu- SYL.

dum : C. de posthu. cum si. tunc non submoueretur à querela.]

a ¶ *Nihilominus* Nam videbatur paternum iudicium approbasse. & sic non posse postea querela agere, sed tamē nihilominus potest. vt hic dicit.

SYL. ¶ Ratio fuit assignata in positione casus.

† aliàs possit. b ¶ *Patris*, Scilicet ipsius tutoris : immo erat exheredatus.

¶ Adde, q̄ datur minori restitutio in querela inof. test. l.si. C. de in integ resti. secus in alia accusatione. leg. auxilium ff. de min.

c ¶ *Sed si è contrario*. Hic testator filium suum pupillū exhæredauit, & tutori, quē ipsemet pater filio dabat, legatū dimisit: licet ergo agat de inofficioso non in. pupilli, & succumbat, tamen ad legatū admittitur. Et ita nota argu. ex hoc & superiori responso, quòd quis agit aliquid interdum non vt ipse, sed vt alius. simile, ff. de adopt. l. si pater, §. qui duos. & ff eod. l. si is qui. §. si hæres. & l. aduersus. § 1. & C. de admin tut. l. cū quædā & ff de cōpens. l. pen. C. de dolo. l 1.

tris sui legatum accepit, cum nihil erat relictum ipsi tutori à patre suo : nihilominus [a] † poterit nomine suo de inofficioso patris [b] testamēto agere. Sed si è econtrario [c] pupilli nomine, cui nihil relictū fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est : ipse tutor, qđ sibi in testamento eodem legatum relictū est, non amittit. ¶ *Sufficit, quod filius habeat vnam quartā quoquo relicti titulo, ad hoc, vt excludatur à querela siue sit vnus, siue plures. Ang.*

SYL. ¶ Igitur quartam. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an habens quartam excluderetur à querela: & videbatur quod nō. per auth. nouissima. Cod. eod. vbi requiritur tertia vel semis secundum numerum filiorum, vt quis agere non possit. Item dubitabatur ex eo, quod dicitur in d Auth. vt cū de appel. cogn. §. aliud quoque. quod requiratur titulus honorabilis institutionis, non autem sufficerent tituli hic expressi. Item dubitabatur ex alio, quòd quamuis non haberet quartam, dummodo haberet aliquid, non posset agi querela, sed ad supplementum vt sup. dictum est. Contrarium verò hic deciditur, vt vides de quo ibi dic, quòd aliud est de iure nouissimo, secundum quod prædicta immutata sūt, aliud de iure antiquo. vt hic dicitur, & in gl. 1. & 2. Not. collige per te, quia clara sunt.

d ¶ *Igitur quartam*. Contrarium formatur ex eo quod habes, supr. eo. §. sed hęc ita vbi dicit, etiam si minus quarta habet, non agit querela, sed ad supplementū. Sol. hic loquitur ante Iustinianū, vt C. eo. l. cum quæritur, & ff. eo l. Papinianus, §. quoniam autē quartam. at supra secundum Iustiniani tempora, per leg. Cod. eo. leg. omnimodo. Et illud, igitur, qđ est hic, ponitur inceptiuè, non illatiuè, sic ff. de iust. & iur. leg. ius ciuile. §. hoc igitur. vel lege illatiuè, ex eo quod habes supr. eodem §. tam autem. in fin.

Igitur inceptiuè, & illatiuè sumitur.

¶ Igitur quartā [d] quis debet habere, vt de inofficioso agere nō possit, siue iure hæreditario, siue iure legati [e] vel fideicōmissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos [f] in iis tantummodo casibus, quorum mentionem facit nostra constitutio, vel aliis modis, [g] q in nostris constitutionibus cōtinentur. Quod autē de quarta diximus, [h] ita intelligendū est: vt siue vn⁹ fuerat siue plures, quib. agere d̄ inofficioso testamēto p̄mittitur, vna quarta

* ¶ Adde, q̄d sunt aliqui modi priuandi filiū sua legitima, quos tradit Bart. Cępol. in tract. cautelarū. caut. 21. vbi omnino vide.

e ¶ *Iure legati*, sed hodie in institutionis, si facit testamētū, vt i authen. vt cum de appell. cog. §. aliud.

(i) si verò alia sit voluntas, sufficit quoquo relicti titulo, vt in Auth de trien. & semis. §. 1.

SYL. ¶ Quod introductum est tam respectu honoris, quia titulus est honorabilior, quam vtilitatis propter ius accrescendi.

** Verior ratio est, ne ei videatur facta iniuria, si nō instituatur, vt apertè significat idē imp. in d. §. Aliud. ver hæc autem.

ADDITIO. (i) Quod est verum etiam in legitima, quæ debetur parentibus. Et an sit necesse, q̄ expressè relinquant iure institutionis, an sufficiat relinquere pro legitima, vel Falcid. vide Ang. hic.

f ¶ *Inter viuos*, sc. data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos in quartā cōputet, vt C. eo. l. si quādo, §. generaliter, & hic subiicit.

ADDITIO. Quod satis videtur exprimere si dixit, Dono tibi hoc pro parte tua argu. l. peto in princ. ff. de leg. 2. Et est ratio istius glo. quia legitima debetur ex bonis, q̄ repe- riuntur tempore mortis, in quibus non repetitur hæc donatio, cum iā in vita patris patrimonium perfectè exiuerat. Ang.

g ¶ *Aliis modis*, vt dotis causa, & donationis propter nuptias, vt C de inoffic. testa. leg. quoniam nouella.

h ¶ *Diximus*, vt sup. proximo §.

a ¶ Pro

Portio filijs debita iure naturæ ona est.

a ¶ *Pro virili portione.* Vt scilicet quilibet habeat † quartam huius partis, quã habiturus erat ab intestato, vt C eod. l. parentibus, & l. cum quæritur. hoc tamen est hodie iure Auth. mutatum. s. vt tertia detur, si sũt quatuor vel pauciores: si verò plures sunt filij exhæredari, habet dimidiam † vt in Auth. de trien. & semis. §. 1. quæ est Cod. eod. Auth. nouissima, Vnde versus. Quatuor, aut infra dant natis iura trientem. Semissem verò dant natis quinque vel vltra. Et not. in fin. huius tituli, quod quidam dicunt hunc titulum hodie non habere locum nisi inter fratres turpibus personis hæredibus institutis, & hæc fuit sententia M. per authen. quæ est. C. de lib. prær. Auth non licet, & Authent. ex causa. Sed nos dicimus, quod habet locum, vt olim: quod plenè diximus in Auth. vt cum de app. cogn. §. aliud in fin. & in d. Auth. ex causa. nisi quod quædam capitula in dict. Auth. circa querelam sunt innouata: vt quia olim non transmittebatur ad hæredem etiã suum, nisi esset præparata, vt ff. eod. l. posth. §. fin. & l. sequ. † hodie sic ad filium hæredem, vt C. eod. l. scimus, in fin. Item olim quarta dabatur, hodie triens, vel semis, vt dictum est. Item olim filij se gratos esse probabant, hodie hæredes probant ingratos, vt C. eo. l. omnimodo. † Item nota hunc titulum loqui de gratis filijs: si enim essent ingrati, nihil tenetur pater eis dimittere, vt in Auth. de hæred. & Falcid. § exheredatos, & in Auth. de immen. dona in filios, §. fi. Et sunt causæ ingratitudinis: 14. quibus exhæredantur: & septem, quibus pater a filijs vt in Auth. vt cum de appell. cogn. § causas, & §. iustum autem. Et tres quibus frater à fratre, vt in Auth. de nup. § ingratitudinem.

† aliasde sunt sequentia verba. *

† Intellige quartam bonorũ, nõ hæreditatis, deducto ære alieno funeris impensis, & seruis libertate donatis. l. Papin. §. quarta. ff. eod.

† Idẽ in quarta debita parentibus. Secus in debita fratribus.

An aũt portio vnius filij incapacis accrescat alijs vide Angel. hic.

† Conc. gl. in §. cum aũt infra de hær. quæ ab intes.

† Adde l. libert. in princ. eo titu.

¶ Plures autem in filio sunt, quam in alijs, quia magis tenetur. l. an tibi. C. de in litem dantur l. altius, si ser. vend.]

** Animaduertite, quòd d. Auth, vt cum de app. cog §. aliud, quatuor habet capita noui iuris inductiua. Primum ꝙ non sufficit hodie quoquo titu. legitimam filio relinquere vt exhæredari possit, aut ea præteritione omitti, quæ vim habet exhæredationis, vt olim d. l. Pap. §. si quis mortis de inoffic. testam. & l. omnimodo C. eod. sed omnino instituendus est: sufficit tamen vel in obolo eum instituere glo. l. 3. §. sed verum, versi. patrimonium de min. Nam poterit agere nihilominus ad supplementum. Alterum, quòd causas exhæredationis enumerat, quæ olim variæ, nec certo numero traditæ erant. l. cum ratio de bo. dam. Tertium, quod iubet eas exprimi à testante, ne alijs heredi præbeatur occasio falsas accusationes cogitandi, quod prius non fuerat constitutum, d. l. omnimodo vers. dixisset, in glo. Vltimũ quod expugnato testamẽto per querelam legata cõfirmat, quæ iure veteri deficiebant d. l. Pap. §. fi. His addendum, ꝙ nõ solum permittitur exhæredare ex causis relatis in d. Auth. sed etiã ex alijs æque grauibus, vt tradunt doct. in Auth. licet. C. de lib. præt. & Crot. in l. si cõstante. col. 30 sol. mat.

SYL. Pater filium 14. casibus, filius patrẽ 7. & frater fratrem tribus exhæredare potest.

ta eis dari possit: vt ea pro rata distribuatur eis, † idest, pro virili portione.[a]

¶ *De hæredum qualitate & differentia.*

¶ *Triplices sunt hæredes. Ang. Aret.*

HÆredes autem, aut necessarij[b] dicũtur, aut sui & necessarij, aut extranei.[c]

¶ *Seruus proprius hæres à domino institutus, dicitur necessarius: quia est hæres velit nolit: bona tamen: quæ post mortem domini quærit, propria sibi reseruantur. Ang. Aret.*

¶ *De hæredum qualitate & differentia.*

Continuatio.

¶ Quia hæredes, de quib. sup. dictum est, diuersi sunt, ideò de eorum dfia, & qualitate. i. differenti qualitate videamus. Accur. Flo.

Diuisio.

HÆredes. ¶ Totus iste notabilis tit. diuiditur principaliter in 2. partes. Primò ponit regulam, quòd hæredum sunt tria genera. Secundò illa genera prosequitur, & declarat seriatim. Secunda ibi, Necessarius hæres.

b ¶ *Necessarij.* s. tantum.

c ¶ *Aut extranei.* De his autem omnibus hic titul. dicit per ordinem, vt in proximo §. & §. sui, & §. cæteri.

Diuisio.

¶ Necessarius. ¶ Diuiditur in tres partes. Nã primò prosequitur primum genus hæredum s. qui sunt necessarij hæredes, tantum. Secũdò prosequitur secundum membrum siue genus, videlicet qui sunt sui & necessarij. Tertiò prosequitur, qui sunt extranei hæredes. Secunda ibi, Sui autem. Tertia ibi, Cæteri. itẽ subdiuiditur prima pars in quatuor partes. Primò quis sit hæres necessarius tãtum. Secundò rationem assignat, quare sic vocatur. Tertiò infert consulendo testatori, qui non est soluendo. Quartò prouidet ipsi seruo. Secunda ibi, Ideò. Tertia ibi, Vnde qui. Quarta ibi, Pro hoc tamen Areti.

SYL.

¶ *CASVS* non figuratur in declaratione terminorum nisi literaliter: ratio autem quare dicatur necessarius, exprimitur in vers. quia siue velit. Not. triplicem esse hæredum differentiam. Item quis dicatur necessarius hæres. Item quare dicatur necessarius. Item not. consilium eorum, qui nolunt bona sua post mortem distrahi sub nomine suo. Item quod hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas: ibi, potius hæredis bona, quam testatoris. Itẽ, quod bona quæsita post mortem non sunt obligata creditoribus. Item, quod qui in vno grauatur, in alio reuelatur.

Item

Item à speciali hic, quod hæres tenetur de suo creditoribus hæreditarijs.]

a ¶ *Necessarius*. Ad hoc vt sit necessarius, est necesse vt sit seruus testatoris tẽpore testamenti, vt hic, & ff. de hæred. instituī. l. si alienum in princip. † Item & tempore mortis, vt supra de hæred. institut. §. seruus. Item quod non sit alteri legatus: tunc enim legatario quæreret hæreditatem, & ipse eius esset: nisi idem seruus sibi substitutus esset hæres & liber, vt ff. de vulgar. & pupil. substit. l. si §. 1.

†*Dic hoc verū, siue in solidū siue pro parte sit hæres vt ibi not. gl.*

† *alias quia velit nolit omnimo do.*

* ¶ Adde, quod nectunc erit necessarius, cum ei omninò testator libertatem debebat, vtputa ex causa fideicommissi, vel alijs modis, qui continentur in l. si seruo. ff. de hæredibus instit.

** Item nec cum ei datus est substitutus. l. si is qui soluendo 2. eo. tit.]

¶Necessarius [a] hæres est seruus hæres institutus: ideoque sic appellatur, † quia siue velit, siue nolit, omninò post mortẽ testatoris protinus [b] liber, & necessarius, [c] hæres fit. Vnde [d] qui facultates suas suspectas [e] habent, solent seruum suum primo, aut secundo, aut etiã vlteriore gradu hęredẽ instituere: vt si creditorib. satis nõ fiat, [f] potius eius hæredis [g] bona, quam ipsius testatoris, à creditorib. possideantur, vel distrahantur, vel intereos diuidãtur. Pro hoc tamẽ incommodo [h] illud ei commodũ præstatur, [i] vt ea, quæ post mortem [k] patroni [l] sui sibi acquisierit, ipsi reseruẽtur. [m] Et quamuis bona defuncti non sufficiant creditorib. iterũ tamen ex ea causa res ei[o], quas sibiacquisierit, non veneunt. [n]

b ¶ *Protinus*, id est statim, & si quidem purè institutus est], à seipso libertatem consecutus videtur, vt ff. de acquirend. hæred. l. ex parte, & ff de hæredit. inst. l. sed & si in conditione, §. fin. & etiam ignorans. vt ff. si certum petatur l. eius qui. & ff. de testa. l. qui in domini.

c ¶ *Et necessarius*. Nisi sit institutus sub hac conditione si vellet: quæ verba faciunt eum voluntarium: sed in extraneo nil operantur, vt ff de cond. instit. l. verba. & ff. de hære. instit. l. Cornelius.

d ¶ *Vnde*. Quia necessarius.

e ¶ *Suspectas*. vt quia sciunt se non esse soluendo: & facit, supra quibus ex cau. ma. non lic. in princip. & supra de vulg. substitut. in princip.

f ¶ *Satis non fiat*. [s]ab hoc seruo hærede, & libero instituto.

g ¶ *Hæredis*, i. serui instituti: & hoc ne defunctus iniuria afficiatur, vt supra qui. ex caus. ma. non licet §. 1. in fin.

STL. ** ¶ Not. quod bona olim testatoris appellat bona hæredis. nam hæreditas adita non dicitur propriè amplius hæreditas, sed bona propria hæredis. Illud quoque obseruandum, quod valde ignominiosum erat apud veteres, cuiusquam bona publicè à creditoribus distrahi, vt appareret ex Mar. T. in orat. pro P. Quintio, & supra ex quib. cau. mand. non li. §. 1.]

h ¶ *Incommodo*. quia inuitus hæreditati astringitur.

i ¶ *Commodum præstatur*. Sic & alias inuenitur in multis locis, vel qui in vno casu grauatur, debet in alio releuari. vt ff de iureiurand. l. eum quib. in princ.

Grauatus ī vno debet in alio elleuari.

K ¶ *Post mortem*. scilicet ante aditam hæreditatem, vt Codic. ad Sillan. l. cum Sillanianum. Vel certè hic protinus videtur adita hæreditas: & dicta l. cum sillan. in alio casu loquitur

ADDITIO.

Scilicet quando libertas est legata sine institutione, quæ statim non cedit, vt lege vnica, paragr. libertatibus. Codic. de cad. tol.

l ¶ *Patroni*. i. qui esset patronus, si esset liber in vita illius.

m ¶ *Reseruentur*. Separatione impetrata, si bona patroni non attingat, idest, non inceperit administrare, vt ff. de separat. l. 1. §. final. aliàs, idest, si incępit administrare, non poterit posteà impetrare separationem, nisi sit minor, vt ff. de min. l. ait prætor, § nõ solum, quo casu tantum scilicet cum est minor, separationem impetrabit, etiam si iam attigerit hæreditatem, non autem, vt ab hæreditate se abstineat, vt ff. de acqu. hæred. l. necessarijs, §. fin.

¶ Vide gl. in l. 1. ff. de separa. quæ enumerat octo casus. STL.

n ¶ *Non veneunt*. i. non venduntur.

¶ Sui autē. ¶ Iste §. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit, qui sunt sui, & necessarij hæredes. Secūdò hoc limitatur & restringit. Tertiò rationem reddit, quare dicuntur sui hæredes. Quartò rationem ponit, quare dicuntur necessarij. Secunda ibi, sed vt nepos. Tertia ibi. Sed sui quidem. Quarta ibi, Necessarij. *Diuisio.*

¶ CASVS. similiter non figurabitur in declaratione, & quasi descriptione huius termini sui, & necessarij, ponas igitur literaliter vt iacet. Not. qui sint sui, & necessarij. Item, quod nepotes ita demū sui-

tatem nanciſcuntur, ſi obtinent primum locum. Item not. qui dicantur ſui. Item vnde neceſſarij. Item, quòd de iure ciuili cogebantur eſſe hæredes. Item, quòd ius abſtinendi habent à prætore.

iure ciuili, quod non cognouit emancipatos qui erant capite minuti, vt inf de hære. quæ ab inteſt. de. §. emãcipati de iure aũt prętorio ſoli filij emancipati admittuntur, nõ nepotes, vt d. §. emãcipati, ſed per edictum de coniungendis cum emancipatis liberis eius, admittitur ſimul filius & nepos, vt ff. de coniung. cum emanc. p. lib. l. 1. 2. reſp. Quod (. d eſt ꝙ ſimul nepos cũ patre vel fratre patris admittatur) locũ hodie non haberet, cum ſit ſublata omnis differẽtia, quæ fiebat occaſione emancipationis, vt in auth. de hære. ab inteſt. ven. §. 1. col. 11. Accurſius.

¶ *Filius, vel alius, quem nemo præcedit, in poteſtate, dicitur ſuus, & neceſſarius hæres. Suus ideo dicitur, quia eſt quaſi dominus in vita patris. Neceſſarius ideò dicitur, quia idem de iure ciuili hæres eſt etiam inuitus, habet tamen de iure prætorio beneficium abſtinendi. Aretinus.*

¶ Sui autẽ & neceſſarij hæredes sũt, veluti filius, filia, nepos: neptiſve ex filio, & deinceps ceteri liberi, qui in poteſtate [a] moriẽtis mõ fuerint. ¶ Sed vt nepos neptiſue ſui hæredes ſint, non ſufficit eũ, eamue in poteſtate aui mortis tẽpore fuiſſe: ſed opus eſt, vt pater eius viuo patre ſuo deſierit [b] ſuus hæres eſſe, aut morte † interceptus, [c] aut qualibet alia ratione [d] liberatus à patris poteſtate. Tunc enim nepos neptiſve in locum patris ſui ſuccedit. [e] ¶ Sed ſui quidẽ hæredes ideo appellantur, [f] qa domeſtici [g] hæredes sũt, & viuo quoq. patre quodãmodo domini exiſtimantur. [h] Vnde etiã ſi quis inteſtatus moriat, prima cauſa eſt ĩ ſucceſſione libero-

† *Aliàs intereptus.*

¶ His adde, ꝙ ſuitas ita diffinitur ab Alci. lib. 7. Pater. c. 19. Eſt qualitas hæredum, qui primũ in poteſtate paterna locum tenent, continuatione dominij, neceſſitateque ſucceſſionis ipſo iure inducens.

** Adde item duos eſſe præcipuos effectus ſuitatis, alterum trãſmiſſionis. l. 1. C. de ijs q. ante apet. tabul. alterum confirmationis tabularum pupillarium. l. ſi filius q. patri. de vulgar. & pupil.]

a ¶ *In poteſtate.* Aliàs ſi ſunt emãcipati. extranei ſunt, vt infr. eodem. §. cæteri.

** ¶ Adde, quòd filia quoque, quæ ex leg. municipali extantibus filijs maſculis excluditur ab hæreditate patris, non eſt ſua, ſicuti nec filius exhæredatus, Bart. in l. prima, §. ſciendum. ff. de ſuis. & legit. hæred.]

ADDITIO. Quod eſt verum, quando ab inteſtato ſucceditur, nullo facto teſtamento: vel facto, ſed nõ ſolẽniter; aut eo per querelam penitus expugnato, ſecus ſi per contra tabulas de iure prętorio filius ſuccedat, quia etiam hodie procedit dictus tit. de coniungen. Ang.

b ¶ *Deſierit*. Impropriè ponitur: quia viuo patre non fuit hæres, ſed dicitur deſinere quantum ad id, quod futurum erat ſic & aliàs, vt ff. vſufruct. quemadm. caue. l. 3. §. deſinere.

c ¶ *Interceptus*. Scilicet filius † & aliàs eſt interemptus aliàs interceptus, id eſt, remotus ab hoc ſeculo. Vnde Ouidius in ſua Metamorphoſi loquẽs de canis dicit. Colla intercepta videntur.

† *Sequentia vacant in antiquis codicib.*

d ¶ *Alia ratione*. Veluti emancipatione, vel deportatione. vt ſup. qui. mo. ius patriæ pot. ſol. § præterea, & §. cum autem.

* ¶ Adde, ꝙ & patre exhæredato nepos fit ſuus hæres, & neceſſarius. l qui in alienat. §. interdum ff. de acquir. hæred.]

e ¶ *Succedit*. Ita vt & filius emancipatus repellatur, & nepos, qui remanſit in poteſtate: ex eo, vel alio filio natus, admittatur, & hoc

f ¶ *Appellantur* ſ. ſupradicti filij & nepotes.

** ¶ Declara, quòd ideo dicũtur ſui hęredes, quia videntur quodammodo ſibi ipſi ſuccedere cum viuente quoque patre domini cẽſerentur. l in ſuis. ff. de liber. & poſthu.

** Adde, ꝙ ne ſubſtitutio corruat, etiam in femina ſuos hæredes intelligemus, quos ipſa in poteſtate nõ haber. nec hęre põt: veluti ſi q̃s Titiã & ſuos iſtituat. Gui. Pap. dec. 548.

g ¶ *Quia domeſtici*. Nota filiũ domeſticum patri. Sunt & alij multi domeſtici, vt C. de ijs qui ad eccl. cõf. l præſenti. §. ſane. Accurſ.

** Vide glo. ſupr. de teſtam §. pater. verſ. in ea re. & in cap. in literis. de teſti. & ſupr. q. 1. in ſumma.

ADDITIO. Et ideo ex furto facto per filium ſeruum aut vxorem, non oritur actio ciuilis vel criminalis cum ſit domeſticum, niſi eſſet magnum: quod nota ſecundum Angel.

h ¶ *Exiſtimantur*. ſ. ex artificio iuris ciuilis,

Pater, et filius eadem persona finguntur.

lis, quod fingit eandem personam patrem, & filium, vt C. de impu. & ali. sub. l. fi. Item candem vocem vtriusque, inf. de inuti. stipul. §. ei qui Item & ideò videtur dominus, quia in illis bonis patris alitur, sicut ipse pater: sicut vxor domina dotis dicitur, & habere possessionem. † vt C. de iure dotium, l. in reb. & C. qui pot. in pig. l. fi. Item & possessionem viuo patre habere, vt filius, vt ff. pro hær. l. 2. in fin. hinc est, quod sola administratio dicitur transire ad filium, cum pater moritur, vt ff. de lib. & posthu. l. in suis.

† Dic qđ imo maritus est dominus & possessor cõstãte matrimonio, nõ vxor, vt l. doc. cum ibi not. p gl. & docto. C. de rei vend sed mortuo viro dominium transfertur in vxorẽ, & perinde est ac si semper fuisset apud eã, vt d. l. in reb. C. de iur. don. sed in filium nõ transfertur, sed cõtinuatur. vt l. ĩ suis. ff. de lib & posthu.

† alias vacat ab.

* ¶ Bene inquit Iusti. quodammodo. Et ideò viuente adhuc patre, generali dominorum appellatione nõ intelligetur actum de filijs, Bart. l. sciendum, qui satisd. cogna. Alciat. li. 2. de verb. sign.

e ¶ *Appellantur.* sic C. de rei vxor. actio. §. extranei.

ADDITIO. Alio modo dicitur extraneus ille, qui nihil attinet: vel non est de ascendenti, aut descendenti linea. Quæ faciunt ad quæstionem de eo, qui promisit non alienare in manũ extraneam, secundum Ioan. Fab. & Angel. hic.

f ¶ *Non habent.* Vt supra de adop. §. fœminæ.

g ¶ *Habetur.* Scilicet, vt sit hæres extraneus: nam non consequitur iste vtrumque scilicet libertatem, & hæreditatem ex domini testamento, qđ est necesse, vt sit hæres necessarius, vt supra de hæred. insti. §. seruus autem, 1. versic. si verò à viuo.

rum.[a] Necessarij verò ideò dicuntur,[b] quia omninò, siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quam ex testamẽto, ex lege duodecim tabularum hęredes fiunt.[c] Sed his Prætor permittit[d] volentibus abstinere ab † hæreditate, vt potius parentis, quam ipsorum bona similiter à creditoribus, possideantur.

¶ *Qui non est in potestate morientis tempore mortis, dicitur hæres extraneus. Ang.*

¶ Cęteri, qui testatoris iuri subiecti non sũt, extranei hęredes appellantur.[e] Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra nõ sunt, hæredes à nobis instituti extranei hęredes nobis videntur. Qua de causa, & qui hæredes à matre instituũtur, eodem numero sũt: qa fœminæ in potestate liberos non habent.[f] Seruus quoque hæres à domino institutus, & post testamentũ factum ab eo manumissus eodem numero habetur.[g]

¶ *Extraneus dẽt esse capax tempore testamẽti, mortis, & aditionis, & testamẽti factio accipitur actiuè, et passiuè: & incapacitas*

a ¶ *Liberorũ,* vt inf. de hęr. quæ ab intes. §. 1.

b ¶ *Dicuntur,* scilicet dicti filij.

c ¶ *Hæredes fiunt.* Scilicet iure ciuili inspecto: aliud de prætorio, vt subijcit: quod præualet.

d ¶ *Prætor permittit.* Scilicet liberis in potestate positis, non vt habeant necessitatem adire prætorem, sed sufficit, si se non immisceant, vt ff de acqu hæred l. ei qui se, & C. si mi. ab hær. se abst. l 1.

* ¶ Est tamen casus, in quo suus hæres non potest se abstinere ab hæreditate, quẽ ponit Ludou. Goza in repe. l. qui se patris, col. 32. C. vnde lib.]

¶ Cæteri, ¶ *CASVS.* Quærebatur quis diceretur extraneus hæres, & videbatur dicendum, quod ille, qui nullo iure testatori coniungeretur: ita enim sonat hæc vox, extraneus; cuius contrarium dicitur, quòd in hac materia extraneus hæres dicitur, qui nõ est in potestate: sicut alibi extraneus dicitur, qui nõ habetur in potestate: nam extraneus dicitur, aut à cognatione, aut à filiatione, aut à suitate: hic autem capitur pro extraneo à suitate, Not. qđ dictũ est in sũmario.

¶ In extraneis ¶ *CASVS.* non solet figurari in regula generali. Tamen ratio dubitandi poterat esse: quia in conditione testamenti videbantur quo ad capacitatem hæredis inspici solum duo tempora: nõ tria scilicet tempus mortis, quo die testamentũ sumit vires, & tempus aditionis: nam tempus conditi testamenti non videbatur requiri, cum pendeat à confirmatione, & sic à morte: prout in simili videmus in legato, quod sufficit capacitas tempore, quo dies legati cedit, glo. in l. si alienum, §. 1. ff. de hæredit. insti. quod tempus in legatis repræsentat tempus mortis, quo die cedit institutio, & tempus aditionis propter translationem dominij factam à lege l. à Titio, ff. de furt. vnde ita pariter, & in institutione videbantur attendi non debere, nisi illa duo tempora. Tamen contrarium deciditur ex eo, quod allegatur in tex. vt scilicet constiterit institutio, idest, ad substantiandum testamentum: secundo autem tempore, & sic tempore mortis, propter confirmationem, & affectum ipsius institutionis: tertio tempore aditæ: quò ad executionem & effectum verum, illius enim effectus tempore delationis, & sic mortis est fictus, l. hęres quandoque. ff. de

acqui-

SYL.

acquirend. hæred. Not. in extraneis hæredibus tria tēpora obseruari debere quoad capacitatem. Item, quod mutatio status facta medio tempore non nocet. Item, quod testamenti factio accipitur actiuè, & passiuè. Itē, quod mutus, surdus, furiosus, posthumus, infans, filiusfamil. & seruus, habent testamenti factio. passiuam quamuis non habeant actiuam. Vnde eo manumisso nō nocet ei manumissio, cum præsumatur nūc, quod & tunc fuerit capax. Item sunt argum. contra. ff. pro empt l 2. in prin. & in Auth. vt cum de appe. cogn. §. generalem.

medij temporis non nocet. h. d.

¶ In extraneis[a] hæredibus illud obseruatū, vt sit cū eis testamenti factio,[b] siue hæredes ipsi instituātur, siue ij, qui ī potestate eorum[c] sunt: & id[d] duobus temporibus[e] inspicitur:[f] testamēti quidem facti tēpore, vt constiterit institutio: mortis verò testatoris, vt effectum habeat. Hoc amplius, & cū adit hęreditatem, esse dēt cum eo testamēti factio: siue purè siue sub conditione hęres institutus sit. Nam ius hæredis eo maximè tpe inspiciēdū est, quo acquirit hęreditatem. Medio autem tēpore inter actū testamētum, & mortē testatoris, vel conditionem institutionis existentē, mutatio iuris[g] non nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora[h] inspici debent.

¶ Testamenti autem factionē[i] non solum is habere videtur, q testamētū facere potest, sed etiam qui ex alieno testamēto, vel ipso capere pōt, vel alij acquirere,[k] licet non possit facere testamentum. Et ideò furiosus, & mutus, & posthumus, & infans & filius familias, & seruus alienus testamenti factionē[l] habere dicuntur. Licet enim testamentū facere non possint, attamen ex testamēto, vel sibi[m] vel alij,[n] acquirere possunt.

¶ *Extraneus hęres ha*

a ¶ *In extraneis.* † iste §. habetur sub eadem verborū forma in l. si alienum seruum. ff. de hæred. inst. circa princ. vsq; ad fi. legis.

† *Ista gl. non est Accur.*

b ¶ *Testamenti factio* passiuè accipe, id est vt possit capere ex testamento, quod potest quilibet exceptis, quibusdam, quos no. infra tit. 1. §. legari.

c ¶ *Eorum.* Nam seruo instituto domini persona inspicitur, vt supra de hæred. institut. §. seruus autem plurium.

d ¶ *Id.* scilicet qđ sit capax.

e ¶ *Duobus tēporibus.* Aliàs tribus, & alias duobus: sed tamen tria spectantur tempora, vt subijcit.

f ¶ *Inspicitur.* † Testamenti facti, vt constiterit institutio: & mortis testatoris, vt effectum habeat: ita est textus in l. si alienum. ff. de hær. insti. & re vera melius, & ornatius quam hic.

† *Ista gl. non est Accur.*

g ¶ *Mutatio iuris.* Vt quia medio tempore efficiatur non capax, tamen his tribus temporibus bene inuenitur capax, † vt hic, & ff. de hæred, instituen. l. sed & si in condirione, §. solemus, & l. si alienum, §. in extraneis. Sed contra, ff de acqu. hæred. l. si seruus eius qui. Sed certè, quod seruus in seruitute non dicebatur capax, vt ibi, ex persona domini principaliter erat: nam dominus erat non capax.

† *Nisi ex tali mutatione tacitè inducere tur repudiatio ha*

ADDITIO. Dic prout loquitur ibi in contractu emptionis, cōcordat: sed cum loquitur in alijs contractibus, contradicit, sed ibi loquitur in capace, qui non patiebatur defectum in persona sua: sed hic secus.

¶ In secundo verò contrario dicunt, quod loquitur fauore furti, vt pœnitentibus remittatur.

reditaria, vt quia faceret actū contrarium in cōpatibilē pura intrādo religionē fratrū minorū: idem in eo qui impetrāuit primū beneficiū vacaturū, & interim duxit vxorem, vel habitum dimisit: quo reas sumpto, vel mortua vxore vacat beneficium, vt hic per Io: Fab.

SYL.

h ¶ *Tria tempora.* scilicet in extraneo hærede: sed in suo necessario exigitur vnum secundum Ioan. scilicet tempus mortis, vt supra eod. §. sui. Vel secundum Azo. etiam tēpus testamēti inspicitur: tēpus autē aditę hęreditatis nō inspicitur, quia statim sunt hæredes patre mortuo scilicet de iure ciuili, vt ff. de suis, & leg. l. in suis. In necessariis autem tantum duo tempora inspiciūtur, scilicet testamenti. & tempus mortis, vt ff. de hæredit. instit. l. si alienum, t. respon. & l. seruum.

¶ Hæc glo. communiter approbatur secundum Christoph. hic.

SYL.

i ¶ *Factionem.* Scilicet in actiua significatione.

K ¶ *Acquirere.* scilicet potest.

l ¶ *Factionem.* In passiua significatione.

m ¶ *Sibi,* si sunt sui iuris.

n ¶ *Alij.* Si sunt in aliena potestate, vt hic, & ff de testa. l. filiusfamil. & facit ff. de fiu. l. 1. §. finali.

¶ Extraneis autem. ¶ *CASVS.* Quærebatur,

SYL.

bet ius deliberandi. Quilibet hæres post aditam nõ repudiat, nisi sit minor, qui restituitur: quod extensum fuit etiã ad milites maiores. Hodie tamen adeundo cum beneficio inuentarij securus est hæres, non teneri vltra vires hereditarias. h.d.

¶ Extraneis autem hæredibus deliberandi potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed siue is, cui abstinendi[a] potestas est, immiscuerit se bonis hæreditatis: siue extraneus, cui de adeunda[b] hæreditate deliberare[c] licet adierit: postea relinquende hereditatis facultatem non habet nisi minor sit 25. annis. Nam huius ætatis hominibus, sicut in cæteris omnibus[d] causis, deceptis, & si temerè damnosã hereditatẽ susceperint, Prætor succurrit.[e]

¶ Sciendum est tamẽ Diuum Adrianũ etiã maiori[f] 25. annis veniam[g] dedisse, cum post aditã hereditatem grande æs[h] álienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc quidem Diuus Adrianus cuidã speciali beneficio prestitit: Diu' aũt Gordia-

tur, an qui semel se immiscuit: vel adiuit hereditatẽ possit postea repudiare, & videbatur ꝙ sic: nam repudiatio, & aditio paribus passibus ambulant, l. is potest. ff. de acquir. hær. sed ille, qui abstinuit, potest postea saltem intra triennium adire. l. fi. C. de repud. hæred. immo olim perpetuò. l. si quis suus, ff. de iure delibe. ergo pariter videt posse reuocare aditionem, inf. dictum tempus. cuius contrariũ dicitur hic etiam in suo. Ratio est differentiæ, quia vnus casus est fauorabilis filio, alius damnosus, secundum doct. quę ratio est falsa: quia potest esse vtile, & filio repudiare dãnosam hereditatem: sed ratio est, q̃a suus de iure ciuili est necessari'. Vnde quamuis à prætore habeat ius abstinendi, & abstineat, tamẽ remanent reliquiæ suitatis, quæ etiam satis sunt ad confirmandum testamentum, quemadmodum aditio, leg. cum quasi. §. sed & si quis, ff. de fideicom. liber. vnde l. propter illas reliquias permittit posse reuocari abstensionem, cum res de facili ad pristinum reducatur, quæ ratio cessat in contrario. Nota habere extraneum ius deliberandi. Item quòd hæres, siue suus, siue extraneus, post aditam non repudiat, nisi sit minor.

Item quod minori data est restitutio ob facilitatẽ, & ne decipiatur. Item, quod speciali priuilegio alicui tributa non trahuntur ad alios. Item not. effectum inuentarij, quod facit non teneri vltra vires hæreditarias.]

† Sic in l. apud. & l. sed & is, ff. quib. ex causis i pos ea. et in leg. at siquis §. pleriq. ff. de religio Hæredes sui immiscent, & abstinẽt, adeunt, & repudiãt extranei.

a ¶ *Abstinendi.* vt est suus hæres, cui datur abstinendi facultas per prætorem, vt supra eo. §. sui autem. in fin.

b ¶ *De adeunda.* Nota hic † quatuor proportionabilia, scilicet immiscere, & abstinere: quæ duo pertinent ad suos hæredes. Item adire & repudiare, quæ duo pertinent ad etraxneos, vt hic dicitur. Sed quandoque suus dicitur adire. & repudiare, vt C. de legi. hæred. l. defunctis.

¶ Confunduntur enim quandoque, vt l. & si fine, §. sed quod Papin. ff. de mino. in l. siue, § fin. ff. de iur. pat.] SYL.

c ¶ *Deliberare.* Infra annum deliberationis petito tempore, & indulto ab imperiali culmine, à nostris autem iudicibus infra nouẽ menses: & non nisi semel peti potest, vt Cod. de iure delib. leg. scimus. §. & hæc quidem. *Deliberãdi tẽpus.*

* ¶ Adde, ꝙ nihilomin' creditores hereditarij possint, si vident heredẽ differre aditionẽ petere, vt ei statuatur, tempus ad adeũdam hæreditatem, idque arbitrio iudicis statuitur: quo tempore præterito amplius hæres non audietur, glos. in l. quamdiu institutus, in ver. instituto. post medium, & ibi quoque omnes ferè scribentes. ff. de acquis. hæred.

** Adde etiam, quòd pendente tempore deliberandi possunt illum coheredes prouocare ad diuisiones, l. nisi ex pluribus. si pars her. pet. & ita aliàs obtinui, quòd not. quia proderit, si videbis coheredem velle deliberare animo differendi.]

d ¶ *Omnibus.* Nisi sint vsi iure communi, vt ff. de mi. l. verum §. item non restituitur.

¶ Intellige, id est facit id, quod quilibet diligens paterfam. fecisset, non iure communi prout sonat, secundum Christoph. hic.] Item nisi iurauerit adultus super contractu, vt in l. Federici, Hac edictali in ri. de pace tenenda. §. item sacramenta, lib. 2. feu. Ad tex. vide pulcherrimam glos in c. ex parte. ver. quamuis ext. de restit. spol. SYL.

e ¶ *Succurrit.* Vt ff de min. l. ait prætor. §. sed quòd si hæreditatem.

f ¶ *Maiori.* scilicet cuidam priuilegio.

g ¶ *Veniam* abstinendi. Accurs.

h ¶ *Grande æs.* sic, ff. de condi. indeb. l. 2. §. si quid & l. 3.

a ¶ *Gordianus*. Sed vbi sunt leges istorum Imperatorum? Respond. non habemus, sed habetur mětio earum, vt C. de iu. delib. l. scimus. in princ.
b ¶ *Præstitit*. aliàs præstauit.
c ¶ *Hoc*, scilicet vt aliquis non grauetur propter improuisum debitum, vel etiam prouisum si est nō sufficiēs hęreditas. vt C. de iu. deli. l. scimus, §. ex omnib. & hoc facto inuentario, si res pręsentes sunt intra tres menses, si abfuerint, intra annale spaciū, vt C. de iu. deli. l. eg. scimus, §. sin autem dubius, & §. sin autem à locis.

Inuentarii faciēdi tēpus.

ADDITIO. Quot & quæ requirantur in inuentario, vide plenè & ordinate per Angel. Aret.

¶ Adde, quod satis est incipi, & perfici inuentarium intra tres mēses adie aditę hęreditatis, Bart. & al. in l. fi. §. cum igitur, & §. si verò postquam, C. de iur. delib. & Rol. à Valle tract. de confect. inuen. 152. & 55.

dianus[a] postea militibus tantummodo hoc concessit.

¶ Sed nostra beneuolentia cōmune omnibus subiectis imperio nostro præstitit[b] hoc[c] beneficium: & constitutionem[d] tam equissimam[e] quā nobilissimā[f] scripsit, cuius tenorē si obseruauerit homines, licet eis adire hereditatē, & in tantū teneri, quantū valere bona hęreditatis cōtingit, vt ex hac causa, neq; deliberationis auxiliū sit eis necessariū, nisi omissa obseruatione nostrę cōstitutionis, [g] & deliberandū existimauerit, & sese veteri grauamini [h] aditionis supponere maluerit.

¶ *Hæres dicitur adire hæreditatē gerēdo se pro hærede in aliquo actu, vel nuda voluntate re, vel verbis declarata: & ita potest repudiare, dummodo sciat hæreditatem sibi delatā, quāuis sit mutus. Aret.*

¶ Item extraneus heres testamēto institutus, aut ab intestato ad legitimā[i] hæreditatē vocatus, pōt, aut pro hærede gerēdo, aut etiā nuda volūtate[k] suscipiendæ hęreditatis hæres fieri.

d ¶ *Constitutionem*. vt C. de iu. deli. l. scimus.
e ¶ *Aequissimam*, quantum ad tractatum.
f ¶ *Nobilissimam*. quantum ad sententiam.
g ¶ *Constitutionis*. Quæ de compositione dicti inuentarii loquitur.
h ¶ *Veteri grauamini* Sed quod erat grauamen? Respon. tenebatur in solidū omnibus creditoribus, & legatariis, etiam si excedant mēsuram hæreditatis, vt C. de iur. delib. l. fi. §. si verò postquam. Si autem petit tempus ad deliberandum, & fecit etiam inuentariū, creditoribus quidem tenetur in solidū, sed de legatis detrahit Falcidiā, siue adierit hęreditatem infra deliberationis tempus, siue non recusauerit: sed si non fecisset inuentarium, omnibus in solidum, teneretur, vt C. de iur. deli. l. fi. §. si autem hoc aliquis, & §. siquis autem.

Inuētarium nō faciētes in quo grauātur.

* ¶ Adde, quod ratio est, quia lex præsumit, quod hæres surripuerit de bonis hæreditatis, vt in Authent. de hæred. & Falc. §. sancimus, quæ præsumptio est iuris & de iure, quæ nō recipit probationem incontrarium, nisi per confessionem partis, vt latè tradit Cæpol. cau. 7. vbi vide, quia tradit caut. excusandi hæredē qui non fecit, aut minus legitime fecit inuentarium, in foro tamen conscientiæ hæres non tenetur vltra vires hæreditatis secundum Bart. in rubr. ff. de acquir. hæred. etiam nō confecto inuentario, vt scribit Ias. post Bart. & Bald. & ibi per eum relatos in §. sed istæ, column. antepenult. if. de actio.]

¶ Item extraneus.

¶ CASVS. in tam generali regula nō figuratur, nisi literaliter: cuius ratio est, quia iste quasi contractus à sola voluntate hæredis dependet, & ideò qualitercunque constet, satis est. Not. quod solo animo aditur, & animo repudiatur hæreditas, siue verbis, siue factis ostenditur. Item not. quid sit pro hærede gerere. Item, quod nihil impedit, quo minus mutus, vel surdus gerat pro hærede, si intelligat quod agit. Item, quod ad hoc, vt possit adiri, necesse est, quod sit certus de morte ipsius testatoris, & sciat sibi delatam hæreditatem.

i ¶ *Item. Ad legitimam*. scilicet iure ciuili aliud si iure prætorio tunc enim necesse habet coram prætore agnoscere, vt C. de iure delib. l. 1. & l. puberem, & l. suum, & C. qui admit. ad bon. poss. l. vlt.

ADDITIO. Dic, quod sola agnitio bonorum possessionis facta coram prætore etiam non auctorante sufficit, siue sit bonorū possessio secundum tabu. siue ab intestato, siue etiam contra tab. vt est gl. singularis in d. l. fi. §. 1. C. decur. fu. in ver. pro antiqua. Ang.

K ¶ *Nuda voluntate*. oportet tamen, quod extrinsecus declaretur, si quid ergo pro hęrede velut hæres gessit, vt hic dicitur, tunc voluntatem illam declarat, nisi protestetur (1) se nō vt hæredem facere, vt hic, & ff. de acquiren. hæred. l. pro hærede. in princ. & l. gerit. Sed contra id, quod dicit hic, nuda voluntate est C. de iur. delib. l. potuit. Sed certe est necessaria

ria volunta, & actus si ab actu inc pias. sic & alias. ff. de acq. posse. l. quemadmodum.
ADDITIO. (i) Quæ protestatio non est necessaria, vbi facit actum pium, quia dilationem non recipit: nec releuat, vbi facit actum contrarium. vt c. cum M. Ferrariensis, de cōstit secundum Ioan. Fabrum, & Angelum.

* ¶ Quod igitur dictū est, quempiam nuda voluntate, seu solo animo hæredem fieri, ita declarari debet, hoc est, licet nihil attin gat hæreditatium, dum tamen de animo cōstet, vel ex aliquo actu, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non potest, vel ver bis, neq; enim sola nudaque cogitatio hæredem facit.]

Pro hærede[a] autem gerere quis videtur, si rebus hæreditarijs tanquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditatis, vel prædia colendo, locandove, & quoquo modo voluntatem suam declaret, vel re, vel † verbo, de adeunda hæreditate. dummodo sciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, testatum, intestatumve obijsse,[b] & se ei hæredem esse.[c] Pro hærede enim gerere est pro domino[d] gerere. Veteres enim heredes pro dominis appellabant, sicut autē nuda voluntate extraneus hæres fit, ita cōtraria destinatione[e] statim ab hæreditate repellitur.

† *aliàs verbis vel literis.*

¶ Eum, qui surdus, vel mutus natus est, vel postea factus, nihil prohibet pro herede gerere, & acquirere sibi hæreditatem; si tamen intelligit[f] quod agit.

a ¶ *Pro hærede.* Id est factis ipsis gerendo pro hærede.

b ¶ *Obijsse.* Aliàs enim nisi hoc sciat, non præiudicat sibi aditio: nam non videtur adire, vt hic, & ff. de acqui. hære. l. si is ad quem. & l. cum qui duobus.

STL. ¶ Dic tamen, quod non requiritur scientia positiua causata ex actu corporeo, sed satis est vehemens opinio ipsius hæredis, vt declarat Bart. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. & ibi moder.]

Hæredi tatē adire volēti quæ sint necessaria. c ¶ *Hæredem esse.* etiam purè: nam si sub conditione, non potest ante existentem cōditionem adire, vt ff de acqu. hæred. l. is qui hæres. Sunt & alia necessaria, scilicet, vt sit liber, & sui iuris, qui adit: aliàs non poterit nisi iussu patris, vel domini præcedente, vt ff. eo. l. si quis mihi, §. iussum. & l. quoties. Itē oportet, quod sit compos mentis, vt in fine huius tituli. Item, quod sit maior quatuordecim annis: alias non potest adire, vt C. de iu. deli. l. potuit. & l. si infanti. Itē, quod sciat mortuum esse testatorem: alias non potest adire, vt ff. de acqu. hæred. leg. is qui hæres, §. siquis dubitet, & leg. qui hæreditatem & leg. neminem, & leg. qui superstitis. Item certus de conditione testatoris esse debet, vt ff. de acq. hæred. l. hæres, 1, §. si. & l. seq.

ADDITIO. Simile in l. illud. si pars hæredit. pet. & l. is qui putat. de acquir. hæred. hinc est, quod vulgo dicitur, quod ille, qui vult adire hereditatem, debet scire causam, ex qua defertur, vt l. si is ad quem. de acquir. hæred. secundum Christoph.

d ¶ *Pro domino.* vnde hærus id est, dominus, vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. § legis autem Aquiliæ. Item dicūt Theutonici her id est dominus.

** Fallitur Accurs. repugnat enim syllaba, quæ in heted, propter vim diphthōgi producitur, in hero corripitur. dictus autem videtur potius ab hæredo, eo quòd hæteat, id est proximè & cōtinenter capiat successionem, & dominus constituatur.]

e ¶ *Destinatione.* dummodo & hoc actu extrinseco declaretur argu. tamen contra. ff. de pecu. lega. leg. non statim.

ADDITIO. Sed ibi erat acquisitum domino, vel ibi in actu, qui realitatem requirit Ioan. Fab.

f ¶ *Intelligit*, non ergo demens, vel furiosus.

De legatis.

Continuatio. ¶ Dic, quod tex. continuat istam rubricam, Vel sic: Dictum est, si pra de testamentis, in quibus legata relinquuntur, nunc sequitur de ipsis legatis.

POst hæc videamus.

Diuisio. ¶ Totus iste ti. diuiditur principaliter in quinq; partes. Primò cōtinuat se ad pcedētia. Secūdò ponit diffinitionē legati. Tertiò recitat quot gña legatorū olim erant Quartò illud corrigit. Quintò incipit tractare materiā legatorū, secunda ibi, Legatū, Tertia ibi, Sed olim. Quarta ibi, Nrā aūt, Quinta ibi, Nō solū autē, & illa. Quinta suo loco subdiuiditur.

STL. ¶ Post hæc. ¶ *CASVS*, non est figurandus, quia tantum continuat hunc titulum Imperator. Poterat. n. dubitari, cum essemus in tractatu de ijs iuris figuris, quibus per vniuersitatem nobis res acquiruntur, quare præposita esset rubrica de legatis: & respondetur, nō sine causa fieri, cum simus in materia testamentorum, supponere tractatum de legatis. Not. quod materiæ sunt subordinandæ vna alteri, non quod titulus titu. continuetur. Itē ibi, quæ pars, quod aliquando appellatione partis non venit dimidia. Item, quod in hoc tit. non vī tractari de legatis vniuersalibus.]

a ¶ *Post hæc*. Scilicet quæ diximus, supr. de testa. ordinan. §. hucusque.
b ¶ *Pars*. s. quæ est circa legata: & longa est, vt patet ff. eo. per multas rubricas.
c ¶ *Propositam*. supra per quas perso. nobis acquir. §. fin.

STYL. ¶ Potest & alio ratio assignari: quia voluit prius supra tractare de acquisitione directa vniuersali, postea de particulari directa, deinde de vniuersali obliqua, vltimo de particulari obliqua.]

¶ *De legatis.*

¶ *Ex causa licet immiscere in vna materia aliam materiã, licet non sit omninò similis, dũmodo vna materia transeat & conformitatem habeat cum alia materia. Aret.*

POst hæc[a] videamus de legatis, quæ pars[b] iuris extra propositam[c] quidem materiam videtur: (nam loquimur[d] de ijs iuris figuris,[e] quibus per vniuersitatẽ res nobis acquiruntur) sed cum omninò[f] de testamentis,[g] & de hæredibus,[h] qui in testamento instituuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti[i] loco potest hæc iuris materia tractari.

¶ *Diffõ legati. Ang.*

Legatum[k] itaque est donatio quædam[l] à defuncto relicta, † ab hærede præstanda.

¶ *Antiqua solennitate verborum, quæ in*

d ¶ *Loquimur*. id est locuti sumus. Et sic tempus pro tẽpore ponitur, vt C. ex quibus ca. Infa. irrog. si Possidoniũ.

STYL. ¶ Adde, quod hæc expositio est falsa: quia, cum supra tãtum tractatum sit de testamẽtis, non verificaretur numerus pluralis dicendo de ijs iuris figuris. Intendit ergo Imperator, dum dicit loquimur, idem ac si diceret, nos sumus in tractatu.] Vel loquimur, id est, loqui deberemus, si materiam præcedentem prosequeremur. (i) sic in Auth. de cõsanguin. & vter. frat §. si igitur. coll. 6.

ADDITIO. (i) Dic quod præteritum perfectum subiunctiui in contractibus, quando nõ potest verificari in præterito, trahitur ad futurum, vt l. cum stipulamur. ff. de verbor. oblig. sed in testamentis, & legibus, quæ dant formam & essentiam, capiunt à futuro, secundum Angel.

e ¶ *Figuris*. I. partibus, vel formis: quæ quatuor sunt: per successionem ciuilem, per prætoriam, per arrogationem, per addictionem conseruandæ libertatis causa, vt supra per quas person. no. acqu. §. fin.

STYL. ¶ Adde, quod videbatur, quod essent tantũ duæ nominandæ, scilicet ciuilis, & prætoria: quippe aliæ duæ sunt de iure ciuili, vt patet in illis titulis. Attamen quia sunt illæ multum dissimiles, cum sint successiones in vniuersum ius viuentis, illæ in vniuersum ius defuncti, sunt separatim positæ à glos. quamuis sint etiam de iure ciuili.

f ¶ *Omninò*. i. diligentissimè.
g ¶ *Testamentis*. vt supr. de testamen. & tribus sequen. tit.
h ¶ *Hæredibus*. Vt supra de hæred. institut. §. vsque huc.
i ¶ *Sequenti*. quia nec debentur nisi in testamento relicta, & post hæredis institutionem. Sed hodie contra in vtroque, vt inf. de fideicom. hær. §. præterea. & infr. eod. §. sed non vsque, & §. ante.

¶ Legatum. a Diuiditur in septem partes. Primò ponit qualiter diffiniatur legatũ. Secundò, quot erant olim genera legatorũ. Tertiò, qualiter vnũquodque genus legatorũ fiebat, quia erant certa verba assignata. Quartò, qualiter dicta verborum solennitas est hodie sublata. Quintò, qualiter per Iustin. omnes isti modi delegandi, vel omnia ista genera legatorum sunt redacta ad vnã materiam: & legatarijs datur ius prosequendi legata alterio de tribus modis. Sextò remouet differentiam, quæ erat inter legata & fideicommissa, & ea adæquat. Septimò respondet cuidam tacitæ obiectioni. Secunda ibi, Sed olim. Tertia ibi, Et certa quædam. Quarta ibi, Sed ex constitutionibus. Quinta ibi, Nostra. Sexta ibi, Sed non vsque. Septima ibi. Sed ne in primis. Aret.

¶ *CASVS*. in diffinitione non ponitur. Præmittitur enim diffinitio, vt sciatur id, de quo disputatur, vt inquit Cic. in lib. 1. Officio. Not. ergo diffinitionem legati. Item aduerte, quia (meo iudicio) illa verba, ab hęrede præstanda. non debent esse tex quia in l. legatum. ff eo. 2. non sunt & glo. ibi, quæ hæc verba suppler, non allegat hunc tex. & gl hic dicit legatum hic diffiniri vt in d. l. legatum, & aliter diffiniri in l. legatum de leg. 1. Item Ang. hic dicit sup. ab hærede præstanda, quę omnia ostendunt, quod in antiquis codicibus, prout in meo non erant dicta verba.

K ¶ *Legatum*. sic ff. de leg. 2. l. legatum, sed aliter diffinitur. ff. eo. 1. l. legatum est.

¶ Adde, quod nulla ex his diffinitionibus habet partes diffinitionis, vt disputando defendit Præpo. sen. in 7. q. 2 casu in suis disp.

l ¶ *Donatio quadam*. Sunt enim tres donationes, vt ff. de do. l. 1. Et differt hæc à donatione causa mortis, vt diximus, supr. de don. §. 1. in fi. Item a donatione inter viuos, cum legatum reuocari possit vsque ad mortẽ, vt ff. de adimen. leg. l. 3. in fi. & l. 4. Sed in donatione

† Verba ista ab hærede præstanda, non sunt in antiquis, & emẽdatis exẽplaribus, & certè subuertunt diffinitionem, cũ videamus à testatore quoque ipso, nedũ ab hærede legatum præstari. leg. Lucius. de lega. 2. STYL.

legatis obseruabatur, sublata, necnon legatorum fideicommissorumque differentia, hodie eorum vna eadēq. est natura, & quibuscunq. verbis relicta tribus actionib. persequi possunt. h. d.

¶ Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vendicationem, per damnationem, per sinendi modum, per præceptioné. Et certa quædam verba [a] cuique generi legatorū assignata erant, p quę singula genera legatorū significabātur, sed ex cōstitutionib.[b] Diuorū principum solénitas huiusmodi verborum penitus sublata est.[c] ¶ Nostra auté constitutio,[d] quā cum magna fecimus lucubratione,[e] defunctorum volūtates[f] validiores[g] esse cupiētes, & non

tione inter viuos non est ita, vt supr. de don. §. aliæ. (i) I. enim differt ab hæreditate, cū hoc singulare & sine onere sit, illud verò vniuersale, & cum onere, vt ff mād. l. si hæreditatē, & argu ff. de eo. le. l. quadam, §. nihil interest.

ADDITIO.

Et hæc inducūtur ad quæstionem si testator, dicat, dono Titio fūdum præsenti, & recipienti, an censeatur legatum vel donatio per Ioan. Fab. & Ang.

SYL. * ¶ Legata quomodo differant ab alijs donationibus tradit eleganter Andr. Diraqu. in rep. l. si vnquam. super vers. liberis. nu. 105. Cod. de reu. dom.

¶ Adde, q legatarius capiens rem legatam propria auctoritate, illā amittit, l. non est dubiū, vbi oēs doct. tradūt C. eo. pōt tñ testtōr ei licētiā cōcedere illā capiēdi propria auctoritate. Barto. in l. nemo pōt de leg. 1. & tunc illam non amittit, & ita est cōis doct. vt dicit Ripa. in l. centurio. n. 52. & seq. ff. de vulg. Plot. l. si qñ. num. 54 C. vnde vi.

SYL. ¶ Sed olim quidem. ¶ *CASVS*. nō figuratur, quia procedit corrigendo ius antiquum: rō auté correctionis in l. corrigēte assignatur. Not. formam & obseruationes iuris antiqui circa legata. Item, quod volūtates defunctorum debent validiores, quam fieri possit, effici.[*] Item, quod ll. debent imponi rebus non verbis. Itē, quod legatis vna est natura. Itē, quod legatario cōpetit nedū actio psonalis, sed realis, & hypothecaria. Si. n. res legata erat testatoris, & cōsistebat in specie, cōpetit rei vendicatio & actio ex testō: hypothecaria aūt datur in alijs rebus, quæ peruenerunt à defuncto in hæredem. Item, quod qñ duo æquiparātur, illud, quod est plus in vno, tribuitur alteri. Item, quod verbum, studiosis, accipitur in bonam partem. Item. quod ineruditi adolescētes sunt distinctè docendi, nec onerandi multitudine materiarum. Item, quod à facilioribus est inchoandum.

a ¶ *Quædam verba*, Vt si dicat legatario. Vendica tibi rem talem, vel hæredi dicat, Damno te illum ære alieno liberare, vt infr. eod §. sed & tale. Item si dicat, Sinito illum habere talem rē. Item si dicat vni hæredum: Præcipito rem illam, id est, ante partem capito, vt ff. eo. 1. l. si à pluribus.

SYL. ¶ Adde, quod Angel. ampliat, siue fiat verbis directis, siue obliquis: & nihil allegat, est tex. in l. 2. C. com. de leg. in princ. Quæ autem in legatis dicantur verba directa, quę precaria, est glos. in d. l. 2. vbi Pau. de Cast. optimè declarat.* Sed vt rectè discas quibus verbis quatuor hęc legatorum genera conciperentur, & quomodo inter se differrent, lege Alciatū. libr. Parer. 3. c. 1.

** Seruius quoque nobilissimus Grāmaticus libr. 5. Æneid. Virg. super illo versu, Sume pater & cet. exponit verba sume, id est, pcipe, atque verbū esse peculiare iurisconsultorū, quo vtuntur, quoties legatum nō ab hærede datur, sed ex accipientis arbitrio, vnde conijcere licet, id verbum assignatum fuisse legato per vendicationem, vt cum testator dicebat legatario, tibi summe illam rem, in quo genere legati non erat expectanda manus hæredis, sed ipse legatarius possessionem rei legatæ propria auctoritate capiebat.

b ¶ *Ex constitutionibus.* Quas non habemus.

c ¶ *Sublata est.* s. dudum retrò.

d ¶ *Nostra autem constitutio*. Quæ est. Cod. communia. de leg. l. 1.

e ¶ *Lucubratione*. i. vigilatione, maximè nocturna, nam secundum Philosophos luna dicitur habere radios lugubres, sed sol claros sic in autheut. vt iud. sine quoquo suffra. in princ. coll 2.

¶ Adde legendum lucubratione & expone, id est studio.

f ¶ *Voluntates.* Interdum non est volūtas validior scriptura vt ff. de vsufr. leg. l. si alij, & ff. de sup. le. l. Labeo. (i) Et facit ad hoc quod in tex dr. s. q volūtas sit validior scriptura, q est verum, vt ff. de le. 2. l cum pr, §. cū imperfecta, & de le. 1. l. 4 secūdum Ioan. & hoc nisi sit impossibilis vel probrosa, vt inf. eo. §. si, vel inepta, vt ff. eo. 1. l. seruo alie. §. fin. SYL.

ADDITIO. (i) Non ob. hæc lex, si alij, quia respondetur solum contradicere, quia ibi attenditur scriptura, quia voluntas testatoris erat ambigua. Cæterum si eius fuisset clara voluntas, ab ea nō recederetur: immo obseruaretur, scripturæ reiecta interpretatione, vt l 2 C. de lib. præt. & hic. lat.

g ¶ *Validiores*, quam sint verba solennia: vel quam sit scriptura. Accur.

** Nam etiam à propria verborum significatione recedimus: cũ manifestũ est, aliquid sensisse testatorem l. non aliter. de l. 3. quòd & in contractibus obseruari videmus l. si tibi. ff cert. pet. id que latius cõprobat Aiciat. li 2. de verbo. signifi. non. n. semper ꝓprijs verbis vti possumus; eaque intẽtioni proferentis subseruire conuenit.

verbis, sed volũtatibus eorum fauẽtes, disposuit, vt omnibus legatis,[a] vna sit natura:[b] & quibuscunque verbis[c] aliq̃d relictum sit, liceat legatarijs id persequi nõ solum per actiones personales;[d] sed etiã per in rem,[e] † & per hypothecariam:[f] cuius cõstitutionis ꝑpensum[g] modũ ex ipsi tenore ꝑfectissimè accipere possibile est.

a ¶ *Omnibus legatis* i. omni generi legatorum.

b ¶ *Vna sit natura*, quantum ad hoc, vt debeantur: sunt tñ quędã fauorabiliorũ alijs, vt ifr de oblig. quæ ex quasi contractu. §. fi nal.

c ¶ *Quibuscũque verbis*. Aptis tamen ad hoc. sic ff. de constit. pecu. l. qui autem. in fi. & l. seq.

ADDITIO. No. ꝙ lex generaliter loquens recipit restrictionẽ de habilitate. concordat gl. 1. in l. 1. §. nunciatio. & ibi doct. ff. de oper. no. nu. & in l. vt gradatim, §. sed si lege. ff. de mu. & hono. & Bar. latè in l. omnes populi, ff de iusti. & iur. Ang.

d ¶ *Per actiones personales*. s. ex testamento.

e ¶ *Per in rem*. i. per rei vendicationem, nam recta via transit dominium in legatarium rei legatæ, vt ff. de fur. l. à Titio. Accurs.

** Etiam ignorantem l. cum pater, §. surdo. de leg 2. secus in fideicommissario vniuersali, ad quem non transit ante restitutionẽ, l. restituta, ad Treb. gl. in §. sed quia, vers. restituerit, inf. de fide. hæred.]

¶ Adde, quod qñ dicimus dominium transire in legatis, aut quęrimus quo ad trãsmissionẽ: & quęrit legatũ à morte, l. 1. §. cũ igit. C. de cad. tol. loquendo de puro: aut quoad acquisitionem dñij: & hæc est triplex ficta, a morte testantis, d. l. à Titio, vera, sed reuocabilis ab adita ante agnitionem legati. l. seruo legato, ff eo t. verũ irreuocabilis, agnito legato l. proindè, ff si cert. pet.]

f ¶ *Per hypothecariam*, † scilicet in rebus alijs, quæ fuerunt defuncti.

¶ Adde, ꝙ hæc opin. gl. communiter reprobatur: ergo aliàs disputando defendi sententiam glo. quę verior est in puncto iuris, quã etiam defendit Præp. Sen. in 10. q. & casu.]

** Immo opin. Accurs. est communiter recepta, vt per Negus. tract. de pign. in 4. memb. 2. par. nu. 158. nã cum dñium rei legatæ transeat in legatarium, illa haudquaquã sibi esse potest obligata. l. neque de reg. iur. sciendũ tamen est, hanc hypothecam esse naturę diuersæ ab alijs hypotheticis. illæ. n. dantur in solidum cõtra quemlibet ex hæredibus, hæc verò pro ratis, pro quibus sunt hæredes. l 1. C. si vnus ex plur. hæt. & l. 1 in fi. cõmun. de leg.]

† Cõcor. c. Rayn. in gl. super ver. dote. post me. ext. de test.

STL.

† Hac gl. diuiditur in quatuor partes. In prima declarãdo tex. remouet quoddã contrariũ taci-tũ, in secunda ꝑ modũ notabilis remouet aliud cõtrariũ: In tertia remouet aliud cõtrariũ: In quarta & vltima per modũ questionis remouet aliud cõtrariũ, secunda ibi & nota, tertia ibi nõ tamẽ omnib. quarta ibi sed si legatarius. Ias.

¶ Sed non vsque ad eam[h] constitutionem standũ esse existimauim[9]. Cũ. n. antiquitatẽ inuenimus legata quidẽ strictè[i] concludẽtem, fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis[k] descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentẽ necessarium esse duximus, omnia legata fideicõmissis exæquare: vt nulla sit i-

¶ Et nota, qđ si legatũ sit in specie, & sit res testatoris, competunt illæ tres actiones. Si in genere, vt seruus, competũt duę, ſ. testamẽti, & hypothecę sed in casu tantũ vna actio, ſ. ex testamento, & vna exceptio competit: vt si lego debitori liberationem. vt ff. de lib. le. l. quod mihi. & ff vt in pos. le. l. 1. §. si debitori. Si autẽ sit res aliena, duæ tantum competunt. ſ. personalis, & hypothecaria, vt C. con. de leg. l. 1. Non tamen omnibus aget, ſ. actione in rem, & ex testamento: sed vna, quam elegerit, vt ff. de le. 2. l. cum filius, §. varijs, sed si legatarius sit dominus, qualiter personali aget, vt infr. de actio. §. sic itaque? Respon. ratione possessionis, vt ff. de cond. triti. l. 2.

* ¶ Adde, ꝙ ista hypotheca remitti põt per testatorẽ, gl. & Bal. in l. 2. C. vt in pos. le. Dec. in l. 1. in gl. 1. in prin. C. de instit. & substit.

Adde, ꝙ istæ actiones personales oriuntur ex quasi contractu, quia hæres adeũdo hẽditatem quasi cõtrahere videtur cũ legatarijs gl. 1. § hẽs. if. de obl. quæ ex quasi cõtra. nas.

ADDITIO. Et sic ex testõ agitur ad ꝑstandũ seu tradendũ, non aũt ad dandũ, vel dic, ꝙ §. sic itaque loquit in vero dño, facto per tradõnẽ de iure cõi, hic verò de iure spãli sine traditione. igitur non est mirum si datur concursus, vt l. in reb. C. de iu. do. sm̃ doctor.

g ¶ *Perpensum*. i. deliberatum.

h ¶ *Sed non vsque ad eam*, i. non fuimus contenti. s. de cõstõne: imo aliã fecimus circa istã & eandem materiam, vt C. communia de le. l. 2. Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legatorum. s. in quo erat differentia inter se. Secunda verò remouet differentiam inter legata & fideicom.

* ¶ Quænã esset olim differentia legatorum, & fideic. bellil. explicat Alc. lib. 3. Parer. c. 1.]

STL.

i ¶ *Strictè*. i. stricto iure, sic vt ex testõ tantum debeantur, vt infr. de fideic. hær. § prçterea.

K ¶ *Magis*. i. q̃ legata, vt ab intestõ ẽt debeãtur, vt if. de fideic. hæ. §. præterea. Vel dic ex

vo-

ter ea differentia, sed quod deest [a] legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum, & si quid amplius [b] est in legatis, p hoc crescat fideicommissorũ natura. ¶ Sed ne in primis legũ cunabulis [c] permixtim de his exponẽdo, studiosis adolescentibus quãdam introducamus difficultatẽ, operæpretium esse duximus, [d] interim [e] separatim pri⁹ de legatis, [f] & postea de fideicõmissis [g] tractare: vt natura vtriusq. iuris cognita, [h] facilè possint p mixtionem eorum, eruditi [i] subtilioribus auribus † accipere.

¶ Legatum rei alienæ valet saltem quo ad æstimationem, si res sit in commercio hominũ, & sciat testator alienam, cuius probatio incumbit legatario: hoc dicit.

¶ Non solum autem † testatoris, vel hæredis [k] res,

† *aliàs pcipere.*

volũtate magis, quã ex solẽnitate testamẽtl.

Exæquare. quantum ad sententiam, & tractatum, non etiantum ad verba. nam non dicitur hodie legataria libertas. & hæreditas, licet fideicommissariæ appellentur.

** Adde, propriè loquendo fideicommissa plerumque dici, quæ verbis precarijs fiũt: l. 2. C. communia. de leg qua lia sunt rogo, mando, deprecor, cupio, desidero, fidei tuę committo, & similia. §. fin. inf. de sing. rebus per fid. rel. l. & eo modo: l. etiam hoc modo. ff. eo. cũ n. testator de re principaliter non disponat, sed factũ hæreditatis verbis suis imploret, eius fidem secutus censetur, & ideò fideicommissse leg. Titia. ff. de le. 2. idem, si dicat testator, peto vt contentus sis, dirigens hoc verbum ad ipsum honoratum, l. peto de leg. 2. At legatum plerumque præceptiuis verbis concipitur, l. Sempronius, de vsuf. le. non est tamen dubium, quin verbum, lego fideicommisso quoquo conueniat, l. Caius in fin. de l. 3. l. vxorem §. felicissimo, de leg. 3. lataq. legati significatione, & fideicõmissa, & mortis causa donationes contineantur l. & fideicommissa, de leg. 3.

*Item propter legatum nõ cogitur quis adire, sed propter fideicomm. vniuersale sic, † vt inf. ad l. Falc. §. quantitas, vers. ex diuerso & ff. ad Trebel. l. quia poterat, & inf. de fideic. hær. §. ergo vers. sed si recuser.

¶ Adde q gl. est falsa, quia sũt plures dñię, & saluantur iura exæquãtia. videnda sunt, quæ ponit Ias. in l. 1. ff. eo. tit. in glo. in fi. ver. ego nouissimus, & ad vltimam partem gl. dic rationem diuersitatis esse, quia in secũdo casu hæres non patitur damnum, quia omnia iura actiua, & passiua transeunt in fideicommissarium, l. apud Iul. §. Antistia. ff. ad Trebel. in 1. no. in l. 1. §. si hæres, ff. eod. tit.]

a ¶ *Sed quod deest.* In tribus. n. deest, vt inf. eo. §. post mortem, & inf. de fideic. hær. §. pręterea. inf. de sign. rebus per fideic. re. in prin.

b ¶ *Amplius,* scilicet vt ex necessitate dent, q non erat in fideic. ve inf. de fideic. hę. in pr.

¶ Adde, quod hæc gl est falsa, quia tempore Iustin. fideicom. erant necessaria, vt infr. de fidei. hæ. per totum.]

† *Intellige istã adæquationẽ p cedere ĩ legatis particularibus quo ad particularia, & in vniuersalibus quo ad vniuersalia, & nõ aliter vt doc. hic & ĩ l. 1. ff. de. leg.* STL.

c ¶ *In primis legum cunabulis*, i. hoc volumine. vt sup. eo. in procemio, circa medium.

d ¶ *Operæpretium esse duximus*, i. pulchrum putauimus, & vtile, vt dicitur in Salustio.

e ¶ *Interim*, idest antequã veniamus ad illã constitutionẽ, vbi tractantur communia eorum.

f ¶ *De legatis*, vt hoc titulo, & duobus seq.

g ¶ *De fideicõmissis* vt inf. de fideic. hęr. & alio ibi proxi tit.

h ¶ *Cognita*. s. separatim.

i ¶ *Eruditi*. Sic sup. de iusti. & iur. §. his igitur generaliter.

¶ Non solum. STL.

¶ CASVS. Quæsitũ fuit, an sicut res testatoris, & hæredis, ita & aliena legari posset: & videbatur, quòd nõ, quia nostra sine facto nostro à nobis non abdicantur, l. id quod nostrum, ff de reg. iur. & nemo cogitur suum vendere, l. nec emere, C. de iur. delib. igitur videbatur legatum tanquã frustratoriũ non valere. Contrariũ deciditur, q tunc eius mẽtis fuisse testatorẽ prçsumimus, vt velit æstimationẽ saltẽ præstari, hinc est, q eo ignorante rem alienã, aliter decidit in tex. No. q res hæredis legari potest, sicut res testatoris. Itẽ, q licet aliàs qui tenetur ex dispositione testatoris, teneat pręcisè, l. fideicõmissa. §. si. ff. de l. 3. nec liberetur soluendo interesse, tamẽ in casu nostro, pręstatur æstimatio propter impossibilitatem, l. impossibilium. ff. de reg. iur. Item, q legatũ rei, quę nõ est in cõmercio, nõ valet. ratio est, quia hęres nõ grauatur, nisi idem, vel quid simile ex testamento consequatur l. planè. §. fi. ff. eo. 1. Item, q legatum rei alienæ factũ à testatore sciente valet, secus si ab errante, aut ignorãte Item, q actori incumbit onus probandi.]

K ¶ *Hæredis*. Et in his nil refert, si sciuerit hoc defunctus, vel ignorauerit. vt inf. eo. §. si quis rem suam. & ff. de leg. 2. l. vnum ex familia, §. si rem tuam. Itẽ de re cõi legata, secundũ Io. vt ff. eo. l. 5. § 1 & 2. sed certè ibi nõ valet legatũ, nisi pro ea parte, pro qua nõ est error.

¶ Adde, q Io. Fab. hic intelligit, q vbi credidit totam suam, non valeat nisi in parte: si verò sciret communem, non valeret nisi in totum: quod non voluit dicere gl. sed solum ampliare text. dum dicit posse legari, rẽ testatoris & hæredis, vt etiam habeat locum

sed etiam aliena [a] legari potest: ita vt hæres cogatur redimere [b] eam, & præstare: vel si eam non potest redimere, [c] æstimationẽ eius dare. Sed si talis res sit, cuius commercium nõ est, [d] vel adipisci [e] non potest: nec æstimatio [f] eius debetur: veluti † si campum Martium, vel basilicas, [g] vel templa, vel quæ publico vsui destinata sunt, [h] legauerit: nam nullius momẽti tale legatum est. Quod autem dixi alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat. † [i] Forsitan enim

in re communi, sed ꝙ in cõmuni valet tantũ in parte: & hoc probat tex. allegatus, ea ratione, quia cum legatum valeat in parte, nõ est verisimile voluisse in plus grauare hæredẽ: & quia præsumitur tantum legari ius, quod quis habet l. si domus, §. fi. ff. eod. 1.]

*Adde Ioann. Dilec. de arte testan. titu. de leg. cau. 4. vbi docet quibus verbis legari debeat, cũ testator vult rẽ communem in totum legare.

**Amplia hũc tex. tametsi hæres, cuius est res legata, solũ pro parte hæres existat. Bart. conf. 51. ad fi. qui allegat not. in l. cum filius, §. dominus de leg. 2. Item quod ait glo. de re communi legata, intelligendum est, nisi sit communis cum hærede: tunc enim receptior est sententia totam deberi, d. §. dominus, cum non minus de re hæredis videatur disposuisse testator, quam de propria fecerit. dict. §. si rem.]

a ¶ *Aliena.* Etiam hostium, (1) vt ff eodem 1. l. ab omnibus. §. etiam secundum Io. Item ab hostibus capta, vt ff. eod. l. seruus ab hostibus, & l. id quod.]

ADDITIO. (1) Siue nostra quandoque fuerit, siue numquam, dummodo legetur sub conditione, si nostra effic. vel. sit spes, quod effic. aliàs secus Ioan. Fab. & Ang.

* ¶ Amplius censuit Bald. in lege prima, Codic. pro empto furtiuam quoque rem legari posse, illiusque æstimationem præstandam esse.]

b ¶ *Cogatur redimere*, speciale propter præceptum testatoris, sic ff. cõmuni diui. l. communi diuid. §. fin. Regulariter contra, vt C. de contrahen. empt. l. inuitum.

**Adde hoc procedere, etiam si nõ ideò res tota posset auocari, veluti quia pars rei indiuisæ tantum pro dote esset obligata, secũdum Doct. in l. si domus, §. 1. de leg. 1.

c ¶ *Non potest redimere.* Vllo modo: quia non vult vendere: vel si vult, tamen nimium petit pro pretio, vt ff. eo. l. non dubium, §. fi. & de leg. 1 l. apud Iulianum. §. constat.

No. ꝙ hæres damnatus à testatore emere, intelligitur iusto pretio emere damnatus, facit. l. alienus, ff. ad l. Falcid. & habes similẽ gl. infra de singu. re. per fid. reli. §. libertas. super ver. non vendat.

d ¶ *Commercium non est.* Idest, non potest super ea re contractus haberi.

* ¶ Commercium generale nomen est, per-tiones ad omnes contractus. gl. super ver. cõmercium. §. 1. inf. de inut. stipu.

e ¶ *Adipisci.* Passiuè accipitur, idest acquiri, vel haberi.

f ¶ *Nec æstimatio.* Si apud nos nullum est rei commercium: vel etiã est, sed cum grandi difficultate non valet, legatũ, §. fin. nisi testator voluerit contrariũ manifestè, vt ff. eo. l. si quis inquilinos, & nisi in alio casu: vt si liber homo sibi legetur, qui fuerat redemptus ab hostibus, quo casu à pignore eximitur, vt ff. eod. leg. senatus. §. fin. Si autem commercium est in communi, sed non est ei, scilicet à quo relinquitur, valet, vt ipsum detur, vel æstimatio, vt ff. eo. 2. l. mortuo boue. §. Labeo 2. respon. & sic intelligitur. ff. de leg. 1. l. sed si res. Si autem tãtum ei non est, cui præstari debet: si propter suum delictum, vel sectæ diuersitatem, vt in Iudæo, & mancipio Christiano, vt Cod. ne iu. Christia. man. l. 1. non valet, nec æstimatio datur, vt ff de l. 2. l. mortuo boue. §. Labeo. 1. respon. & de verbor. obligat. l. multum interest. Si propter status conditionem, vel corporis vitium: vt quia seruo militia, vel contracto legetur stipendium cursoris: si testator scit vitiũ inesse datur æstimatio: aliàs non, vt ff. de leg 3. l. fideicommiss. §. si seruo alieno, & ff. eod. 1. l. filiusfamilias. § si quid alicui. Accurs.

ADDITIO. Vide glo. ferè similem. ff. eo. 1. l. sed si res aliena, facit gl. in l. multum, ff. de verbor oblig.

g ¶ *Basilicas.* Basilica græcè, Latinè domus regis dicitur.

* ¶ Basilicarum loca adiuncta fuisse foro, indicant Vitruuius, Cicero, & alij sic dicta, quod ab initio eò principes conuenirent ad ius dicendum, posteà verò tribunali magistratibus extructo, basilicæ negotiatoribus cesserunt. quod idem Vitruuius tradit. porrò ecclesiastici scriptores basilicas vsurpant pro sacris ædibus.]

h ¶ *Destinata sunt.* Vt via publica.

i ¶ *Ignorabat.* Quæ ignorantia nocet, nisi coniunctæ personæ sit relictum, vt C. eodem l. cum alienam.

¶ Adde, quod coniuncta persona, dicitur vsque ad quartum gradum successibilem, secundum Bart. in l. 3 de accus. sed quo ad terminos nostros statur arbitrio iudicis, secundum doct. in d. l. cum alienam.

Legatũ rei, cuius commerciũ nõ est, an valeat.

† quia credebat esse suam.

Basilica.

SYL.

† alias si quis.

¶ Adde,

¶ Adde, idem esse, si legatur valde amico. l. cum allega., C. de Castr. pecul. Ias. in l. si res obligata, ff. eod. 1 Et quod d̃r de coniuncto, ita accipe, nisi hæres sit cóiunctior vt tradit Io. Dil. de ar. testi. tit. 3 de l. cau. 35. Vbi vide optimam cautelam pro legatario.

Legatũ si euincatur an hæres de functi teneatur. ¶ Et nisi cum relinquitur libertas seruo alieno. vt ff. de fideic. li. l. Paulus. 1. respons. Quid si res legata fuerit eui cta? Respon. si in spem, non debet teneri heres de euictione, vt ff. de euictio. leg. hæres, & ff. de leg. 1. leg. si à substituto, §. hæres, si in genere siue extra iudicium, siue in iudicio

† alias legare, alias neutrũ, nec legasse, nec legare.

si sciuisset, [a] alienam rem esse, non legasset, & ita Diuus Pius rescripsit. Et verius est, [b] ipsum, qui agit, id est, legatarium, probare oportere, sciuisse alienam rem †legasse defunctum, non hæredem probare oportere, ignorasse alienam, quia sẽper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. [c]

¶ Heres tenetur luere rem testatoris alteri obligatam, si testator sciuit esse obligatam, nisi probetur de contraria voluntate testatoris. Ang.

¶ Sed & si rem † suam obligatã creditori aliqs legauerit, necesse habet hæres eam † luere. [d] Et ĩ hoc quo-

axiomatibus hunc articulum discutit, & nouissimè Gasp. Caball. in tracta. de euict. §. 4. nu 9 cum pluribus seq.

a ¶ *Si sciuisset.* In eo casu quo ignorauit.

b ¶ *Et verius est*, vt ff de prob. l. verius, C. de rei ven. l. res, & C. de eden. l. qui accusare. Cod. de exce. l. siquidẽ infr. de interd. §. commodum, Cod. de act. & obl. l. negantes, & Cod. de prob. l. actor.

c ¶ *Qui agit*, Nisi qui negat negotium, † ni si præsumeret ius pro actore, tũc enim probat reus negãs, vt ff. de prob. l. ab ea parte, & ff. de do. inter vir. & vxor. l. Quintus.

† aliàs non est suam.

† De varijs signi ficatio- nib. verbi, luo, est gl. no. i l. licet, C. loc. & cond. sed hoc loco signifi- cat libe- rare, l. licet, ff. de dot. præle.

tradita fuerit legatario non stipulanti, de euictione agit, ac si nihil sibi datum esset, si extraneus scilicet iste legatarius, vt ff. de leg. 1. l. si domus, §. 1. & l. non quocunque. & de leg. 3 l. qui concubinam. §. si hæres, & ff. de euict. l. hæres.

¶ Sed si rem suam. ¶ *CASVS.* Quæsitum fuit, an res alteri obligata legari possit, ita quòd hæres teneatur luere, & videbatur quod non, quia testator videtur solũ legare ius, quod habet. Cõtrarium tamen deciditur, dummodo testator sciuerit, & contrarium non disposuerit, quia sicut legãdo alienam scienter, heres tenetur redimere, ita quando obligatam. Nec ob ratio dubitandi, quia secundum doct. cõmuniter intelligitur, quando ius testatoris non est tale, per quod tota res possit auocari, ita respondet Bart. in l si domus, §. de euictione ff. eo. 1. & seq. communiter doct. quæ non videtur vera, quia quãdo testator legat videtur legare solum ius, ꝙ habet, etiam si legatũ reddatur inutile. l. vxor, C. eo. Potest dici, illud ideò verum esse, quia per herede non poterat fieri, quo minus ius, ꝙ habebat testator, per mortẽ eius non extingueretur. sed ĩ casu isto bene est in facilitate heredis facere, ne res legata obligata possit per hypothecã auocari, eam liberando, ideò imputaretur hæredi, si eã noluisset, ex quo testator sciebat eam obligatam. No. quod dictio, sed & si, importat diuersitatem facti, nõ iuris Item, quòd legatũ rei obligatæ debet relui per hæredem. Item, quod si testator vult expresse legatarium luere quod ipse luit.

STL. ¶ Adde, quod ratio potest esse duplex, quia cum genus sit in abstracto, nõ est qualificabile, cum non magis hoc quam illud cẽseatur legatum. l. Mæuius. §. duorũ, ff. de leg. 2. In legato verò speciei talis pstari debet, qualis est d. §. hæres. Itẽ quia in legato generis, cũ habeat heres latas habenas, debet eligere talem, quo liceat vti effectualiter legatario, at in legato speciei tenetur ad illud præcise.

¶ Si de coniunctis est legatarius, vt si vni de fratribus est prælegatum, nõ agit, ne crescat inuidia inter eos, vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet, & ff. de legat. 2. l. cũ pater, §. euictis. Sed quando omnibus est prælegatum, omnes agunt, siue distributio prælegatorum fit per iudicem facta, siue per partes. Si autem à testatore. excipiendo seruant, nõ agendo. vt C. communia vtri. iud. l si fratres, & ff. de leg. 2. l. cum pater, §. euictis.

¶ Adde, quod hæc glo. debet intelligi, quod distinguat de coniunctione in legato generis, quod tamen est falsum, & aduertendum est ad §. euictis. in quo est tota vis, quod ille text. loquitur in legato speciei, primo, quia dicit, qui se dominum esse crediderat, quod ostendit legatum esse in specie. Itẽ, quia ibi prædium fuerat legatum, si fuisset in genere non valuisset, cum potuisset dari gleba terræ, l. cum post, §. gener. ff. de iure dot.]

¶ Numquid & quibus casibus agi possit cũ hærede de euictione, vide Bart in d. l. si domus, §. de euictione, post gl. ibi, qui quatuor

d ¶ *Luere*, Tribus casibus luit hæres. Si sciebat testator rem esse obligatam, vt hic, Itẽ si ignorabat, sed relinquit cõiunctæ personæ vt, C. de fideic. l. predia. Vel si pro tanto erat res obligata, quantum valet, vel pro maiori summa, vt ff. de leg. l. si res obligata, § 1.

Legata res obligata per haredẽ in tribus casib est luenda.

¶ Adde, quod opi. glo. cõmuniter approbatur, contra quam tenent Ang. Peru. Raphal. Alex. in d. l. si res. &, quia tota vis est in intellectu dictæ leg. si res, in illis verbis, Vel nisi po-

que casu idem placet, quod in re aliena, vt ita demum luere necesse habeat hæres, si sciebat defunctus rem obligatam esse, & ita Diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Si tamē defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit, non debet hæres eam luere.

¶ *Si legatarius factus fuerit dominus rei legatæ ex causa lucratiua, nō debetur legatum: secus si ex causa onerosa. Angel.*

¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo testatore [a] legatarius dominus factus fuerit, si quidem ex causa emptionis, ex testamento actione pretium consequi potest, [b] si verò ex causa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia [c] simili causa, agere non potest. [d] Nā traditū est, [e] duas lucratiuas causas

si potest esse aliquid superfluum ex soluto ære alieno dic, ꝙ potest aliter intelligi. primo ꝙ illa verba veniāt declaratiuè ad pcedētia, & sic dictio, vel, exponatur pro etiam, & verbū, nisi, resoluatur in, si non, & sit sensus, quod non solum quando coniunctim legatum est, sed etiam si non potest esse aliquid superfluum debito soluto, hæres teneatur. Secundò dici potest, quod dictio, vel, stet propriè alternatiuè, & verbum, nisi, pro, si non, sine subauditione. & secundum hoc est intelligendum, qđ dictio posita in prima parte refertur ad vtrāque & sit sēsus, si nesciat rem obligatum, à fideicom. est suenda, nisi vbi hanc, vel aliam relicturus fuisset, si scilicet esse obligatam, vel si nō potest esse etiam aliquod superfluum ex soluto ære alieno.

* ¶ Adde, quod ratio vltimi casus est, quia credendum non est, testatorē voluisse inutili legato legatarium ludificari. Præterea animaduertendum est, quod hic §. non habet locum, vbi quis accepit in dotem res pignoratas, deinde dotē vxori prælegauit. hæres enim tales res liberare non cogetur. l. licet. ff de do præle]

SYL. ¶ Si res aliena. ¶ CASVS. Quæsitum fuit an effecto legatario domino habeat ius petendi legatum, ratio dubitandi potuit esse, quia in legato rei alienæ videtur esse in obligatione æstimatio, quæ non impedit, quominus rem possim consequi, vt in secundo casu tex nostri, contrarium respondetur distinguendo, & ratio assignatur ibi, nam traditum est. No. quoq si legatarius effectus est dominus rei legatæ ex causa onerosa, potest agere ad æstimationem contra hæredem, quia cum pretium absit, non videtur quasi rem habere. Itē, quod titulus legati dicitur lucratiuus. Itē, quod legatarius potest emere rem sibi legatam. Item, quod duæ causæ lucratiuæ non possunt in eundem hominem, & eandem rem concurrere.

c ¶ *Viuo testatore*. Idem est, & si post mortem, vt inf § si cui.

SYL. ¶ Adde secundum Io. Fab. quod melius probat tex. in l. huiusmodi. §. qui seruum, ff. de lega. 1]

b ¶ *Consequi potest*. Not. cautè ponit, consequi, nam pretium petere non potest: sed rē, quæ tantum est in obligatione secundū nos, æstimatio tamē datur propter defectum rei, vt ff. de verbo. obl. l. si seruū, §. effectus. Sed cōtra nos est. ff. de lega. 3. l. si res mihi. Resp. ibi propter defectum iuris petendi, ex præsumpta voluntate defuncti rem legatam legatarius amisit, sed hic non ex voluntate defuncti amisit emendo. Quidam tamē dicunt æstimationem esse in obligatione, vt ff. de cond. furt. leg. in re furtiua, §. sed vtrum in fi.

SYL. ¶ Adde, quod communis opin. in d. §. effectus, est, quod vtrumque peti possit]

Peto id, ꝙ habeo quatuor casibus. ¶ Et nota quatuor casus, quibus peto id qđ habeo. Primus est vbi res mihi data potest auferri, vt ff. de solu. l. si rem. & l. qui res. a. respon. (i.) Item, si habeo ex alia causa, quam debeam habere, quia non videor habere, cū pretiū absit, vt hic. Item, si aliquid iuris rei deest, id, adhuc tradendum est, vt ff. de sol. l. etiam, & de verb. oblig. l. Iulianus. §. fi. Item si res deterior est dolo dātis, ex causa stricti iuris datur actio de dolo, licet habeat rē. ff. de dolo l. & eleganter. §. non solum. Sed in bonæ fidei agitur ex primo contractu, vt ff. commod. l 3. §. si reddita.

ADDITIO. (I.) Quæ leges non faciunt ad propositum, quia cum res sit euicta, non potest dici, quod eam habeat & petat, sed facit, ff de leg. 1. l. non quocunque. in prin. Est & alius casus, quando res traditur, forma tamē mutata, vt l. mulieres, §. res abesse, ff. de verb sig. secundum Io. Fab.

c ¶ *Ex alia*. vt legati, vt ff. mand. l. si hæreditatem. non dotis promissionis, vt ff. de actio. & oblig. l. ex promissione.

d ¶ *Agere non potest*. Etiam si sua postea esse desinit, vt ff. de leg. 2 l. Mæuius, §. duobus.

e ¶ *Traditum est*. A iure, vt ff. de actio. & obli. l. omnes & ff. de leg. 1. l. si seruus legatus, §. Stichum.

* ¶ Causæ lucratiuæ enumerantur in l. prima, C. de impon. luc. descrip. lib. 10. C. & de

his

his diffusè tractat Ias. In §. item si quis in fraudem. col. 5. infr. de actio.]

a ¶ *In eundem hominem*. ff. eod. 1. l. si seruus. §. 1. contra. Sol. ibi per obliquum cōcurrent, non directò, vt hic, argum. ff. de vulg. substitu. l. qui liberis. § ti.

illud § fina. ff. quando di. le. ced. Item, quod spes est in consideratione, & legari potest, quod intellige, quando habet aliquod fundamentum de præsenti, Bart. in l. si vxor. §. 1. ff. de donat.]

in eundem hominem[a] & eandem rem[b] cōcurrere non posse.[c] Hac ratione,[d] si ex duobus testamentis[e] eadem res eidem debeatur, interest vtrum rem, an æstimationem ex testamento consecutus sit. Nam si rem habet, agere non potest,[f] quia habet eam ex causa lucratiua, si æstimationem, agere potest.[g]

¶ *Etiam res futura, quæ tamen esse speratur, legari potest. Angel.*

¶ Ea quoque res,[h] quę in rerum natura non est, (si modò futura est[i]) rectè legatur; veluti fructus; qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.[k]

¶ *Si vna res ab eodē duob. legatur coniunctim, vel disiunctim, si ambo cōcurrunt ad legatū, medietas datur vni, & medietas alteri, sed deficiente legato in persona vnius, totum ad collegatariū ptinet. Aret.*

¶ Si eadē res duob.[l]

b ¶ *Rem*. Id est speciem, aliud si quantitatem, vt ff. de l. 2. l. Titia Seio. in princip.

c ¶ *Non posse*. Sed cur secus quando emit? Responde; quia nec rē habere videtur cum pretium ei absit, & loco rei successerit, vt ff. de petit. hæred. l. & rem. & quod metus causa l. videamus. & l. si ipsa.

d ¶ *Hac ratione*. s. supradictæ regulæ.

e ¶ *Ex duobus testamentis*. s. duorum hominum, si enim vnius essent, primum per secundum corrigeretur, vt sup. quib. mod. testa. infir. §. posteriore. Quid si in eodem bis legauit? Respon. distingue speciem à quantitate, vt ff. de leg. 1. l. planè 1. §. si eadem. vsque ad §. si coniunctim.

lin d in codicillis, §. vlt. infr. de eod.

f ¶ *Agere non potest*. vt ff. de leg. 1. l. planè. 1. §. sed si duorū contra, vt sequitur ex eodem testamento. Solu. illa intelligitur secundum huius §. distinctionem.

g ¶ *Agere potest*. ff. de leg. 1. l. huiusmodi. §. 1. contra. Solu. ibi testatoris, & hæredis testantis est eadem persona, vt in Auth. de iureiuran. à mo. in princ. coll. 5. Vel ibi in secundo legato commodum repræsentationis primi legati relictum videtur, vt infr. eo. §. ex contrario, quia non videtur legari bis in duobus testamentis, & ideò non habebit nisi semel.

STL. ¶ Ea quoque res. ¶ CASVS. Quęsitum fuit, an quod in rerum natura non erat, quis esse speraretur, rectè legari posset, dubitandi ratio fuerat, quia non entia non solent considerari. l. Diuus ff. de testam. milita. Contrarium deciditur ea ratione, quia cum spes sit futura, res ratione spei considerantur & legantur, l. spem. C. de donat. Not. summarium & aduerte, quod hoc legatum est tacitè conditionale, l. interdum. ff. de verb. oblig. quæ tamen non impedit transmissionem. l. cum

h ¶ *Ea quoque res*. Sic. ff. de legat. 1. l. quod in rerum, & de legat. 3. leg. etiam.

i ¶ *Futura est*. Si autem nec fuit res, nec est in rerū natura, nec erit. vt chimæra, vel fuit, sed non est, vt homo mortuus. non potest legari; vt infr. de inut. stipul. in princip. Si autem est dubium, an sit vel non sit in rerum natura, caueat hæres de prosequēdo & restituendo, vt ff. de leg. 1. l. seruo legato. §. fi. Idem in seruo legato, qui fugerat ante testamentum, aliud in eo, qui fugerat post testamentum, qui scilicet est periculo legatarij, vt ff. eod. tit. leg. cum seruus & leg. si seruus legatus 1. resp.

¶ Adde, q̄ de hoc est gl. communiter approbata in l. cum seruus ff. de leg. 1. quæ distinguit 4. tempora s. testamenti, mortis, aditionis, & post aditam, de quo vide quæ disputando dixit Præpos. Senen. 409. 5. casu.] *STL.*

K ¶ *Natum erit*. Et tunc competit sibi exactio, vt ff. de verbor. obligatio. l. interdum. l. respons.

¶ Si eadem res. ¶ CASVS. non est figurandus, quia tradit regulā, cuius ratio est, quia vocatus quis ad partem, de dimidia intelligitur. l. nomen, §. portionis, ff. de verb. signif. Not. quod plures legatarij eiusdē rei faciūt sibi partes per cōcursum, quando omnes legatum acceptant, siue disiunctim, siue coniunctim legatum sit. Item quod inter legatarios habet locum ius accrescendi & portio deficiens eis accrescit, non autem remanet penes hæredem. Item no. quomodo disiunctim & quomodo coniunctim legetur.] *STL*

l ¶ *Duobus*. Quid si dicat. Illi, aut illi lego? Resp. duo rei stipulandi esse videntur, vt ff. de leg. 2. l. si Titio aut Seio.

¶ Adde, quod vrget in contrarium tex. in l. pen. C. de verb. sign. Ideò distinguitur, quod aut electio datur hæredi, & procedit. l. si Titio, *STL.*

tio,& hoc verũ, quãdo alternatiua esset expressa, secus si tacita, quia tunc hærede non eligente admittũtur omnes pariter ad legatum.l.si quis Titio.§.si.ff.eod. Aut nõ datur electio,& resoluitur in coniunctam & copulatiuã, & omnes pariter admittuntur. d.l. pen.nisi ponatur, inter personas, inter quas cadit affectio, l. cum pater, § penul. ff.eo.2.]

a ¶ *Coniunctim*. Scilicet per copulatiuam coniunctionem, vt ff. de hære.instit. l. si ita quis.

b ¶ *Disiunctim*. id est separatim, vt infra prox §.

c ¶ *Scinditur*. Viriliter, nisi simul duo cõiuncti essent, qui locum vnius obtinent, vt ff.de hære.institu l. Titius,& l.interdum.

legata sit, siue coniunctim,[b] siue disiunctim,[c] si ambo perueniant ad legatum, scinditur[d] inter eos legatum, si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo testatore[d] decesserit,[e] vel alio quoquo modo defecerit,[f] totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim[g] autem legatur, veluti si quis dicat, Titio & Seio hominem Stichum do lego. Disiunctim[h] ita: & Titio Stichum hominem do lego: Seio hominem Stichum do lego:[i] Sed & si expresserit, Eundem hominem Stichum: æquè disiunctim[k] legatum intelligitur.

d ¶ *Viuo testatore*. Nam si testatore mortuo legatarius decedat, ad hæredem suum legatum transmittit, vt Cod. de cadu. tol. §. cum igitur.

e ¶ *Decesserit*. Post testamentum tamen, vt differat à sequenti.

†Similis glo. est in l. hinc. §. si Titio ff. de le.1. Legatum quinque casib. deficit, & legatario accrescit.

f ¶ *Defecerit*, scilicet legatarius, vt per mortem ciuilem.† Vel dic legatum, quod tribus casibus deficit, & accrescit legatario præter duos, qui ponũtur hic. Primus, si non est collegatarius in rerum natura tẽpore testamẽti, vt C.de cad.tol.§.in primo. Secũdò, si mihi & posthumo, qui postea aboriatur, vt ff. eod.l.si duobus, §.fin, Tertius, si mihi & hæredi suo legat, vt ff eo.1.l.planè vbi §.si duobus & sic sunt quinque casus. Econtra sunt tres casus, quibus deficit legatum, sed collegatario non accrescit. Primus, si mihi & seruo suo legat, vt ff.eod.1.l.planè vbi.§.si coniunctim. Secundus, si mihi & tibi res tua legatur, vt ff eod.1.l. huiusmodi. §. si Titio.1. Tertius, si mihi & non capaci legatur, vt ff. de legat 2.l.si Titio,

Legatũ in trib. casibus deficit, nec legatario accrescit.

¶ Adde & declara per duas regulas positas in l. huiusmodi, §. si Titio. ff. de legat.1.per Bartol.

SYL.

g ¶ *Coniunctim*. scilicet re & verbis, vt ff.de le.3.l. re coniuncti.

¶ Adde, quod hæc glos. communiter approbatur per doct. in l.re coniuncti, ff.eodem, tertio.]

h ¶ *Disiunctim*. scilicet verbis tantum, nam re sunt coniuncti.

i ¶ *Do lego*. Sed nonne dando Seio, adimit Titio, vt ff.de pupil.substitut.l.si quis eum,& de adimen.leg.l.3.& l sicut? Respond. sic, si probatur testatorem hoc scilicet adimere Titio,& dare Seio voluisse, non aliàs, vt ff. eod.1.l.si pluribus,§.1.

¶ Adde, quod in hac materia ita dicendum est. Quando testator legat vni rem, quam alteri legauit sine commemoratione primi legati, & tunc ambo concurrũt dicta lege si pluribus, quando verò testator legat cum aduersatiua sub commemoratione primi, censetur in totum ademptũ, secundum doct. in leg. si Fotidianum, C. eodem, & idem, quando in diuersa volũtate legat alteri, sub commemoratione primi, eidem censetur ademptum, l. non ad ea.§.fin.de cond.& demonstr. quando verò legatur alteri res prius legata, sub commemoratione primi, totum videtur ademptum, quando verò in eadem voluntate rem legatam vni alteri legat sub commemoratione primi, censetur facta ademptio pro parte.l.Iul.de hæred.instit.& dict.l si pluribus, & ita communiter tenetur, quamuis in hoc vltimo aliàs disputando contrarium defenderim.]

SYL.

K ¶ *Disiunctim*. scilicet verbis tantum, re tamen coniuncti sunt, vt ff.de leg.3.l.re coniuncti. Sunt & alij re & verbis disiuncti, vt si ita dicam, lego Titio dimidiam serui, Sempronio lego dimidiam eiusdem serui, vt ff. eo.2.l.& Proculo.

Legatarij quidam sunt, coniuncti re tantum, alij verbis tãtũ, alij re, & verbis, alij prorsus disiuncti.

Nec obstat in eod. tit.l Mæuio, in princip. quia illa intelligitur, quando vnam dimidiam vtrique legauit. Et in istis non habet locum accessio, id est ius accrescendi, vt dicta leg. & Proculo. Sunt etiam re disiuncti, sed verbis coniuncti, vt si, dico, lego tibi, & Sempronio, pro æquis portionibus. Sunt & alij re & verbis coniuncti, vt supra proxime.

Et coniuncti vtroque modo præferuntur disiunctis vtroque, vel altero tantum modo coniunctis. Coniunctis verò vno modo tantum, simul admittuntur scilicet re tantum coniuncti cum verbis tantum coniunctis, & disiunctis re & verbis præferuntur, vt ff. de hære.institu. l. si ita quis hæredes, & ff.de l.3.l.re coniuncti.§.pen.& §.fin. Si gl.habes in l.1.§.fi. de vsufruct.accrescen.

Additio.

¶ Si cui fundus. ¶ CASVS. Quærebatur, si peruenit proprietas fundi legati ad me ex causa onerosa, vsusfructus autem ex causa lucra-

SYL.

lucratiua, an possim petere fundũ, & videbatur dicendum quod non, quia cum duæ causæ lucratiuæ non possint concurrere videbatur ꝙ sola proprietas peti posset, vel eius æstimatio: tamẽ contrarium deciditur quia ipse vsusfructus est tãquã seruitus, vnde non impedit petitionem, sed bene in ponẽdá ratione æstimationis, debet eius haberi ratio, vt dicitur in tex. No. sũmarium. Item, quod quamuis appellatione fundi veniat plena proprietas. tamen libellus in quo peto fundum, cuius vsusfructus est apud me saluatur, Item, quod vsusfructus, qui reuertitur ad proprietatem, quia finitur, dicitur reuerti ex causa lucratiua. quamuis proprietatem habeam ex titulo oneroso.]

¶ Si ad legatarium peruenerit proprietas fundi eidem legati ex causa onerosa, & vsusfructus ex causa lucratiua, potest peti totus fundus; tamen officio iudicis estimatio proprietatis tantum debetur. Aret.

¶ Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit [a] proprietatem deducto vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit,[b] & postea ex testamento agat, rectè eum agere, & fundum[c] petere,[d] Iulianus † ait, quia vsusfructus[e] in petitione [f] seruitutis [g] locum obtinet, sed officio iudicis continetur, vt, deducto vsufructu,[h] iubeat æstimationem [i] præstari.[k]

† *Extat hoc Iuliani responsum in l. non quocũq. §. si fundus. ff. de leg. 1.*
SYL.

a ¶ *Emerit.* s. legatarius.

b ¶ *Peruenerit.* s. morte vsufructuarij, vel capitis diminutione, vel simili causa, lucratiua tamen, vt sup. de vsufru. §. finitur, & sic factus est causalis.

c ¶ *Et fundum.* i. proprietatem plenam, de iudicis tamẽ officio aliter fit, vt inf. sequitur. ¶ Adde, quòd de hoc est casus in l. si Titio fundus, ff. de vsufr. lega.

d ¶ *Petere.* hic repete quod diximus, supra eod. §. si res.

e ¶ *Quia vsusfructus*, Dixit fundum peti, & sic in plena proprietate, sed opponitur, plena proprietas constat ex duobus scilicet nuda proprietate & vsufructu & iam habet partem, id est, vsumfructum ex causa lucratiua, quomodo ergo petitur fundus in plena proprietate? Respon. vsusfructus hoc casu, cum fundus petitur in plena proprietate, non obtinet partem dominij, sed vicem seruitutis prædialis, quæ non est pars rei, cum nõ possit esse sine re, & ideò nõ videtur peti ea pars rei, quæ obuenit ex causa lucratiua scilicet vsusfructus, & hoc de rigore, sed contra de æquitate, vt subijcit.

Vsusfructus an sit pars dominij.

Vsusfructus in multis locũ dominij habet.

f ¶ *In petitione.* s. tali. s. prædicti fundi per actionem ex testamento. aliàs in multis locum dominij habet, vt ff. de damno infect. l. qui bona, §. & superficiarium, & ff. de bon. auct. iu. pos. l. in venditione, & ff. fam. ercis. l. & puto. §. ij. & ff. de vsufr. l. 4. & 5. ¶ Adde, quod non est pars prædicatiua, seu subiectiua. sed integralis, secundũ gl. in l. rectè, ff. de verb. sign. ita dicũt hoc doct. sed tu dic, quod si loqueris de formali est pars subiectiua, si de causali est integralis.] SYL.

g ¶ *Seruitutis.* s. realis. ¶ Adde, quòd potest defendi, quia debetur à re personæ, tamen propriè dicitur personalis. SYL.

h ¶ *Deducto vsufructu.* i. æstimatione vsusfructus, quẽ. s. vsumfructũ ex causa lucratiua habet, & ideò non debet plus habere, vt supr. eo. §. si res.

i ¶ *Æstimationẽ.* s. proprietatis

k *Præstari*; scilicet ab hærede suo.

¶ Legatum rei propriæ legatarij non valet, etiam si post testamentum sua esse desierit. Ang.

¶ Sed si † rem legatarij quis † legauerit, † inutile est legatum,[l] quia quod proprium est ipsius; amplius eius fieri nõ potest[m]

† *Cõcor. cũ hoc §. c. inter dilectos, an. si. cũ gl. 1. ver. meum. ext. de fid. instr.*

† *aliàs quis et.*

† *l. pu-* SYL. *re. nam sub condõne legari põt mihi res mea, ff. de cond. & demonst.*

¶ Sed si rem legatarij. ¶ *CASVS*. Fuit dubitatũ an res propria legari posset, ita quod saltẽ si postea propria esse desijsset, valeret in æstimatione. & videbatur dicẽdum quod sic, quia cum legatũ rei alienæ valeat, & res legatarij testatori sit aliena, videbat̃ valere debere, contrariũ deciditur ratione assignata in tex. quia dominium non debet multiplicari. Potest & alia ratio dubitãdi esse, supra prox. §. dictum est, quod si emã rem legatam, valet nihilominus legatum, & tamen testamentum non capit vires nisi à morte, quo tempore res ipsa legatarij est, quo casu nõ videtur differẽtia inter casum huius §. & præc. & sic videtur, quòd saltem in casu isto debeatur æstimatio, si est legatarij ex titulo oneroso, sed contrarium dr̃. quia attenditur tẽpus testamenti cõfecti, quia secundũ illud tempus debet iudicari voluntas testantis, & ideò si tunc res est sua, non debetur, rõne assignata in tex. no. primo, ꝙ legatum rei suæ non valet. Item, ꝙ illud, quod est meum non potest amplius effici meũ. Item, ꝙ legatum ab initio inualidum non reconualidatur, licet veniat ad casum, à quo posset incipere.

l ¶ *Legatum.* ff de lib. leg. l. 1. contra. Sol. ibi liberatio relinquitur, quæ nõ erat debitoris.

m ¶ *Non potest.* sic infra de act. §. sic itaque.

ff. de

ff.de leg.3.l.cũ quis,1.respon. & ff.de excep. rei iud.l.& an eadem.§.actiones & de acqu. pos.l.3.§.ex pluribus.

**Declara tex.nostrum procedere. si res legata ita sit legatarij.vt ab eo auelli non possit, aliàs secus.

l.apud Iul.§.si Titius.& l.non quocũque.l.1. de l.1.& vbique doct.Item intelligas, si res sit plenè sua. nam si quid deesset in ea perinde foret, ac si simpliciter rẽ alienam legasset, ideoque valeret legatum. Imo.& Alexand. in l. si domus, §. fina. eod.titu. Idem si legetur sub conditione glos. paragr. 1. ver. sua. 1. de inut. stipul.]

Et licet alienauerit[a] eam non debetur nec ipsa res, nec æstimatio eius.

¶ *Valet legatum rei testantis, licet testator putauerit alienam.*

¶ Si quis rem suam quasi alienam[b] legauerit, valet legatum. Nã plus valet quod in veritate est, quam quod in opinione.[c]

† Hac responsio non est bona, q.a quantũ ad con SYL.

valescẽtia legati nihil refer' an SYL.

viuo testatore rem sibi legatam propriã alienauerit, an verò post eius mortem, vt l.cætera, §.1 ff di.

† Dic q ibi opin. prauaalet fauore testi, vt ex eo adeatur hæreditas & ita testamẽtũ cõfirmetur.

* ¶ Limitatur regula tex.nostri multis modis Soc.in reg 100.

a¶ *Alienauerit*. ff.de reg. Cato.l.1.in fi.contra. Sol secundum B. † vbi viuo testatore alienauit, hic postea. Vel hic purum fuit, ibi conditionale, secundum Io.arg.ff.eo.l.cætera.§ 2.

¶ Adde, quod secũda sol vera est, quia legata conditionalia sunt suspensa ex conditione, ideò talis regula non potest in ea locum sibi vendicare.

¶ Si quis rem suam. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an si testator putans rem alienam, cum esset sua, legauerit, valeat legatũ, & videtur dicendum, quod non, quia in superioribus semper vidimus animum legantis attendi. cuius contrarium deciditur ratione expressa in text. No. quod error testatoris circa dominium rei suæ, nõ vitiat, etiam si erret in eo, quod si verum esset, legatum esset inutile. Item, quod plus valet quod est in veritate, quam quod est in opinione. Item, quod dictio, quasi, relata ad personam disponentis, importat opin.illius. Item, quod semper debet fieri interpretatio, vt actus valeat.

b ¶ *Quasi alienam*. Idest credens alienam.

c¶ *In opinione*. Not. sic ff de man. vin.l.si pater §.quoties, & ff. de iur.& fac.ign.l.regula. §. qui ignorauit. argum contra ff.de acquir. hæred.l is qui putat.† solu, ibi de re, quę consistit in animo.

* ¶ Circa hoc Brocardum vide Præpos. Semen.1.quæstio.1.in fi.col. vbi plenissimè distinguit.

*¶ Bart.in d.l.is qui putat.post Accur.& Dinum ab eo relatos, cõcludit, q in ijs, quę consistunt in animo, potius attenditur opinio, quam veritas, aliàs secus.]

d ¶ *Exitum*. i. effectum, vt ff. quemadmod. testa.ape. l. vel negare, ibi, publicè enim expedit suprema hominum iudicia exitũ habere. i. res talis legatario acquiri potest.

Sed & si legatarij esse putauerit, valere constat, quia exitum[d] voluntas defuncti habere potest.

¶ *Alienatione rei legata à testatore facta non amittitur legatum, nisi probetur animus adimendi. hoc dicit.*

¶ Si rẽ suam legauerit testator, posteaq. eã alienauerit,[e] Cel

¶ Si rem suam. ¶ *CASVS*. Quæsitũ fuit, an alienatione rei legatæ legatum reuocatum censeretur, & videbatur dicendum quod sic, quia alienatio ostendit intẽtionem testãtis esse alium habere rẽ, quã legatarium. l. rem legatam, ff.de adi le. Cõtrariũ deciditur cũ distinctione, de qua hic. ea ratione, quia potest deberi æstimatio, nec alienatio tendit necessario ad ademptionem, in datione enim est clara voluntas testantis, in alienatione est dubia, ideò certa dispositio per incertam tolli non debet. No. quod per alienationem, aut pignorationem non admittitur legatum. Itẽ, quod in casibus, in quibus hæres tenetur luere rem legatam, legatarius potest in libello concludere super ipsa luitione, id est, petere hæredem compelli, vt luat. Item quod per alienationem partis alia pars non censetur adempta. Item, quod idem iuris est in parte, quod est in toto.] SYL.

¶ Adde, quod hic.§ locum habeat in legato puro. nam si inesset conditio. vtique legatum alienatione perimeretur. l 6. de leg.1.& l. scribit § vl. de au.& arg.leg.

e¶ *Alienauerit* vendendo, sed donando indistinctè videtur adimere, nec distinguitur, an valeat donatio, vel non, & etiam si reuocetur, vt ff de adim.le. l.cum seruus, & l.rem legatam, & l.legatum sub cond §.1.

** ¶ Quod si locauerit ad longum tempus? Et videtur idem dicendum cum equiparetur ea locatio venditioni, gl.in l.vlt.vbi Bal, & alij, C de pact.pig plenius Tiraq.de retra. lignag, §.1 gl.14.nu.8.& trib.seq.

¶ Adde, quod hæc glo communiter approbatur. disputando tamen Præpo, Senen.in 5. q.2.casu, tenet, quod eadem distinctio text. nostri adhibeatur in donatione, sicut in qualibet alia alienatione, S. ex alia causa à donatione, distingue animum, vt hic, & in dubio probat hæres mutatam voluntatem, vt ff.de leg 3.l.fideicommiss.§. si tem.& ff.co. 2.l.Lucius.§.pen & ff.de proba.leg.eum qui. SYL.

¶ Adde, quod hæc glo.intelligenda est in alienatione necessaria, & ratio, quare hæres SYL.

pro-

probat, est, quia habet iuris præsumptionẽ contra se, quam etiam legatarius nec allegare tenetur, quia non resultat ex facto suo, per docto. Alexand. in l. qui aliena. col. 4. de acquirend. hæredit.

tra. vt C. de bo. inter vir. & vx. l. si maritus, 2. ff de don. inter vi. & vxo. l. cum hic status, §. si maritus.

ADDITIO. (i) Nisi pro tanta pecunia esset pignorata, quod non sit verisimile eam redimi, vt l. q. habebat, ff. de leg. 3. Ang.

a ¶ *Non adimendi animo.* Qui animus ex hoc probatur, quia si necessitate rei familiaris† non videtur reuocasse, aliàs sic, quæ distinctio in donationem non cadit, vt ff. de adim. leg. l. rẽ legatam, & no. C. eod. l. qui post.

† *Bene facit text. in l. scribit. §. Itẽ, ff. q̃ au. & arg. leg.*

*¶ Quod sentit Accursi. de alienatione voluntaria, ita demum verũ est, si verè alienatio, quę p traditionem fit, interuenerit l. traditionibus, C. d̃ pact. aliàs ex nuda vẽditione non intelligeretur ademptum legatum, l. prædia. §. liberto. de fun. instr. lega.

sus putat si non adimendi animo [a] vendidit. nihilominus deberi, [b] idemque [c] Diui Seuerus, & Antoninus rescripserũt, ¶ Ijdem [d] rescripserũt eum, qui post testamẽtum factum prędia, quę legata erãt, pignori dedit, [e] ademisse legatum non videri, [f] & ideò legatarium cum hærede eius agere posse, vt prædia à creditore luantur.

¶ Si verò [g] quis [h] partẽ rei legatę alienauerit, pars, quæ non est alienata, omninò debetur, pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

¶ *Legatum liberationis valet, & potest fieri in perpetuum, & ad tempus. Et econtra non valet legatum, factum à debitore suo creditori, nisi afferat sibi aliquam vtilitatem. Ang.*

¶ Si quis debitori † suo liberationẽ legatum, luenda erit ab hærede.

** ¶ Adde idẽ esse, & si testator tanti pignorasset rẽ quanti valeret, quia tunc non est verisimile, quod velit, aut speret redimere eam rem tanti pignoratam non magis, quam si ipsam penitus alienasset, vt voluerunt Cyn. Fulgos. Castr. Alex. & alij in leg. qui post. Cod. de leg. & Bartol. in leg. rem legatam. in fin. de adi. legat. & ideò ne videatur inutiliter factum legatum. SYL.

† *Facit leg. q̃ de tota ff. de rei vẽd.* SYL.

¶ Adde, quod vbi alienatio fit titulo oneroso non presumitur testator habuisse animũ adimendi. l. Lucius, ff. eod 2. cum alijs allegatis per Alex. cons. 186. lib. 6 & consil. 157. lib. 7. Ioan. Dilec. de arte testan. titu. de mut. testamen. caut. 7.

b ¶ *Deberi.* scilicet rem legatario. arg. supra eod. §. non solum. vbi ab initio fuit aliena.

¶ Adde, vel æstimationem, secundum distinctionem gl. ibi.

c ¶ *Idemque.* scilicet iuris esse.

d ¶ *Iidem.* scilicet Imperatores Seuerus, & Antoninus.

* ¶ Extat adhuc horum Imper. rescriptum in l. qui post C. de lega.

e ¶ *Pignori dedit.* Quid si rem obligatam creditori debitor legauerit, nũquid valet legatum? Respond. sic, & nihilominus poterit petere debitum, nisi volũtas testatoris ostẽdatur volentis compensare, vt ff. de leg. 2. l. creditorem.

SYL. ¶ Adde hoc nõ procedere in eo. qui tenetur ex dispositione. l. vt in patre, qui tenetur dotare filiam, l. si cum dotem. §. si pater. & ibi Bart. ff. solut. matr.

f ¶ *Non videri.* (i) Nisi sub dicta distinctione, idest, an habuit animum adimendi, vel non. Vel dic nullo modo, vt hic, & C eo. l. q. post, & hoc quia primo valuit relictum, aliàs contra.

g ¶ *Si verò.* Not. de toto † ad partem.

h ¶ *Quis.* scilicet testator.

¶ Si quis debitori. ¶ *CASVS.* Vertebatur q. an legatum liberationis factum debitori valeret, quia res sua eidẽ quasi legata videbatur, & deciditur quod valet, q. a legata intelligitur liberatio, & remissio obligationis, quæ creditoris est, & ideò non habet locum §. sed si rem, sup. eo. sed tũc maiori insurrexit dubitatio, an legatum factum creditori de credito valeat, & eadem ratione videbatur quod sic. Itẽ, quia multiplicabãtur actiones, quod nobis expedit. l. si actor. in prin. de iureiur. Contrarium dicitur, quia hoc legatum est contra substantiam legati, quæ est donatio, vnde cum non afferat vtilitatem, aut commodum, non debet dici legatum. Nec obstat multiplicatio actionum, quia nõ consideratur, vbi nihil aliud afferrent. l. 1. §. lex Falcid. & ibi no. ff. ad l. Falcid. Nota, qd legatum liberationis valet. Item, quod prodest non solum legatario, sed hęredi, & cuicunque locum hæredis tenenti. Item, quod legata liberatione non solũ competit legatario exceptio, si ab eo petatur, sed habet actionem ad petendum, vt creditoris hæres liberet eum per acceptilationem. Item, quod legatum factum à debitore creditori, si nullam afferat vtilitatem, est inutile. Itẽ, quod legatum ab initio validum propter commodum

*

† *i. àquo inuito exigi põt l. debitor. ff. de verb sig. aliàs secus leg. si creditor. ff. de lib. lega.*

modum

modum repræsentationis, non fit inualidũ, quamuis viuo testatore deueniat ad eũ casum, à quo incipere non posset. Item, quod factum legitimè nõ retractatur etiam si veniat ad casum, à quo incipere non potuisset.

nem, vt de libe. legat. l. 4 aliàs 3. §. nunc de effectu.

e ¶ *Hæredis loco*. sicut est bonorum possessor & fideicommissarius vniuersalis. inf. de bon. pos. §. quos autem, & de fideicommiss. hęred. §. restituta.

a ¶ *Legauerit*. Quod tribus modis fit. Primus. Peti nolo vel. Quod debet, relinquo vel. Actionem remitto. & sic liberandus est legatarius ab omni debito, vt hic, & ff. de li. leg. l. si quas rationes, & l. Aurelio. 1. respon.

gauerit[a] legatum vtile est, [b] & neque ab ipso debitore neque ab herede eius potest hæres [c] petere, [d] neque ab alio, qui hæredis loco [e] sit, sed & potest à debitore conueniri, vt liberet [f] eum. Potest † etiam quis, vel ad tempus [g] iubere, ne hæres petat.

¶ E contrario, si debitor [h] creditori suo, [i] quod debet, legauerit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius [k] per legatum

f ¶ *Vt liberet*. Per acceptilationem, si solus est debitor, si habet correum socium, idem, aliàs correus non socius pacto est liberandus, vt ff. de li. l. 1 4 aliàs 3. §. nunc de effectu in fi. SYL.

¶ Adde circa primum casũ hoc verum, si liberatio fuit facta in perpetuum, si verò ad tempus tunc sufficit, quod legatarius officio iudicis consequatur, quod sibi silentium imponatur vsque ad illud tempus, leg. Aurelius, §. centum, ff. eo Circa secundum verò quando debitor habet correum non socium: dic, quod ratio est, quia acceptilatio extingueret obligationem, & consequenter etiam correus liberaretur, dictum hoc verum, nisi legatum esset factum contemplatione vtriusque, vt per Barto. in d. §. nunc de effectu.]

¶ Adde, quod communiter glo. tenetur, quod hoc modo relicta liberatio includat etiam dolum quod falsum est, & ego alias legendo latissimè reprobaui, & vide Præpo. Senen. in 6. qu. 5. casu, vbi latius explicat.] Secundus est, si negotium testatoris gessisset, & testator dixerit.

† aliàs autem. SYL. † Tenetur, ta mẽ pure vel ï gros so ratio nes red dere o missa scrupu. SYL. losa in quisitio ne, vt l. si seruus vetitus, ff. d le. 1. † Similẽ gl. habes in leg. Aurelio, ff. de lib. le.

¶ Rationes reddere nolo. & hic ab omni liberatur, nisi ab eo, quod penes eum sit, & ab eo, quod dolo fecit, vt ff. de libe. le. l. Aurelio. §. fi. cum suis concor. † Tertius si damnault hæredem, ne exerceat actiones, quo casu si bonam causam habet testator, litis euentus, & sumptus ab aduersario facti legati videntur, vt ff. de lib. leg. l. petitor. si malã causam, nihil videtur legare, vt in eadem l. †

¶ Adde non esse differẽtiam inter hunc tertium modum, & secundum, vt patet ex iis, quæ ponit Præpos. Senen. in 6. q. 5. casu, in 2. col. & seq.

b ¶ *Vtile est*. licet res sua sibi legari videatur, vt ff. de li. leg. l. 1. respon. & est hoc verum, nisi testatore viuo exactio fiat, vt infr. eo. ti. §. tam autem, & ff. eo. 3. l fideicommissa. §. si rem.

* * Adde multum interesse, vtrum legetur liberatio, an hæres iubeatur liberare debitorem, nam primo casu ipso iure debitor censebitur testamento liberatus, secundo liberandus erit ex contractu ab hærede. Bart. leg. Aurelio, §. Caius, q. 4. ad fi. de lib leg. Alex. leg. si dignum. ad leg. Falc. Alc. in rub. ff. eod. Notandum quoque est, quod si legatur res pignori data ipsi debitori, censetur remissum solum ius pignoris. non etiam debitum principale. leg. 1. vbi glo. de lib. leg. Neguf. de pig. 3. memb. 6. patt. nu. 20. facit l. Labeo, & l. postquam, de pac. secus si legetur chirographum, quia cẽsetur legatum etiam debitum, vt per Negusan. vbi supra.]

c ¶ *Hæres*, vel hæres hæredis, vt ff. de liber. leg. l. 2. in fi.

d ¶ *Petere*. Cum effectu propter exceptio-

g ¶ *Ad tempus*. vt ff. de libe. leg l. non solum nostrum §. 2.

h ¶ *Si debitor*. Secus si alius, quia interest creditoris plures reos habere, vt ff. de liber. leg. l. si quis decedẽs, §. si. aliàs incip. Iulian. aliàs est l. 3. SYL.

¶ Adde hoc verum in vltimis voluntatibus vbi præcisè cogitur, secus in contractibus, vt declarat Bar. in d. §. si.

¶ Adde, quod si debitor aliquid aliud legat creditori nõ id quod debet, ita demum cõpensatur cum debito, si debitum sit necessarium, vt si vxor legat viro aliquam summam compensabitur legatum cum lucro, quod ex legis necessitate descendit, l. si cum dotem, § si pater, ff sol. matr. & ibi per doct. dixi autẽ, si legat aliquam summam, quia si relinquerer speciem, non fieret compensatio, vt per Bart. & alios doc. in l. huiusmodi, §. cũ pater, de leg. 1. cum debito autem voluntario contracto facto hominis legatum non compensatur, l. 1 §. sciendum, C. de rei vxor. act. Doct. in d. §. si pater.

i ¶ *Creditori suo*. scilicet ciuiliter, & naturaliter, & cum effectu, & purè, aliàs valet, vt ff. de lega. 1. l. si creditori, per totam l. & l. fin autem.

K ¶ *Nihil amplius* Sed numquid hodie semper est plus, cũ habeat statim rei legatę dominium, & hypothecariam aliarum rerum defuncti? Resp. nõ, vt ff. de leg. 3. l. 3. §. si rem,

qnia

quia plus tantum quatuor modis dicitur, vt infra. de actio. §. plus autem. Et iste modus non est aliquis de ijs.

SYL. ¶ Adde, quod dum primo glos. vult, quod propter solam dominij translationem legatū speciei non efficiatur vtile, communis opin. est in cō trarium. Dum verò secundo dicit, quod propter commodum hypothecę non valet legatum, communis opinio est cum gloss. contra quam disputando tenuit Præpo. Senen. quæstio. 8. in quarto casu.

ad hanc regulam. vt ff. de verb. obl. l. existimo, & l. pluribus. §. & si placeat. & de ijs, quę pro non scrip. ha. l. si in metallium. §. item si serr. & deterui. d. pro parte.

ADDITIO. De isto brocardo dic, vt per Dynū in reg. factum legitimè de reg. iur. in 6 & per Bartol. in l. plurib. § 1 ff. de verb. oblig.

habet. Quod si in diem vel sub conditione debitum, ei [a] purè legauerit, [b] vtile est legatum: propter repræsentationem. Quod si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit, Papinianus † scripsit, vtile esse [c] nihilominus legatum, quia semel cōstitit: [d] quod & verum est. Non enim placuit sententia existimantium extinctum esse legatum, quia [e] in eam causam peruenerit, à qua incipere non potest. [f]

¶ *Legatum dotis factum à marito vxori valet, etiam si maritus nullam dotem habuit, dummodo in legato certum exprimatur.*

¶ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius est [g] le-

*

† *l. verbis ff. ad l. Falc.*

a ¶ *Ei.* scilicet creditori.

b ¶ *Legauerit.* scilicet debitor.

* ¶ Repræsentationem hoc tex. accipe, id præsentem solutionem. propriè autem repræsentare, est, ante diem soluere: quod apud Græcos dicitur, pro Kataballein, quanquam & repræsentari dicitur quod purè debetur, si præsenti statim pecunia soluatur, vt apud Tranquil. in Augusto.]

c ¶ *Vtile esse.* ff. de lega. 2. l. debitor. in prin. cōtra, vbi est inutile. Sol. hic corrigitur. Vel ibi dicit inutile, idest nō vtile, cum & aliam habet actionem: † potest tamen & ista agi, vt hic.

† *Ista est vera, q̃ & sequitur Ber.* STL.

¶ Adde, quod Præpos. Sen. in 7. q. 8. casu, reprobat omnes responsiones aliorum, & ipse ponit duas: primo, quod ibi vitiatur legatum quia erat detentum sub pignore, vnde bene veniente die non remanet vtilitas quo ad repræsentationem, nec quo ad hypo. secus quando non esset pignorata: quæ est falsa: quia tex. ī oster solū considerat repręsentationem, non hypo. secundo, quod ibi intelligitur esse inutile, quo ad commodum medij temporis, & quod illa verba. Tota x. debeantur, ponantur post verbum, Quod si viuo. ante verbum. Sic & in dote, quæ est falsa, quia verba vnius orationis non debēt in aliam trāsferri. Mihi alias visum fuit qđ d. l. esset correcta, quia l. verbis. ad l. Falc. est Papin. & tex. noster approbat opin. Papi. & sic cōcordat, & ex verbis. Non enim placuit, hic positis, colligitur fuisse qui contrarium tenuerunt, inter quos posuit esse Pau.

ĩ d. l. debitor. Angel.

d ¶ *Constitit.* id est valuit.

e ¶ *Quia.* ratio illius falsæ opinionis.

f ¶ *Non potest.* Nota arg. pro vtraque parte

¶ Sed si vxori. ¶ *CASVS.* Quærebatur, an legatum dotis valeret: & videbatur dicendum: quòd nō: quia cū habeat vxor actionem ad dotem, nec multiplicatio actionū operetur validitatem, non videtur aliquod commodum: & ideò debet censeri, vt dictum est supra §. prox. Cuius contrarium deciditur propter commodum repræsentationis, quia erit plus tēpore legatum, §. plus. Infr. de actio. Not. quod legatum dotis factum à viro vxori valet propter commodum repræsentationis. Item, quòd legatum sub falsa demonstratione debiti, si non exprimatur certa quantitas, vel aliter constet quid aut quantum legetur, non valet, si legans nullo modo est debitor. Item, quod falsa causa non vitiat legatum.

g ¶ *Plenius est.* scilicet in cōmodo repręsentationis, cum legatū statim, dos verò annua, bima, trima die † olim: hodie post annum mobilia, sed immobilia statim, vt C. de rei vxo. actio l. 1. §. cum autem. & ff. de dot. præleg. l. 1. § verum est.

† *i. trib. annis. p singulos annos tertia pars.*

¶ Adde, q̃ hodie habet annum, etiam si habeat facultatem rei restituendę statim, quāuis multi voluerint contrarium, moti, quia annus datur gratia miserationis, quia cum maritus in d. §. cum autem. habeat dilationē in iuribus, quæ semper sunt in facultate mariti, & ea solo verbo potest restituere, patet q̃ quāuis habeat facultate rei restituēdę statim, omninò habet annum prædictum. Item pro dote datur actio in quātū maritus facere pōt, vel eius heres, vt ff. sol. mat. l. et. j. resp.

SYL.

leg. 3. de an. dotis. Dotis legatum à marito vxori factū valet.

¶ Adde hoc verū in herede filio cōi. secus in alijs, vt cōiter tenent doct. in d. l. etiā. At legatum in solidum: nisi in Falcidia per beneficium inuentarij, vt in Auth. de hær. & Fal. §. si verò non fecerit. coll. 1. Item si qua pacta in pręiudiciū mulieris facta sunt, beneficio legati tolluntur, vt ff. de do. præle. l. 1. 1. resp.

SYL.

* ¶ Ad

gatum, quam de dote actio. Sed si quam non†accepit dotem, [a] legauerit, Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legauerit, inutile esse legatum, si verò certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumenta dotis [b] in prelegando [c] demonstrata sunt, valere legatum.

¶ *Si res legata facto hæredis etiam ignorantis præstari non potest, hæres tenetur: secus si non suo facto. h.d. Ang.*

¶ Si res [d] legata sine facto [e] hæredis perierit, [f] legatario decedit. [g] Et si seruus legatus, sine facto [h] heredis manumissus [i] fuerit, non tenetur hæres. Si verò hæredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri [k] ipsũ Iulianus scripsit, nec interest, [l]

¶ Adde aliud commodum huius legati, quia non minuitur ob res donatas vxori à viro d.l.1.§.est & illud.de do.præleg. an autem deducatur impensæ, dic quod sic, si dos simpliciter legetur, vt in §.no. aliud si leget quicquid ad eum dotis nomine peruenisset, quia intelligitur sine deductione impensarum, vt scribit Bar. in leg. 3. Cod. de fal.cau.quo in loco etiam gloss. & Bal. materiam cōmodi huiusce legati dotis tractarunt.]

a ¶ *Dotem*. idest illā dotem, quam nō recepit.

b ¶ *Instrumenta dotis*, scilicet in quibus confessus fuit se recepisse dotem, quam non recepit, vt ff. de do. præleg. l. fina. §. fina. & l. cum scriptum, §. item ei, quæ.

SYL. c ¶ *In prælegando*. idest legando abundat enim præ, vt ff de dote præ.l.1.1.resp.

¶ Si res legata. ¶ *CASVS*. Quæsitum fuit an si res legata decedat, aut pereat cui pereat, & videbatur perire hæredi tanquam domino.l. incendium, C. si cert. peta. sed deciditur contrarium, ex eo, quia cum sine culpa hæredis res legata pereat, non est qđ illi imputetur, cum non præstet. ¶ *CASVS*. In alijs partibus facilè figuratur. Not. quod debitor speciei legatæ liberatur, si illa intereat, vel fiat insolubilis, & desinat posse præstari sine facto & culpa ipsius. Item, quod debitor speciei legatæ non liberatur, si facto suo mediato, vel immediato interueniente desinat posse præstari, siue scienter, siue ignoranter fecerit. Item, quod mora debitoris perpetuat obligationem.]

SYL. d ¶ *Si res*. Puta seruus Stichus.

e ¶ *Sine facto*, idest mora, quo casu de interitu tenetur, (i) vt ff de verb.obl l. si seruum. 1. respon. & de leg.1.l.cum res, §. fin.

¶ Rationem vide per gl. in l. diuortio in gl. 3. ff. de neg. gest.]

Vel quia sine causa occidit, vt d.l. si seruū. Aliud, si cum causa, vt ff. de leg 1. l quid ergo, §. si hæres. tenetur enim de dolo, & lata culpa, & leui, vt ff. eo. 1. l. cum res, §. sed si culpa. & §. culpa.

ADDITIO. (i) De negligentia verò non tenetur debitor actione personali, nisi fuerit in mora, vel petatur res, quæ fuit creditoris, vel negligentia sit circa rem, seu peremptionem substantiæ rei debitæ. Angelus.

f ¶ *Perierit*, Vel non compareat, quo casu caueat heres de dando, si ad eum redierit, & suis sumptibus recuperatur, q̃do post mortem fugit, aliàs, idest, si in vita, sūptibus legatarii, vt ff. de leg. 1. leg cum res. §. item si res. & de leg. 2. leg. si quis seruum.

g ¶ *Decedit*. quia qui in specie tenetur, ei9 interitu liberatur, vt hic, & ff. de verbor. oblig. leg. si ex legati.

** De materia huius, §. vide pulcherrimam distinctionem glos. inf. de lege Falcid. in §. quantitas, vers. solida.]

h ¶ *Sine facto*. in hoc quoque scilicet alieno seruo potest admitti culpa, puta non certificauit hæres dominū, qui si sciuisset se posse vendere, non manumisisset, scilicet fortè cum videret eum velle manumittere, vt ff. eo. 1. l. cum res §. sed si alienos, & §. pen. & fi. Item si fuerit in mora emendi, vt ff. de verb. oblig. l. si seruum, §. si autem alienus, & dic facto, idest culpa, vel mora.

i ¶ *Manumissus*. Nam manumissus similis est mortuo, vt ff. de solu. l. si mihi alienum.

K ¶ *Teneri*. scilicet ad æstimationem, vt ff. eo. 1. l. si quis inquilinos, §. 1. & ff qui & à quibus l. hæres. Sed hic non dicit tenere manumissionem, sed dicit, quod nō minus valeat legatum, scilicet quo ad æstimationem.

ADDITIO. Et valet etiam manumissio, quia dominium serui hæredis non transit in legatarium, vt hic, & d. l. si quis inquilinos, secus in seruo hæreditario etiam sub conditione legato, l si seruum qui sub conditione, ff. de manumis. Ang.

l ¶ *Nec interest*. cur secus, vbi seruum indebitum sibi solutum, quis manumiserit, vt ff. de cond. indeb. in summa. §. si seruum, quæ est contra? lo respon. quia debuit scire, cum factum suum censeatur, vt in Auth. de iureiur. à mo. 1. respon.

¶ Adde, quod hæc ratio non est generalis, quia sine sua culpa posset hæres ignorare, si

in

In codicillis postea repertis legatus esset, l. 3, §. cum transactio, de transa. Ideò dic, quideò est, quia natura condictionis indebiti est, vt quis teneatur tantum, quatenus est locupletior, l. si nō sortem, §. libertus, ff. de condict. indeb. vnde cū nihil lucri sētiat, qui indebitum recipit, non habet locum, secus in hærede, qui sentit cōmodū ex hæreditate, & ita communiter resoluitur in d. l. in summa. & hic per Ang.

g ¶ *Cedunt*. quia duo legata sunt separata, vt ff. de pecu. le. l. & si ancilla quę est. l. 3. Sed contra, ff. de ventre inspi. l. 1. §. ex hoc, vbi dicitur, quod partus est portio viscerū matris. Resp. ibi loquitur, donec in vtero est.

a ¶ *Sciuerit*. scilicet ipsæ hæres.

b ¶ *Donauerit*. s. hæres.

c ¶ *Seruum*. A testatore legatum, & erat hæredis.

d ¶ *Tenetur*. ad æstimationem, vt supra proximè dixi.

sciuerit,[a] an ignorauerit à se legatum esse. Sed & si alij donauerit[b] seruum,[c] & is cui donatus est, eum manumiserit, tenetur[d] hæres, quāuis ignorauerit[e] à se eum legatum esse.

¶ *Extincta persona primo legata, remanet legatum in accessoria, quando fit per dictionem, cum: secus in rebus. hoc dicit Aretin.*

¶ † Si quis ancillas cum suis natis[f] legauerit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedūt. [g]Idem est,[h] & si ordinarij[i] serui cum vicarijs legati fuerunt, qa licet mortui sint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed si seruus fuerit cū peculio legatus, mortuo[k] seruo, vel manumisso, vel alienato, peculij legatū extinguitur.[l] Idē est, si fundus īstructus,[m]

h ¶ *Idem est* sic, ff. de pecu. leg. l. 4.

i ¶ *Ordinarij*. Qui sunt hi? Dic vt infra, quòd cum eo. §. cum autem.

* ¶ Declara, vt ibi annotatum est ex Alcia. in l. vrbana de verb. signif.]

k ¶ *Mortuo*. s. viuo testatore, non si post, vt ff. de pecul. leg. l. tunc inutile.

l ¶ *Extinguitur*, quia accessio est, vt ff de pec. le. l. 1. & 2 Sed quare non ita in superiori casu? Resp. propter hominis dignitatem, quia non ita accedit, vt ff. de ædil. edi. l. iustissimè. in prin. † Item quid si vicarij erant tantum in peculio, & legatus est cum peculio? Resp. idem, vt exprimere peculium noceat, vt ff. de cond. & demon. l. si in diem in fi.

ADDITIO. Idem & si aliæ res erant in peculio eadē ratione. Si verò leget ordinarium cum vicarijs & peculio, obtinet, quasi separet vicarios à peculio, vt l. si peculiū §. si seruus. ff. de pe. leg.

m ¶ *Instructus* Huic primo articulo contradicitur, ff de fund. instr. l. si cui. in fin. Sol. secundum Ro. hic simpliciter propter rudes sic loquitur. Vel dic, quod sit idem, quod in partu & vicarijs, & quod sequitur. Cum instrumento, referatur ad proximū de peculio. Vel subtilius, refert inter instrumentum fundi, quod perit semper perempto legato fundi, & instrumentum patrisfamilias, quod non perit licet legatum fundi pereat, & hoc casu loquitur lex contraria. & alia contraria in eod. tit. l. 1. Argu. contra. ff. de fun. instruc. l. quæsitum, §. sed si fundus, & §. instructo. quibus dicitur, si fundus instructus legatus sit, instrumentum patrisfamilias continetur, non agri, sed ibi subaudi, tantum.

¶ Adde, quòd hæc solu. tenenda est, quę fuit Azo, aliæ enim falsæ sunt.]

Vel dic illam esse Pauli sententiam in l. si cui istam Labeonis Iustiniano probatam, & & sic corrigitur illa,

* ¶ Instructi legatum, quid differat à lega-

SYL. e ¶ *Ignorauerit*. scilicet hæres.

¶ Si quis ancillas. ¶ *CASVS*. Vertebatur dubitatio, an si quis legasset ancillam cum natis, ea extincta, extingueretur legatū etiā partus, & videtur quod sic, quia cum essent coniuncti per dictionem, cum, tanquam accessorij, extincto principali videbatur accessorium extingui. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Sed contrarium deciditur, quia licet in his duobus primis exemplis nati, & vicarij videantur nominati per modum accessorij, tamen reuera non est ita, nam præpositio, cum, coniungit accessoriè solum illas res, quarum vna alteri accedit, sed quando ponitur inter personas, quarum natura est, vt vna alteri non accedat, tunc non coniungit accessoriè, sed sūt duo legata separata, & ex his habes rationes diuersitatis secundi casus hic positi, Vno quod legatum hominis per modum accessorij ad alium hominem principalem non extinguitur, licet extinguatur legatum hominis principalis. Item, quod homo homini non accedit. Item, quod accessorium non debet esse minus suo principali. Item, quod legatum rei accessoriæ ad hominem principaliter legati, si exprimatur verbis accessionem importantibus, extinguitur extincto legato hominis. Item, quod dictio, cum, quando ponitur inter res, quæ possunt vna alteri accedere, stat accessoriè, alias secus. Item quod extincto principali extinguitur accessorium.

f ¶ *Suis natis*, alias suo nato.

† *aliàs sed si qs.*

† *Secus aūt esset in fœtu aīalium brutorū, & in ijs q̄ nō veniūt per modum principalis & accessorij. vt si legetur equ. cū asino, qa duo legata cēsentur. Et hæc inducūtur ad qōnem de ingrediēte monasteriū. vt vitiato ingressu si valeat bonorū dedicatio, nisi expressè & sua dedicasset secundum doc. hic, SYL.*

to instrumenti, vide Ant. August. lib. Emēd. 2. c. 4. ** qui etiam priorem Accursij interpretationem de voce, tantum, subaudienda in d. §. sed si fundus probat.

a ¶ *Instrumento*. Est autem instrumentum apparatus rerū diutius permansurarum, sine quib. non posset exerceri possessio, vt ff. de fundo instruc. leg. q. situm, l. tel pōst. Et sunt instrumenta fundi, quæ fructus quærendi, cogendi, seruandi gratia cōparata sunt, vt ff. de fund. instruc. l. instrumenta, quæ sunt illa, ibi habes.

Instrumentum quid.

b ¶ *Alienato*. à testatore.

STL.

¶ Si grex.

¶ *CASVS*. Reuocabatur in dubium legato gregis facto, ex eo quod grex ad vnam tantum, vel pauciores oues redactus fuerat, an in remanentibus subsisteret legatum, & videbatur quod non, quia ex quo non erat amplius grex, l. oues, ff. de abige. & legatus erat grex, videbatur extinctum legatum. Contrarium respondetur, quia eo legato legatur quid totale, & ideò singulæ eius partes legatæ intelliguntur, & ideò vna sola ouis debetur, vt hic. Nota, qđ si grex legatus ad vnam ouem reducatur, nihilominus debetur. An verò hoc idem fit, quando deficit grex ante mortem testantis, disputat latè Præp. Senen. in 1 q. 5. casu. Item, quod legatum vniuersale recipit augmentum, & diminutionem.

Item quid sit grex. Item domus ex quibus constet.]

c ¶ *Si grex*. Qui ex decem ouibus constat, vel quatuor, vel quinque porcis, vt ff. de abigeis. l. oues.

STL. *ADDITIO*. Tres autem homines constituunt collegium. l. Neratius, ff. de verbor. signific.

STL. d ¶ *Ad vnam ouem*. sic. ff. quod cu. vni. l. sicut, §. fi. & ff. eo. tit. l. si grege.

¶ Adde tamen, quod grex ad vnam ouem redactus non est grex, & tamen collegium ad vnum redactum remanet collegium, dicto §. fin.]

e ¶ *Vendicari potest*. ff. quibus mod. vsusfructus amit. l. fi. contra. Solu. facilius perditur legatum vsusfructus, quam proprietatis, vt argument. ff. eodem ti. l. repeti. §. rei mutatione, & ff. eodem. l. si grege. in fi.

¶ Adde, quod solu. gl. communiter tenetur licet aliàs publice disputando contrarium tenuerim.]

STL.

ADDITIO. Hoc verum est, quando est relictus vsusfructus, vt gregis, secus si singulorum capitum. Arg.

f ¶ *Legato*. Sic ff. eo. l. grege. sic. infr. §. proxi. Adde secus esse, si testator leget equos suos, nō enim debetur fœtus editus post testamentum. Ioan. Dilect. & ante testan. ri. de lega. caut. 10.

† *aliàs autem*.

g ¶ *Corpus ex distantibus capitibus*. Tria enim sunt corpora rerum. Vnū quod vno spiritu, id est elementatione continetur, vt homo, lapis. Secundum, quod ex cohærentibus constat, vt domus, & armarium. Tertium, quod ex distantibus corporibus, vt grex, & populus, vt hic, & ff. de vsucap. l. rerum mixtura. §. 1. & ff. de rei vend. l. in rem, §. at in ijs.

vel cum instrumento [a] legatus fuerit. Nam fundo alienato[b] & instrumenti legatum extinguitur.

¶ *Grex etiam in vna oue retinetur, & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi post testamentum. Idem est in legato ædium. Aret.*

¶ Si grex [c] legatus fuerit, & postea ad vnam ouem [d] peruenerit, quod superfuerit, vindicari potest. [e] Grege autem legato, [f] etiam oues eas, quæ post testamentum factū gregi adijciuntur, legato cedere Iulianus ait. Est † enim gregis vnū corpus ex distantibus capitibus [g] sicut ædium vnum corpus est ex cohærentibus lapidibus.

¶ Ædibus denique legatis, columnas & marmora, quę post testamētum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere. [h]

h ¶ *Cedere*. Sed columna, vel tignum domus legari purè non potest, vt ff. de leg. 1. l. cætera ne vrbs deformetur. †

† *Facit l. est, ff. ne quid in loco pub.* STL.

¶ Si peculium.

¶ *CASVS*. Quæstio fuerat, an quod accederet, vel decederet peculio legato, pertineret ad legatarium, & videbatur dicendum, quod non, quasi de eo peculio testator voluerit intelligere, quod erat tempore testamēti, argu. l. si cognatis, ff. de reb. dub. contrarium respondetur quia cum peculium sit quid vniuersale, quamuis recipiat augmentum vel diminutionem, tamen est semper idem. Sed tunc quæsitum fuit, quid de eo, quod contingit post mortem testatoris, & videbatur, quod cuicūque legatum sit cum legatum cedat à morte testatoris, tale augmentum vel diminutio spectaret ad hæredem, sed contrarium deciditur in seruo, & ratio est, quia quando datur libertas seruo testamento, & sic directa, ita demum ei cōpetit, quando aditur hæreditas, & ideò propriè propter commodum serui non dicitur cedere, nisi tempore aditæ. l. hæredem, §. fi. ff. quando di. le. ced.

Nota, quod legatum peculij recipit augmentum, & diminutionem viuo testatore.

Item

¶ *Augmentum, vel diminutio peculij legati viuo testatore ad legatarium spectat, sed si post mortem ante aditam hæreditatem, cedit legato, si est legatum ipsi seruo: secus si extraneo. Aretinus.*

¶ Si peculium legatum fuerit,[a] sine dubio quicquid peculio[b] accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro vel damno est. Quod si post mortem testatoris ante aditã hęreditatẽ, aliquid seruus acquisierit, Iulianus ait, si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne, quod ante aditam hæreditatem acquisitum est, legatario[c] cedere:[d] quia[e] huiusmõi legati dies ab adita hæreditate cedit, sed si extraneo peculium legatum fuerit non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit.[f] †

¶ *Legata libertate non venit peculium, secus si manumittatur, & legato peculio non intelligitur legatum, quod dominus debet.*

Item quod augmentum peculij legati seruo contingens post mortẽ ante aditam, cedit lucro serui. Item, quod dies legati peculij seruo cedit ab adita. Item, quod augmentum contingens ex rebus peculiaribus post mortem ante aditã spectat ad legatarium aliter non. Itẽ, quod verbum, extraneus, diuersimodè accipitur.]

a ¶ *Legatum fuerit*. seruo, vel extraneo.

* ¶ Peculium serui est, quod seruus domini permissu separatum à rationibus dominicis habet, & administrat. leg. depositi, ff. de pecul.]

b ¶ *Peculio*. Nam & futurum peculium legari potest, vt ff. de pecu. leg. l. ei quoque & facit ad hoc supra proxi. §.

c ¶ *Legatario*. eidemq. manumissio. Accursius.

d ¶ *Cedere*. Nota tria tẽpora, ante mortem testatoris, & post ante aditam hæreditatem, item & post. In primo, tempore scilicet quo non inuenitur cessisse dies legati, omnes sunt legatarij pares, nam quicquid eo tempore acquirit seruus talis, ei, cui hoc peculium, est legatum, acquirit, siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictum, quia non cedunt legata, similiter in tertio scilicet sunt pares. In secundo distinguitur extraneus à seruo. vt hic, Nam quod legatum cedit extraneo à morte hoc seruo ab adita hæreditate, quia nec libertas sibi prius debetur, vt C. de caduc. toll. § cum igitur, & §. in nouissimo. & §. libertatibus. Nam pura legata, vel in diem certam relicta, a morte cedunt, nisi in sex casibus, vbi ab adita hæreditate, vt C. de cadu. tolle. §. cum igitur. & §. in nouissimo, & ff quando di. lega. ced. l. 2. † inter quos legatum seruo manumissio relictum est vnus. vt hic. Cõditionalia vel in diem incertum relicta, ex die vel conditione existente cedunt, id est trãsmittuntur ad hæredes.

¶ Adde hoc verum in re de sui natura non transmissibili, quia tunc transit ab adita, vt in legato seruitutum personalium, l. si post diem, ff. quan. dies leg. ced. & idem in realibus, l. receptũ in fi. ff. com. prędio. & in pluribus casibus not. in d. § in nouissimo.]

¶ Nam ante conditionem, vel diem venientem si decedit legatarius, non transmittitur, vt C. de cad. to. §. fin autem. Nisi in tribus casib. Primus, vt ff. de cond. & demonst. l. conditiones. Secundus, ff. eod. 1. leg. 3. Tertius, ff. q̃do di. leg. ced. l. si cum prætinitione. Itẽ verbum, cedere, duas habet significationes id est incipere deberi, vt ff. de verbor. signifi. l. cedere. Item cedere quantũ ad trãsmissionẽ, vt accipitur, C. de cadu. tollen. per totum, & in vtraque potest hic accipi.

¶ Adde, quod dicitur cedere quatuor modis, aut quo ad transmissionẽ aut quo ad obligationem, aut quo ad petitionem, aut quo ad dominij translationem, de quo per doct. in l. 1. C. commun. de leg.

e ¶ *Quia*. Bona est ratio, si enim prius cederet, idem esset quod in extraneo. Est & alia ratio, vt ff. de pecu. leg. l. denique, §. fi. vbi dicitur, quod verisimile est, eum omne augmẽtum ad ipsum pertinere voluisse, cui &c.

f ¶ *Auctum fuerit*. s. peculium.

¶ Peculium autem. ¶ *CASVS*. Dubitabatur, an legata libertate deberetur peculium, & videbatur quod sic, quia seruo manumisso si non adimitur, remanet peculium, & valet argumentum de actu inter viuos ad vltimas voluntates, sed contrarium respondetur, & ratio ponitur in gloss. in versiculo. quamuis.

Not quod argu. de contractibus ad vltimas voluntates nõ valet, vbi est diuersa ratio. Item quòd manumissio inter viuos tribuit peculium, secus in vltima voluntate. Item, quod in legato peculij seruo facto in dubio non continentur debita à domino ipsi seruo ratione peculij.

Itẽ, ꝙ si legata est libertas seruo, si rationes reddiderit, censetur legatum peculium.

vt in die mortis, tũc si legatarij, habetur pro puro, si extranei vel hæredis, habetur p cõditionali, sicut q̃do est dies penitus incerta. sed q̃do omnino est extra rura, vt si sol. vel ãte Christus nascetur, habetur p puro, secundu Angel. hic.

† aliàs fuerit peculium. SYL.

† Et hæc vera, q̃do dies ẽ certa an & quãdo si verò certa an, sed incerta quando SYL.

SYL.

¶ Peculium [a] autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur, quamuis, [b] si viuus manumiserit, sufficit, si non adimatur, & ita Diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Ijdem rescripserunt, peculio legato, [c] non videri id relictum, vt petitionem [d] habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit. Ijdē rescripserunt, peculium videri legatū, cum rationibus [e] redditis liber esse iussus est, & ex eo reliqua [f] inferre. [g]

¶ *Iura, & facta legari possunt. h.d.*

¶ Tam autem corporales res legari possunt, quam incorporales, [h] & ideò quòd defuncto debetur, potest alicui legari, vt actiones suas hæres legatario præstet, [i]

a ¶ *Peculium*. Sic. C. de pecu. eius qui libe. me h. t.

b ¶ *Quamuis*. Cur tam varie? Respon. quia secūdo casu, scilicet quādo inter viuos operas eius manumissor erat habiturus, vnde cōuersa donatio præsumitur, secundum Io. vt ff. mād. l. si verò non, §. inde Papin. (i) vel secundum P. propter præoccupationem mortis, quia psumitur auferre, si potuisset, vt in authen. de trien. & semis. §. illud quoque ibi. Piè tumultu mortis angustiatus, &c. & C. qui testa. fac. poss. l. hac consultissima, §. 1.

STL. * ¶ Istamq. latè examinat Præpo. Senen. 6. quæstione 8.

ADDITIO. (i) istam rationem reputat inefficacem Io. Fab. hic, cum per manumissum debeāt operæ exhiberi filio, nec nisi ex conuentione debeantur. l. 1. C. de oper. lib. l. si operatum iudicio ff. eo. vnde dicit ipse, quod inter viuos est maior affectio domini, quia se priuat dominio serui & eius seruitio, quod retinere poterat, nō sic vbi moriens dat, quod sibi retinere nō potest. Aliàs rationes vide per Ang. hic.

c ¶ *Peculio legato*. s. seruo, & etiam libertas fuit legata, aliud si extraneo, vt ff. de pecu. le. l. 6. §. fi. & l. si Sticho Accur.

d ¶ *Petitionem*. Nisi testator fuerit huius consuetudinis, vt redderet seruo, quæ sibi debebat, vt ff. de pe. leg. l. dominus Sticho, §. primo, in fi.

e ¶ *Cum rationibus*. Quasi diceret, si relinquo seruo libertatem rationibus ab eo redditis, eo ipso & peculium legare sibi videor.

* Quia alioqui nōn posset seruus soluere de peculio suo, quæ debet ex rationibus dominicis, nisi ei peculium legatum interpretaremur. leg. denique, §. interdum de pec. leg.]

STL. ¶ Adde, quòd hanc glos. disputatiuè reprobat Præposi. Senen. in 8. quæstio. 6. casu, colum. fina.

¶ Aliud econtra, si libertatem relinquo, & rationes reddere veto, quia non videtur legatum peculium, vt ff. de leg. 1. leg. si seruus vetitus.

Rationes autem reddere dicitur, quando amor dolo, & fraude reddit, vt ff. de fideicommiss. liber. lege Thais, paragrapho Stichus.

ADDITIO. Et sic nota, quod remissio redditionis rationum nō comprehendit reliqua, nec dolum, seu lata culpam, sed scrupulosam tantum inquisitionem, secundū Ang. hic.

f ¶ *Reliqua*, alias reliquas, id est alia, quæ erant reddenda, reddere, cū iam quædam reddiderat vel etiam si nihil, vt ff. de verbo. signi. l. cæterorum.

* ¶ Dic quod reliqua inferre est ex peculio persoluere, quæ rationibus redditis apparebit seruum domino debere.

Nā appellantur reliqua, q facta collatione dati & accepti, soluēda restant, vnde & reliquari dicitur, qui æs alienū integrè non soluit, & reliquatores vectigalium, qui reliqua publico debent: l. Lucius Titius curator, ff. de admin. tut. & l. rescripto, ff. de mun. & hon.

g ¶ *Inferre*. Repete, iussus est.

¶ Tam. ¶ *CASVS*. in regula tradita in tex. nostro non figuratur. STL.

No. quod omnia tam corporalia quam incorporalia legari possunt.

Item, quod edictum de legatis est permissorium.

Item, quod qui legat quod sibi debetur censetur legare ius, quod habet

Item, quod si quis legat nomen debitoris, & postea exigat, cēsetur reuocare legatum.

Itē, quod hæres potest grauari ad aliquid faciendum in fauorem legatarij.

Item, quod liberatio a debito alieno valet.

h ¶ *Tam autem. Incorporales*. i. actiones, & seruitutes, vt supr. de reb. corpor. & incorpor. & ff. de leg. 1. l. 1. & l. cætera. in prin.

i ¶ *Præstet*. Sine cessione tamen vtiles habet legatarius, vt C. eodē l. ex legato Accursius.

ADDITIO. Nisi res sit litigiosa, vel lis cœpta l. quicumque. & auth. nūc si hæres, C. de litig. secundum Ang. & not. quod quamuis directam personalē exercere nō possit, nisi cedatur, poterit tamen exercere directam realem, quæ quia non ossibus affixa est, trāsfertur in eum directa via, l. fine. §. fin. cū l. seq. ff. de condict. furti. Ang.

a ¶ *Nisi*

nisi exegerit [a] viuus testator pecuniam, nam hoc casu legatum extinguitur.

¶ Sed & tale legatũ valet, Damnas† esto hæres meus domum illius reficere, vel illum ære alieno liberare. [b]

¶ *Legati in genere in dubio electio est legatarij h.d.*

¶ Si generaliter† seruus, vel res alia [c] legetur, electio legatarij [d] est, nisi aliud testator dixerit.

¶ *Hæres legatarij optionis optare potest. & pluribus in optione discordantibus, sorte dirimitur. hoc dicit.*

¶ Optionis legatum, idest, vbi testator ex seruis suis, vel alijs reb. optare legatariũ iusserat, habebat olĩ in se conditionem, e

a ¶ *Nisi exegerit*. Nam si exegerit, semper in dubio præsumo voluisse legatum extingui, vt ff. de adimen. leg. l. pen. §. fi. & de libe. leg. l. nũ solum. §. liberatio. nisi probetur contrarium, vel quia debitor vltro obtulit eo non petente, vel quia exacta pro legatario deposuit, vt ff. de leg. 3. l. fidei commissa. §. si rem.

* b ¶ *Ære alieno liberare*. Nam vtilitatem habet.

† Syncopa pro dãnat9. Alciat.

¶ Si generaliter.

SYL.

¶ *CASVS*. per se patet, ratio autem dubitãdi colligitur ex l. comprehensum. ff. de contrahen. empti. quia in dubio electio debitoris vldetur, & contrariũ decidit. rationes sunt in gl. colligitur enim diuersitas ex distinctione ipsius. Nota summarium.

† Cõcor. cum hoc §. cæter casteras, cum gl. superverb. quodcũque extra de reseri. Legatũ generis, an valeat.

c ¶ *Res alia* vt equus.

d ¶ *Electio legatarij*. Et à principio, & ex post facto secundum B. vt hic, & ff. de l. 1. l. si seruus legatus, §. cũ homo. Sed Ro. a principio dabat electionem hæredi, sed ex cõtumacia transferebatur in legatarium, arg. ff. de serui. l. si cui. & C. de solu. l. 1, lo. distinguit, aut in genere generalissimo, vel subalterno, vt si substantia, vel corpus, vel animal legatur, quo casu non valet, cum festucam, vel muscam dãdo liberetur, vel in eo genere, quod Dialectici speciem appellãt, vt homo & similia, & tunc subdistingue, aut habebat in hæreditate seruos, & tunc legatarius eligit, dummodo non meliorem, (i) vt hic, & ff eo. t. l. legato. 1. respon. & l. qui duos, & de opte. le. l. 2.

SYL. ¶ Adde, quod ratio est, quia ex quo competit rei vendicatio ad vnum ex illis. l. huiusmodi, § si cui homo, ff. de leg. 1. si non haberet electionem non posset ea agere.

¶ Aut non habebat, & tunc hæres eligit, vt ff de vi. tri. & oleo. le. l. 3 1. resp. & l. 4.

SYL. ¶ Adde, quod ideò est, quia ex quo censetur legata res aliena, non videtur electio legatarij, l. 2 ff de opt leg.

¶ Si autem testator ex certis reliquit incertum, aut ipse sensit de certo, (quod paret expresso nomine eius) & tunc eligit hæres; & eius voluntatem interpretatur, aut non sensit, & tunc legatarius eligit, vt ff. de legat. 1. l. si quis à filio, §. si quis plures. & lege qui duos.

SYL. ¶ Adde, quod eo casu secundum communem opi. hæres potest dare deteriorem, quia dicunt hanc esse declarationem voluntatis, quæ de minimo intelligitur.

¶ In domo autem in genere legata, si habet testator domos, vnam ex iis eligit hæres, si non habet, & relinquit, derisorium est legatum, vt ff. eo. l. si domus. In fundo in genere legato dic non valere legatum, cum vnius digiti possit fieri fundus, vt ff. de iure dot. leg. cum post, §. gener. & ff. eo. t. leg. quod in rerum. §. si quis & l. locus, ff. de verbo. signific.

SYL. ¶ Adde, quod videtur eadẽ distinctio facienda, quod aut habet fundus, & vnum ex eis legasse intelligitur, & ita intelligitur, §. gener. aut non, & procedat gloss. nam ratio assignata non releuat, si præsumimus testatorem de vno suorum sensisse. non enim poterit hæres diminuere contra mentem testantis

ADDITIO. (i) Quia non est verisimile testatorem voluisse id legare, quod nõ fuisset in specie concessurus, sed vbi electio est hęredis, vel debitoris, poterit dari vilius, dũ tamen non fit omninò inutile, quia potuit testator, vel creditor cogitare quod daret minus Io. Fab.

SYL. ¶ Optionis legatum. ¶ *CASVS*. sic figurari potest. Quærebatur, an hæres illius, cui optio relicta fuerat, posset optare, & videbatur, quod non, quia cũ tale legatũ habeat in se tacitam conditionem, non videtur quod transmitti possit, cuius contrarium hodie dicitur, quamuis enim de rigore hoc esset de iure antiquo, placuit tamen Imper. hoc corrigere, vt plenius voluntates defunctorum impleretur, à quo etiam cautum est, vt pluribus discordantibus sors ipsa sit arbitra. Nota, quod legatum serui, vel alterius rei, quam legatarius optauerit, erat cõditionale.

Item, quod legatum conditionale non transmittitur.

Item, quod dissensio plurium sorte dirimitur.

e ¶ *Optionis legatum. Conditionem*. scilicet, si eligeret.

* ¶ Hæc interpretatio est ex l. 3. §. vltimo. ff qui

& ideò [a] nisi ipse legatarius viuus optasset, ad hæredem legatum nō transmittebat. Sed ex constitutione [b] nostra, & hoc in meliorē statum reformatū est, & data est licētia hęredi legatarij optare seruum, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligētiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione [c] additum est, siue plures legatarij extiterint, quib. optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo, siue vnius legatarij plures hæredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, [d] ne pereat legatum, (quod plerique prudētū contra beneuolētiam [e] introducebāt) fortunā esse huius optionis iudicē, & forte [f] hoc esse dirimēdum, vt ad quem sors peruenerit, illius sententia [g] in optione pręcellat.

¶ *Illi possunt ex titulo legati capere, qui possunt hæredes instituti. Ang.*

¶ Legari autem illis solum [h] potest, cum quibus testamēti factio [i] est.

¶ *Incertę personę legari, libertas dari, aut tutela non poterat, nisi esset incerta de certis: ea tamen soluta non repetebantur. hoc dicit.*

¶ Incertis verò personis, neque legata, neque fideicommissa olim relinqui

ff. qui & à quibus man.]

a ¶ *Et ideo.* Bona ratio, vt C. de cadu. toll. §. sin autem.

¶ Adde, quod quamuis docto hic reprehendant glo. decipiuntur, nam bene tacita, quæ inerat, si exprimatur, non vitiat quo ad transmissionē, tamen non sequitur, quod non sint aliqua legata, quæ habeant tacitam cōditionem, quæ subaudiatur a leg. quæ impediat transmissionem vt dicimus in legato annuo, leg. in singulos de annu leg.]

b ¶ *Ex constitutione.* Quæ est. C. Commu. de leg. l. fina. in princ.

c ¶ *In nostra constitutione.* Scilicet prędicta.

d ¶ *Eligere cupiente.* Et alio aliud subaudi.

e ¶ *Contra beneuolētiam.* id est cōtra ęquitatē, scilicet, quod periret, id est, de iure stricto perire debere, vt ff. eo. l. l. huiusmodi. §. fi.

f ¶ *Et forte.* Vel cū taxillis, vel alio modo, sic. ff. de iud. l. in tribut. † Sed quare iudex non cōpellit eos ad consentiendum, vt ff. eo. l. huiusmodi, in fin. Respon. immo hoc modo compellit, vel ibi compellit in actione eligenda, quæ datur à iure, hic autem non compellit in eo, quod datur a testatore.

* Adde, quod in iure rarum est, vt iudicium hoc per sortes admittatur, nisi cum res adeò perplexa, incertaque est, vt alium exitum nō habeat, lege si duobus. C. com. de leg & Bal. in l. meminimus, C. quando, & quibus quar. pars. scribit, sorti locum non esse prętерquā in casibus lege expressis, sanè vbi agitur de præiudicio tertij, palam est rem sorte non dirimi, gl. in ver. partes, §. 1. sup. de satisd. tut. quam doct. ibi & in d. l. si duobus, communiter sequuntur.]

† *Et hoc verum, quando dubium exprimitur sup iure, nec à l. deciditur, & discordant in pręiudicium sui, alias si ad pręiudiciū tertij iudex cōpellit ad cōcordiā aliqn̄do pręcisè, aliquādo cōtinuè, dubiū autem superfacta pbatione dirimitur, vt leg. a. ftor. C. de probat. Ang.*

g ¶ *Sententia*, vt tamen cæteris æstimationem præstet suarum partium, vt C. com. de leg l. fi. in princ.

¶ Legari autem. ¶ *CASVS.* non figuratur nisi literaliter in iam generali regula. Not. duas regulas, vnam affirmatiuam, quod qui testari potest, ille potest legare, alterā negatiuam, quod qui non potest testari, nō potest legare, & quod dicitur in summario.] STL.

h ¶ *Solum.* Et econtra, id est solus legat, vt ff. de leg. 1. l. 2.

i ¶ *Testamenti factio.* In passiua significatione accipe, vt supr. de hæred. quali. & diff. §. testamenti. Sed qui sunt isti, qui non habēt testamēti factionem? Resp. incerta persona, vt inf. proxi. §. Item peregrinus, siue deportatus, vt Cod. de hęre. instit. l 1.

¶ Adde, quod ratio est, quia hæreditas, siue ex testamēto, siue ab intestato deferatur, est de iure ciuili, l. lege obuenire, ff. de verbo. signific. & deportatus, licet naturaliter viuat, tamen perdit ea, quæ sunt iuris ciuilis, l. 1. § pen. ff. de contra tab.] STL.

¶ Item in metallum damnatus, vt ff. de ijs, quæ pro non scrip. ha. l si in metallum.

¶ Rationem assignat ibi tex. quia efficitur seruus pęnæ, non Cæsaris.

¶ Item seruus de adulterio cū domina commisso accusatus, vt sup. de hær. inst. §. 2. Item collegiū, nisi probetur licitum, vt C. de hęre. insti. l collegium. Itē incestuosi, vt in authen. quib mo. na. effi. sui, §. vlt. col. 7. Itē hæretici maioris hæresis, vt C de hære. l. manichæos. Item apostatæ, vt C. de aposta. l. ij. q. sanctam. Item mulier nubens, inf. annum à tempore mortis marit., & in auth. de nup §. soluto, ver. si qui verò prioribus. STL.

¶ Ad-

¶ Adde, quod hodie hoc est correctum: c. fi. de secun. nup.
** Adde, quod supramemoratæ personæ si eis legetur, non vsucapiunt rem legatam tametsi ex errore facti putauerit se legitimos. l. nemo. vbi gl. de vsucap. pro legat. quod latius comprobat Ari. Pinel. doctiss. I. C. Lusitanus in rub. C. de bon. ma. sub num. 43.]

concessum erat.[a] Nam nec miles[b] quidem incertę personę poterat relinquere, vt Diuus Adrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quã incerta opinione testator animo suo subijciebat: veluti si quis ita dicat. Quicunque filio meo filiam suam in matrimoniũ dederit, ei hæres meus illum fundum dato. Illud quoq. quod ijs relinquebatur, q post testamentum scriptum primi Cõsules designati essent[c] æq. incertę personę legari videbatur. Et deniq. multę alię huiusmodi species sunt.

¶ Libertas quoque incertę personę non videbatur posse dari,[d] quia placebat nominatim seruos liberari.[e]

¶ Sub certa[f] verò demonstratione, id est, ex certis psonis incertæ personę rectè legabatur; veluti; Ex cognatis meis, qui nũc sunt, si quis filiã meam vxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato.

¶ Incertis autẽ personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti non posse,[g] sacris constitutionibus cautum erat.

¶ Incertis.
¶ CASVS. non figuratur, quia ius antiquum corrigitur. No. quod legatum incertæ personę non valebat de iure antiquo etiam in milite. Item, quod incerta persona ea dicitur, quæ incerta est testatori, licet alijs ex post possit fieri certa. Itẽ, quod hoc erat etiam in libertate. Itẽ quod ratio fundat aliquando in solã libertate. Item, quòd incertæ de certis & olim, & hodie rectè legatur. Item, quod licet quis metu pœnæ non possit cogi ad matrimonium contrahendum, potest tamẽ inuitari spe lucri. Item, quòd licet hęres ciuiliter olim non teneretur ex legato facto incertæ personæ, tamẽ obligabatur naturaliter: & ideo non dabatur repetitio soluti.

a ¶ *Concessum erat.* Hodie contra etiam ante legem Græcam inferiorem, in pauperib. vt C. de episc. & clericis. l. Id quod.

ADDITIO. Tu dic, quod aut incertitudo est in persona legantis: & valet legatum, quia hęredi oous iniunctum intelligitur: aut in persona legatarij, & tunc aut certificanda ex futuro euentu, aut non: primo casu valet, etiam si erat incerta de incertis, vt leg. si quis ita scripserit, digest. de re. dub. Secundo casu valet, si per leg. certificatur, vt l. id quod. Cod. de episcopis, & clericis, sed de hoc vide Ang.

b ¶ *Nam nec miles.* Cuius scilicet militis voluntas seruatur pro lege aliàs, vt C. de testamento milita. l. 1.

c ¶ *Designati essent.* In calend. Ianuarij sortiebatur, id est incipiebant honores administrare, & ante per tres menses designabãtur vt ff. de condit. & demon. ¶. Publius. & C. de magist. muni. l. 1

d ¶ *Libertas. Possidari.* Vt si dicat ita. Illum liberum esse volo, qui Capitolium primo ascenderit, vel simile fecerit: vt supra proximo §. incertis. Vel Stichum liberum esse volo: cum habeat duos Stichos, vt ff. de manu. testam. l. cum ex pluribus

e ¶ *Seruos liberari.*

ADDITIO. Aduerte, quod in aliquibus libris sequitur illa clausula. Tutor quoque incertę personæ dari non potest. quam non inuenies in emendatis codicibus, & si ea, quæ sequũtur in tex. & glo. diligenter perspexeris, profectò eam prorsus superuacuam iudicabis.

f ¶ *Sub certa.* Sic, ff. de lega. præstan. l. 3. §. hoc amplius, sic, digest. de legat. 1. l. si seruus legatus. §. huiusmodi, sic digest. de reb. du. l. quidam, sic ff. eod. 1. l. legato §. 1.

g ¶ *Incertis. Repeti non posse,* quasi naturale debitum, vt ff. de condit. indeb. l. Iulianus, in fin. & l. frater à fratre, & l. si id, quod dominus in fine.

* ¶ Nam naturalis obligatio, licet sit inefficax ad exigendum, impedit tamen soluti repetitionem, l. fideiussor. §. fideiussor, ff. de fideiuss. Porro regulariter fideicommissum vel legatum indebitum, per errorem facti solutum repeti posse, explorati iuris est l. fideicommissum, C. de cond. indeb.

¶ Posthumo quoque.
¶ CASVS. similiter non figuratur, cum ponatur correctio iuris antiqui, de quo iure quare non posset institui posthumus, summè laborant Doct. in l. Gallus. in princip. ff de liber. & posthum. solum loco casus aduertendum puto ad versicul. posthumus autem alienus, quia quicquid dicant Doct. sensus illius est, quod ille posthumus alienus institui non potest, SIL.
qui

qui in vtero ei9 est, quæ de iure vxor esse nō potest, non testantis, sed illius ex quo cōcepit: & ratio est, quia quamuis possit filio incestuoso, vel spurio alterius relinqui. l. 1. C. de na. lib. hoc verum, quando iam natus est: sed quādo est adhuc in vtero, quia necessaria instituens mouetur contemplatione parentum, censetur consequi à prē. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pu. vbi Areti. vnde sicut non potest consequi à patre. ita nec ab alio mediante prē & intuitu ipsius: & ita alias dicebam disputando, q̄. uis inuenerim quosdā mod. postea idē sēsisse. No. quod olim posthumo alieno legari nō poterat. Itē, qui dicatur posthumus alienus. Itē, quod hodie incerta ꝑsona potest hæres institui, & ei legari. Item, quod illud euidenter apparere dicitur, quòd constat ex lectura alicuius rei. Item, quòd tutor incertus nec antiquo nec nouo iure dari potest. Item, quod posthumus alienus de iure prætorio olim instituī poterat.

† Posthumus alienus quot modis dicatur, declarat Alcia. li. 3. Parer. c. 2. & lib. 9. Parer. c. 1. quē vi deas pro intelligentia istius §.

† alias testatori.

¶ *Hodie posthumo alieno relinqui potest, nisi in vtero eius sit, quæ iure vxor esse nō potest tutor autem incertus nec hodie datur. h. d.*

¶ Posthumo quoque † alieno inutiliter antea legabatur.[a] Est autem alienus posthumus, qui natus inter suos[b] hæres † testatoris futurus[c] non est. Ideoque ex emācipato filio conceptus nepos, extrane9 erat posthumus auo.

¶ Sed nec[d] huiusmodi species penit9 est sine iusta emēdatione relicta: cū in nostro Codice constitutio[e] posita sit, per quàm & huic[f] parti medemur, non solū in hæreditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis: quod euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

¶ Tutor autem nec per nostram constitutionem[g] incertus[h] dari debet: quia certo iudicio debet pro tutela quis suæ posteritati[i] cauere.

¶ Posthum9 aūt alienus † heres īstitui, & antea poterat,[k] & nūc pōt: nisi in vtero eius sit, quę iure no-

a ¶ *Legabatur.* Sed nec instituebatur iure ciui. vt ff. de li. & post. l. Gallus, §. ille casus.

¶ Adde, quod de iure ciuili antiquissimo, l. 12. tab. solum institui poterat posthumus futurus suus tempore testamenti, vt hic. Fuit postea tempus C. Aquilli quo concessum est institui posse posthumum futurum suum tempore mortis. Secutum est tēpus primi capitis. l. Vell. quo inductū est, institui posse illum, qui testamēti tēpore erat alienus, tempore mortis erat futurus suus. Quartum tēpus fuit Iul. Iurecon. quo conceditur institui illū, qui tempore testi est alienus, & nascitur non suus; sed ex post facto esset suus, succedendo in locū præcedentis. Quintum tēpus est iuris prætorij, quo alienus poterat institui, & habebat bon. pos. Vltimum tepus est cōstitutionum, quo indistinctè potest institui etiam non futurus suus.

b ¶ *Suos*; scilicet quondam ante emancipationem, vt sequitur.

* ¶ Eruditiores hunc text. ita interpungunt qui natus inter suos hæres & cet. quasi dicere velit, quod posthumus alienus, (qui extraneus quoque posthumus hic appellar) is est, qui cum nascetur, non est futurus suus hæres testatori. sanè apparet tex. loqui de concepto, nondum nato posthumo. hoc innuit verbum, conceptus & exceptio posita in vers. posthumus autem alienus. ibi, nisi in vtero eius sit &c. iuxta dictum vulgatum, ꝙ exceptio debet, esse de regula. comprobatur etiā ex eo, quia collocatus fuit inter incertas personas, ꝙ cōiunctio similitudinis, quoque, ostendit, & disertè Theophil. tradidit. natus. n. haud. quaquā dici potest incerta persona: sed dum geritur in vtero propter dubium natiuitatis: neque est nouum, posthumum dici quia adhuc in vtero est. l. cum pater de neg. gest. l. si nemo. §. testamento. de test. tut.

† In hūc locū vid Alc. l. 9. Parer. c. 1. Alij aūt sūt, ꝙ intelligunt hunc locum in posthumo prorsus alieno qui non est ex posteritate.

c ¶ *Futurus* s. hæres.

d ¶ *Sed nec*. q. d. non solum in posthumo, sed omnia supra dicta ab illo. §. incertis. correcta sunt, vt arg. ff. eo. 3. l. hoc legatum. ꝉ. respon. & l. ea tamen.

e ¶ *Constitutio.* Quam non habemus.

f ¶ *Huic.* l. posthumo.

g ¶ *Tutor autem. per nostram constitutionem*, scilicet supradictam constitutionem Græcam, nec veteri iure, vt ff. de test. tu. leg. tutor incertus.

Lege q scribit Alcia. libr. 6. Parer. ca. 14.

h ¶ *Incertus*, vt si ita dixit, Illum tutorem do, qui prius de Tuscia venerit, nec incertæ personæ datur, vt ff. de testa. tu. l. tutor ita. *ADDITIO*. Et est ratio secundum Ioan. Fab. quia quamuis postea certificetur, tamē poterit venire talis ribaldus, quod pupillo prouisum non erit, contra id, quod iura intendunt. incertæ tamen personæ post certificandæ testamētarius dari potest nō datiuus, vt hic per eum.

i ¶ *Posteritati* id est, filijs.

K ¶ *Posthumus*, *Poterat*, s. de iure prætorio,

non-

stro[a] vxor esse non potest.[b]

¶ *Error nominis, prænominis, agnominis, cognominis, non vitiat, si de corpore constat. Aretin.*

¶ † Siquidem in nomine,[d] cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit, † cum de persona constat, nihilomin⁹ valet legatum.[e] Idemque in hæredibus[f] seruatur: & rectè. Nomina enim † significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur[g] nihil interest.[h]

¶ *Falsa demonstratio non vitiat legatum.*

¶ Huic proxima est illa iuris regula, falsa demonstratione † legatum non perimi: velut, si quis ita legauerit, Stichū seruum meum vernam[i] do lego. Licet enim non verna, sed emptus sit: si tamen de seruo constat, vtile est legatum. Et conuenienter, si ita demonstrauerit, Stichum seruum, quem à Seio emi, sitque ab alio emptus,[k] vtile est legatum, si de seruo constat.

non ciuili, vt infr. de bon. poss. c. respon. cōtra & ff. de liber. & posthum. l. Gallus §. illæ. Accursius

ADDITIO Sol. ibi loquitur in posthumo alieno tempore testamenti nato, nō suo, qui postea succedēdo in locū primi suus efficitur: hic verò etiam in eo, qui nūquā efficitur suus. Angel.

a ¶ *Nostro.* i. Romano.

b ¶ *Non potest.* Sed quę est illa, quæ vxor esse non potest? Respon. multæ sunt illæ, quæ vxores esse non possunt. vt sup. de nup. diximus, §. si aduersus. C. de incest. nup. l. 4.

† Ant. Aug. li. 4. emēd. c. 8. scribit hic abūdare vocē agnomine quod & Theophilus tēsit. SYL.

¶ Si quidem in nomine.

† aliàs fide.

¶ *CASVS.* Quærebatur, an error nominis vitiaret: ratio dubitationis esse poterat incertitudo, cuius contrarium deciditur ratione assignata in text. Not. q error nominis legatar ij, vel hæredis, si de corpore constet, non vitiat. Item ibi, seruatur: & rectè quod non sufficit aliquid esse consuetum, nisi sit bonum. Item, quod nomina sunt imposita ad dignoscendum homines. Item, quod non curamus de mō dūmodo sequatur effectus.

† aliàs significandorum.

c ¶ *Si quidem*, sic. C. de testa. l. si in nomine.

Nomen, cognomen, prænomen & agnomen differunt.

d ¶ *In nomine.* Nomen est genus, sed ponitur hic pro specie sui: vt Albertus, quod dicit proprium personæ nomē. Cognomen, quasi commune cognationis nomen: vt Asinellus. Prænomen est quod causa drīæ ponitur: vt si sint duo Tulij, & vni superaddatur, Marcus, & dicatur Marcus Tullius nā Marcus est prænomen. Agnomen est quod imponitur ab euentu: vt Africanus, qui vicit Africam, Alemanicus, & Gothicus, vt sup. in rubr. procœmij huius libri.

* ¶ Hæc explicat plenè Alc. li. 4. Dispun. c. 1. ostendens propriè apud latinos nomen referri ad familiam, cognomen propriam esse cuiuqsue hominis appellationem: prænomen, quod nomini gentilitio præponitur. Et in M. Tul. Cic. Cicero esse proprium nomen. Tullius cognomen. M prænomen.]

e ¶ *Valet legatum*, sic, ff. si cert. peta. l. certū, & Cod. eodem. l. si Fotidianum.

f ¶ *In hæredibus.* scilicet si erret in eorum nomine

g ¶ *Intelligantur.* s. à testatore & hoc in proprijs. In appellatiuis distingue secundum Io. an parum erret, vt si libros mēbranas appellet: quo casu valet. maximè cum fuerit consuetus sic appellare, vt ff. de l. 3. l. librorum, §. q̄d tamē Cassius, an multum erret, & tunc cōtra, vt ff. eo. ti. l. 4. & de sup. leg. l. Labeo. ī medio legis. ¶ Adde, quod vera ratio differentię est in l. quoties, in si. princ. de hęre. institut. & dic q data paritate terminorū non est differētia: quia in p̄prio si constat de corpore, valet, alias secus: idem enim appellatiuo. gl. communiter approbata in d. l. 4.

† Cōtr. c. quia circa, cū gl. super verbo falsa extra de consan. & affin. SYL.

h ¶ *Nihil interest.* vnde liber homo sibi nomen mutare potest, licet seruus non possit, vt C. de mu. no. l. 1. ff. de falsis. l. falsi.

¶ Huic proxima. ¶ *CASVS* In huiusmodi regulis non solet figurari, ratio tamē dubitandi erat, quia cum demonstratum sit aliquid falsò, videtur, ea demonstratione non existente vera, cessare voluntas testāris, cuius contrarium dicitur ex eo, quia rei satis demonstratæ frustra adijcitur demonstratio, & superflua adiectio non vitiat l. f C. de rei vxoriæ actio. Not. summarium. Item, quòd relatiuum, quis vel qui, adiectum præterito tempori facit demonstrationem.]

i ¶ *Vernam*, Verna est seruus ex ancilla testatoris natus.

Verna quod sit.

*¶ Intellige hunc textum secundum exempla, hoc est, cū certa aliqua species legatur. nam si generi falsa demonstratio apponatur, aliud est: vt si dicat testator, lego vxori vestes, quas eius causa comparaui, etenim legatum nō valet si nullæ vestes, eius causa comparatæ sunt. l. Quintus, 1. ff. de auro & argento legato.]

SYL.

k ¶ *Emptus.* idem & si non emit, vt argum. ff. de vsuc. l. nunquam, § fi. secus in venditione, vt ff. de contrah. empt. l. si quis fundum.

¶ Adde

SYL. ¶ Adde, quod resolutio esse solet, quod aliud est in contractibus procedentibus ex mera liberalitate, in quibus procedit hic tex. aliud in vltro citroque obligatorijs: in quibus procedit contrarium.

dispositio non cõsequitur ex causa, aliàs secus, vt hic per Ang.

¶ *Falsa causa non vitiat legatum, nisi per modum conditionis fuerit prolata. hoc dicit. Aretin.*

¶ Longè magis [a] legato falsa causa adiecta non nocet: veluti cum quis ita dixerit, Titio, quia me absẽte negotia mea curauit, Stichum do lego. vel ita, Titio, qa patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego. Licet enim neque negotia testatoris vnquam gesserit Titius, neq. patrocinio eius liberatus sit, legatum tamẽ valet. Sed si conditionaliter [b] enunciata fuerit causa, aliud iuris est: veluti hoc modo. Titio, si negotia mea curauerit, † fundum meum do lego.

¶ *Seruo hæredis purè non rectè legatur, etiã si postea alienetur, secus si sub conditione. Legatũ verò domino serui valet, si tempore aditę in alterius potestate sit. h. d.*

¶ An seruo hęredis rectè legemus, q̃ri-

¶ Longè magis. ¶ CASVS. sic figurari potest. Quęrebatur, an falsa causa adiecta legato vitiatet: & videbatur quod sic: quia cessante ratione legati videbatur cessare legatum, contrariũ tamẽ deciditur ea rõne, quia talis causa non est finalis: (hoc enim importat dicere, quòd dicũt Doctor. legato nõ cohęret) secus autem si esset finalis. l. a. ff. de donat. Ideo autem conditionaliter adiecta vitiat, quia tunc non ponitur aliquod certum, sed dubium, & incertum, quamuis apponatur verbo præteriti vel pręsentis tẽporis. Ideò voluntas pendet ab ea, secundum Bart. in l. demonstratio. §. quod autem, ff. de condit. & demonstr.

Not. quòd falsa causa non vitiat legatum, nisi sit posita cõditionaliter. Item, quod valet argumentum de falsa demonstratione ad falsam causam.]

a ¶ *Magis* Ideò dicit magis, quia verba falsæ demonstrationis sunt de substantia ipsius legati: vt cum dico. Stichum vernam do lego. sed verba falsæ causæ non ita.

SYL. ¶ Adde declarando glo. quod demonstratio non significat substantiam legati: quia plerumque significat accidẽs: sed intelligas de substantia, id est apponuntur à testatore ad demonstrandam substantiam, id est corpus ipsum rei legatæ, & sic causam materialem: sed verba causæ apponuntur ad denotandũ finem, quo fuit motus testator: & ideò longè minus vitiat falsa causa, si quidẽ importat finem impulsiuum.]

¶ Item quia causæ legandi non cohærent legato, vt ff. de condit. & demonst l. cum tale. §. falsam causam. (i) Item quia hic donare præsumitur, vt ff. de cond. indeb. l. in summa. § id quoque.

ADDITIO. (i) Puta quia de necessitate

b ¶ *Sed si conditionaliter*. Not. conditio per, si. apponitur, & per, cum, vt hic, & ff. de condict. indeb. l. qui promisit. & ff. de verborum oblig. l. quodcunque §. non solum. nisi in casu, vt ff. de tut. l. muto. §. sub conditione. Modus per, vt, vt C. de ijs quæ sub mo. l. 2. Causa per, quia, vt hic. Demonstratio fit ostendẽdo aliquid, quod non est. vt sup. proxim. §. & ff. eo. l. si sic §. 1. Circa hæc quatuor sic dicas: & primo. Falsa causa nõ nocet, vt hic. Conditio nocet, si deficiat, vt hic, & ff. si cert. per l. cum ad præsens, & l. itaque. Modus idẽ quod conditio operatur: excepto quod id, quod datur sub modo, etiam ante, quam modus impleatur, petitur, cautione tamen interposita de modo implendo: quod non est in conditione, vt ff de condic. & demonstr. l. qui hæredi §. fi. & ff. de ann lega. l. liberto. §. Lucius. & ff. eo. 3. l. si tibi. In demonstratione distingue, vt ff. eo. l. si sic. §. 1. & l. non quocunque Accurs.

Conditio.

Modus

Causa.

Demonstratio.

† Hoc verbum accipiẽdum est in pretęrito tpe, nõ in futuro: vnde & q. da vetusti codices habẽt, curauit, & ita ẽt legisse videtur Theophilus, vsus verbo.

¶ An seruo hæredis. ¶ CASVS. Quærebatur, an vtiliter seruo hæredis legaretur? & videbatur dicendum, quod si tempore mortis testantis esset seruus alterius, valeret. quia tunc consistere posset: & cum possit dari casus, quod sit vtile, videtur à principio etiam valere, vt in secundo casu dicitur. sed respondetur contrarium: quia aliàs dominus reperiretur hæres, & legatarius: quod esse non potest. nam à semetipso legari non potest, l. & quidem, ff eodem. 1. nec conualidatur tale legatum, quia Cato habuit pro absurdo, quod legatum purum pẽderet à casu, scilicet quod testator superuixerit. Ideò autem deciditur contrariũ in legato facto domino serui, quia si tunc decederet testator, inueniret acquisitio dominij vbiquiesceret, quia non reperitur in domino aliqua repugnantia, vt in primo casu, cũ non reperiat illum hæredem, & ideò regula Catoniana non habet locum. SYL.

a ¶ *Inu-*

a ¶ *Inutiliter*, sic C. de necess. ser. hæred. insti. l. quidam. §. illo contra. Sed ibi nõ imponitur necessitas dandi. Vel in alimentis loquitur, vt ff. de ali. & cib. le. l. seruos. †nam cũ sit purum, à morte testatoris cedit, vt C. de cad. tol. §. cum igitur. & domino ex persona serui acquiritur, vt supra per quas personas nob. acq. r. §. item quod serui. (aliàs est, §. itẽ vobis acquiritur qđ serui.) sed idem dominus erit hæres: ergo non valet legatum, quia idem non potest esse heres, & legatarius, vt ff. de legat. 1. l. legatum est. §. 1. Accursius.

†*Vel dic secundũ Io. Fab quod ibi testator legauerat seruo proprio, hic verò seruo hæredis.*

g ¶ *Non sit*. Nam si est adhuc seruus, non valet legatum, aliàs valet: sic ff. ad l. Falc. l. si à se mo:

h ¶ *Apud eum*. Id est, apud eundem. s. dominum qui sit hæres per seruum: quia adhuc non est. Accur.

tur. Et constat purè inutiliter [a] legari: [b] nec quicquam proficere, [c] si viuo testatore de potestate hęredis exierit: [d] quia quod [e] inutile foret legatũ, si statim post factum testamẽtum decessisset testator, non debet hoc ideo valere, [f] quia diutius testator vixerit. †Sub conditione verò rectè legatur seruo: vt requiramus, an quo tẽpore dies legati cedit, ĩ potestate hęredis nõ sit. [g] Ex diuerso, hęrede ĩstituto seruo, quin dño rectè, etiã sine conditione, legetur, non dubitatur. Nam & si statim post factum testamẽtum decesserit testator, non tamen apud eum, [h] qui hæres [i] sit, dies legati cedere ĩtelligitur, [k] cũ hęreditas à legato separata sit, & possit per eũ seruũ alius hæres effici, si prius, quam iussu domini adeat, in alterius potestatẽ translat[o] sit, vel manumissus ipse hæres efficitur: quib. casibus vtile est legatũ. Quod si in eadẽ causa permãserit, & iussu legatarij [l] adierit, euanescit legatum.

i ¶ *Hæres*. hoc est dicere, mortuo testatore statim post testamentũ, non ideo statim dominus serui erit hęres per seruũ, & legatarius per se, & ita non erit apud eum. i. eundem heredem hæreditas & legatum qđ erat superiori. §. immo ad hoc, vt sit hr̃s per seruũ, duo pręcedere oportet, iussũ dñi, & obediẽtiam serui: & interim serui cõditio poterat variari: sed legatum tantũ interim habebit dñs, sunt ergo separata hęreditas, & legatum interim, cum legatum apud dominum sit, hæreditas apud nullum, donec seruus vel manumissus sibi, vel iussu alicuius domini eam adeat.

Seruus hæres institutus non acquirit domino, ni si duo concurrant.

ADDITIO. Quod est verum, si legatur sine libertate seruo testatoris, vel hęredis: secus si alieno, quia cederet ab adita hęreditate: nisi dies mortis & aditionis est idem, vt l. si optio ff. de opt. le. quando verò, cum libertate legatur, cedit vel à die competentis libertatis, si sit sub conditione relicta: vel ab adita hæreditate, si vtrumque sit purum, vt §. in nouissimo. C. eo. ti. de cad. tol. Ang.

† *Et sic quod ab initio nõ valuit tractu temporis non conualescit simile in c. 2. cum gl. fi. extra de eo qui duxit in matri. q̃ pollu. g adult.*

b ¶ *Legari*. Propter confusionem hæredis & legatarij: quia eadem persona sibijpsi debere non potest.

c ¶ *Nec quicquam proficere*. quia actus morientium non possunt esse in suspenso, vt ff. commun. præd. l. si. & propter regulam Catonis, quæ sequitur.

SYL. ¶ Adde hoc verum in simplici voluntate defuncti, quæ non potest stare in suspenso: secus in actu ex coniecturata mente defuncti. l. 1. §. si pendeat, §. ad Macedon. Itẽ in executione vltimæ voluntatis, quæ potest stare in suspenso l. hæres quandoque. ff. de acquir. hære. Item procedit regula post aditam, nõ ante, secundum Bar. in d. l. si. in fi.

d ¶ *Exierit*, Seruus legatarius.

e ¶ *Quia quod* &c. hæc est regula Catoniana.

f ¶ *Valere*. Exceptis quibusdam casibus: vt cum res tua sit tibi legata, & ante mortem testatoris alienata.

K ¶ *Intelligitur*. nam nemo est hæres adhuc, cum & dominus iussus, & serui debeat sequi voluntas, vt C. de hæred. institu. l. cum proponas.

¶ Adde & declara hoc verum in directa institutione, secus in obliqua & fideicommissaria l. seruo inuito. ff. ad Treb. & ratio est, quia iura quærenda non quæruntur nobis per seruos, sed bene iura quæsita prosequẽdi ius & ideo aditio, quæ est ius quærendi, nõ quæritur, secus in restitutione, quæ est iuris quęsiti executio.

¶ Et licet hęreditatis dies cedat ea adita tamen legatum à morte testatoris cedit, vt C. de ca. to. §. in nouissimo vnde apud dominũ erit legatum, sed hęreditas apud nullum. quæ poterit esse vel apud hunc, vel apud alium, si alienabitur, scilicet seruus prius vt sequitur.

Legati dies cedit à morte testatoris.

l ¶ *Legatarij*. Qui & dominus est.

SYL. ¶ Ante hæredis. Casũ figurare nõ expediret in l. corrigente. rõ. n. dubitandi assignatur in tex. videlicet q. a caput, & fundamẽtũ totius testi est institutio, sine qua quicquid factum erat,

erat, inualidum reputabatur. Corrigitur tamen hoc per Iust n, tatione expressa in hoc text. quia incong uum videtur, potius ordinem scripturæ inspicere, quam voluntatem testantis, alia ratio potest assignari, quia, cũ testamentum voluntate sit indiuiduum, l. Pædius, ff. de arbit. non est dare in eo prius, & posterius, quia omnia vnico puncto clauduntur, licet in scriptura fit ordo Nota institutionem esse de forma substãtiali testamẽti. Item, quòd ordo scripturæ contra voluntatem testantis non attẽditur, Itẽ quòd libertas est fauorabilis,]

instrumento, bona sunt obligata primo Titio deinde Seio, hypotheca Seij censetur posterior propter ordinẽ scripturæ, quia prior in ordine scripturæ est prior tempore, secundum Bal. in l aduersus. C. de fur.

¶ *Legata & libertas hodie relinqui possunt ante hæredis institutionem & postea, & inter institutionem, & substitutionem. Aret.*

¶ Ante hæredis institutionẽ inutiliter antea legabatur,[a] scilicet quia testamenta vim ex institutione hæredis accipiunt: & ob id veluti caput, atq; fundamentum[b] intelligitur† totius testamenti hæredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionẽ dari poterat. Sed, quia inciuile esse putauimus, scripturæ ordinem[c] quidem sequi, (quod & ipsi antiquitati vituperãdum fuerat visum) sperni autẽ testatoris voluntatem,[d] per nostram constitutionem,[e] & hoc vitium emẽdauimus: vt liceat & ante heredis institutionẽ,[f] & inter medias[g] hæredũ institutiones legatum relinquere, & multo magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est.[h]

¶ *Hodie ante, & post mortem hæredis, et legatarij, & pridie mor-*

d ¶ *Voluntatem*. Repete, vituperãdum erat.

e ¶ *Constitutionem*. Quam non habemus secundũ quosdam. Vel dic verius, quòd loquitur de ea, quæ est in C. de testa. l. ambiguitates & quod ibi dicit non ex mente refe- ras ad alia nõ ad hunc ordinem.

f ¶ *Ante hæredis institutionem* Quia primo potest legare tem, & postea hæredẽ instituere.

* ¶ Adde, qđ hodie quoque in testamẽto cęci requiritur, quod præcedat hęredis institutio, & nisi præcedat,

† Cócor. cum hoc tex. cap. Raynal. in d. gl. sup vers. licet. uir. de test. & l.

a ¶ *Legebatur*. aliud in tutore etiam olim vt suprà qui. da. tu. pos. §. ad certum.

¶ Ratio autẽ iuris antiqui erat q̃a legata debebant capi de manu hęredis. ideò debebat instõ pcedere, quod nõ erat in tutela.

** Adde, quod verò proptius est idem fuisse in tutore etiam olim, quia ratio iuris antiqui relata in hoc tex. est generalis, & ita conuenit tutelæ sicut legatis, parique modo & ratio iuris noui, quod scilicet attendi non debeat ordo scripturæ, sed testatoris voluntas, nec moueat coniectura, quam facit gloss. ex d, § ad certum, forte quia ibi nulla fit mentio correctionis vt hic, cum ante compilationem institutionum fuisse tam hoc dispositum periosum Iust. vt hic testatur, vnde non erat amplius necessaria mẽtio correctionis.

b ¶ *Fundamentum*, Cum fine illa nullum dicatur, vt ff. de iure cod. l. fi. & int tit. 3. §. in primis & ff. de ijs quę in test. dele. l. pen. ibi, Calphurnius.

Ordo scripturæ an sit seruãdus.

c ¶ *Scriptura ordinem*. Not. ordinem scripturæ non seruandũ, sic ff de sol. l nõ enim. Sed contra argu, ff. de fideicom. lib. l genera liter, §. quid ergo, & in authen. de hæred. & Falc §. inordinatum,]

** Ordo scripturæ attendendus est, vbi non apparet de contraria volũtate testatoris, vel contrahentium. Et ideo voluit Angel. in d. §. ir or linatum, ver. etenim, quod si in eodem

non valet, l. hac consultissima, C. qui testam. fa. pos. vbi Cyn. & alij hoc tenent, vt refert Bart Cep. cau. 90.

g ¶ *Medias* Quia primum instituit hæredẽ & postea legauit, & postea alium hæredem instituit, & ita legat inter medias hæredum institutiones.

h ¶ *Fauorabilior est*. Nisi in duobus casibus vt ff. de man. testa l. cũ ex pluribus, & de le. 3. l si quis filio. §. pen, & ad Treb. l. si patroni §. qui fideicomm.

Libertas fauorabilis est.

¶ Adde, quod dum doc, dicunt, quod l. cum ex pluribus non facit, dic quod probat, quia ibi pariter vitiatur legatum libertatis: sicut quodlibet aliud, cuius contrariũ videbatur: bene verum est, quod tex. in § pen nõ facit, quia ibi incertitudo est in re legata quo casu electio est hæredis, si testator sẽsit deceptus: sed in casu dict. l. cũ ex pluribus, incertitudo est in persona legatarij: quo casu quando constat, quod testator sensit de vno solo, & ille incertus est, legatum fit inutile, siue legatum sit libertatis, siue alterius rei, si verò constat testatorem velle pluribus deberi, nec potest nisi vni, tunc sorte dirimitur, Item dum doct, similiter dicunt text. in l. si patroni, non facere, dic quod glo. ita induxit:

xit: si cogitur primus fideicommissarius à secundo, quando est retenturus quartã, cum tractat de commodo pecuniario, multo magis erat cõgedus, quando habuit libertatem, quæ est inæstimabilis.

¶ Adde, quod quamuis alibi cõtrarium sentiat gl. & multi seq. tamen pro opin. glo. hic est casus in l. si quis spoponderit, C. de contrahen. & commi. stip.

c ¶ *Inueniatur*, vt ff eod. l. A. & supra eodem tit. §. sed non vsque. STL.

STL. ¶ Post mortẽ. ¶ *CASVS.* non figuratur cum sumus in iuribus corrigentibus: dubitationẽ autem faciebat ius antiquum: ratio verò decidendi allegatur in text. ex quo enim exæquata sunt legata fideicom. inconueniẽs erat hãc inter ea differẽtiam remanere. Nota fideicommissa & olim & hodie fieri posse post mortem hæredis, vel fideicommiss. & idem esse hodie in legatis, quamuis olim fuisset contrariũ: verumtamẽ aduertendum puto, quod nõ pariter valẽt. Cũ morietur hæres, & cum morietur legatarius. Primum enim est conditionale propter possibilitatẽ præcedentiæ legatarij secundum est purum, quia non conditione, sed mora suspenditur, ita declarat tex. in l. hæres meus, ff. de cond. & demon.

tis ipsorum legari potest. Aret.

¶ Post mortem quoque hæredis, aut legatarij, simili modo inutiliter legabatur: veluti si quis ita dicat, Cũ hæres meus mortuus fuerit, do lego, item, Pridie, quam hæres, aut legatarius morietur. Sed simili modo hoc correximus,[a] firmitatẽ huiusmodi legatis[b] ad fideicõmissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deterior causa legatorũ, quã fideicommissorũ, inueniatur.[c]

¶ *Hodie potest pœna nomine legari, & legatum trãsferri, vel adimi, nisi præcipiatur aliquid impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum. Ang.*

¶ Pœnæ quoque nomine inutiliter antea legabatur, & adimebatur,[d] vel transferebatur. Pœnæ autem noĩe legare videtur, quod coercẽdi hæredis causa relinquitur; quo magis aliquid faciat,[e] aut non faciat:[f] veluti si q̃s ita scripserit. Hæres meus, si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit:[g] vel ex diuerso, si nõ collocauerit,[h] dato decem aureos Seio; aut si ita scripserit, Hæres meus, si seruum Stichum alienauerit:[i] vel ex diuerso, si nõ alienauerit,[k] Titio decẽ aureos dato. Et in tantum hæc regula obseruabatur, vt† perquam[l] pluribus principalibus cõstitutionibus† significaretur, nec principẽ

¶ Pœnæ quoq; nomine. ¶ Casum non expediꝫ aliter figurare: sed dubitandi, & decidendi rõ colligitur ex hoc tex. & l. 1. C. de ijs, quæ pœn. no. Not. quod de iure antiquo pœnæ noie inutiliter legabatur. Intellige tamen, quòd hoc erat de media iurisprudentia, per text. in l. 1. §. ite si ita, ff. ad leg. Falcid. Item, q̃ pœnæ nomine dicitur legatũ q̃d coercendi hæredis gratia relinquitur. Itẽ, q̃d hodie potest adijci onus libertati. Item, quod legatum pœnæ nomine valet hodie etiã in hæreditatib. Item, q̃d militis voluntas solet artèrius quam cæteræ obseruari. Itẽ not. summarium.] STL.

* ¶ Iulius Capitolinus scribit, Antoninum Pium Imp. primum constituisse, ne pœnæ causa legatum relictum maneret.]

a ¶ *Correximus*, vt C. vt action. ab hæred. & contra hæred. l. 1.

STL. ¶ Aduerte, quia ibi non corrigitur, sed recitatur correctio, vt hic: originalis autem correctio ponitur in l. scrupulosam. C. de contrah. & comm. stip.]

b ¶ *Legatis*, in stipulationibus idem, vt d. l. 1. C. vt ac. ab hæred. & contra hæred. Caue tamen, quia legatum sic incipit ab hærede, vel hæredi deberi, quod primo nullo modo fuit: sed stipulatio fuit, licet inefficax, vt ff. de euic. l. qui à pupillo, & l. si per imprudẽtiam, §. non mirum.

d ¶ *Adimebatur*. hæc verba expone, vt inf. ti. t.

e ¶ *Aliquid faciat*, quod fieri vult, secũdum Ioan. hoc adiecto, scilicet in pœnam hæredis se committere: aliàs est conditio, & valet, vt ff. de ijs, quæ pœn. l. 1. & 2.

f ¶ *Non faciat*, quod fieri non vult Accurs.

g ¶ *Collocauerit*, scilicet quod fieri nolo, scilicet eam collocari.

h ¶ *Non collocauerit*, scilicet quod fieri volo, scilicet eam collocari.

i ¶ *Alienauerit*, quod nolo.

K ¶ *Non alienauerit:* Nam vt alienet volo.

l ¶ *Perquam*, idest valdè.

a ¶ *Agno-*

a ¶ *Agnoscere*. scilicet posse, vt supra quibus mod. test. infir. §. fin. in fine.
b ¶ *Obseruabantur*, vt C. de testa. milit. l. 1.
c ¶ *Collocauerit*. scilicet quod fieri nolo.
d ¶ *Constituimus*. vt C. de ijs, quæ pęn. no. l. 1.

quidem agnoscere[a] qđ ei pęnę nomine legatū sit. Nec ex militis quidē testamēto talia legata valebāt, quamuis alię militū volūtates in ordinādis testamētis valdè obseruabātur.[b] Quin etiā nec libertates pęnę nomine dari posse placebat: Eo amplius, nec hæredem pęnæ nomine adijci posse, Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat, Titius hæres esto: si Titius filiam suam in matrimoniū Seio collocauerit,[c] Seius quoque hæres esto. Nihil. n. intererat, qua ratione Titius coerceretur, vtrum legati datione, an cohęredis adiectione. Sed hōi scrupulositas nobis nō placuit, & generaliter ea, quę relinquuntur, licet pęnę nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in aliū trāslata nihil distare à cæteris legatis, constituim9,† [d] vel in dādo, vel ī adimēdo vel in trāsferēdo: exceptis videlicet ijs, q̄ ipossibilia[e] sūt, vel legib. īterdicta,[f] aut aliàs, pbrosa.[g] Huiusmōi. n.† testatorum dispositiones valere secta meorū temporū[h] nō patitur.

¶ *De ademptione legatorum.*†

¶ *Ademptio, & trāslatio legatorū pōt fieri in eodē testamēto, vel alia scriptura. Ang.*

e ¶ *Impossibilia* ff. de leg. 1. l. si mihi & tibi. §. 1. contra. Solu. ibi non erat impossibile. poterat enim esse, quod diu viueret, & infra triduū posset id fieri, quod fieri volebat. Vel dic, quòd ibi voluit testator hęredem constituere se soluturum, si decederet. scilicet testator intra triduum: quod potuit: non autem soluere. † sic contra. sup. de hære. inst. §. ipossibilis. Solut. quidā dicunt nō valere, sicut testator voluit, vt hic: valet tñ purè, vt ibi. Vel distingue secū dum Io. aut apponitur cōditio ipossibilis hæredi, aut legatario. Si hæredi, non valet legatū, vt hic. Si legatario, valet, vt ibi. & quære exempla C. de his, quæ pęn. nom. l. 1. Exemplum, quando apponitur conditio impossibilis hęredi, siue onerato? vt, Det hæres, si cælum digito non tetigerit, & tunc vitiat, quasi non stet per eum, quo minus impleat: sed per impossibilitatem, Quando legatario, siue honorato: vt Tibi relinquo, si cælum tetigeris digito, & hæc non vitiat, sed vitiantur, & pro non adiecta habetur. Et est ratio, quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit testator. Vide glo. notabilem in l. 1. ff. de condi. insti.

¶ Impossibilia. De impossibile dic præcepit hæredem transferre montem: aliàs ei adiecit co hæredem, vel aliam pęnam imposuit. De legibus interdicto: vt, præcepit hæredi, vel legatario, vt daret inquilinos sine prædijs, De probroso, vt præcepit reliquias suas in mare proijci, vel se cum vestibus sepelir; aliis pęnam imposuit. nam in prædictis, & similib. remanet hæres, & legatarius: nec tenetur ad impossibile, vel legibus interdictū, vel probrosum, nec etiam ad pęnam, ideò q; impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum nō impleuit.

f ¶ *Legibus interdicta*. Vt inquilinos sine prædijs, vt de leg. 1. l. si quis inquilinos, vt patuit. sup.

ADDITIO. Et hoc verum vbi aliqđ est per ius dispositum, vel cōsuetudinem, quod testator immutare nō potest: vt quia fortè ob ius publicum, vel fauorem; aliàs secus. Ioann. Fab.

g ¶ *Probrosa*. Vt vestimenta in funus vt ff. eo. t. l. seruo. a. li. no § si vel reliquias in mare, vt ff. de condit. instit. l. penult. in pr. ** Quid si testator nolit cū fletu tumulari, sed cum cātu, & alacritate, & ornamentis dignioribus, quod Ennium poetam iussisse tradunt? Et sunt qui hanc voluntatem minime obseruandam arbitrantur ll. arg. in glo. alleg. alij contra, quasi conueniant in funere signa lætitiæ ob melioris vitæ ingressum: qua ratione, & cum psallentium cantu, & sono tumulari mortuos moris est, Alexand. l. si cum dotem. §. si maritus. solut. matri.

h ¶ *Secta meorum temporum*. Idest ego, qui sequor iustitiam, hoc tempore non patior sic ff de pact. l. fi. in fi.

* ¶ Secta apud latines ponitur pro certa quadam viuendi disciplina, vel institutorū ratione, quo sensu, & hic locus interpretari potest.]

De ademptione legatorum. *Continuatio.*

¶ Quia ambulatoria est defuncti voluntas, vsque ad supremum vitæ exitum, vt ff. de adim. le. l. 3. §. fi. & l. seq. ideò post data legata, & de eis adimendis videamus. Accur.

† *Istas solutiones reprehendit Io. Fab. hic, & dicit, quod ibi ideò valet legatū quia nō continet impossibile, sed adiectio temporis est impossibilis, qua non vitiat. Additio.*

† *Sic ergo pœna nomine legari potest, vt hic, & in c. Raynaldus, iuncta gl. super verbo adijciens extra de test.*

† *aliàs testamētorum.*

† *aliàs sequitur, & translationis eorum.*

ADemptio legatorum, siue eodem testamento adimãtur,[a] siue codicillis,[b] firma est:[c] sed & siue contrarijs verbis fiat adẽptio: veluti si quis ita quid legauerit, Do, lego. ita† adimat, Non do, non lego. siue non contrarijs, sed alijs[d] quibuscunque verbis.

¶ Transferri[e] quoq. legatum ab alio ad alium potẽst: veluti siquis ita dixerit, Hominem Stichum, quẽ Titio legaui, Seio do lego. siue in eodem testamento, siue in codicillis hoc fecerit: quo casu simul, & Titio adimi videtur, & Seio dari.[f]

¶ *De lege Falcidia.*

¶ *Ne testatores sine hærede decedant, L. Falcidia cautum est, non posse eos legare vltra dodrantem. hoc dicit.*

Diuisio. ADemptio. ¶ Diuiditur in duas partes. Primò loquitur de ademptione. Secundo de translatione, Secunda ibi, Transferri Aretinus.

¶ *CASVS.* In tradentibus generales regulas, vt hic, non solet figurari, ratio tamen dubitandi poterat esse, quia non videbatur, quod nec in eadem voluntate, nec in diuersa posset fieri ademptio, aut translatio legatorũ, quia quatenus est in eadem cum quid non censeatur illo testamẽto datum, nisi in vltimo puncto clausi testamẽti, non potest dici ademptũ, aut translatũ, quod datũ nõ est, eius tamẽ contrariũ deciditur: quia satis dicitur datum ex verbis: & ideò potest dici adimi. Rursus dubitabatur, quomodo codicillis possent adimi data in testamento; cum incongruum videretur posse tollere illud, quod continetur in eo testamento, à quo ipsi sumunt vires, & confirmationes, sed hoc non obstante dicitur contrarium, quia non aduersatur substantiæ testamenti, sed accidenti. potest enim adesse, & abesse legatum in testamento, ideò dicitur accidens. Præterea videmus actionem ex contractu competere ad destructionem contractus, leg. sed Celsus, §. 1. ff. de contrahen. emptio. Nota, quod ademptio, siue in eadem voluntate, siue in diuersa facta sit: valet. Item, quòd ademptio & translatio fieri possunt quibuscunque verbis. Item, quod translationis virtus est dare adimendo, ita quod si ille, in quem translatio facta est. non acceptet, omninò dicitur ademptum.]

† aliàs adimatur.

a ¶ *Adimantur* scilicet legata.

b ¶ *Codicillis*, scilicet testamento confirmatis, secundum quosdam: non aliter: Sed nos contra, vt in Auth. de restit. fideicom. §. manifestum coll. 9. *Accur.*

ADDITIO. Et est ratio, quia non est ridiculum codicillos etiam contrarios per testamentum confirmari: quia videmus agi ex contractu, vt cõtractus rescindatur. l. sed Celsus, paragraph. primo, ff. de contrahend. empt. Ioan. Fab.

c ¶ *Firma est*. Vt si eodem testamento fiat, videatur nec datum. si alia voluntate videatur datum, sed postea ademptum, vt ff. de iis, quæ in testa. de. le. 1. & ff. de leg. 1. l. si ita scriptum. Sed videtur, quod nulla talis. voluntas valeat, cum videatur sibi repugnare, vt ff. de regul. iur. l. vbi repugnantia, quæ est huic cõtraria. Sed dic, quod ibi dicit de repugnantia, quæ sit propter ꝑplexitatẽ verborum, vt ff. de cond. insti. l. si Titius. Vel habet locum prędicta regula, quando nõ apparet quæ sit vltima, quo casu neutra valet. Si autẽ apparet, vltima valeat, vt ff. eod. l. nihil prohibet. Accurs.

¶ Adde, quod legata adimi nõ possunt nisi corã quinque testibus l. fin. in fi. Cod. de codicil.

d ¶ *Aliis*, scilicet, vt adimo, vel pęnitet eius, quo dedi. vel similia. immo etiã nuda voluntate præsumpta: vt si inimicus postea factus sit legatarij, vt ff. de adi. le. l. 3. in fi. & l. 4. *ADDITIO*. Idem, si ab ignorante fiat testatori ignoranti aliquid etiam post mortem, quod si sciuisset testator, non fuisset legaturus. Ang.

Legata voluntate præsumpta reuocãtur.

e ¶ *Transferri*. facit. ff. eo. l. translatio.

f ¶ *Et Seio dari*. Sed si Seius est non capax, nunquid ademptio à primo facta valet? Respond. sic, vt ff. de lega. l. planè. in princ.

* ¶ Intellige, legatũ transferri eadem lege & cõditione, quia relictũ fuerat priori legatario l. legatũ sub conditione. ff. de adim. leg.

** Sed quid, si ita scriptum sit, Quid Titio legaui, idem Seio do lego? Respon. legatũ non intelligi ademptum, & translatũ in totũ, sed ambos Titiũ & Seium ad illud admitti, quia pronomen idem habet inclusam copulam. propter quam cẽsentur cõiuncti. l. Iulianus. in princ. de hær. inst. secus si dictum esset, id Seio do lego, nã pronomen id, ꝙ ad totũ refertur ideò totũ videretur ademptũ. l. sicut & adimi leg. quod Alc. præceptor meus docuit in l. re cõiunctis. de leg. 1. & lib. 3. Parer. c. 8.]

¶ *De lege Falcidia.*

Continuatio. ¶ Qualiter minuãtur legata ademptione, vel translatione, dictum est nunc qualiter l. Fal. minuantur: & ideò dicit, Superest. Accurs.

¶ Adde, ꝙ hæc continuatio probatur in l. ij. § Quintus, C. de ve. iur. enu. vbi dicitur nihil esse tam cõueniens, quam quòd post tractatum legatorum ponatur tract. l. Falc.]

STL.

Versus. *ADDITIO.* Differentia inter hunc titulum & sequentem habetur per hos versus: Tunc defalcabis, si per legata grauaris. Sed trebellabis, cum reddere cuncta rogaris.

** Scire oportet, quod in iure Falci, nomine sępissimè appellatur etiā ea quartæ detractio quam vulgo Trebell. vocant, numquā verò appellatur Trebelliani. vt annotaui in §. sed quia Inf. tit. 1. cuius rei rationem ibidem attuli.]

SVpereſt, vt de lege Falcidia[a] diſpiciamus, qua [b] modus nouiſſimè legatis impositus eſt. Cū enim olim lege duodecim tabularū libera erat legandi poteſtas, vt liceret, vel [c] totū patrimoniū legatis erogare, (quippe cum ea lege ita cautū eſſet, Vti quiſque legaſſet[d] ſuæ rei, [e] ita ius eſto) viſum eſt, hanc legādi licētiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum[f] gratia prouiſū eſt, ob id quòd plerumque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis heredibus pro nullo, aut minimo lucro hereditates adire. [g] Et cum ſuper hoc [h] tam lex † Furia, quam lex † Voconia latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationē videbatur, nouiſſimè[i] lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne pl⁹ legare [k] li-

Diuiſio. SVpereſt. ¶ Tot⁹ iste titul. diuiditur principaliter i 5. partes. Primò continuat se ad præcedentia. Secundò ponit effectum l. Falcid. tā de iure le. 12. tabula. quā de iure, quo nos vtimur. Tertiò ponit vnū de duob. scilicet, an hæres nō grauatus respectu sui cohæredis grauati possit detrahere Falc. Quartò, ad quod pñs tēpus redigatur, vt inspiciatur, an l. Falc. habeat locū, Quintò, quando l. Falc. imponitur, quid est ante deducendum. Secunda ibi, Cū enim. Tertia ibi, Et cum quæsitum. Quarta ibi, Quantitas autē. Quinta ibi, Cum autem.

¶ Supereſt. ¶ *CASVS.* Quæsitum fuerat post tractatū de legatis, an sicut quilibet cuilibet & quodlibet legare potest, vt visum est, nisi sit expressè prohibitum, ita in quātitate patrimonij eroganda sit aliqua regula, qua prohibeatur quis legare, vel nō legare, & videbatur ꝙ nō ex. l. 12. tab. qua cautum erat, Vti quis legasset, ita ius esto. l. verbis. ff. de verb. sign. & qa in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mādata, C. man. sed respōdetur contrariū ratione expressa in tex. No. antiquā dispositionem l. 12. tab. Item, ꝙ quilibet in re sua est moderator, & arbiter. Itē no. rationē introductionis l. Falc. Item, ꝙ testatorū interest decedere testatos. Item, ꝙ legata vltra dodrantem dñr facta contra l. Falc. Item, ꝙ quamuis sint plures hæredes, satis est, ꝙ quarta remaneat inter omnes.]

Falcidia lex vnde dicatur. a ¶ *Falcidia*. ideò sic dicta, quia vt falx fenū, sic hæc lex legata resecat. Vel dic à Falcidio auctore, vt & Publiciana à Publ. d. vt inf. de act. §. aliæ.

* ¶ Adde dictum esse à C. Falcidio tribuno plebis, c. quędam 2. dist. tempore Octauiani, ex quo cessat cōtrariū Io. Fab. vt habetur in epistola Philelphi ad Federicum Corneliū. Verba autem l. Falc. refert Alex. ab Alex. li. 5. die. genia. c. 23. & Alc. lib. 5. Parer. c. 24. ex Dione. lib. 48. hist. Rom. & Eusebio in chronicis: quia in re tamen eos plurimum à vero aberrasse idem Alcia. demonstrat.

STL. *¶ Lata proculdubio fuit l. Falcidia à C. Falcidio trib. Pleb. Cn. Domitio Caluino, & C. Asinio Pollione Coss.]

b ¶ *Qua*, scilicet Falc.

c ¶ *Vel*. pro etiam.

d ¶ *Vti quisque legasset*, &c. Hæc sunt verba legis 12. tabularum. *† A Furio lata.*

*¶ Alc. l. verbis. de verb. sig. legit legassit. id est legauerit.] *† Sic dicta a Q. Voconio. Cicer. in oratio. Balbo.*

e ¶ *Sua rei*. Idem in sua re tota, quā ipse legauit: vel ēt aliena: nam & aliena res legari poterat, & potest, vt hic & ff. ad l. Falc. l. 1. in princip. & supra de legat §. non solum.

f ¶ *Ipsorum testatorum.* Non tamen licet testatoribus eam renunciare, nisi in casu, vt ff. eo. l. quòd de bonis, §. fi. & l. si debitor. ar. cōtra, C. de pac. l. pen. ibi. cum & alia regula sit &c. Sed hodie per Auth. sed cum testator, quæ est. C. ad l. Falc. contra.

¶ Adde, quod communis opin. est, testatorē posse prohibere detractionē l. Falc. & ratio est, quia hodie nō potest venire casus destitutionis testamenti, Auth. hoc amplius, C. de fideicom. quam rationem considerat tex. in Authent. sed cū testator. quicquid voluerit Bartol. ibi. * Quare autem olim non liceret renunciare. l. Falcidiæ, affert rationem Alc. lib. 5. Parer. cap. 25. quia legi prohibitiuæ renunciari non potest glo. fi. ver. item an potest, col. fin. l. 1. C. ne fid. dot. den.]

g ¶ *Adire* facit Inf. tit. 1. §. sed quia hæredes. Accursius.

** Operæpretium autem visum fuit prouidere, ne intestati morerētur, eo quod publicè expedit, suprema hominum iudicia irrita non fieri. l. vel negare. quemad. test. aper.]

h ¶ *Super hoc*. Idest super coarctanda legandi licentia.

STL. *¶ Quid cautum esset l. Furia. & l. Voconia, & a quibus latæ fuerint, declarat Alciat. lib. 5. Parer. c. 23.

i ¶ *Nouissimè*, idest vltimo. Accur.

K ¶ *Legare*, Vel etiam causa mortis donare, nam & ibi locū habet l. Falc. itē & in mortis

tis causa opinione, vt C. eod. l. pen. licet de hac quidam contradicant: & est pro eis arg. ff. eo. l. acceptis. Item in fideic. vt C. eo. l. 2. †

† Qđ est verũ in fideicõmissis particularibus, non vniuersalibus vt infr. tit. proxi. §. 2.

** L. Fal. ab initio intelligebatur solum de legatis particularibus, quia eo tẽpore adhuc fideicõmissa nõ erant instr. de fideic. hęr. in prin. eis verò deinde approbatis, ad fideicommissa quoq; particularia extẽsa est arg. l. i te. stõ. 2. C. de testa. l. si tacitum, ff. eod. tit. idque vi extẽsionis quam vocant passiuam, l. 2 de le. 1. vbi do. cui hodie maximè est locus cum exequata sint legatis fideicom.]

SYL.

¶ Adde, quod Falcid. habet locum in legatis, Trebel. verò ĩ fideic. secundum veriorem sñiam: quia nec originę fuit introducta Fal. propter fideic. nec postea circa eam aliquid immutatum: & ita semper, & legendo, & disputãdo firmaui & idem tenet Præpo. Sen. in 11. q. 2. casu licet opin. cõis sit, q̃ Falcid. habeat locum in legatis, & fideicom. particularib. Treb. verò in legatis, & fideic. vniuersalib. ¶ Itẽ donatione inter viuos, quæ morte confirmatur, non aliàs, vt C eo. l. in donationib. & in his hẽt locũ quod hic de legatis dicit.

ceat, quam dodrantem[a] totorum bonorum: id est vt siue vnus hæres institutus sit, siue plures, apud eum, eosve pars quarta remaneat.

¶ Potest nedum ex tota, sed ex parte hereditatis detrahi Falcid. per hæredem in parte institutum.

Et cum quesitum esset,[b] duob. heredib. ĩstituris, (veluti Titio & Seio) si Titij pars, aut tota exhausta sit legatis, q̃ noiatim ab eo data sũt, aut supra modũ[c] onerata: à Seio verò, aut nulla relicta sint legata, aut q̃ partẽ eius dũtaxat in partem dimidiam minuant:[d] an quia is[e] quartam partem[f] totius hereditatis, aut amplius habet; Titio nihil ex legatis, q̃ ab eo relicta sũt, retinere † liceat, vt quartã partẽ suæ partis saluã habeat:[g] placuit posse retinere.[h] Etenim ĩ singulis hr̃dib. rõ legis Falcidię ponẽda est.

SYL. *† aliàs liberet.*

malucrit, vt ff. de le. 1. l. non amplius. §. 1.

ADDITIO. (i) Hoc verum est, si plures sint legatarij. secus si vnus: q̃a potest ex rei necessitate, vel legatarij voluntate, vt ibi, & l. plauè, & l. seq. §. si solus, ff. eod. Vbi autẽ nõ cadit commoda diuisio, diuiditur ad arbitrium iudicis, vt leg. non amplius, ff. de leg. 1. § fin. De trebellianica vero vel legitima, dic vt habetur in l. filium quem habentem, C. fa. er. Ang.

¶ Et cum quęsitum.

¶ *CASVS.* Quæsitum fuit, an hæres institutus in parte, & grauatus vltra dodrãtem suę partis, si cohęs in nullo, vel modico sit grauatus, possit Falcidiam detrahere. & videbatur quod non, quia cum considerata tota hæreditate non legauerit testator vltra dodrantem, nõ videbantur habere locum l. Falc. vt patet ex text. in prin. huius titu. sed contrarium dicitur. & ratio est eadem, quæ fuit introductionis l. Falcid. ex quo. n. si in singulis hæredib. locum non haberet l. Falc. hæredes grauati non adirent: vt habeant testatores heredes, quos elegerint, fuit interpretata leg. Falc. habere locum ex ratione ipsius in parte etiam hæreditatis. Not. l. Falcidiam habere locum, quando portio vnius est onerata, quamuis portio alterius non sit.

SYL.

a ¶ *Dodrantem*, id est nouem vncias totius hæreditatis. sic enim dodrãs dicitur, vt supra de hære. isti. §. hæreditas. Si ergo fiat cõtrariũ. de singulis potest fieri lectio, id est quartæ partis detractio, & ipso iure, proposita etiam rei vendicatione, vt ff. eo. l. lineã, in fi. 1. resp. & l. Plautius. & C. eo. l. 2.

¶ Adde hoc verum, quando res est penes legatarium sine volũtate heredis. si enim tradidisset hæres, errans in iure, vel in facto, nõ repeteret: ita habetur in d. l. lineam.]

a ¶ Adde, quod detractio, quæ fit ex l. Falcidia, & S. C. Trebelliano, non habet locum in foro conscientiæ, secundum Bal. in l. cum à matre. C. de rei vẽd. & pro hoc est tex. optimus, & notabilis de iure ciuili in § sin autem hæres. in Authen. de eccle. rit.]

Falcidia in vna re non põt retineri.

¶ Iam ergo non est quæstio, an hæres possit retinere Falcidiam in vna re: nã, nõ potest. vt in d. l Plautius. (i) Sed aliud, quando quis legat partem bonorum, tunc. n. succurritur hr̃di. siue rerũ partes, siue æstimationẽ date

b ¶ *Et cum quæsitum esset.* Facit ff. eodem. l. in singulis.

c ¶ *Supra modum.* id est supra quartam. Accursius.

d ¶ *Minuant.* Et sic remanent ei tres vncię, quæ sunt quarta totius assis. Accur.

e ¶ *Is.* sc licet Seius.

f ¶ *Quartam partem*, i. tres vncias.

g ¶ *Habeat*. Hoc interrogatiuè lege, & postea responde & placuit, &c.

h ¶ *Posse retinere*. Scilicet quartam partem suæ partis, quam iure hęreditario habet: non autem datum causa adimplendæ conditionis sibi ab aliquo imputabit sibi in quartam nisi à statu libero esset datum, & de pecunia hęreditaria, de qua ei dare permittitur, vt ff. eo. l. id autem & de donat. causa mor. l. quod statu liber, Itẽ nec legatum à cohęrede relictum sibi imputat, vt ff. eodem. l. in quartã,

nisi testator hoc cauerit,† vt ff.codē,l.quod autem.1 respon.

¶ Adde,quod hæc glo.cōiter approbatur,ea tamen non haber locum.& limitatur ex eq-tate.l.Nesennius.de neg.gest.& nisi de voluntate testantis appareat,leg. cum quo,§ si.ff.eo. Quantitas autem.

¶ In ratione legis Falcidiæ cōsideratur q̄titas patrimonij, quæ erat tēpore mortis testatoris,nec augmentū,vel diminutio cōtigēs postea ante aditā hereditatē legatarijs ꝓdest,vel obest. Ang.

¶ Quātitas autē patrimonij, ad q̄ ratio legis Falcidię redigit̄ mortis tpe [a] spectatur.Itaq.v.g.si is, qui centū aureorū patrimonij in bonis† habet,cētū aureos legauerit,nihil legatarijs ꝓdest, si ante aditā p seruos hæreditarios: aut ex partu ancillarū hereditariarū, aut ex fætu pecorū tātū accesserit hereditati, vt cētū aureis legato rūnie erogatis,heres quartā partē hr̄ditatis habitur⁹ sit:sed necesse est,vt nihilominus quarta pars legatis d̄trahat̄. Ex diuerso, si septuagintaqnq. legauerit,[b] & ante aditā hr̄ditatē in tātū d̄creuerit bona, incēdijs fortè, aut naufragijs,aut morte seruorū,vt nō ampli⁹ q̄ septuagītaqnq; aureorū substātia,vel ēt minus relinquatur,solida legata d̄bēt.[c] Nec ea res[d] dānosa ē heredi, cui liberū est nō adire hr̄ditatē: q̄ res efficit, vt sit necesse legatarijs,ne destituto testamento nihil cōsequantur,cū herede in portione pacisci.[e]

¶ *CASVS.* quęsitum fuerat in ponenda ratione l.Falc. quod tēpus attēderetur quo ad inspiciendā patrimonij quātitatem:& videbatur,quod tēpus aditionis: qa eo tēpore hæres efficiebat verus dominus,& eorum, quæ tunc reperiebātur? attamē cōtrarium dicitur ea ratione, qa cum testator non possit legare, nisi dodrantem,quātitas patrimonij debet attēdi eo tēpore, quo est testatoris,secuta .n. morte non est testatoris, sed hæredis: vere ab adita ficte morte,l.hæres quandoque de acquir.hered. cum si. Not. attendi tempus mortis in ponenda ratione.l.Falc. Item,quod prouentus ex rebus etiam hæreditarijs ante aditam nō augent patrimonium quo ad Falcidiam. Item,quod legatarij particulares nō possunt cogere hæredem adire.

a ¶ *Quantitas. Mortis tempore.* sup.de leg. §.si peculium,contra.Sol.ibi remanet seruus quasi peculij dominus.

ADDITIO. In æstimatione tamen debitoris est secus : quia si post mortē testatoris & ante aditam hæreditatem efficiatur non soluendo,cedit damno hæredis : si econtra, cedit lucro legatariorum quo ad Falcidiam, vt l.cum quo.ff.eodem. Et est ratio,quia est spes. ꝙ de inopia deueniat ad pinguiorem fortunam l.si defunctus,C. arbi.tu.Io. Fab.

* ¶ Hic, §.descriptus est ex responso Caij l. in quantitate,ff.eo.tit vide ibi,& l.in ratione.ij. eod tit. si plenius noscere cupis huius loci tractatum.

b ¶ *Legauerit.* s.tres partes hr̄ditatis,& quāta remaneat:ita ꝙ non habet locū Falcidia, quia cētum habet in bonis,vt sup. dictū est.

c ¶ *Solida legata debentur.* Aliàs dentur. Hoc locum habet : qū res hæreditariæ non legatæ perierunt.

¶ Adde,quod in contrariū est tex in l cū quo.ff. eodem tamē tu reiectis aliorum solu.dic,quod ratio l. cū quo est , quia licet propter inopiā debitoris non posset exactio fieri , tamen ius debiti non deficiebat,sed integrū erat apud heredē.]

¶ Si autem legata pereant, distingue: aut erant in pondere, numero vel mēsura, & tunc idem, ꝙ hic dicitur. †

Adde, quòd ratio est, quia cū sit debitor generis, quod perire nō potest non liberatur l. incendium.C.si cer. pet.

¶ Aut non, & tūc aut incertū;vt puta hominē : & tunc idē quòd hic , aut incertum ex certis: vt vnum de seruis suis: & tunc si omnes pereant,legatarij dānū est,vt ff.eo. l. in ratione. §. diligenter, & §. incertæ,aut penitus certa vt Stich⁹,& tūc perit legatario,vt sup.d le. §. si res legata.Ac.

¶ Aduerte,quia Barto. in l. in ratione.dicit hæc omnia hodie esse correcta, si hæres faciat inuentarium: quia tūc dāna post mortē non obueniunt hæredi : & ita communiter tenetur , quamuis ego alias contrarium tenuerim quia principium , l. in ratione, non est correctum:& l.scimus. §. & si præfatam. C.de iure delib.probat oppo. dum dicit heredes , teneri,quatenus res deuoluuntur : & sic tempore mortis:& licet dicatur,quod nō tenetur amittere aliquid de substantia,illud est verum respectu onerum ante mortem : nam de obuentis postea ibi nihil dicitur .]

d ¶ *Nec ea res.* Rn̄det tacitæ obiectioni q.d. nonne erit iniquum cōpelli adire,& non lucrari,& ita damnum sentire .

e ¶ *Pacisci.* i. aliquid oportet eos dare hr̄di,

vt

† *Hanc gl. sequūtur Fab. Plac. & Ang.*

† *aliàs habeat.*

SYL.

† *Nisi talia essent legata, vt spēs puta talevege tēvini l. si verò §.fin.cū l. seq.ff. sol mat.*

Legata res periculū ad quē pertineat.

vt adeat. Et ita no. q; nō per oīa etiam hodie sunt exonata fideicōmissa legatis, nec lega ta fideicōmissis. nā fideicōmissarius cōpellit hǽrēdē scriptū adire, & nil ei dat, vt ff. ti. s. §. ergo ver sed si recuset. Sed illud est in generalib. fidei- cōmissis, hoc in speciālib. Quę autem sit differentia inter legata & fideicom. dixi in l. 1. ff. de leg. 1.

ff. de fideicomm. liber. l. decem. & ff. eodem l. sed & si non seruus. Si autem vt suum proprium legatarius manumitteret, nec nullam patitur Falcidiam legatarius. † & ita hæc pretia deducuntur, vt Falcidiam non pa- tiantur vt ff. eodem. leg. si seruus, & l. si Iulianus.

ADDITIO. Ex quibus legibus nota, q; quādo vni legantur duo, quorum alteri tantum est defalcabile, quod de illo Falcidia per vtroque deducitur, secus autem si diuersis essent legati, vt no. gloss. in authen. simili ter. C. eodem. Ang.

† *Hodie tamē est clarū, q; de legato libertatis & sic pro nō detrahitur Fal cid. authen. similiter. C. eod.*

I. ¶ Cum autem ratio

CASVS. Quærebatur, an de tota substātia defuncti detrahēdū esset Fal. vel id q; prius deduceretur & videbat q; vni uersa, cū defalcetur hæreditas, quę est successio in vniuersum ius, q; defunctus habuit tempore mortis, sed cōtrariū dr tradēdo regulā, quæ sint detrahēda: & rō est, quia cū bona sint ea, quę remanēt deducto ære alieno l. subsignatū, §. bona, ff. de verb. sign. necesse est prius detrahi æs alienum, & quod ad eius similitudinem debetur, quam ponatur ratio d. l. Falc. quia æs alienum non censetur esse in patrimonio. Not. summarium.

¶ *In rōne legis Falcidię primò deducitur æs alienū, funeris impensa, & pretia seruorum: & de residuo quarta pars legatorū: & si plus est legatum, quam sint patrimonij vires, id primò deducitur, postea patrimoniū defalcaretur. Ar.*

¶ Cum autē ratio legis Falcidię ponitur, ante deducitur æs alienum,[a] itē funeris[b] impēsa, & pretia seruorum[c] manumissorum: tunc demum in reliquo ita rō habeatur,[d] vt ex eo quarta pars apud hǽrēdē maneat, tres verò partes īter legatarios distribuātur, p rata[e]. s. portione eius, q; cuiq. eorū legatū fuerit. Itaq. si fingam[f] 400. aureos legatos esse, & patrimonij quantitatē, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse, quarta pars legatarijs singulis debet d̄trahi, qd si trecentos qnquaginta legatos fingam[g], octaua[g] debet d̄trahi. Qd si qngētos[h] legauerit: initio qnta, deide quarta d̄trahi d̄ber.[i] Ante .n. detrahēdū est, qd extra bonorū q̄titatē est, deinde qd ex bonis apud hæredē remanere oportet.

d ¶ *Ratio habeatur.* Habita .s. æstimatione rerum non ex affectione, sed cōmuni æstimatione, vt ff. eodem, l. pretia.

e ¶ *Pro rata.* Vt ita quartā detrahat hæres si nihil ei dimiserat testator. Vel si aliquid erat residuum penes eum, adhuc detrahat ad supplectionem, vel quintam, vel etiam millesimam, vt ff. eodem l. in quantitate, §. final. & facit ad hoc, Cod. eod. leg. 2. & ff eo. leg. Plautius.

a ¶ *Æs alienum.* Etiam quod ipsi hæredi debebatur tempore mortis, † licet confusione sit factum indebitū, vt ff. eo. l. qui fundum, & C. eod. l. irritum, nisi expresse prohibeat, vt ff. eod. tit. l. si debitor creditore.

† *Quod è verum hodie, si fecit inuētariū, alias secus, l. an imponēda, ff. eo.*

b ¶ *Funeris*, non monumenti, vt ff. eo. l. 1. §. fin. Accursius.

ADDITIO. Nisi esset impensā necessaria: puta quia esset dedecus sepeliri in terra, secundum Ang.

c ¶ *Seruorum.* Mos erat antiquitus, vt qui seruos nō habebat, vnū vel plures emeret, q; honoris causa funus testatoris pileati antecederent: quo facto statim intelligūtur manumissi: & sic illorum manumissorū detrahitur pretium: & facit ad hanc positionem C. de la. lib. tol. §. sed & qui domini. Vel dic, q; testator alicui decē legauit, vt alienū seruum redimeret legatarius, & manumitteret, de hoc. n. legato nō detrahitur Falcidia, nisi d̄ eo, quod superest, forte facta emptione, vt

Legatū alicui vt seruū manumittat non defalcatur.

f ¶ *Fingamus*, retento casu, quod habebat in bonis quadringenta.

g ¶ *Octaua.* s. quadringentorum, quæ est quinquaginta: & ita habebit hæres prima quinquaginta, & hæc alia quinquaginta detracta: & sic centum: & sic quartam.

h ¶ *Quingentos.* Retento casu, quod habebat in bonis quadringenta: & sic legauit vltra quam haberet. s. centum.

i ¶ *Detrahi debet.* Impropriè autem ponitur, detrahi, quo ad id, quod excedit: & propriè quo ad quartā, quæ est in bonis: & sic semel positum verbum propriè & impropriè ponitur, vt ff. de offic. procon. l. 1.

Verbum semel positū propriè & impropriè potest poni.

Item nota, q; hæc Falcidia cessat in multis casibus, quos dicat vt diximus in l. in testamento C. ad l. Falc. & in auth. de hæred. & Fal. §. hinc nobis.

¶ Adde, q; hi sunt casus, in quibus cessat: primus si testator prohibeat, auth. sed cū testor, C. eo.

ADDITIO. Ex hoc loco notari potest, ꝙ de crimine alicuius etiam post mortẽ quærere licet: quod verum est, si agitur propter bona, vel contra personam & bona, secus si contra personam, vel de persona tm̃. quia tunc non licet, cum crimina morte extinguantur.

Crimina an post mortem possint extinguiri.

potest dici[a] ipso quidem iure esse suum hæredem sed desinere.[b]

¶ *Nepos ex filio præmortuo succeditsimul cum alio filio viuente: quia assumit locum patris sui: & ideò succedit cũ patruo, & filijs patrui in stirpes, et non in capita. Aret.*

¶ Cum filius filiave, & ex altero filio[c] nepos neptisve existũt, pariter ad hæreditatem aui vocantur, nec qui gradu proximior est, vlteriorem excludit. Æquũ[d] enim esse videtur, † nepotes, neptesve in patris sui locum succedere. Pari ratione, & si nepos neptisve ex filio sit, & ex nepote pronepos, proneptisve, simul vocantur.[e] Et qa placuit nepotes, neptesve, item pro nepotes proneptesve in parentis sui locum succedere conueniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes[f] hæreditatem diuidi: vt filius partem dimidiã hæreditatis habeat, & ex altero[g] filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Itẽ si ex duobus filijs[h] nepotes, neptesve existant, ex altero[i] vnus[k] fortè, aut duo, ex altero tres aut quatuor, ad vnũ aut duos dimidia pars ptineat, ad tres, vel ad quatuor altera dimidia.

guantur. Vide pro hoc glos. not. in cap. à nobis. ij de senten. excommun. in notula, puta in hæresi, &c.

a ¶ *Potest dici.* Scilicet verius.

b ¶ *Desinere*. scilicet lata sententia, Nam nõ facit ipso iure desinere hęredẽ suum esse tale delictum.

SYL. ¶ Adde tamẽ, quod interim est interdicta administratio rerum propriarum, leg. quæsitum, ff. qui, & à quibus.

Quod est verum, si succeditur titul. hæreditario, quia tunc iuris dispositio, quæ talis est consideratur, secus si titu. fideicõmissario, quia consideratur affectio, quæ naturaliter est maior terga filios, quam nepotes. Ang.

*¶ Adde huic §. non habere locum in tutela. l. tertia, §. si duo secundo respond. ff. de legit. tu. nec in iure patronatus, leg. si libertus præterito de bo. li.]

f ¶ *In stirpes* ę intra titul. 1. §. hoc etiam addendum in fi. contra. Solut. vt ibi.

* ¶ Adde, quod in capita succeditur, cum hęreditas in tot æquales, partes diuidit, quot sunt succedẽtium capita, In stirpes, cũ habetur ratio tantum vnius stirpis, cuius iure nituntur qui succedũt: vt in text. nostro, vbi in pluribus nepotibus consideratur eorum pater, & sic stirps, non autem ipsorum nepotum numerus.]

SYL. ¶ Cum filius. *CASVS.* sic figuratur. Quęsitum est, an nepos vnà cum alio filio succedat. & videbatur q non. quia sẽper proximior præfertur, §. si plures, infr. tit. 1. contrarium dicitur, quia subintrat locum patris, nec succedit ex persona sua, sed patris, quæ est in gradu æqualis psonæ alterius filij. Nota, quod ita succedit auo nepos, vt filius. Item, quod vsque ad pronepotem quis succedit in locum patris, vlterius non, secundum doc. cuius contrarium tenui aliàs per text. in §. ita demum, sup. eo. & per alia plura. Item, quòd tali casu succeditur in stirpes. Item, q quãdo plures inter se succedũt auo. similiter succedũt i stirpes.

† An & quando idẽ iudicetur de nepote quòd de filio, & an nepos ex filio primogenito excludat in feudo filiũ secũdo genitũ, eius patruũ. vid Tho. Grammat. decis. 1.

c ¶ *Ex altero filio.* secus si ex filia, vt infr. eo. § item vetustas, & inf. eod. §. Diui.

ADDITIO. Hodie secus vt ibi not. & in l. lege C. de legi. hære.

d ¶ *Æquum*. vt in Auth. quib. mod. na. effi. sui. §. ergo ibi: quid enim legalius. coll. 7.

e ¶ *Vocantur*. Item est, & si per bonorum possessionem vocentur, vt ff. de contra tab. l. 1. §. vocantur. (i) Sed contra, ff. de cõtra. ta. l. 3. §. 1. Solu. non est contra, quia ibi præcedit filius, quia patris loco est adoptatus ad nepotem, vt supra. §. ita demum.

ADDITIO. (i) Et sic nepos assumit personam patris nedum ab intestato, sed etiam facto testamento, quod postea impugnatur,

**Adde, quod generaliter in successione ascendentium descedentes cuiuscunque gradus subeunt locum patris, glos. §. multis ver. vsque ad quintum infra de succ. lib. & semper in stirpes vocantur, §. vlt. infr. eo. l. 2. vbi Alb. & auth. in succ. vbi Paul. Castr. & Corne. C. de suis & leg latius Tiraqu. de retract. lignag. §. 11. glo. 12 Aliud verò est in fideicõmissis in successione collateralium, vt latè per Rub Alex. cons. 37. 38. 39. 40.

g ¶ *Ex altero*, sic infr. eod §. fi. sic, ff. de inoffic. test l. Papio. § 1 inde si ex duobus, sic, & C. de suis & leg. l. nepotes.

h ¶ *Ex duobus filijs* præmortuis.

i ¶ *Ex altero*, scilicet filio.

K ¶ *Vnus*, scilicet nepos.

¶ Cum autem. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an quo quomodo ex prædictis quis decedat intestatus, attendatur idem tẽpus quo ad suitatem: & videbatur, quod non, quia si requiritur SYL.

¶ Condito teſtamento, q̄d poſtea deſtituitur, ille dicitur propinquior, qui tempore deſtituti teſtamenti eſt proximior, etiā ſi naſcatur poſt mortem illius, de cuius hæreditate agitur: dummodò fuerit conceptus in vita eius. Aret.

¶Cum autem[a] quæritur, an quis ſuus hæres exiſtere † poſſit, eo tempore quærendum eſt, quo certum eſt[b] aliquem ſine teſtamento[c] deceſſiſſe, quod accidit[d] † & teſtamento† deſtituto, hac ratione, ſi filius exhæredatus fuerit, & extraneus hr̄s inſtitutus, & filio mortuo,[e] poſtea certum fuerit hr̄dē inſtitutū ex teſtō nō fieri hr̄dē, aut q̄a noluit eē hr̄s, aut q̄a nō potuit[f] nepos auo ſuus hr̄s exiſtet: quia quo tēpore certū eſt inteſtatum deceſſiſſe patrēfamilias, ſolus[g] inuenitur nepos, & hoc certū eſt.[h] Et licet poſt mortē aui natus ſit, tamē auo viuo conceptus, mortuo[i] p̄re eius, poſteaq; deſerto[k] aui teſtō, ſuus hr̄s efficitur: Plane ſi & cōceptus & natus fuerit poſt mortem aui, mortuo patre ſuo, deſertoq. poſtea aui teſtō, ſuus hr̄s: auo nō exiſter: q̄a nullo iure cognationis p̄rē ſui p̄ris† tetigit.[l] Sed nec ille ē īter liberos aui, quē filius emācipat⁹ adoptauit.

† aliàs poteſt.

† aliàs ex.

† alias deſerto.

ritur patria poteſtas, q̄n volumus inſpicere an quis ſit ſuus: ſi quis moriatur, clarum eſt, quod poſt mortē non hēt filios in p̄tāte. cōtrariū dr̄, quia ſatis eſt p̄ria p̄tās tēpore mortis: quia ad illud t̄ps retrotrahitur ex diſpo. l. no. quod an quis ſit ſuus: inſpicitur tēpus deſtituti teſtamenti. Itē quod nepos conceptus tempore mortis aui, quámuis natus poſt mortē, dicitur ſuus: ſecus in cōcepto & no. Item, quod ille, quem filius emancipatus adoptauit, nō eſt inter liberos aui. Item, q̄d qui nō p̄ot petere hæreditatē vt agnatus, & cognatus, nō p̄ot petere bon poſſ. Itē, quod hic eſt text. quod emancipatus, & adoptiuus, non eſt ſuus: & probat optimē in illis verbis, hæc d̄ ſuis hr̄dib. q̄ text. quod viderim nō eſt ab alio ponderatus.

a ¶ *Cum autē.* Eo diligenter notato qui ſūt ſui hr̄des, nūc nota quo tēpore quærendum eſt, qui ſuus hæres ſit.

b ¶ *Certum eſt.* ſup. eo. §. ita demum. contra Solu. vt ibi dixi.

c ¶ *Sine teſtamento.* Quod contingit vij. modis, vt ſup. eo. in prin. diximus.

*¶ Nam quamdiu ſubeſt ſpes hæredis teſtamentarij, nullus locus eſt ſucceſſioni ab inteſtato. l. quamdiu. ff. de reg. iur. Deſtitutum autē ſiue deſertum teſtamentum hic accipe, ex quo nemo hr̄s factus eſt, vel quia noluit, vel quia non potuit, fortè morte præuentus, aut deficiente condōne inſtōni adſcripta.]

d ¶ *Quod accidit*, ſcilicet vt videatur quis ſine teſtamento deceſſiſſe.

e ¶ *Filio mortuo*, ſ. exhæredato.

f ¶ *Non potuit*, morte præuentus, vt ſu. eo. §. ita demum.

g ¶ *Solus*, ſ. ſuus hæres.

h ¶ *Certum eſt.* ſ. nepotem ſuum hæredem eſſe, cum nullus præcedat eū, vt ſup. eo. §. 1.

i ¶ *Mortuo.* Antequam adeatur ex teſtō hæreditas. Vnde cōſtat, non tranſmitti ad filiū de inofficioſo querelā: immo etiam ea adita non tranſmittebatur olim, ſed hodie contra, vt C. de inoffic. teſtam. l. ſcimus, § fi. & l. ſi quis filium ibidem.

Querela inofficioſi an poſſint ad hæredē trāſmitti. STL.

¶ Adde, quòd concluſio huius gl. limitatur in hæreditate aſcendētis, ſecundum cōmunē opin. in d. l. ſcimus, §. fin. Cod. de inoffic. teſta. Item in filio exhęredato, ſecundū Ang. in l. nam & ſi, ff. d̄ inof. teſt. Item vbicunque non potuit preparari. Iaſo. in l. cum mota. C. d̄ trāſaction. Item quo ad extraneos. d. §. fin: Itē q̄do tales liberi eſſēt ſui gloſ. in verbo hr̄des, in l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. Itē niſi eſſent hæredes, Pan. in dic. l. ſi quis filium.]

*** Concor. glo. ſupra de inof. teſta. §. vl. & gl. pen.*

K ¶ *Deſerto*, ſcilicet ab hęrede; qui non vult adire.

† aliàs attigit.

l ¶ *Tetigit.* Nec enim fuit proximus cognatus, ei ſcilicet auo viuo, quo viuo nondum animatus erat, vt ff. vnde cognat. l. 1. §. ſi quis proximus. Sed numquid hodie per authen. ſuccedit, vt in authent. de hæred. ab inteſtat. veni. §. 1. collat. 9. P. dicit quod ſic, quia naturalis cauſa tātum ſpectatur. Iō. contra, † quia nec de iure prætorio, quo caſu naturalis inſpiciebatur, admittebatur, vt ſequitur & Inſ. eod. §. emancipati, & ff. de ſuis & legit. l. Titius. & l. pen.

† Sequūtur Io. Fab. & Ang.

ADDITIO. Et hæc eſt communis opin. vt per Ioan. Fab. & per Ang.

** Adde hos poſt mortem conceptos nō cōprehendi in ſtatuto loquente de nepote vel cognato, quia nulla iura conſanguinitatis cū auo habuerūt, Bal. in conſt. 397. punctus l. 3. & conſ. 111. ad conſeruationem, col. 2. lib. 2. Et quod dr̄ hic de auo procedit etiā in aliorum ſucceſſionibus, vt poſt multos tradit Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 81.]

a ¶ Ha

Hi autem [a] cum non sunt sui (quantum ad hæreditatem) liberi, neque bonorũ possessionẽ petere possunt, quasi proximi cognati. [b] Hæc de suis hæredibus.

¶ *Emancipatus de iure ciuili incognitus ad successionem parentis nõ venit, Prætoris tamen beneficio per bonorum possessionẽ vnde liberi perinde admittetur, ac si in ei⁹ potestatem mãsisset Aret.*

¶ Emancipati autem liberi iure ciuili nihil iuris habent (neque enim sui hæredes sunt, † quia [c] in potestate desierunt parentis esse) neque vllo alio iure [d] per legem 12. tab. vocantur. Sed Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionẽ vnde liberi, perinde ac si in potestate parentis tẽpore mortis fuissent: siue soli sint, [e] siue cũ suis hæredibus, [f] concurrant. Itaque duobus liberis† extantibus, emãcipato vno, & eo, qui tẽpore mortis in potestate fuerit: sane quidẽ is, qui in potestate fuit, sol⁹ iure ciuili hæres est, & solus suus hæres: sed cum emãcipatus beneficio Prætoris ĩ partem admittitur, euenit vt suus hæres pro parte [g] hæres fiat.

† alias existentibus.

¶ *Filius emancipatus, & postea arrogatus ab alio, non potest venire etiã de iure prętorio ad hæreditatẽ patris naturalis, nisi ante mortem suam fuerit emancipatus ab arrogatore. Si verò emãciparetur post mortẽ naturalis patris, haberetur vt extraneus quo ad hæreditatem vtriusque. Aret.*

¶ At ij, [h] qui emãcipati à parente in adoptionẽ [i] se dederunt, non admittuntur [k] ad bona naturalis patris

a ¶ *Hi autem*, scilicet concepti & nati post mortem aui,

b ¶ *Quasi proximi cognati*. tanquam agnati. quam agnati sunt proximiores, quam cognati. Numquid ergo tertio ordinę inter cognatos vocãtur? Resp. M. quòd si, vt ff. eo l.1. in fi. lo. contra, quia ibi de conceptis prius natis, postea loquitur, secus si postea concipiuntur, & nascuntur, vt hic (i) & ff. d̃ iniusto rup. test l. si quis filio, §. non fuisse.

ADDITIO.
(i) Et hæc cõmuniter tenetur: quę hodie procedit, qñ filius fuit ritè & iustè exheredatus, ne c secuta aditio, iuxta gl. singu. in §. exhęredatos in authẽt. de hæred. & Falcid. aliàs virtute transmissionis bene admittitur, vt per Ioann. Fab. & Ang.

¶ Emancipati autem.

SYL. ¶ *CASVS*. nõ figuratur, qa recitat ius prætorium, ius enim ciuile nõ cognoscebat, quia erat solutum vinculum ciuile patriæ potestatis: sed qa prętor naturalem æquitatẽ sequitur. & ipsi filij nõ desinũt naturaliter esse filij, vt aliàs fuit declaratum, Ideò eos prætor admisit Nota, quòd de iure. ff. & C. vsque ad tẽpora Iust. emancipati reputebantur extranei, & non succedebant. Item nota consequentiam, non sunt sui, quia desierunt esse in potestate. Item prætorem moueri naturali æquitate. Item, quod de iure prętorio admittuntur sui, & emancipati simul.]

c ¶ *Emancipati. Quia.* bona ratio, vt supra de hæred. quali. & diffe. §. sui, & sup. eo, §. 2. ibi, sui autem, &c.

d ¶ *Neque vllo alio iure*. s. neque vt patroni, neque vt agnati, quos vocat lex 12. tabularũ, vt infra titu. 1 in princ. & inf. de successio. liber. in princip. aliud ecõtra, vt inf. tit. 1 §. fi.

e ¶ *Soli sint*, s. emancipati.

f ¶ *Cum suis hæredibus.* scilicet cum alijs qui remanserunt in potestate.

g ¶ *Pro parte.* Scilicet dimidia, vt ff. de verbor. sign. leg. nomen filiarum §. portionis.

¶ At ij, qui.

¶ *CASVS*. non figurabitur aliter, cũ recitetur ius antiquum hodie correctũ. No. igitur, quòd emancipatus, qui de iure ciuili habebatur pro extraneo. & admittebatur de iure p̃torio si dabat se in adoptionem, carebat beneficio prętoris cũ distinctione, de qua in hoc tex. Item quòd adoptiuus emãcipatus ab adoptãte est penitus loco extranei. Item, quod dictio, nihilo magis, hic stat propriè. Item, quòd sicut voluntas captatoria reprobatur ex testamento, ita ab intestato.] SYL.

h ¶ *At ij* s. vocantur emancipati ad successionem patris, sed non omnes. & hoc sequitur, at ij, &c.

i ¶ *Adoptionem*. i. arrogationem.

K ¶ *Non admittuntur*. ff. de contra tab. l. 3. §. si quis filio, contra. Solut. ibi non valuit adoptio,

adoptio secundum Ioan. sed hic valuit. Vel distingue, an detur extraneo, vt hic, an detur in adoptionem nepos ex filio emancipato patri eiusdem, vt ibi, arg. supra de adoptio. §. sed hodie.

re Ius quæsitum agnatis, quod est inconueniens. Et ex his nota, quod neq; ex testamento, neq. ab intestato potest esse volūtas captatoria. Angel.

SYL. ¶ Adde, quod gl errat, secūdum Io. Fab. & Angel. hic: ideò declara, vt per eos.] ¶ Item, C. de adopt. l. pen. §. sed si quidem. quæ est contra. Sol. illam intellige, vt Inf. eo. §. admonendi.

† *aliàs fuerint.*

a ¶ *Cum is*, s. pater naturalis.

b ¶ *Viuo eo*. scilicet patre naturali.

c ¶ *Ab ipso*. scilicet patre naturali.

d ¶ *Fuissent*. vt sup. de exhere. lib. §. emācipatos.

e ¶ *Extraneorum*. Si autem morte patris adoptiui facti essēt iuris sui, durat agnationis ius inter eos. i. inter adoptiuū, & naturalem filiū adoptantis nō emācipatū, vt sibi succedat, vt ff. de gra. co. l. si filium naturalem. & ff. vnde cognati. l. 1. §. cognationē, & de adoptio. l. antep. M. Item, & ipsi adoptiuo patri succedunt, vt inf. eo. §. sed ea.

quasi liberi: si modò cum is[a] moreretur, in adoptiua familia † sint. Nam viuo eo[b] emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso[c] essent, nec vnquā in adoptiua familia fuissent;[d] & cōuenienter, quod ad adoptiuū patrē pertinet extraneorū loco esse incipiūt. Post mortē verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre, et quantū ad hūc adoptiuū patrē pertinet, æquè extraneorū[e] loco fiunt, & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorū gradū nanciscuntur. Qd ideò sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptiui,[f] ad quos bona naturalis patris † pertineant: vtrum ad liberos eius,[g] an ad agnatos.[h]

† *aliàs pertinerent.*

¶ *Naturalis emancipatus de iure prætorio retinet gradum liberorum; adoptiuus nō, & nullo iure succedit, hoc dicit.*

¶ Minus ergo iuris[i] habent adoptiui filij, quam naturales. Namque naturales[k] emancipati, beneficio Prętoris gradum liberorum retinent, licet iure ciuili perdant: adoptiui verò emancipati,[l] & iure ciuili perdunt gradū liberorum, & à Prætore non † admittuntur[m] & rectè. Naturalia enim iura ciuilis ratio[n] perimere nō potest:[o] nec quia desinunt sui hæredes esse, possūt desi-

† *aliàs adiuuātur.*

SYL. ¶ Minus ergo iuris. ¶ CASVS. Quæsitum fuit, an æquipararetur naturales, & adoptiui emancipati: & videtur quod sic, ea ratione, quia quasi etiam respectu iuris habentur pro eisdem, supra de adoptionibus, per totum: & idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in verò. contrarium respōdetur ex ratione expressa in textu, emācipatio. n. iuris ciuilis vinculum tollit, non naturalis. Nota, quod plus iuris habēt naturales, quam adoptiui. Item, quod naturales emancipati, quamuis iure ciuili gradum liberorum amittant, de iure prætorio eis reseruatur: quod secus est in adoptiuis. Itē, quod ius ciuile nō tollit naturale. Item, quod iura sanguinis deleri non possunt. Item quod emancipatio est actus ciuilis, sicut adoptio.

f ¶ *Adoptiui*, post emancipationem, non prius, vt sup. eod. §. 1. vers. nec interest.

g ¶ *Eius*. scilicet naturalis patris.

h ¶ *Ad agnatos*. Nam si non emancipat, certum est, quod filij non succedunt naturali patri, & ita agnati succedunt, vt sup. proximè, & ff. vnde liber. l. 1. Si autem emanciparet, succederēt filij, vt sup. proxim §. & sic in eius potestate esset ad quem bona naturalis patris pertinerent, quod est absurdum & contra regulam iuris, vt hic, & ff. de hæred. instit. l. illa institutio.

ADDITIO. Item quia tunc videtur aufer-

i ¶ *Minus ergo iuris*. Quia naturales emancipati iure prætorio vocantur, sed adoptiui emancipati non, vt supra proximè, ergo, &c.

K ¶ *Naturales*, & legitimi.

SYL. l ¶ *Emancipati*. Ab adoptiuo patre.

m ¶ *Non admittuntur*. Nisi sint de suis: quia auus adoptauit nepotem in filium, & postea emancipauit, vt ff. ad Tertullian. l. 2. §. adoptiui.

n ¶ *Ciuilis ratio*. Idest emancipatio, quæ de iure ciuili est. vt ff de regulis iuris l. actus.

o ¶ *Non potest*. sic supra de leg. agna. tut. §. finali sic, ff. de regulis iuris. l. nihil tam.

a ¶ *Eman-*

nere filij filiæve, aut nepotes neptesve esse. Adoptiui verò emācipati [a] extraneorum loco incipiunt esse:[b] quia ius nomēque filij filię ve, quod per adoptionem cōsecuti sunt, † alia ciuili ratione idest, emācipatione perdunt.

Filius legitimus, & naturalis in potestate, vel emācipatus, habet bonorum possessionem cōtra tabulas de iure prætorio, si sit præteritus, nisi fuerit in adoptiua familia tunc temporis: adoptiuus verò secus. Ang.

¶ Eadem[c] hæc obseruātur, & in ea bonorum possessione, quā contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis, idest neque hæredibus institutis,[d] neque, vt oportet,[e] exhæredatis[f] Prætor pollicetur. Nam eos quidē qui in potestate[g] mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eandē bonorū possessionē: eos verò, qui ī adoptiua familia fuerint p hoc tempus, quo naturalis parēs moreretur, repellit.[h] Item adoptiuos liberos emācipatos ab adoptiuo patre, sicut nec ab ītestato, ita longè min⁹ cōtra tabulas testamēti ad bona ei⁹ admittit, qa desinūt in numero liberorū eius esse.

a ¶ *Emancipati*, ab adoptiuo patre. & post mortem naturalis, vt sup. proxi. versic. post mortem.

b ¶ *Incipiunt esse.* Not. quod si emancipetur filius, vel filiā, vel deinceps non sunt sui hæredes: non tamen desinunt esse filij, vel filiæ.

SYL. ¶ Eadem hęc.

¶ *CASVS.* Quærebatur, an idem obseruaretur in bonorum possessio. contra tabulas, & videtur quod nō ꝓpter iniuriā a parēte factā in ꝑteritione; ob quam mouetur prętor, cuius cōtrariū dicit ex eadē ratione, q̄ multo magis militat in causa testati, quā intestati. No qđ cōtra tab. datur ꝑteritis nō exhæredatis. Itē, quòd ille est prętęritus, qui vel nō est institutus, vel est institutus, sed non ritè. Itē, quod bo. possess. contra tab. īducta est etiā pro filijs in potestate. Item quo prętor non admittit ad contra tab. emancipatos existentes tempore mortis in aliena familia. Item, quòd ad contra tab. vocantur filij, qui de iure ciuili solent vocari, & eo ordine, secūdum Ang. quod tamen non probatur hic, sed Potius, q̄ ijs, quibus prætor subuenit ab intestato subuenit facto testamento.]

† *Hic locus suppletus est ex l. 2. ff. unde lib.*

c¶ *Eadem.* Quæ obseruantur in bonorum poss. Vnde liberi, & in contra tabulas bonorum poss. seruantur.

Præteritus quādoq; cōmittit edictum.

d¶ *Institutis.* His enim institutis non datur hæc bonorum poss. nisi præteritus rumpat testamentum, & huic, scilicet instituto viā aperiat: & hoc est, quod dicitur, nisi prętęritus committat edictum, vt ff. de contra tab. l. 3. §. siquis ex liberis t. [si] autem præteritus nolit vti, postquam semel agnouit, † institutus habet contra tab. iure suo, & secundum tabulas: quod est mirabile: nec expectat prętęritum, vt ff. de cōtra tab. l. si post mortem, §. fin. & de legat. præstan. l. nonnunquam.

† Immo idē est, et si repudiat, vt est casus, in l. nonnunq. ff. de leg. posth. Ang.

SYL. ¶ Adde, qđ verior est opi. cōtraria, & cōior, quod non sit necessaria petitio, & probatur concludenter in d. l. nonnunquam, & in§l. non putauit. §. à primo, ff. de contra tab.]

e ¶ *Vt oportet.* s. masculi nominatim fœminæ inter cęteros, vt sup. de exhære. li. §. 1.

f ¶ *Exhæredatis.* Cum ergo matris prętęritio pro exhæredatione habeatur, vt sup. de exhære. li. §. vlt cessat ibi contra tabu. bono. poss. vt ff. contra ta. l. illud. §. ad testamenta.

Matris præteritio habetur pro exhæredatione.

SYL. ¶ Adde, quod assignatur ratio in §. ad testamenta, quæ declarāda est, vt p gl. aliter nō esset vera, hodie verò si mater ꝑtereat sine īfettione causæ habent contra tab. sicut ius dicēdi nullum, secūdū communē sētētia, vt per Ias. ī l. posthu. in 4. col. C. de contra tab.]

g ¶ *In potestate.* Emācipatis committētibus edictum, non aliàs, secundū Mart. vt ff. de contra tab. l. 3. §. si quis ex liberis. Sed Ioa. contra. nam nullum dicere possunt, & contra tab. suo iure habent, (i) vt ff. de leg. præst. l. si duo. & C. de lib. præ. l. maximum. Accur.

ADDITIO. (i) Dic, vt l. is, qui in potestate, ff. de leg. præstan. nam, vt hic est tex. clarus, licet pro emācipatis prætor adinuenerit bo. pos. quia erat eis necessaria, nō tamē voluit eam denegare suis: immo concessit in casu quo voluit, vt dictis iuribus: quia vocātur ad contra tab. non vocantur de iure ciuili, vt l. 1. §. vocantur, ff de contra tab. Angel.

h¶ *Repellit*, scilicet prætor. nisi sint instituti. & eis committatur edictum, vt ff. de contra tab. l. nō putauit. §. in adoptione, & §. vt autem. Item cōtra. ff. de cōtra tab. l. 3. §. si quis filio. Sol. vt sup. eo. §. at ij. Accur.

¶ Admonēdi tñ. Casum nō expedit figurare quia ista verba veniūt ad declarationē eorum, quæ dicuntur in §. at ij Not. summariū.

Item

Item qualiter procedit successio prætoria.]
a ¶ *Admonendi tn̄*: Licet hos duos, qui sequūtur, nō admiserim de iu. ciu. vt sup. eo. §. at ij. tamen admonēdi sumus, i. admonemus, &c.
b ¶ *Ad bonorum possessionem*. i. vnde liberi.

f ¶ *Sed ea omnia*. Quæ supra eodem, §. at ij. dicta sunt, & supra prox.
g ¶ *Aliquam*, quasi dicat, quædam correximus, quædam retinuimus.
h ¶ *Constitutione*. vt C. de adopt. l. pen.

c ¶ *Emancipati*. Qui sunt sui per prætorem, vt supra eo. §. emancipati.
d ¶ *Legitimos*, idest agnatos, vt inf. titu. 1. 1. respon.
e ¶ *Proximos*, Sic. ff. si ta. testam. leg. 1. sic ff. quis or. in bo. poss. ser. l. 1.
¶ Sed ea omnia.
STL. ¶ *CASVS*. nō figuratur, qa §. hic ponit correctionem Iustin. ratio. n. dubitādi erat ius antiquum: ratio verò dcidendi ponitur in versicu. inuenimus. Not. quòd filius datu in adoptionē extraneo retinet iura pr̄is naturalis. Itē, q̄ adoptat[9] ab extraneo ei succedit ab ītestato. Itē, q̄ adoptat[9] ab extraneo nō habet remedium cōtra testamētū patris adoptiui, si prætereat, vel exhæredetur, ratio assignatur in text. Item, qd necessitas exhæredandi, † & instituendi pueniτ ex filiatate. Item, qd adoptatus ab ascēdentibus transit hodie in potestatē, sicut de iure antiquo. Itē, quod duo vincula arctius ligant. Item, quod arrogatus transit in potestatem arrogantis, & ei succedit,]

† *aliàs tertio.*

¶ *Licet filius emancipatus adoptatus non possit venire ad bona patris naturalis per vnde liberi, vel vnde agnati, venit tamen p vnde cognati. h. d.*

¶ Admonendi tamē[a] sumus: eos, q in adoptiua familia sūt, q ve post mortē naturalis parētis ab adoptiuo pr̄e emācipati fuerint, ītestato parēte naturali mortuo, licet ea parte edicti: qua liberi ad bonorū possessionem[b] vocāt, non admittant, alia tn̄ parte vocari, scilicet qua cognati defuncti vocāt. Ex qua parte ita admittūt, si neq. sui hæredes liberi, neq. emancipati[c] obstent, neq agnatus quidē vllus interueniat. Ante. n Prætor liberos vocat, tā suos heredes, quā emācipatos: deinde legitimos[d] hr̄des: † deinde proximos[e] cognatos.

¶ *Adoptatus ab extraneo hodie non transit in potestatē suam: & ideò nec querelā habet, neque contra tabulas licet ab intestato succedat, sed quo ad patrem naturalē vetera iura seruātur, nisi fuerit adoptatus ab ascendente naturali. hoc dicit. Ang.*

¶ Sed ea omnia[f] qdē antiquitati placuerunt. aliq̄[g] autē emēdationē à nostra cōstitutione[h] acceperūt quā super ijs psonis † cōposuimus, quę à patrib. suis naturalib[i] in adoptionē alijs dātur. Inuenim[9] etenim nōnullos[k] casus, in quib. filij, & naturaliū parentum successionē, pter adoptionē amittebāt, & adoptione facilè p emācipationē soluta,[l] ad neutrius[m] pr̄is successionē vocabantur.[n] Hoc solito more corrigētes, cōstitutionē[o] scripsimus, per quā definiuimus, quādo parēs naturalis filiū suum adoptandū, alij dederit, integra oīa iura ita seruari, atq. si in pr̄is naturalis potestate permāsisset,[p]

i ¶ *Naturalibus*, & legitimis. Accur.
K ¶ *Nonnullos*. Id est aliquos. Accur.
l ¶ *Soluta*, scilicet post mortem, secus si ante, vt sup. eo. §. at ij. Accurs.
m ¶ *Ad neutrius*, vt supra eod. §. at ij. Accurs.
n ¶ *Vocabantur*. Hoc idem videtur etiam cōtingere hodie in casu, quem habemus infra eodem §. versicu. nostra autem. Cod. de adopt. l. penul. §. sed hęc. Sed dic, quod auus adoptās tenetur ei relinqre quartam, vt filio arrogato, vt infra eode. §. in versiculo nostro, ibi, quemadmodum, &c.
¶ Attende, qa loquuntur in arrogato. non enim redit in casu illo ad successionem patris naturalis aliquo modo, quia iam alteri quæsita est hæreditas, & quia pater testatus est ritè, nec debet decipi.
ADDITIO. Sed hāc reprobat glo. in d. l. penult. qa vbi dstituitur omni remedio, sibi imputet, qui se emancipari permisit.
o ¶ *Constitutionem*, scilicet prædictam.
p ¶ *Permansisset*. Nūquid ergo non permansit?

† *aliàs exposuimus.*
† *Ista gl. non est Accur.*

st? Respond. immo permansit, vt supra de adoptio. §. sed hodie. Sed hoc dicit referendo se ad factum. q. d. ac si de iure, & de facto in eius familia permansisset.

stitutione Diui P(i)j quartã ei dabat arrogator: quod hodie non est in vsu: immo idem hoc casu, vt & aliàs, vt hic, & C. de adopt. l. penult. §. quæ autem.

nec penitus adoptio fuisset subsecuta: nisi in hoc tantummodo [a] casu, vt possit ab intestato [b] ad patris adoptiui venire successionem. Testamento autem ab eo [c] facto, neque iure ciuili, [d] neque prætorio, [e] ex hæreditate eius aliquid p(er)sequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neq. inofficiosi [f] querela instituta: cum nec necessitas p(at)ri adoptiuo imponatur, vel h(ære)dẽ eũ instituere, vel † exhæredatum eum facere, vt potè nullo vinculo naturali copulatũ: neq. si ex Sabiniano senatuscõsulto [g] ex trib. marib. fuerit adoptatus. Nã & in huiusmodi casu, neq. quarta ei seruatur, nec vlla actio ad ei [h] persecutionẽ ei cõpetit. Nostra autem constitutione [i] exceptus est is, quem parens [k] naturalis adoptandum susceperit. Vtroq. enim iure tã naturali, quã legitimo, in † hac persona concurrẽte, pristina iura † tali adoptioni seruauimus, [l] quemadmodum [m] si paterfamilias sese dederit ad arrogandum, quę specialiter, & † sigillatim ex præfatę cõstitutionis tenore possunt colligi.

¶ *Olim nepos ex filia, vel pronepos ex nepte, vocabantur ad hære-*

a ¶ *Tantummodo*. Numquid eum in ius vocabit sine venia? Item numquid alimenta tali filio dare tenetur? Respond. non, per hanc literam, vt sup. de adop. §. sed hodie. † P. dicit contra.] ¶ Adde quo ad Veniam, quod tenetur petere quia nõ potest negari, quod ei non debeatur reuerentia: & licet non sit in potestate, non obstat pate: in matre: sed quo ad alimenta non tenetur. patet in versiculo tantummodo. Nec ratio Ioan. Fab. obstat, quia acquirit naturali patri.]

b ¶ *Ab intestato*. Idest simul cum alijs naturalib. vt C. de suis, & legitimis. l si testa. non; tamẽ succedit alijs consanguineis sui patris adoptiui, vt C. de adopt. l. penultima, §. sed si quidem. In fine Accursius.

ADDITIO. Hoc verum de iure nouo: secus de iure antiquo, vt ff. de adopt. l. qui in adoptionem.

c ¶ *Ab eo*. Scilicet adoptiuo patre.

d ¶ *Neque iure ciuili*. Quia non est in potestate sua.

e ¶ *Neque pratorio*. Quia non est emancipatus ab eo, vt sup. de exhær. lib in princ. & §. emancipatus, & §. fin.

f ¶ *Inofficiosi*. supra de inofficioso testam §. tam autem. contra Solu. illa intelligitur secundum distinctionem huius, §. vt ibi dicitur.

g ¶ *Sabiniano senatuscons*. Quod non habemus: sed dicebat, quod tres iuuenes arrogãti offerebantur, vt vnum eligeret: quo casu magna erat hæc solemnitas: vnde ex con-

* ¶ Alciat. lib. 4. Parer. cap. 3. hic legendum putat, Tribus manibus, q(uo)d scilicet, de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur, qui deinde in manum, & potestatem adoptiui parentis dabat. Vnde in leg. vltima. Cod. d adoptio. dicitur, per tres mãcipationes adoptionem fieri. Verum Theophilus videtur legisse, maribus, vt plerique codices habent, intelligitque de dante in adoptionem vnum ex tribus suis filijs maribus.

h ¶ *Ad eius*, scilicet quartæ.

i ¶ *Constitutione*, vt Cod. de adoptio. l. penul. § si verò pater.

K ¶ *Parens*. Hoc in infinitum accipe, vt ff. de grad. l. iurisconsultus, §. parentes.

¶ Pro intellectu vide Præpo. Senen. in ȝ. casu. quæstio. fin. SYL.

l ¶ *Seruauimus*. Vt siue loco filij, siue nepotis adoptetur, habeatur, ac si verè naturalis esset, scilicet, filio præcedente nepotem, vt C. de adoptio l pen. §. quę autem in filio.

m ¶ *Quemadmodum*. Quasi dicat, sic transit, vt in hoc casu, qui sequitur.

¶ Item vetustas. ¶ *CASVS*. non ponitur in §. correctorio iuris antiqui, ius enim vetus dubitationem facit: ius nouum habet rationem expositam in text. ibi, non passi sunt talem contra naturam iniuriam. & ibi, qui non solum naturæ, sed etiam veteris iuris suffragijs muniuntur. Not. quod iniuriam naturę facit, qui plus diligit nepotes ex filio, & descendentes, quam ex fęmina. Itẽ, quod appellatione nepotum veniunt nepotes tam ex masculis, quam ex fęminis. SYL.

† Opinio nẽ istius SYL. gl. cõtra P. approbat Angel. hic quo ad primam quæst. indistictè, licet Io. Fab. videatur stare cũ P. Item quo ad secũdã, nisi operaretur ipsi patri adoptiuo, arg. l. in rebus, §. possunt. ff. commod. vel nisi pater naturalis egeret, & adoptatus non habeat vnde se ale re possit. arg. leg. pe. ff. de li. agno.

† aliàs hanc personam.

† aliàs in tali adoptione seruauimus.

† aliàs singulatim.

Item,

Item, quod stantibus descendentibus nullus transuersalis admittitur. Item, quod quando nepotes inter se succedunt, admittuntur in stirpes.

cederent, vt sup. prox. hoc. §.
m ¶ *Paulo*. Nota parum de tertia parte totius rei dici: sic in Authent. de exhib. & intro. reis. §. sancimus.
¶ Adde, quod aliàs etiam quarta pars dicitur

ditatem demum post agnatos: sed ex aliquibus constitutionibus vocabantur cũ diminutione tertię partis simul cũ alijs descendentibus: quam partẽ etiã minuebãt agnati trãsuersales: hodie vero est secus. Et isti tales descendẽtes succedũt in stirpes, nõ in capita, h. d. Aretin.

¶ Item vetustas[a] ex masculis progenitos plus diligẽs, solos nepotes[b] vel neptes, qui quę ex virili sexu dscedũt, ad suorũ vocabat successionẽ, & iuri agnatorũ eos anteponebat:[c] nepotes aũt, qui ex filiab. nati sũt, & pnepotes ex neptibus, cognatorũ loco cõnumerãs, post agnatorũ lineã eos vocabat,[d] tam in aui vel pauui materni,[e] quã in auię, vel proauię, siue paternę, siue maternæ[f] successionẽ. Diui aũt[g] Principes non passi sunt talẽ contra † naturã iniuriam sine cõpetẽti emẽdatione relinqre: sed cũ nepotis, & pnepotis nomen cõe sit vtrisque tam qui ex masculis, quam qui ex feminis descendunt, ideo eũdẽ gradum, & ordinem successionis eis donauerunt.[h] Sed vt aliqd amplius sit eis, qui non solũ naturę, sed etiã veteris iuris[i] suffragijs muniũtur,[k] portionẽ nepotum, vel neptũ, vel deinceps (de quib9 supra diximus[l]) paulo[m] minuẽdã esse existimauerunt,[n] vt min9 tertia parte acciperent, quam mater eorum, vel † auia fuerat acceptura, vel † pater eorum, vel † auus paternus siue matern9, quãdo femina mortua sit,[o] de cuius hæreditate agitur: ijsq.[p] (licet soli sint) adeũtibus, agnatos minimè vocabãt. Et quẽadmodũ lex 12. tabularũ filio mortuo nepotes, vel pnepotes vel neptes, pnepotes vel pneptes ĩ locũ pr̃is sui ad successionẽ aui sui vocat.[q] ita & pricipalis dispositio in locũ mr̃is suę, vel auię, eos cum iã designata pr̃is tertię diminutione[r] vocat.

a ¶ *Item vetustas*. Correximus ius antiquum circa liberos primi gradus naturales, siue adoptiuos, nunc circa vlteriores.
b ¶ *Solos nepotes*. In hoc male.
c ¶ *Anteponebat*. In hoc bene.
d ¶ *Vocabat*. Scilicet vetustas, non ciuilis iuris auctoritas, vt supra. sed prętorij, vt inf. titu. 1. §. sed quia.
e ¶ *Materni*. scilicet moriẽte masculo, de cuius bonis agitur, vt infra. §. proximo.
f ¶ *Materna*. scilicet moriẽte fęmina, vt infr. proxim. §. Accursius.
g ¶ *Diui autẽ*. Principes, vt, C. de suis, & legi. l. si defunctus: & C. de coll. l. illam
h ¶ *Donauerunt*. scilicet Principes: sed non idem commodum, vt sequitur.
i ¶ *Veteris iuris*. Id est legis 12. tab.
k ¶ *Muniuntur*. Nota duas rationes vincere vnam, vt supr. de adoptio. §. sed hodie, in fine.
** Declara, vt ibi annotauimus.]
l ¶ *Diximus*. .s. qnullo modo nisi in tertio ordine suc

munuscula l. si quis in suo. in pr. C. de inof. test. regulariter tamen dicitur arbitrio iudicis tanquam quid à iure indeterminatum, sed determinandũ pro qualitate rerũ, personarum, loci, & materiæ de qua agitur.]
n ¶ *Existimauerũt*. scilicet Principes.
o ¶ *Mortua sit*. Not. duos casus. Si enim moritur fęmina, nepotes, vel neptes ex masculis, vel feminis in nihilum olim, nisi post agnatos: hodie cum diminutione succedũt tertię partis. Si moritur masculus, nepotes ex filio tantum vocãtur cum diminutione tertię partis, vt hic dicitur.
** Adde gl. in ver. huiusmodi. in l. illam, C. de colla.
p ¶ *Iisque*. s. qui descendũt ex fęmineo sexu.
q ¶ *Vocat*. Vt sup. eod. §. cũ filius Accur.
r ¶ *Partis tertiæ diminutione*. Quod de hac diminutione tertię dicitur, corrigitur per sequẽtem §. secundum Mar. sed nos secũdum Bartol.

ST L.

† *Facit l. maximũ vitiũ, ibi qui. n. tales differẽtias inducunt C. de liber. pte.*

† *Si agitur de hæreditate patris ipsi9 auia.*
† *si agitur de hæreditate auia paterna.*
† *si agitur de hæreditate pro auia paterna. vel materna.*

dicimus sequen. §. loqui in quadã alia parte, quę debebatur agnatis, scilicet quarta: nõ autẽ de hac tertia: sed per authent. dicimus de hac tertia correctum, scilicet vt ęqualiter hodie veniũt, vt in Authen. de trien. & sem. §. neq; illo. collatio. 3. Accursius.

i ¶ *Habeant.* Immo in capita videtur diuidi, vt infr. eo. §. hoc etiam addendum, in fi. §. Sed ibi de collateralibus, hic de descendentibus loquitur.

¶ Sed nos, cũ adhuc dubitatio maneret iter agnatos, & memoratos nepotes, quartã partẽ substãtiæ defuncti agnatis sibi vendicantib. ex cuiusdã cõstitutionis [a] auctoritate, memoratã quidẽ constitutionẽ à nostro Codice segregauim[*], neq. inseri eã ex Theodosiano Codice ĩ eo cõcessimus: nostra autẽ cõstitutione [b] ꝓmulgata toti iuris eiꝰ derogatũ est, & sãximus, talib. nepotib. ex filia, vel pronepotibꝰ ex nepte, & deiceps, superstitibꝰ, agnatos nullam partẽ mortui successionis sibi vendicare: ne ij, q ex trãsuersa linea [c] veniunt, potiores ijs [d] habeãt, qui rectò iure descẽdunt. Quã constitutionẽ nostram obtinere, secundũ sui vigorem, & tẽpora, [e] & nunc sancimus: ita tamen, [f] vt quemadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas statuit, [g] non in capita, sed in stirpes diuidi hæreditatẽ, similiter nos inter filios, & nepotes ex filia fieri distributionem iubeamus, vel inter oẽs nepotes, & neptes, & ĩter pronepotes, & ꝓneptes, & alias deinceps ꝑsonas: vt vtraq. ꝓgenies, matris, vel pr̃is, auię, vel aui portionẽ sine vlla diminutione [h] cõsequatur: vt si forte vnus duo ex vna parte, ex altera tres, aut quatuor extẽt, vnus aut duo dimidiam, alteri tres, aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant. [i]

¶ *De legitima agnatorum successione.*

¶ *Deficientibus suis,*

a ¶ *Constitutionis.* Quam nõ habemus, vt sequitur.

* ¶ Extat tamen etiam hodie libro 5. C. Theodosiani, clausula subnexa supra memoratæ. l. si defunctus. Cod. de suis & legi. In hæc verba. Quod si hic defunctus, de cuius bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, & pręterea filios non habebit: sed qui præferri nepotibus nõ possint, habebit agnatos. hi in quandam Falcidiam, & in dodrãtem nepotes iure succedant, quæ quidẽ clausula omissa fuit in C. Iustiniani, vt dicitur hoc loco.

b ¶ *Constitutione.* Vt Cod. de suis & leg. l. fin.

c ¶ *Transuersa linea.* Sic in Authent. de nõ eligen. §. cum igitur circa fi. col. 1.

d ¶ *Iis.* scilicet nepotibus, & pronepotibus ex filia.

e ¶ *Et tempora,* vt in futuris casibus tantum valeat, vt C. de suis, & legi. l. vlt. Accurs.

f ¶ *Ita tamen,* vt quemadmodum hoc, quod sequitur, est referendum supra ad vers. Diui. non ad proximum.

g ¶ *Antiquitas statuit,* sup. eo. §. cum filios.

h ¶ *Diminutione.* s. quartæ, quæ debebatur agnatis, non tertiæ, quæ debebatur patruis, vt supra proxim. §. diximus.

ADDITIO. No. quòd non tantũ nepotes, sed ꝓnepotes succedunt in stirpes, & veniunt per repræsẽtationẽ, cuius contrarium videtur dici in Authẽt. de hær. ab intest. venientibus, §. huiusmodi. Ang.

De legitima agnatorum successione.

Continuatio.

¶ Supra titulo proxim. dictum est, qualiter succedãt sui hęredes, siue liberi: verum quia post suos vocantur prius agnati, quam cogna. vt inf. eo §. fi. & l. 1. §. post suos, ff. de suis & l. ideò post tit. præce. posuit istum. Aretin.

Diuisio.

Si nemo. ¶ Totus iste tit. diuiditur in 7. partes. Primò, quãdo admittitur agnatus. Secundò, quis est agnatus. Tertiò, vsque ad quorũ gradũ agnati veniunt, & vsq; ad quotas ꝑsonas feminas deuoluantur, tam de iure vetustissimo, & de iure ꝑtotis, quam etiam media iuris prudẽtia 12. tab. & tempore Iustini. Quartò, quod generi agnatorum Imperator addidit vnũ cognatum. Quintò, ꝙ l. 12. tab. ꝓx. agnatus vocat, & quis dicat proximus. Sextò, ꝙ ex l. 12. tab. proximo repudiante sequens non admittebatur, hodie verò sic. Septimò, ꝙ filij emancipati hæreditas est legitima patri. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, Cæterum. Quarta ibi, Hoc etiam addendum, Quinta ibi, Si plures

hæreditas defertur ad pximos agnatos, qui dicuntur coniuncti per masculos etiã adoptiuos: dummodo sint proximiores. h.d.

SI nemo[a] suus[b] hæres, vel eorũ, quos inter suos hæredes prętor,[c] vel constitutiones[d] vocant, existat,[e] qui successionem[f] quoquo modo[g] amplectatur, tunc ex lege † duodecim tabularum ad agnatum[h] proximum[i] pertinet hæreditas.

¶Sunt autem agnati[k] (vt primo quoque libro[l] tradidimus cognati per virilis sexus personas cognatione[m] cõiuncti, quasi à patre cõnati. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati, sibi sunt, qui & consanguinei[n] vocantur: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. Itẽ patruus fratris filio, & inuicem[o] is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam consobrini[p] vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis puenire poterimus.

plures sint. Sexta ibi, Placebat. Septima ibi, Ad legitimam,

¶CASVS. non figuratur in prin. tanquam l. tradente regulam notissimam in materia successionum, & definiente, qui sint agnati, sed in versic. 2. etiam. dubitatio fuerat ex eo, quia ille, qui nondũ natus est, non potest dici agnatus morienti, quia non entis nullæ sunt qualitates. Sed cõtrarium dicitur, quòd imo debet dici pximior, quia hic §. intelligendus est, vt intelligit glo. in eo, qui tẽpore mortis cõceptus est, quo stante, qui in vtero ẽ, habetur fictione iuris pro iã nato quo ad commoda sua: & reuera est in rerum natura, licet non sit editus: & sic q̃ dicuntur hic, locum habent in iam concepto tẽpe mortis: quæ dicũtur in cõtrario, in non cõcepto, prout optimè declarat Iurisconsult. in l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cognat. Not. quod prima causa successionis est suorum qualitercunque sit suus: Item quod deficientibus descendentibus ex lege 12. tabula, vocantur priores agnati. Item qui sint agnati. Item, quod sufficit allegare librum. Item qui sit frater consanguineus. Item, quod qualitas adiuncta verbo debet determinari secundum tempus verbi. Item, quod inter naturalem, & adoptiuum est agnatio.]

† *aliàs vnde legitimi, & non cognati.*

† *Quell. 1. Rheto. ad Herẽ ĩ hac verba refertur: si præfa. intesta. moritur, familia, pecuniaque eius agnatorũ, gentiliumq. esto.*

a ¶ *Si nemo* et vnus, vt ff. de te. tu. l. si nemo.
b ¶ *Suus*. sup tit. 1 §. 1. Accurs.
c ¶ *Prætor*. sup. ti. 1. §. emancipati.
d ¶ *Constitutiones*. supr. tit. 1. § 1. vers. quibus connumerari. & §. item vetustas. versicul. Diui.
e ¶ *Existat*. Dico & amplectatur: nam hæc duo necessaria sunt.
*¶ Quod ait, existat, intellige, si nec existere speretur. lege secunda, in princip. ff. de su. & le.]
f ¶ *Successionem*. defuncti.
g ¶ *Quoque modo*, Scilicet ciuili, vel prætorio iure.

h ¶ *Agnatum*. Capite non minutum, vt ff. de suis & legi. hær. l. capitis.
Verba. L. 12. tab extant in l. pronunciatio. §. 1. de verb. sig. & lib. 1. Rhet. ad Hæren.
i ¶ *Proximum*. id est qui proximior est defuncto. infra eod. §. si plures, & §. proximus. Intellige, scilicet tẽpore mortis, vt d. §. prox. & supr. titu. 1. §. ita demum. & not. gl. Bartol. & alij in l. qui se patris, Cod. vnde liber.
**Verum probãda sit proximitas, an sufficiat probare se agnatũ esse, dicas, quòd si extraneus possideat, satis erit probare simpliciter se esse fratrẽ, aut aliàs agnatũ, si controuersia sit inter duos agnatos vtique qui obtinere velit, ei incũbit pbare se ppinquiorem esse. Alci. l. prox. de verb. sig. & latius Tiraq. de retrac. §. 12. glos. 1. num. 5. & 6.
K ¶ *Sunt aũt agnati*. Sic ff. de le. tu l. sunt ãt.
l ¶ *Libro* Vt sup. de leg. agn. tut. § sunt.
m ¶ *Cognatione*. Cognatio est genus, agnatio species. Vnde quisquis est agnatus, est cognatus, sed non conuertitur.

Cognatio est genus, & agnatio species.

n ¶ *Consanguinei*. Quasi ex eodem sanguine nati: cæteri agnati † non dicuntur consanguinei, vt ff. de suis, & legi. l. 2.
¶ Vterini enim non dicuntur consanguinei l. post consanguineos, in princ. ff. de suis & le. declarat Bart. & Aret. in l. cum quidam. §. quod dicitur ff. de acq. hæred.

† *Vide gl. inf. de succes. cogn. §. vulgo. in ver. spẽs.*

**Hinc est, qualibi dr̃ cõsanguinitatis ius eẽ spẽm agnationis. §. vulgo. int. q suc. cog. aliàs cõsan. appellant quoquo mõ sãguine cõiũcti siue ex latere pr̃is, siue mr̃is, siue quocunque alio gradu, & sexu se attingãt, vt tot. ti. extra de cõs. & aff. & ita intelligit cõis vsus loquẽdi Bar. & alij in l. cũ q dã. § q dr̃. de acq. hęr. inde cõsanguinitas p coniunctione sãguinis & pr̃ni & mr̃ni. l. 1. & l. consanguinit. C. de le. hær. & inst. tit. 2. in princ. vers. consanguineis.
o ¶ *Inuicem*. l. filius fratris patruo.
p ¶ *Etiam consobrini*. Impropriè, vt infr. de gra. cogna. §. 4.

a ¶ *Iura consanguinitatis*. Scilicet ad suos fratres prius natos: ad reliquos verò agnatos agnationis tantum ius acquiritur, vt supra proximo diximus. Et est verum hoc, si viuente eo, de cuius hæreditate agitur, concepti saltē erant, vt ff. de suis & legiti. hæred. l. Titius & ff. vnde cogna. l. 1. §. fi qs proximior. Accursius.
* * Adde §. cum autem. vbi glo. supra titu. 1. & latius Tiraquel. de retra. lign. §. 1. glo. 9 nu. lxxxj.
ADDITIO. Aliàs ex persona sua non succedit, sed bene ex persona patris. Ang.
b ¶ *Non tamen*, quamuis agnati vocentur ad hereditatem, non tamen &c.
ADDITIO. Et sic no. secū dum Ang. dispositionem absolutā debere intelligi secundum ordinis prærogatiuā. Quod facit ad eum, qui accipit in emphyteusim vel cui legatur aliquid pro se & filijs suis, vt videantur esse vocati secundum ordinem charitatis.
c ¶ *Dat lex*. Idest 12. tab.
d ¶ *Sed ijs*. Et omnibus ijs, vt infra eodem §. si plures.
e ¶ *Certum*. Quod est etiam, scilicet facto testamento, quod euanuit, quod dic, vt infr. §. proximus.
f ¶ *Per adoptionem quoque*, quasi dicat non solum iure naturali cōstituitur agnatio, sed etiam ciuili, vt per adoptionem. s. quam libet iure isto, vt digest. de adopt. l. prima, & supra de adopt. in princip. sed hodie per hoc tantum, ex qua transit in potestatē arrogatoris, vt supra titu. 1. §. sed ea. versic. nostra autem, sed tamen licet non fiat agnatus, scilicet hodie, quia non transit in potestatem extranei arrogantis: succedit tamē ab intestato patri tantum, non alijs patris agnatis, vt C. de adop. l. pen. §. sed si quidem. Accurs.
** Animaduertas, quod Accur. cōfundit verbum arrogandi cum verbo adoptandi, nam arrogatus transit semper in potestatem arrogantis, §. pen. sup. de adop.

† aliàs proximiori.
† aliàs quin hi.

¶ Ij etiā, qui post mortem patris nascuntur, iura consanguinitatis [a] nanciscūtur. ¶ Non tamē [b] omnibus simul agnatis dat lex [c] hereditatē, sed ijs, [d] qui tunc † proximiores gradu sunt, cum certum [e] esse cęperit aliquem intestatum decessisse. ¶ Per adoptionem quoque [f] agnationis ius consistit: veluti inter filios naturales [g] & eos, quos pater eorū adoptauit: nec dubiū est, quin † impropriè cōsanguinei appellentur. Item si quis [h] ex cęteris agnatis suis, veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui lōgiore gradu est, adoptauerit aliquem † agnatus inter suos † hæredes esse [i] non dubitatur. ¶ *Agnata præter sororem ad successionē defuncti ab intestato per mediam iurisprudentiam excludebatur, licet beneficio Prętoris Vnde cognati suorum & agnatorū gradibus deficientibus, admittebatur: postea verò per constitutiones imperiales in successione: Vnde agnati sublata est differētia sexus: cōnumerātur aūt inter agnatos descendētes ex sororibus ēt vterinis si primo gradu sūt. h. d.* ¶ Cæterū [k] inter masculos qdē agnationis iure hęreditas, ēt si longissimo gradu [l]

g ¶ *Naturales*. Et legitimos, non tn̄ emancipatos vt ff. de gra. eo. l. si filium.
h ¶ *Item si quis*. Non solum pater, de quo dictū est.
i ¶ *Suos hæredes esse*. id est, agnascitur alijs agnatis adoptantis, & eis cognatus fit, vt ff. de adoptio. l. qui in adoptionē.
¶ Cæterum.
¶ CASVS. non figuratur in l corrigente. Habes. n. in tex. rationes vniuscuiusque l declarat. n. V. iura. Ius 12. tabu. quod pariter vocabat masculos agnatos & agnatas fœm. i. ex virili sexu descendētes, etiam vltra sorores: secundū ius erat media iuris prudentia, quæ restrinxit successionē agnatorum, vt vltra sororē nō succederēt, ita cōmodius erat &c. vt dr̄ in tex. iō sorores ex benignitate successibiles fecit, quia in 1 grā du, reliqua sexclusit; Tertiū fuit ius ptoris, q cōpatiens fœminis non vocauit eas inter agnatos, sed illis deficientibus inter cognatos: Quartū fuit constō Iustin. q. considerata īdētitate gradus & naturæ voluit, q agnates ēt vltra sorores, pariter succedāt cū masculis Quintū est ius authenticorū hodie vigēs, q remouit dr̄a sexus, & pariter succedere voluit sin gradus prærogatiuā. Not. collige ex prædictis & ex sūmario. Itē, q bona simplicitas est amica lj. Item, qui dicat germanus. K ¶ Cęterum. id est certè, vel aliter, lex quidē 12. tabu. deferebat hæreditatem agnatis proximis, sed media iurisprudentia cum distinctione: & ideò hic dixit certum, pro sed.
l ¶ *Longissimo gradu*, Id est decimo, vt inf. de succ. cognato, §. si.

† aliàs agnatos.
† aliàs deest hæredes.

Str L.

a ¶ *Fæ-*

sint, vltrò citroque capit: Quod ad fęminas[a] verò attinet, ita placebat,[b] vt ipsę cōsanguinitatis[c] iure tātum capiāt hęreditatē, si sorores sint, vlterius nō capiāt: masculi autem ad earū[d] hæreditates, etiam si lōgissimo gradu sint: admittantur. Qua de causa f̄ris tui, aut patrui tui filię, vel amitę tuæ h̄rditas ad te ptinebat, tua[e] verò ad illas non pertinebat. Quod ideò ita cōstitutum erat, quia cōmodius videbat̄ ita iura constitui, vt plerumque[f] hæreditates ad masculos[g] confluerent. Sed quia sanè iniquum erat, in vniuersum eas[h] quasi extraneas repelli, Prætor eas ad bonorum possessionē admittit ea parte, qua p̄ximitatis[i] nomine bonorū possessionē pollicetur: ex qua parte ita, scilicet admittūtur, si neq. agnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat.[k] Et hæc quidem[l] lex 12. tabularū nullo modo itroduxit, sed simplicitatē[m] legibus amicam amplexa, simili modo oēs agnatos, siue masculos, siue fęminas, cuiuscūq. grad⁹, ad similitudinē suorū inuicē ad successionem vocabat. Media autē iurisprudentia, quæ erat quidē lege 12. tabul. iunior,[n] Imperiali autē dispositione † anterior,[o] subtilitate quadā excogitatā, pręfatam[p] differētiā inducebat, & penit⁹ eas à successione agnatorū repellebat, omni[q] alia successione incognita: donec Prętores paulati asperitatē iuris ciuilis[r] corrigentes, † siue qd̄ deerat adimplentes, humano proposito aliū ordinem suis edictis addiderūt, & cognationis linea p̄ximitatis nomine introducta, per bonorum possessionē eas

a ¶ *Fœminas*. Agnatas.
b ¶ *Ita placebat*. Not. Cautè dicit placebat, & non placet, vt inf. eod. §. vers. nos verò. & hoc erat per mediam iuris prudentiam, non per l.12.tabu. neque per prætorem, vt inf. eo. §. vers. & hæc quidē, & ver. media.
c ¶ *Consanguinitatis*, idest agnationis.
** Pro hac expositione facit. l. 1. C. de legi. hær.
d ¶ *Earum*, scilicet fęminarum.
e ¶ *Tua*, scilicet hæreditas.
f ¶ *Plerumque* hoc propter cōsanguineas sorores, de quibus modò dixit.
ADDITIO. Et hinc sumit ratio statutorū communiter p Italiam, quod stantibus masculis fęminæ non succedāt, q̄a statuta ex parte masculorum sīt fauorabilia, & ex parte fęminarum odiosa, vt hic per Ang.
g ¶ *Ad masculos*, sic, supr. tit. primo, §. itē vetustas.
vinculum ciuile est, vnde nō poterat acquirere ius cognationis, quod naturale est, ideò nō videbatur, quo efficerentur cognati alicui etiā parenti, quia cognationē facit natura, non voluntas. Contrarium tñ respondetur, hoc tamē secundū intellectū Ang. qui intelligit hūc text. vt efficiātur cognati ēt patri adoptāti, sed secundum intellect. Christo. qui intelligit, vt vocentur scilicet per Vnde cognati ad succeßionem patris naturalis, prędicta ratio nō obstat, sed conuenit, quia vinculū ciuile non potest tollere naturale vinculum inter patrem naturalem, & filium, quamuis trāsierit in alienā familiam per adoptionem, & ita intelligit gl. in ver. liberi. dū allegat. §. admonendi. sup. de hæred. quæ ab intest.]

a ¶ *Eos.* Non solū agnatos capite minatos vt supr. &c.

b ¶ *Tertiò gradu.* i. cognationis.

* ¶ Not. quod verbum proximitas accipitur pro cognatione, sic in §. seq. & in l. ad intestati, C. de leg. hære. & in hac significationem magis in vsu est.]

c ¶ *Liberi.* vt sup de hæred. quæ ab intest. §. admonendi.

ADDITIO. Hoc hodie immutatum est, vt habetur, C. de adoptioni. l. penultima. Ang.

d ¶ *Eodem gradu.* Scilicet tertio, puta cognationis.

SYL. ¶ Vulgò ¶ *CASVS.* non figuratur, quia text. assignat rationē decidendi, & dicit nullam esse rationem dubitandi, ibi, manifestū est. Not. collige, vt per Ang.

e ¶ *Species est.* Nam agnatio genus est, consanguinitas est illa, quæ inter fratres tantū est, vt ff. de suis & leg. t. l. 2. primo resp. & supra de leg agn. succeßi. §. 1. — *Agnatio, & consanguinitas differūt.*

f ¶ *Cognati sunt sibi.* sic ff. eodem. leg. si spurius.

g ¶ *Itaque omnibus.* In et se & cum matre, vt ff. vnde cogna. l. hac parte.

¶ Hoc loco.

¶ *CASVS.* non figuratur in regula, cuius ratio est maior fauor debitus agnationi, & familię quam cognationi secundum ius istud, ratio autem exceptionis sobrinorū est propter frequentiam. No. summa.] SYL.

h ¶ *Hoc loco.* Iste §. cōmunis est ad totū istum titulum & illum supr. de legi. agnat. succ sic sup. ti. 1. §. fin.

i ¶ *Legitimis.* s. agnatis.

K ¶ *Proximitatis* i. cognationis.

l ¶ *Prętor.* cautè tacet hic de iure ciui. Nam cognati de iure ciui. nō vocantur.

m ¶ *Vsque ad sextum.* immo videtur, quod vsque ad quintum tantum vocentur tam agnati, quam cognati, vt ff. de vetera. mi. suc l. 2 §. fin. Sed respon. illa etiam in castrensibus loquitur, hæc in alijs.

SYL. ¶ Hæc Sol. communiter tenetur secundum Christoph. hic]

¶ Vel dic. q̄ ibi ita erat de facto. s. quidam in quinto gradu, & ita factum narrat.

SYL. ¶ Ex verbis huius gl. no. q̄ non licet sumere argumentum à verbis enunciatiuis legis, q̄

sæpe accidit, habetur in l.ex his.C.de testa. mű.de quo multa tradit Dec.cons.13.col.4.
a ¶ *Ex septimo.* Subaudi, qui sunt.
* ¶ Sobrini, sobrinæque sunt, qui quæve ex fratribus, vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur, §. sexto. inf. tit. 1.
b ¶ *Natæve.* Sed numquid sunt alij in septimo gradu? Resp. multi & alij esse possunt, vt colligitur infra titu. 1. §. 6. Itẽ & quare magis hi vocantur, quam alij, in septimo gradu? Resp. quia hi respiciunt inferius lineã transuersalẽ, alij omnes superius, vt arg. ff. vnde lib. l. scripto. in fi.

STL.

¶ Communis ratio differentię est frequẽtia, vt restatur ng. hic.
¶ Sed núquid corrigitur hodie distinctio huius §. per Auth. de hæred. ab intest. §. si verò neque. ver. nullam verò. vbi nulla inter agnatos, & cognatos differentia fit? P. dixit omnes in infinitum succedere. & sic corrigitur quod hic dicitur Nos omnes vsq. ad 10. gradum vocamus, non autem trahimus agnatos ad cognatos, cum extendere successionem debeamus, id est velimus, vt in fr. de bono. pos. §. adhuc.

Cognati, & agnati pariter succedunt hodie vsq. ad decimum gradũ.

SYL.

¶ Hæc glo. communiter approbatur, secundum Doct. hic.
** Intellige hanc gl. in alijs successionibus, quam comitum & baronum, nam in his succeditur in infinitum, donec sint agnati primi stipitis, Bald. in c. 1 col. vlt. & ibi quoque Mart. Laud. & Card. Ale. tit. de feud. March. & Dec. cons. 85.]
¶ Argu. contra C. de pactis com. l. lege, & in Auth. de nup. § deinceps. coll 4 (i) Quod dictum est, patet in auth. in successione. Cod. de suis & legit.
ADDITIO. (i) Sol. ibi maior trahitur ad minorem, quia constat partes in hoc tantum conuenisse, & hoc satis constat de mente legis successionem ampliare volentis. Præterea cum textus hodie vocet cognatos, & agnatos, constat eos censeri legitimos, & vt legitimos succedere vsque ad decimũ gradum, vt hic, arg. sup. eo. in princ. Ang.

graeű cognationis sunt, & ex septimo,[a] sobrino, sobrinaque nato, natæve.[b]

¶ *De gradibus cognationum.*

¶ *Omnis agnatio est infra, aut supra, aut ex transuerso, & superior & inferior incipit à primo gradu, ex transuerso verò incipit à secũdo gradu.*

HOc loco necessarium[c] est exponere, quemadmodum gradus[d] cognationis numerentur. Quare in primis admonendi[e] sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transuerso,[f] quæ etiam à latere dicitur: Superior cognatio est parentum, inferior liberorum, ex trãsuerso fratrũ sororũve, & eorum, qui quęve ex his generantur, & cõuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et superior quidẽ & inferior cognatio à primo gradu incipit, at ea, quæ ex transuerso numeratur à secundo.[g]

¶ *De gradibus cognationum.*

Continuatio.

¶ Quoniam in succedendo admittitur, qui est proximior in gradu, vt comprehendatur quoto gradu quis sit, ponitur iste titul. Angel.

Diuisio.

HOc loco. ¶ Iste titulus diuiditur in plures partes. Primò cõtinuat materiam. Secundò incipit dinumerare gradus. Tertiò dat vnam regulam generalẽ in gradibus ad cognatos. Quartò ponit, quomodo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi, Quare in. Tertia ibi, Hactenus. Quarta ibi, Agnationis.
¶ Necessariũ est.

STL.

¶ *CASVS.* non figurabitur in hoc titulo, quia procedit per viam regulæ, & declarando terminos. Not. triplicem lineam. Item, quod duæ primæ à primo gradu, tertia verò transuersalium incipit à secundo gradu, qui gradus primus est respectu transuersalium.]
c ¶ *Necessarium.* Sed quid ad nos de his? Respond. propter hæreditates, quæ per gradus deferuntur, & tutelas, & propter testimonia non dicenda, vt ff. eo. l. iurisconsultus.

STL.

¶ Adde, idem propter matrimonia, & propter iudicium iniuriarum ex leg. Cornelia. l. lex Cornelia, ff. de iniur. quę coputatio quo ad matrimonia abrogata est, quo verò ad hæreditates, & tutelas attenditur etiam in terris Ecclesię, & inter personas ecclesiasticas, secundum communem sententiam in l. fin. C. de succ. edict.]
d ¶ *Gradus.* Quid sit, dic vt infra eodem §. hactenus.
e ¶ *Admonendi.* Sic ff. eo. l. 1.
f ¶ *Aliam ex transuerso.* Hæc superflua videtur, vt ff. eodem. l. stemmata. contra. Solu. ibi in directa linea tantum loquitur, hic in indirecta.

Cognatio transuersalis quare nõ incipit à primo gradu.

g ¶ *A secundo.* Sed quare non à primo? Respon. cum ego patri meo sim in vno gradu, & ipse pater fratri meo in alio, sumus ergo in duobus gradibus ego cũ fratre, facto ascẽsu ad patrem quasi per quẽdam gradum, vt ff. eo.

¶ *Ponit personas primi gradus, tam ascẽdendo, quam descendendo.*

¶ Primo gradu est supra pater, mater,[a] infra filius, filia.[b]

¶ *Auus, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in secundo gradu. Aretinus.*

¶ Secundo gradu supra auus, auia, infra nepos, neptis, ex trãsuerso[c] † frater soror.

¶ *Proauus, & aliæ personæ hic positæ sũt in tertio gradu cognationis. Ang.*

¶ Tertio gradu supra proauus, proauia, ĩfra pronepos, proneptis, ex transuerso[d] fris sororisq. filius, filia, & conuenienter † patruus, amita, auũculus, matertera. Patruus est frater patris, qui græcè[e] πατράδελφος appellatur. Auunculus est frater matris, q græcè μητράδελφος dicitur. Et vterque promiscuè θεῖος appellatur. Amita est patris soror, quæ græcè πατράδελφη appellatur: matertera verò matris soror, q græcè μητράδελφη dicitur, & vtraq. promiscuè θεῖα appellatur.

¶ *Qui distat à stipite per tres personas, vel gradus, tam in linea ascendenti, quã descendenti directò, est in quarto gradu, sed in linea transuersali, si distat per duas personas. Ang. Aretinus.*

¶ Quarto gradu supra abauus, abauia, infra abnepos, abneptis, ex transuerso fris sororisq. † nepos[f] neptisve, & cõueniẽter patruus magnus,[g] amita magna, idest, aui frater & soror, itẽ auũculus magnus,[h] & matertera magna, idest, auiæ frater, & soror, consobrinus, consobrina, idest, qui quæve † ex sororibus, aut fratribus procreantur.

ff. eodem. l. iurisconsf. §. gradus. (i) sed nullus ex transuerso proximior fratre inuenitur, ergo non potest inueniri primus gradus à latere, vt hic, & ff. eodem. l. prima in princip.

ADDITIO.

(i) In plano enim de iure ciuili nõ est gradus, & iterũ à patre, descendis ad filium, & est secundus gradus de iure autem canon. non ascẽditur ad stipitem, immo per saltus etiam in linea plana fit computatio. vt per Ang.

a ¶ *Primò. Pater, mater.* Si pater est mihi in primo, & ego sibi in alio primo, ergo sumus in duobus. Respond. Non sequitur, nam sum ei in primo, ita qđ in eodem, & inter me & ipsum vnũ tantum gradum facimus ad similitudinẽ fenestræ, nam duæ columnæ ex laterib. vnã faciunt fenestrã, tertia etiam adiecta fiet alia fenestra, & ita in gradu persona adiecta, etiam vna, deinceps facit gradum, vt infr. eod. §. hactenus.

ADDITIO.

No hanc glossam, quod ad faciendum vnum gradum primum non sufficit ponere vnam personam, sed duæ personæ primæ faciunt vnum gradum, quo primo gradu facto ex duobus personis, vnaquæque persona sola, quę postea adiungitur, facit alium gradum ad similitudinem fenestræ, quia necessariò ad perficiendum vnam fenestram requiruntur duæ columnæ, postea vnaquæque columna superaddita facit aliam fenestram. Angelus.

b ¶ *Filius, filia.* Qui licet multi sint omnes sunt patri in primo, inter se autem in secundo, vt ff. eod. leg. iurisconsultus. paragra. transeamus.

c ¶ *Secũdò gradu. Ex transuerso.* nunc de hoc gradu incipit, cum nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur, vt ff. eodem. lege prima, in princ. †

d ¶ *Tertiò gradu. Ex transuerso.*

¶ Nota cautè, quod etiam illi, qui sunt ex transuerso, diuiduntur in superiorem, & inferiorem lineam, & sic reperies in sequentibus gradibus, & quandoque in parentibus, vt intra eodem, paragra. quartò.

e ¶ *Græcè.* † Patradelphos, vt clarè patet ex text. dicitur frater patris, & mitradelphos frater matris. & vterque potest dici theios.

¶ Similiter paradelphi est soror patris, mitradelphi verò soror matris, & vtraque thela dicitur.

f ¶ *Quartò gradus. Nepos.* Hoc inferius respicit.

g ¶ *Patruus magnus.*

Hoc refertur ad superiorem lineam transuersalem.

h ¶ *Auunculus magnus.* hic autem constat,

† *aliàs frater et soror.*

† *aliàs patruus, & amita, auũculus & matertera.*

† *Et supra eo. ver. & superior quidem.*

† *aliàs nepos, neptis.*

† *Sũt qui tenẽt istã gl. nõ esse Accurs.*

† *aliàs ex fratribus pgeneratur, aut sororib. Patruus patris est mihi patruus magnus.*

stat, quod qui est mei patris patruus, mihi erit magnus patruus, qui meæ matris auunculus est, mihi erit magnus auunculus. Sed quid si erat patruus matris meę, vel auũculus mei patris? Respond. Ioann. omnem illum mihi esse patruum, vel auunculũ magnum, qui est meo patri vel matri simplex, vt ff. co. l. iurisconsultus, §. patruus, & C. de success. edic. l. prima. Sed Ro contra.

a ¶ *Quinto gradu. Filius filia.* Isti nominatiui regunt superiores genitiuos ab illo versiculo, item fratris &c.

¶ Et sunt omnes isti in quinto gradu lineę collateralis respectu descendentium.

b ¶ *Propior sobrinus.* Quasi dicat, qui filius dicitur propior sobrinus, & quæ filia dicitur propior sobrina.

ADDITIO.

* Vel dic, & fortè melius sensum textualem esse, quod propior sobrinus, & proprior sobrina sunt in quinto gradu, & qui sint tales, declarat textus subiungẽs, hi sunt patrui &c.

¶ Est enim propior sobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ, & idem dicas de propiore sobrina, quod scilicet sit filia &c. vt clarè patet in arbore, Qui aliter intelligeret, arborem corrumperet.

¶ Glo. male exponit, & tex. seipsũ declarat, dum dicitur, hi sunt.] SYL.

* ¶ Adde, quod propior, seu proprius sobrino, qui ẽt propius sobrinus appellatur, sic dicitur, quasi vno gradu nobis propior sit, quã sobrinus, sobrini autem sunt inter se duorum consobrinorũ filij. Vbi igitur alter cõsobrinus filios non habet alter hãbet, ille huius filijs propior sobrino est, sobrini verò mei filius sobrino natus appellatur.]

Sed quidã rectè cõsobrinos eos ꝓpriè dici putãt, q ex duabus sororib. ꝓgenerant, quasi cõsororinos, eos verò, qui ex duob. fratrib. ꝓgenerant, & ꝓpriè fratres patrueles vocari, si autẽ ex duob. fratribus filię nascuntur, sorores patrueles † appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerãtur, amitinos propriè dici putant. Amitæ tuę filij consobrinum te appellãt, tu illos amitinos.

¶ *Atauus, & atnepos, & alia persona hic enumerata sunt in quinto gradu Angel.*

¶ Quĩtò gradu supra † atauus, atauia, infra † atnepos, atneptis, ex trãsuerso fr̃is sororisq. ꝓnepos, proneptis, & cõueniẽter ꝓ patru⁹, ꝓamita id est ꝓaui frater, & soror, & proaunculus, & promatertera, id est ꝓauię frater & soror, itẽ fr̃is patruelis, vel sororis patruelis, cõsobrini, & consobrinæ, amitini & amitinę filius filia,[a] † propior: sobrin⁹,[b] prior sobrina, hi sunt[c] patrui magni amitæ magnæ, auũculi magni, materteræ magnæ, filius filia.

¶ *Tritauus, & alia persona, hic enumerata sunt in sexto gradu. Angel.*

¶ Sexto gradu supra tritauus, tritauia, infra trinepos, trineptis, ex transuerso fr̃is sororisq. abnepos, abneptis, & cõueniẽter abpatruus, abamita, id est, abaui frater & soror, & abauũcul⁹, abmatertera, id est, abauiæ frater, & soror, itẽ ꝓpatrui, proamitę, proauunculi, ꝓmatertere filius filia: (item † ꝓpioris sobrini sobrinæve fili⁹, filia) itẽ sobrini, † sobrinæ, id est qui q̃ve ex fratrib⁹, vel sororibus patruelib⁹, vel cõsobrinis, vel amitinis progenerãtur.

Vnica persona adiecta alteri persona per carnis propagationem facit gradum tam in cognatis, quam in agnatis. Aret.

¶ Hacten⁹ ostẽdisse sufficiat, quẽadmodũ grad⁹ cognationis numerantur: Namq. ex his palã est

c ¶ *Hi sunt.* Subaudi, in quinto gradu lineæ collateraliũ ex parte ascendentium scilicet filius patrui mei magni, & similium, de quibus dicitur hic, & ff. eodem. leg. prima, in fi. & l. 2.

¶ Hactenus. SYL.

¶ *CASVS.* non figuratur, quia stat in traditione regulæ, & notãda sunt verba text. & sũmarij. Item, quod facilius percipiuntur ea, quæ oculis subijciuntur, quam quæ auribus.

a ¶ Ge-

† *aliàs appellant.*

† *aliàs atauus atauia.*

† *aliàs at nepos atneptis.*

† *aliàs propius sobrino, propius sobrina, alias ꝓpior sobrino.*

† *Ant. Aug. li. 2. emẽd. c. 5. ait, hac verba parenthesi inclusa, non esse in vetustis codicib. & rectè. nã aliàs verba sequẽtia essẽt superflua cũ propioris sobrini, filij sunt ijdem, q. sobrin.*

† *aliàs sobrinaq.*

intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus, quippe semper generata persona gradum[a] adiicit,[b] ut longè facilius sit[c] respōdere quoto gradu[d] quisque sit, quā propria cognationis appellatione quenquā denotare.

¶ In gradibus agnationis, & cognationis similis est computatio; Et quia facilius ostēditur res ad oculum corporalem, quā intellectualem, ideò necessarium est hic arborem consanguinitatis inscribi. Angelus. Aretinus.

¶ Agnationis quoq.

a ¶ *Generata persona gradum*. Hoc est verum si vna ab vna non si plures ab vna, vt ff. eo. l. iurisconsultus, §. transeamus.

¶ Et sic in linea directa non est differentia, sed sit computatio pariter secundum quod in hoc versu cōtinetur. Personas numera quot sunt à stipite dēpto. id est quot sunt personę generatę à stipite computatis etiam omnibus inter medijs, & ijs, de quorum gradu & coniunctione quæritur, dēpto tamen, idest non cōputato stipite, tot sunt gradus, & toto gradu distant eæ. de quibus quærimus. quæ regula de iure ciuili etiam procedit in collateralibus, sed de iure canonico procedit solum inter ascendentes, & descendentes.]

¶ Et hoc est verum ex omni ordine graduum, secundum nos.†

¶ Sed secundum canones ex latere trāsuerso aliud est, nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicunt in primo, & quem nos in quarto, ipsi in secundo, & sic de singulis, vt in decret. 35. q. 5. c. 2. Sed fuit eorum consideratio bona propter matrimonia: † nostra etiā bona propter hęreditates, quę per gradus deferuntur, vt infra de bonorum possessione, §. adhuc autem, & ff. eod. l. iurisconsul. in princ.

¶ In linea ergo transuersali secundum cano. accipe hanc regulam, quoto gradu alteruter eorum, de quibus quæritur, distat à stipite, si ambo ęqualiter distent, vel quoto gradu remorior a stipite distat, si distant inęqualiter, toto gradu inter se distinguuntur. Regula autem secundum ius ciuile est, vt computatis ijs de quibus quærimus, & omnib. intermedijs, à quibus ipsi procedunt, dempto stipite: quot sunt psonæ, tot sunt gradus, & ita teneas, quia regulæ verissimæ sunt), & quæ præstant facilem intellectum graduum, & eorum computationis.

ADDITIO. Idem in statutis, & pactis, vbi de pacto non agitur, secundum Angel. hic. Et no. hanc glo. quæ allegatur quotidie, quod in concernentibus peccatum præualet ius canonicum etiam in terris imperij, & econtra in non concernentibus peccatum præualet ius ciuile etiam in terris ecclesię, vt per Ang.

b ¶ *Adiicit*. Hic potest colligi diffinitio gradus, vt dicatur: Gradus est numeratio singularum personarum cognatione, vel affinitate sibi coniunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera optime indicans Dictus quasi lapideus gradus, vt ff. eo. l. iurisconsultus, §. gradus. Accur.

¶ Gl. malè loquitur, q[uia] numeratio est actus numerandi, non genus, & gradus non est actus numerandi. Item dum ponit verbum gradus, in diffinitione, cum illud sit diffinitum. Vnde dic gradū cognationis, quantitatem esse propinquitatis, qua personæ cognatæ inuicem distinguuntur.

ADDITIO. Gradus secundum doct. aliter diffinitur.

¶ Gradus est distātia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

c ¶ *Longè facilius sit*. Propter duas rationes, & quia vltra trinepotem. vel tritauum vocabula non inueniuntur specialia, sed superiores, & inferiores vocantur, vt ff. eod. l. fin. §. parentes: & quia sunt plura negotia quam vocabula, vt ff. de præscript. verb. l. 4. Sed vsque ad quem numerabimus? Respond. vsque ad septimum cognatorum, & vsque ad decimum agnatorum, vt ff. eod. l. non facilè, & sup. titu. 1. §. fin. nisi ratione demonstrandi vellemus vlterius numerare, non vtilitatis, licet decretistæ hic aliter dicant.

ADDITIO. Not. quod decretistæ contrarium dicunt solum in collaterali linea, non autem in directa, vt sup. dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distant de iure ciuili, incipe ab vno, & computa ab illo ascendendo ad personam mediam, ex qua omnes descendunt, & postea descende ab illa vsque ad illam, quam vis computare, & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias à persona, ex qua descendunt personæ, de quarum gradu agitur, verbi gratia, vis scire quoto gradu sunt filij duorum fratrum de iure canonico, incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu. Vnde quoto gradu quilibet distat à stipite, tali gradu sunt inter se, remotior autem addit gradum, vt in cap. ad sedem. 35. quæst. 5. Angel.

d ¶ *Quoto gradu*. Scilicet octauo, vel decimo,

† Et sic in directa linea ascendentium, & descendentium non est differentia, quia vtroque iure si persona, de quib. agitur

SYL. distant æqualiter, toto gradu distant inter se, si inæqualiter toto gradu distant, quoto distat remotior.

† Ipsi. n. incipiunt à persona ex qua descendunt illi, de quo tamē gradu agitur. Sed de iure ciuili incipimus ab vxo. ex istis, de quib. agitur.

extēdēdo ad sti

SYL.

pitē, & ab eo iterū descēdēdo ad aliū, & quoto gradu distat remotior. toto gradu distant inter se, vt hic per docto.

Negotia plura sūt, quā vocabula.

gradus eodem modo[a] numerantur. Sed cum magis veritas oculata fide, quam per aures[b] animis hominum infigatur, ideò necessariū duximus post † narrationem graduū eos etiam pręsenti libro inscribi, quaten⁹ possint & aurib. & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.[c]

† alias enarrationem.

a ¶ *Agnationis. Eodem modo*. scilicet adiecta persona.


b ¶ *Per aures*. Vnde Horatius in arte poetica: Segnius irritant animos demissa per aures: Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

c ¶ *Adipisci*. Vnde quidam habēt hic arborem.

ADDITIO. Et in veritate esse debet, cū tex. & gl. illam requirant.

Figura hæc arborea licet ad decimū deberet gradum agnatorum protendi, aut saltem vsque ad septimum cognatorum, cum vsque ad eum per leges deferantur successiones supra de succ. cog. §. fin. & ff. de grad i. leg. non facilè, eam tamen vsque ad quartum duntaxat gradum impressori persuasimus extendendam, vt & aptiorem posset sedem occupare, & lectoribus quibusque faciliorē sui ipsius cognitionem exhibere. Nec id ipsum graduum notitiam quoquo pacto impedit, qui enim duorum, triumve computationem agnouerit, illam etiam in centesimū vsque gradum & eo amplius (si opus sit) deducere poterit. Quippe sēper generata persona gradum adijcit, vt longè facilius sit respondere, quoto gradu quisque sit, quam propria cognationis appellatione quenquam denotare, dicit §. hactenus, sup. eodem plura enim sunt negotia, quam vocabula, vt ff. de præscriptis verbis, l. quarta. STL.

Sequitur arbor ciuili.


IIII Abauus Abauia IIII
IIII Propatruus Proamita V
III Pro auus Proauia III
IIII Proauunculus Promatera V
IIII Horũ filius filia VI
III Patruus magnus Amita magna IIII
II Auus Auia II
III Auunculus magnus Matera magna IIII
IIII Horum filius filia VI
IIII Horum nepos neptis VII
III Propior sobrinus propior sobrina V
II Patruus Amita III
I Pater Mater I
II Auunculus Matera III
III Propior sobrinus propior sobrina V
IIII Horum nepos neptis VII
IIII Horũ nepos proneptis VIII
III Horũ filius filia VI
II Fr. patruelis uel Ami. sopa. uel ami. IIII
I Frater II
I Soror II
II Cõsobrinus Cõsobrina IIII
III Horũ filius Filia VI
IIII Horũ pnepos proneptis VIII
IIII Horum nepos neptis VII
III Horũ filius filia V
III Fratris filius filia III
I Filius filia I
II Sororis filius filia III
III Horum filius filia V
IIII Horum nepos neptis VII
IIII Horum nepos neptis VI
III Fratris nepos neptis IIII
II Nepos Neptis II
III Sororis nepos neptis IIII
IIII Horum nepos neptis VI
IIII Fratris pnepos pneptis V
III Pronepos Proneptis III
IIII Sororis pnepos pneptis V
IIII Abnepos Abneptis IIII

ARBORIS CIVILIS declaratio peculiaris.



GRADVS, lineæ, & consanguinitatis, diffinitionibus omissis sciendum, quòd numeratio punctorum, qui sunt in cellulis, est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam à qua omnes sumunt nomen exceptis his qui per genitiuum nominantur. Hanc Ioann. Andr. nomine sui bidelli Petrucium vult vocari. Puncta, quæ superiora sunt, computationem iuris canonici denotant: illa autem, quæ inferiorem locum retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt: quod canonico subesse ipsa graduum situatio declarat. Ex prædicta computatione si diligenter inspicitur, apparet, quòd in ascẽdentium & descendentium numeratione ius vtrinque concordat: quia in eis persona addita personæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, notandæ sunt tres regulæ.

¶ Prima: Ascendentium & descendentium quot sunt personę, de quibus quæritur, computatis intermedijs, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Verbi gratia, abauus distat à Petrucio quatuor gradibus: & sic de alijs.

¶ Secunda (secundum ius ciuile, cuius tantum gratia hæc arbor fuit hic impressa) talis est. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent: vt P. & pronepos propatrui distãt octo gradibus, cum abauum stipitem facit. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

¶ Tertia. Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus. Vnde Petrucius distat à propatruo quinque gradibus, ab eius filio sex, & sic de alijs.

¶ Non inutile forsitan iudicabitur, si quid de computationis diuersitate inter ius ciuile & canonicum subiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hæreditas vel successio ab vna ad alteram personã inter consanguineos deferatur. In canonibus verò ob hoc progenies computatur, vt aptè monstretur vsque ad quotam generationem à consanguineorum nuptijs sit abstinendum. Hac ergo de causa, quia hæreditates nequeũt deferri, nisi de vna ad alteram personam, idcirco curauit sæcularis Imperator in singulis personis singulos perficere gradus: qui a vero nuptię sine duabus non valent fieri personis, ideò sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Hæc habentur plenè, cap. 2. 35. quæstione quinta, & ferme per totam illam quęstionem. Et hoc idẽ notat hic Christophorus Porcus in versiculo, Circa primum ibi, secunda differentia, & Ioannes And. in declaratione huius arboris.

Multa dies, variusque labor, huiusce parauit
Artis notitiam, quæ modò clara patet.

CHRI-

CHRISTOPHORI PORCII IN *arborem, & ipsius intelligentiam quæstiones plurimum utiles.*



PRO declaratione iuris canonici & ciuilis, & etiam intelligentia huius materiæ: & eorum, quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primò, qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico secundum vtriusque iuris rationum diuersitatem. Secundò, vsque ad quem gradum deferuntur hæreditas & tutelæ. Tertiò vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quartò, vsque ad quem gradum possit Papa dispensare.

¶Circa primũ dicite ꝙ quo ad lineã ascendentem nulla est differentia inter ius ciuile, & ius canonicum, vtroque enim iure pater & mater sunt in primo gradu ascendentium, & similiter filius & filia descendentium: & sic supra & infra in infinitum: quia in dinumeratione graduum in linea ascendentium, & descendentiũ vtrumque ius habuit respectum ad stipitẽ.s.ad primũ parentem, vt hic, cũ gl. 35.q.5.c.ad sedem. In linea transuersali inter ius ciuile & ius canonicũ duplex est dfia. prima, quia iure ciuili frater & soror sunt in secũdo gradu, iure canonico sunt in primo. Ratio differentiæ sumitur ex regula iuris ciuilis, q̃ dicit, quòd vnaquæque persona adiecta nouũ gradũ generat, vt hic in vers. hactenus. vnde cum ego sim in primo gradu patri meo, si nascatur mihi frater, vel soror, ex generatione huius personæ causatur nouus gradus. & consequẽter appellatur in secundo. Sed iure canonico ideo appellatur in primo, quia ius canonicum non cõsiderauit dinumerationẽ graduum in linea transuersali habito respectu ad stipitẽ.i.cõem parẽtem, sed considerauit, ꝙ duo fratres, duæ sorores, tribuunt initium lineæ transuersali: ideò in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda differentia est, quia iure ciuili regula traditur, quod in linea transuersali sola persona adiecta facit nouum gradum, vt hic: iure autem canonico pro regula traditur, vt ad causandum nouum gradum duæ personæ requirantur d.cap. ad sedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicũ dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis. Vnde cum ad causandum copulam matrimonialem requiritur concursus duarum personarum, ita ad causandum gradum quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerauit gradus, quo ad hęreditates, & tutelas: vnde cum tutela & hæreditas deferatur de vna persona in aliam, nimirum si vnaquæque persona generat nouum gradum. Ista fuit ratio posita in dict. capit. ad sedem. Quo igitur ad inhibendam vel permittendam copulam matrimonialem dinumerabuntur gradus secũdum ius canonicum quo autem ad tutelas & hæreditates deferendas connumerabuntur secundum ius ciuile.

¶Circa secundum dicite quòd vsque ad 10. gradum deferuntur hæreditates & tutelæ. & vidistis sup. tit. 1. §. fi. cum sua glo. & sup. de capi. dimi. §. fin. & de legi. agn. tu. in teat. & in gl.

¶ Circa tertium dicite, ꝙ olim erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimum gradum agnationis vel cognationis inclusiuè: hodie autem est prohibita vsque ad quartum gradum inclusiue, dinumeratione facta secundum ius canonicum. c. non debet. extra de consang. & affin.

¶ Sed hic dubitatur. Pone, quod vnus sit quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, illa impeditur: quod si inspiciamus personam existentem in quinto gradu, permittitur. Dicite, quod copula est permittenda, quia quoto gradu remotior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet descendente. c. fin. extra de consang. & affin. Illud tamẽ est palam, quòd inter ascendentes & descendentes est prohibita copula matrimonialis in infinitum. Vnde si Adã viueret, vxorem habere non posset. §. ergo. & ibi gl. sup. de nupt.

¶Sed quid de gradu affinitatis? Dicite quod licet olim ratione affinitatis esset prohibita vsque ad tertium gradum, vt aliqui dixere, veritas tamen hodie est, quod solum prohibetur quod ad gradum primum, vt no glo. in c. non debet extra de consang. & affin.

¶ Sed numquid per coniunctionem illicitã causatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecundię? Archi. 35. quæst. 3. c. extraordinaria dixit per hãc dissolui matrimonium, & in hoc bene: sed non causari affinitatẽ, propterea, quia affinitas est regularitas personarum ex nuptijs descendẽtium, l. non facile, §. affines, ff. de grad. vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed glos. tenuit contrarium in §. affinitatis, supr. de nupt. quæ communiter cõprobatur per c. tuæ. & p c. Iordanæ. & per c. discretionẽ. extra de eo qui cogn. cõsang. vxo. suæ. Stat igitur conclusio, quod per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid si quis non intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel seras reserauit, sed opus non expleuit, an contrahatur affinitas glos. in d. cap. extraordinaria dicit, quod non. Item dicit illud, quod non dico. Dicit Inno. ꝙ ad causandum affinitatem requiritur concursus vtriusque sanguinis, sed tamen causa euitandi peccata, Ius canonicũ & sancta mater ecclesia in dubio præsumũt ex copula concursum vtriusque sanguinis & maris & fœminæ interuenisse. c. iuuenis extra de sponsalibus.

¶ Addite prædictis, ꝙ si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, postmodũ habeat copulam cum ea sine alijs verbis intelli-

telligitur validum matrimonium extitisse contractum: nec cum alia contrahere posset, sed matrimonium postea contractum esset dissoluendum c. is qui fidem. extra de spon.

Circa quartũ dicet breuiter, quod in gradu ascendentium, & descendentium nõ posset Papa dispensare, vt copula matrimonialis contrahatur. Nõ posset enim Papa dispẽsare, quod filia patri copularetur. Idẽ in linea transuersali in gradu 1. vnde non posset Papa dispensare, quod frater sorori nubat. Item nec in gradu ij. linea existẽte inequaliter, vnde non posset dispẽsare, quod neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea verò æquali bene posset dispensare, vt cõsanguinea consanguineo copularetur, ita communiter cõcluditur in c. literas. extra de restit. spol. facit c. gaudemus extra de diuor.

Sed an Papa posset dispẽsare, vt matrimonium semel contractum dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimoniũ fuit per copulam carnalem consummatum, aut nõ. Priore casu non potest, posteriore autem sic: quia primo casu effecti fuere duo in carne vna, secũdo verò non. Item quia matrimonium consummatum sortitur naturam ex cõstitutione diuina, contra quam Papa non potest dispensare c. proposuit, extra de conces. præb. Sed matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione ecclesię cõtra quã Papa bene potest dispẽsare, ista est gl. ord. in cap. ex publico, ext. de conuer. coniug.

Matrimonium semel cõtractum an possit per Papam dissolui.

Sed numquid maritus & vxor possint se separare? Dicite, aut copula nõest subsecuta: & tunc quilibet eorũ altero inuito põt separare matrimonium p̃ ingressũ religionis. secus si copula fuerit subsecuta, nisi vterq. cõcordauerit, q̃d vterq. pariter intret religionẽ vel aliter, qui remanet in sæculo, si talis cõditionis, & qualitatis, ꝙ nulla suspicio fornicationis sinistra sit cõtra eũ: vt quia sit ętate confectus, c. quidam, c. verum, c. vxoratus, c. cum sis prædictus. extra de conuer. coniug.

Cognationis spiritualis studiosissimis quibuscunque, præsertim ecclesiasticis, apta & vtilis materia.

CHristophorus Porcus iuris vtriusq. professor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiã hic luculenter tractauit, eius mentem verbis fermè non mutatis referre non erit abs̃onũ, neque à proposito alienum: quę verba talia sunt.

¶ Quæritur primo, an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediatur. Circa quem articulum dicite breuiter, quod inter compatrem & commatrem impeditur matrimonium, ac etiam inter patrem spiritualem & filiam susceptam ex sacro fonte: & hoc, si ista cognatio spiritualis fuerit causata, siue per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. 30. q. 4. c. si quis vnus.

¶ Addite prædictis, quod si maritus vel vxor tenuerint aliquem, vel aliquã ad baptismum vel chrisma, quilibet eorum efficitur cõpater, vel cõmater. d. c. si quis vnus. Et hoc verum, quando tempore cognationis spiritualis contractæ consistabat inter eos matrimonium: secus si ex post facto fuerit contractum, c. Martinus, extra de cogn. spiri. cum sua glo. Econtra autem, si tenueris ad sacrum chrisma vel sanctum baptisma filium, vel filiam meam ex alia muliere quam vxore, non efficitur tibi commater mea vxor, cap. qui spiritualem. 30. q. 4. Ratio, quia in contrahenda cognatione spirituali maritus & vxor copulant sibi actiones, & non passiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere, quia sunt duo in carne vna dict. cap. si quis vnus. in fine.

Quæritur secũdo, si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma, an concubina efficiatur commater, videtur quod sic, nam sicut vxor in hoc casu efficitur commater, quia est eadem caro cum marito. d. cap. si quis vnus, ita dicendum videtur & de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea 32. qu. 4. cap. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium: quorum sententia magis placet: quia absurdè dictum videretur, quod spiritualitas super re improbata causaretur, ex vtraque scriptura: & hominum opinione. Non obstat, quod concubina, & fornicator dicantur duo in carne vna, quia illa verba exponuntur, id: est duo conueniunt in eodem opere carnali: & ita exponit glo. in d. c. in eo.

Cognatio spiritualis an contrahatur ex concubinatu.

Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit sibi commater ante matrimonium? Dicite quod sic, ca. post vxoris obitum, 30. q. 4.

Sed quid de filijs duorum compatrum an potetunt simul matrimonio copulari? Dicite quod sic, siue nati fuerunt ante compaternitatem, siue post: dummodo matrimonium non contrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterum deuentum fuit ad cõpaternitatem, c. 1. & c. super eo. de cognatio. spiti. Christophorus Porcus iuris vtriusq. doctor acutissimus.

Quæritur tertio ad propositum materiæ præsentis de quæstione quotidiana & apud vulgares satis dubia. Pone, q̃d duo, vel plures tenent aliquem in baptismo, nũquid isti inter se efficiantur compatres? Innocentius (& bene) dicit quod non: vnde possunt adinuicem cõtrahere matrimonium. Nã quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius & concubina, non prohibentur matrimonium contrahere, vt in c. tanta, qui filij sint legitimi. ita & isti, qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, nõ debẽt ꝓhiberi cõtrahere matrimonium. Et pro hoc facit text. & ibi glo. in c. si. 30. q. 4. vbi dicitur, quod maritus, & vxor non debent aliquem simul de facto fonte leuare, ne infamentur de facto: nam vulgares existimant illos esse compatres. Hęc sunt verba Abbatis Siculi in ca. Martinus de cogna. spirit. de hoc in summula pauperum.

Masen.

Masculus & mulier puerũ de fonte leuãtes. Legitimè iungi poterũt, nec sunt prohibendi.

¶ Quæritur quarto. Pone, quod tenui aliquã puellam in baptismo: volo contrahere cum eius sorore, an possim? Dicendum quod sic, pater enim spiritualis, si copuletur sorori filiæ spiritualis, bene tenet matrimonium, 30. quæst. 3 ca. vlt vnde versus.

Duco mea nata germanam spiritualis.

¶ Quæritur quintò.: Pone, quod filius meus tenuit in sacris fontibus filiam: volo cum illa filia postquam ad annos nubiles peruenit, cõtrahere, an liceat? Dic quod sic. Potest enim pater sumere filiam spiritualem filij sui carnalis, quia licet cognatio spiritualis de patre ad filios descendat vt c. 1. & c. super eo. de cognat. spirit. non tamen ascendit de filijs ad patrem, cum iure cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium est, adeo quod cuilibet licet contrahere, nisi expressè prohibeatur, c. cum apud. de sponsa. & matri. Hoc notat Ioannes Teutonicus glossator Decretl. in c. fi. 30. q. 3. Hoc idem recitat & probat Ioan And. in c. 1. de cogn. spirit. lib. 6. Vnde versus.

Esse mei nati coniux mihi spiritualis.
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Descendunt & non ascendunt talia vincla.

¶ Quæritur sextò. an per procuratorem talis cognatio spiritualis possit cõtrahi. Pro solutione recurras ad Bart. in l. Gallus, §. forsitã. ff. de lib. & posth. ad Angelum Aretinum in §. illud. supra de nupt. ad Ioann. Andr. in regula, potest quis per alium. de reg. iu. in 6. & ad Panor. in c. veniens de cogna. spi. Decisionem tamen communem & magis approbatam potes notare per versus sequentes in quibus patet, quod licet matrimoniũ p procuratorem possit contrahi. c. fi. de procu. li. 6. non tamẽ cognatio spiritualis, vnde versus.

Cognatio spiritualis p procuratorem nõ contrahitur.

Procurator habet nodos vincire iugales,
Nõ tamen hos nexus domino dat spirituales.

Adde, quod licet non debet à principio quis admitti per procuratorem ad contrahẽdum hanc compaternitatem, si tamen admittatur, contrahitur ipsa compaternitas, vt tenet Abb. Panor. in d. c. veniens.

¶ Quæritur septimò ex quot sacramẽtis descendit cognatio spiritualis. Respond. quod cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum, oritur ex datione, duorum sacramentorum duntaxat, quæ sunt baptismus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione seu minist ratione: patet in c. fi. de cogna. spiti. li. 6. ratio est, quia in baptismo renascimur, & chrismatio frontis ipsum confirmat: quod non est in alijs sacramentis, Io. And. in dict. cap. fi.

Cognatio spiritua. lis oritur ex duob. sacramentis.

¶ Quæritur octauò & vltimo inter quot personas oritur impedimẽtum matrimonij ratione cognationis spiritualis. Respond. quod ex hac cognatione 20. sunt casus prohibiti: decem ratione baptismi, & decem ratione confirmationis. Ratione. n. baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens, & dirimens, vt dictum est.

Cognatio spiritualis oritur inter 20. personas.

¶ Primò inter has personas Baptizatum & baptizantem: Baptizatum & vxorem baptizantis prius cognitam. Baptizatum & filios baptizantis: Parentes baptizati & baptizantem: Patentes baptizati & vxorem baptizantis prius cognitam.

¶ Secundò inter has personas: videlicet inter baptizatum & suscipientem: Baptizatũ & vxorem suscipientis prius cognitam: baptizatum & filios suscipientis. Parentes baptizati & suscipientem: parentes baptizati & vxorem suscipientis prius cognitam. Ecce decẽ casus prohibiti ratione baptismi. Totidem in confirmatione reperies: in qua sunt confirmatus & confirmans, & tenens ante confirmationem, qui scilicet ponit fasciolam supra frontem post confirmationẽ episcopalem, de hoc vide textum cum gl. in c. 1. de cognatio. spi. lib. 6. Ista clarissimè referantur per carmina sequentia.

Versus.

Gignitur his sacris cognatio spiritualis.
Quæ sunt baptismus, ac confirmatio frontis.
Personaque decem cõnectit quolibet horum.
Baptizans: huius vxor si cognita primo.
Ac eius nati sunt abluto sociati.
Cum consorte thori baptizans, atque parentes.
Fonte sacro loti sunt tali fune legati.
Baptizans & suscipiens hic æquiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

Hac nota diligenter, quia singularia sunt, & plurimum vtilia: nec est plures casus reperire qui matrimonium dirimant.

¶ *De seruili cognatione.*

Continuatio. ¶ Quia supra de cognatione & successione cognatorum liberæ condirionis dictum est, nunc qa naturali iure inspecto inter seruos etiam cadit cognatio, & dubitari posset an inter seruos esset successio, ideò de seruili cognatione meritò subdit. Nec obst. qd inter illum titulum de successione cognatorum & istum sit titul. intermedius de gradibus, qa ex quo pertinet ad materiam horum tit. continuatio nō vitiatur. l. duos reos. §. fin. ff. de duobus reis. Porcus.

¶ *De seruili cognatione.*

¶ *Filij manumissorū etiam in seruitute cōcepti, excluso patrono patri succedūt, & inuicem sibiipsis. h. d.*

Illud certum est, ad seruiles cognationes illam partem edicti,[b] qua proximitatis nomine[c] bonorum possessio † permittitur, non pertinere:[d] Nam nec vlla antiqua lege talis cognatio cōputabatur.[e] Sed nostra constitutione, quam pro iure patronatus fecimus, (quod ius vsque ad nostra tempora[f] satis obscurum, atque nube plenū, & vndiq. confusum fuerat) & hoc humanitate suggerēte cōcessimꝰ: vt si qs in seruili constitutus cōsortio liberū † vel liberos habuerit, siue ex seruilis cōditionis muliere: vel contra, serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos cuiuscūq sexus; & ad libertatē his[g] peruenientib. ij, q ex seruili vētre nati sunt, libertatē meruerint; vel dū mulieres liberę erāt ipsi[h] in seruitute[i] eos habuerint, & postea ad libertatē peruenerint:[k] vt hi omnes ad successionē patris, vel mr̄is veniāt,[l] patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorū parentum successionem,

† aliàs promittitur.

Dimisso.

Illud certū. ¶ Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò ponit, nūquid serui habeant ius cognationis contractæ in seruitute. Secundò infert ex rationibus præpositis, videlicet quod nō semper sequitur, quod qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertiò illa melius declarat. Secunda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amoris,

SYL. ¶ Illud certum. ¶ *CASVS.* non figuratur hic, cū ponatur correctio iuris antiqui, quo dispositū fuerat seruos successores habere non posse, nec cognationem habere, nō tātum dum serui erant, sed etiam postea eis manumissis, quia iure patronatus omnia patrono quærebantur, Sed contrarium dispositum postea est: quia ipsa cognatio tanquā quid naturale in ipsis seruis esse potest, sed fit impedimentum propter seruitutem effectu ipsius, & ab ipsa proueniente. vnde illa cessante cessat etiam impedimentum: & ideò potest dari cognatio & successio. Nota summarium & alia vt per Ang. hic.

a ¶ *Illud.* aliàs est hic rubric. de seruili cognatione, aliàs non Accur.

b ¶ *Edicti.* Sunt enim 4. partes successionis ab ante, vt ff. quis ord. in bon. possess. ser. l. 1.

c ¶ *Proximitatis nomine*, id est cognationis, vt sequitur, & ff. vnde cog. l. 1. §. pertinet.

d ¶ *Non pertinere.* Sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur, vt C. com. de succ. l. seruus, nisi in trib. casib. vt C. ad Sylla. l. pen. & C. de suis & leg. l. apud hostes & Cod. ad Or. l. fin.

¶ Dic secundū Ang. quòd in d. l. pen. & in l. fi. erat liber legis auctoritate, ne mora alterius libertati noceat in l. apud hostes, illud procedit fictione postliminij, vt ibi nota.) SYL.

e ¶ *Computabatur.* Hæc videtur mala ratio, cū magis iure prætorio, quod naturalē causam intuebatur, deberet cōputari, vt supr. de hær. q ab int. §. emācipati. q ciuili. Sed dic, q etiā ad alia, vt ad tutelas, & similia, nisi quo ad nuptias, vt supra de nup. §. illud. & ff. de ri. nup. l. adoptiuus, §. seruiles.

ADDITIO. No. quod in seruis quo ad matrimonium impediēdum etiam post manumissionem dicitur cognatio, vt d. §. illud, quia etiam dicitur esse affinitas, vt d. §. seruiles Ang.

¶ Sed nūquid dn̄s ex sui p̄sona succedit cognatis serui? Respon non, vt hic dr̄. Accur. † *ADDITIO.* Not. ergo non acquiri domino ab intestato sicut ex testamēto: & est ratio, quia ius solum defert hæreditatē ab intestato, secundum quod seruus nihil est leg. qd attinet. ff. de reg. iu sed ex testamēto defert voluntas testantis, quam ius sequitur. Aliud tamē est in monacho, & monasterio, vt l. Deo nobis C. de episc. & cler.

† Similis glo. est in d. l. seruus, C. com. de success.

f ¶ *Nostra tempora.* Loquitur Iustinianus.

g ¶ *His.* s. parentibus.

h ¶ *Ipsi.* s. parentes.

i ¶ *In seruitute.* i. donec serui erant.

k ¶ *Peruenerint.* Scilicet parentes.

l ¶ *Veniant.* aliud si liber factus seruum iterum

rum

rum manumittatur, vt ff. vnde cog. l. is qui. contra.

SYL. ¶ Secus si restitutus. §. seruus. supra de capi. dimi. & declarat glo. in d. l. Is qui.]

¶ Et supra de capi. dimi. §. quod autem, quia est ibi, quod ibi annotauimus. Sed nunquid etiā iste, qui est in l. is qui. hodie succederet ei naturali causa inspecta, vt C. de suis, & legitimis hæred. Authen. In successione? Respond. non, secundum Ioann. quia prætor naturalem causam intuebatur, & tamē non vocabat eum, vt dictū est. Item contra. Cod. de suis, & legitimis. leg. ex libera, Solu. † hic nouum ius. Vel ibi loquitur, quādo nec de facto erat matrimonium.

† *Hæc non est bona, q. a non apparet expressè de correctio* SYL*ne, vt arg. leg. præcipimus ff. C. d. app. Ang.*

¶ Hæc gl. sem per allegatur, quod spurius natus in figura matrimonij, licet de facto, pōt legitimari p subsequens matrimonium, secus si nullomodo etiā de facto erat: d quo per Ang. hic.

¶ Vel ibi quo ad honores loquitur. hic quo ad successiones.

sed etiā alterū in alterius successionem[a] mutuam vocauim[9], ex illa lege[b] specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt, siue vnà cum alijs, qui post libertatem parentum cōcepti sunt: siue ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex alijs nuptijs, ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptijs procreati sunt.

¶ *In successionibus ab intestato primo vocātur sui hæredes, & ij, qui inter suos nominantur: qui etiam remotiori gradu constituti præcedunt omnes ascendentes, vel collaterales, etiam proximiores. Aretin.*

¶ Repetitis itaque[c] omnibus, quę iā tradidim[9], [d] apparet nō semper eos, qui parē gradū cognationis obtinēt, pariter vocari: eoq. amplius, † nec eum quidē, qui proximior sit cognatus, semper potiorē esse. Cū enim prima causa sit suorum hęredū, & eorum, quos inter suos hæredes enumerauimus,[e] apparet pronepotem, vel abnepotē defuncti potiorem esse, quam fratrem, aut patrem, matremque defuncti: cum alioquin pater quidē & mater, (vt supra quoq. tradidimus) primū gradū cognationis obtineāt, frater verò secundū, pronepos autē tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest ī potestate morientis fuerit,[f] an nō, qđ vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex femineo sexu [g] propagatus est.

¶ *Post suos vocantur agnati, & post agna-*

a ¶ *In alterius successionem*, id est pa rentes liberis, & econtra, excluso patrono: & hoc secundum omnes. Item libertum vnum a'teri eidem fratri suo: & ita frater liberti præfertur patrono: & hoc secundum quosdam, vt hic, Sed Ioannes contra: præfert enim patronum fratri, vt ff. de bonis liber. l. liberto, & ff. de suis & legitimis. l. intestato. & infra titulo primo, paragr. sed nostra, versic. fin autem fine.

¶ Hæc opin. Ioann. communiter tenetur, vt per Ang. hic, ratio est, quia patronus, si legitima ei non relinquatur, habet contra rab. & potest impugnare iudicium liberti, quod nō est in fratre, §. soror. sup. de inofficio. testa. SYL.

b ¶ *Ex illa lege*. Scilicet supradic. Græca.

† *aliàs ne.*

¶ Repetitis: ita que.

¶ CASVS. Difficultatem faciebat in hoc text. regula generalia tradita in § si plures, sup. de leg. agn. success. vbi habes, quod prior in gradu est potior in successione, sed hic cōtrarium dicitur, q. a regula prædicta procedit cęteris paribus, & in ijs qui eiusdem sunt ordinis: sed quia causa successionis prima est liberorū, mox ascēdentium, tertio transuersaliū, nec datur aditus ad secundā causam nisi deficiente prima, non potest habere locū regula nisi ī existentib. in eadē causa successionis. & ita declara loco casus.]

c ¶ *Repetitis itaque.* Hic §. communis est ad omnes tit. sup. hoc lib. 3. positos: & Ide in sequēti pro xim. §. sic, & alias supra de successio. cogna. §. vlt. & ad Orph. §. fin.

d ¶ *Tradidimus*. A princ. 3. lib.

e ¶ *Enumerauimus.* Vt curię datos & emancipatos. vt sup. de hæred. quæ ab intest. §. 1. & §. emancipati.

f ¶ *Fuerit*. Hoc subdiuiditur.

g ¶ *Ex fœmineo sexu*. Qui tamen cum diminutione tertiæ partis succedit huius legis tempore, supra de hæred. quæ ab intestat. §. item

tos vocantur cognati proximi, exceptis fratribus, & sororibus emancipatis: qui licet cognati sint, tamen cęteros agnatos vlterioris gradus excludunt. Aretinus.

¶ Amotis [a] quoque suis hæredibus, & quos inter suos hæredes vocari diximus, agnatus, qui integrum ius habet [b] agnationis, etiam si longissimo † gradu sit, plerũq. [c] potior habetur, quam proximior cognatus, Nã patrui nepos, [d] vel ,p-nepos, [e] auũculo, vel matertere [f] præfertur, [g] Toties [h] igitur dicimus, aut potiorẽ haberi eũ, qui proximiorẽ gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos: q cognati sunt, quoties neq. † suorũ hęredum, quiq. inter suos hr̃des sunt, neq. agnationis iure aliqs præferri debeat secundũ ea, quę tradidimus, [i] exceptis [k] fratre, & sorore emãcipatis, qui ad successionẽ fratrũ, vel sororum vocantur: qui & si capite diminuti sunt, tamen præferũtur [l] cæteris vlterioris gradus agnatis.

¶ *De successione libertorum.*

¶ *Olim patronus habebat ex leg. 12. tabularum ius in bonis liberti solum ab intestato, nullo suo hærede relicto. Ang.*

item vetustas. vers. Diui. hodie sine diminutione, vt in Auth. de trien. & semis. §. necnõ.

SYL.

m ¶ *Prius est. Ex contractu.* propriè ponitur, quo ad illos contractus, vbi hinc inde nascitur obligatio impropriè quo ad alios, vt ff. de verb. signi. l. Labeo. 2. sic. ff. si cert. pet. l. certi condictio. in princ. & de offi. proc & leg. l. 2.

ADDITIO. Not. appellatione contractus intelligi propriè cōtractū vltrò, citròq. obligatorium. Ex quo dixit Bald. quod si statuto caueatur, quod qui nō petierit debitum ex contractu infra decem annos, cadat à iure suo, non habet locum in creditore ex mutuo, quia ille non est propriè contractus, cum solum recipiens obligetur, non autem numerans. Christoph.

n ¶ *Æque*. vt sup. Accurs.

o ¶ *Re contrahuntur*. vt inf. tit. prox.

p ¶ *Verbis*. vt infr t. t. 2. vsque ad tit. de lit. obligat.

q ¶ *Literis*, vt inf. de lit. oblig.

† Cōtractus obligatio, & actio differūt.

r ¶ *Consensu*. vt inf de oblig. ex consen. cum seq. tit. Sed quæ est differētia inter actionē, & obligationem, & contractum? Respond.

con-

contractus est verborum conceptio, vel cõsensus, vt patet. ff. de verbo. obliga. l. stipulationum. §. stipulatio & est facti, vt ff. de cur. fur. l. consilio. in fin.

¶ Adde, quod non est verum, conceptionem verborum esse qualitatem, & formam essẽtialem omniũ contractuum, sed illorũ tantum, qui verbis perficiuntur, vt stipulatio, nam aliorum essentialis forma est cõsensus, aut res, aut literæ, vt hic dicitur, & verba in eis interueniunt. vt causa instrumentalis accidẽtalis, & ideò sine eis esse possunt. l. 1. in tit. ff. de iure dotium & declarat hic Ang. & no. quod illa verba posita in glo. vel consensus, non sunt Accursij, sed sunt additionalia. & imperfecta, quia consensus sine alia forma non diceretur contractus eo modo quo hic accipitur, sed esset conuentio, seu pactum simplex. l. 1. ff. de pact.]

¶ Obligatio est, quæ inde nascitur, vt arg. ff. si cert pet. l. 2. circa finem. Actio est quod postea inde surgit, & sic nullum est alterum vt ff. de proc. l. licet. §. ea. & inf. tit. 2. in pr. & hæc duo sunt iuris, vt in diffinitionibus patet.

** Hinc fluxit quod vulgò iactatur. Ex contractu actionem dari, ex obligatione verò nasci.]

¶ Quibus modis re contrahitur obligatio.

Continuatio. Diuisio. Continuatio istius titu. ad præcedentem patet, sup. ti. prox. in fi. Aret.

RE contrahitur ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit de mutuo. Secundò de indebito soluto. Tertiò, de cõmodato. Quartò, de deposito. Quinto, de pignore dato. Secunda ibi, in § is quoque. Tertia ibi, Item is. Quarta ibi, Præterea. Quinta ibi, in § Creditor quoque.

¶ Re contrahitur. ¶ CASVS. non est aliter figurandus, cũ stetur in declaratione terminorum. Declarat enim, qualiter re obligatio contrahatur, & in quibus mutuũ consistat, & ad quid detur, & vnde dicatur, & quæ actio ex eo nascatur. Not. mutuum re contrahi. Item, quod res existentes in pondere, numero, vel mensura, tunc illæ, in quibus mutuum consistit. Item, quod in his rebus ita demum mutuum contrahitur, quando dantur ad pondus, numerum, vel mensuram, & hæc est forma antecedens ipsius. Item in prædictis rebus non contrahitur etiam mutuum, nisi ita dentur, vt accipientium fiant, & hæc est vna ex causis finalibus ipsius. Item in prædictis rebus similiter non contrahitur mutuum, nisi ita dentur, vt factæ accipientium non eædem reddantur, sed aliæ non diuersi generis, sed eiusdem, & hæc est alia finalis causa eiusdẽ. Itẽ qui mutuum accipit debet rem eiusdem generis æquè bonam reddere. Item nota mutui etymologiã. Item, quòd ex contractu mutui oritur certi condictio.

¶ Quib modis re contrahitur obligatio.

¶ *Obligatio ex mutuo contrahitur re, & in ijs rebus, quæ põdere, numero, vel mẽsura consistunt. Et dicitur mutuum, quia de meo tuum fit. Angelus. Aretin.*

RE contrahit[a] obligatio, veluti mutui datione. Mutui[c]

a ¶ *Re contrahitur.* inprimis nota vestiri pactum id, quod est nudum. 6. modis (1) Re, vt hic; Verbis, vt inf. tit. 1. Literis, vt inf. de liter. oblig. Consẽsu, vt inf. de oblig. ex consen. Cohærẽtia cõtractus, vt si iuxta contractum apponatur aliquod pactum ante, vel post, vt C. de pact. l. petẽ, & ff. de pact. l. iurisgen. §. quinimmo. Item interuentu rei, vt in cõtractibus innominatis, ex quibus nascitur actio demum re secuta, vt C. de rerum permu. l. ex placito. *Pactum nudum sex modis vestitur.*

¶ Adde, quod ille text. non probat nisi à cõtrario sensu, bonus text. in l. 1. §. itẽ emptio in 2. resp ff de rer. permu.] *SYL.*

¶ Sed quid differt ea, quæ vestitur, ab ea, quæ interuentu rei vestitur? Resp. prima habet vestimentum, & robur statim, cum nascitur, nam tacitè agitur, vt reddatur mutuũ, vel commodatum, ff. si cert. pet. l cum quid. sed in alia nudum forte postea, quando res traditur, C. de pact. l. petẽs. & C. de re. permu. l. ex placito. Et addε duos modos, vt nor. d. §. quinimmo, scilicet quando vestitur legis auxilio, quod est, quoties nudum pactum actionem parit, vt in donatione, vt ff de pactis. l. legitima. Item rei principiò, vt in pollicitatione facta reipublicæ, vt ff de poll: c. l. 1. Accursius.

ADDITIO. Item vestitur pactum auctoritate legis, vt C. de donat. l. si quis argẽtum, sed iste modus comprehenditur sub prædictis. Item iureiurando, vt ff. de ope. libe. l. vt iurisiurandi.

¶ Adde secundum Ias. in l. iurisgent §. quinimmo in 6 col. ff. de pact. quod vestitur eriã cohærentia voluntariæ traditionis. l lege. C. de pact. Item implemento cõditionis. l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. * Et de istis vestimentis vide Fortu. in d. §. quinimmo col. 24. vbi latè hanc materiam persequitur.] *SYL.*

ADDITIO. (1) Et dicitur pactum nudum, quod stat in puris finibus cõuentionis, alias si transit in proprium nomen contractus, vel formam, seu solennitatem, vel causam, per quam robur, & efficaciam assumit, erit vestitum. Ang.

** Pactum nudum quod dicatur, colligitur ex l. si tibi. C. de loca. & cõd. vbi est pulcherrimus text. ad hoc.

b ¶ *Mutui.* Nota, quod quatuor debent

 esse

In Mutuo quatuor sūt necessaria.

esse in mutuo. Natura, vt ad hoc sit inuenta, vt mensuretur, vel ponderetur, vel numeretur, sicut est in pecunia. vt ff. de contrahen. empt. l. 1. Item consuetudo. Item aptitudo, vt ad numerum, vel ad pondus suę naturæ aptetur. Itē actus, scilicet vt detur secundum naturam suā, nam si dedero pecuniā in sacculo non numeratam, vt tantumdem reddas, non erit mutuum, sed innominatus contractus. Vide hos casus. ff. si cert. peta. l. 2. §. 2.

rò, quandoque, pro quandocunque vsurpetur extant exempla. l. res. de iu. do. l. si vini. de vsufru. ea. re. & alibi passim.]

f ¶ *Qualitatis*, idest bonitatis, quod tacitè semper præsumitur agi. vt ff. si cert. peta. l. cū quid, §. 2.

g ¶ *Vnde*. Quia fit accipiētis. Accur. *Mutuū vnde cōponitur.*

h ¶ *Tuum fiat*. Componitur enim ex integro & corrupto, vt hic, & ff. si cert. pe. l. 2. §. appellata. Et no. quòd licet deseruite nomini, ea nomina debet esse consonātia rebus, vt supra de don. §. est & aliud. Et no. reconcillari mutuū tribus modis, vt no. ff. si cer. pe. l. 2. §. 2. & infra eo. § itē is. in glo.

¶ Adde, quod ex æquitate quandoque, & ex causa mutuum contrahitur, licet non fiat de meo tuum, cuius exemplum ponit Deci. in l. cum filiusf. propè fin. ff. eo. Sed quid si res ita detur, vt fiat accipientis, vt tamen eadem reddatur? vide Alc. libr. 2. Parad. cap. 21. *† Facit ad hunc §. c. vlt. cum glo. 1. ante me. ext. de sol. vbi optima gl. in materia repetitionis indebiti.*

autem † datio in ijs rebus consistit, quæ pondere, [a] numero, mensurave cōstant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ere, argento, auro, quas res, aut numerādo, [b] aut metiendo, [c] aut appendendo [d] in hoc damus, vt accipientiū fiant. Et † quandoque [e] nobis non eædē res, sed aliæ eiusdem naturę, & qualitatis [f] redduntur. † Vnde [g] etiam mutuū appellatum est, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat, [h] & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur condictio. [i]

† aliàs quoniā. *† aliàs inde.*

¶ Si soluitur nō debitum per errorem, re cōtrahitur obligatio, sicut ex mutuo, pupillus tamen sine tutoris auctoritate non obligatur. Aret.

¶ Is † quoque, qui nō debitum accepit ab

a ¶ *Pondere*. ff. si certum petat. leg. 2. §. item mutuum contra Solut. ibi latè accipitur nomen pecuniæ, vt ff. de leg. 1. l. talis. Accur.

b ¶ *Numerādo*. Vt pecuniam.

c ¶ *Metiendo*. vt vinum, oleum, frumentum.

d ¶ *Appendendo*. Vt ære, & argento, & auro. Sed quid si librum ad pondus dedero? Respond. non est mutuum, quia consideratur consuetudo, & aptitudo, & natura rei talis. sic. ff. eod. l. 2. §. Item quid si pecuniam in sacculo, vt speciem? Respond non est mutuum, quia actus mutuo similis exigitur, vt ff. de leg. 1. l. plane. §. 2. *Consuetudo & aptitudo in mutuo sunt cōsiderandæ.*

e ¶ *Et quandoque*. incidenter enim quandoque eadem, quia non indiget ea, vt arg. ff. si cert. pet. l. qui pecuniam, sed cum accipit, eius debet esse propositi, vt aliud reddat, vt ff. si cert. pet. l. 2. in princ. Accur.

¶ Adde, quod semper placuit intellectus Decij in l. 2. ff. eod. quod intelligamus quandoque, idest aliquo tempore, per text. in l. res in dotem. ff. solut. mat. qui tamen fuit antea Fulg. in d. l. 2. *facit leg. 1. in §. 1 ff. quod quisque iur.]

SYL. * ¶ Aut. Aug. lib. 3. emend. c. 7. hunc locum ita ex antiquis codicibus legendū, & distinguendum ait. Quas res, aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientiū fiant, & quandoque nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturę & qualitatis reddantur. inde etiam mutuum appellatum est. interpretaturque, quandoq. pro quandocunque, hoc est, quandocunque reddendæ sunt, ita reddantur. quam scripturam, & interpretationem comprobat etiam auctoritate, tum Caij, tum Pauli. Quod ve-

ADDITIO. Quibus adde duos alios modos, scilicet propter superuenientiā dominij in mutuantem ex causa de pręterito, vt l. proinde, ff. si cert. pet. Itē ratihabitione secuta, vt l. si procurator, ff. de cond. indeb. & hæc vera in mutuo mere naturali, aliàs in mere ciuili cursu bienij. Item ciuile, cui natura cooperatur, reconciliatur stipulatione, siue præcedat, siue sequatur, vt per Ang. hic.

i ¶ *Condictio*. Scilicet certi specialis, quæ de mutuo datur, quæ appellatur à quibusdam, Si certum petatur, vt ff. de triti. l. 1. [Sed dic, quod condictio certi ex mutuo specialis dicatur. Est & alia generalis, quæ datur ex omni causa, & omni contractu, ex quo certum petitur, vt ff. eod. l. certi condictio. in princip. *Condictio certi specialis. Condictio certi generalis.*

¶ Hæc opin. communiter approbatur in leg. certi condictio. in princip. ff. eodem, quamuis vltramon. tenuerint vnam esse certi condictionem.] SYL.

¶ Sed numquid ad interesse datur certi condictio? Quidam dicunt, quod non, vt ff. si quis in ius voc. non ie. l. fi. Nos dicimus quod sic, & quod d. l. dicitur, incerti condictio, dic, idest certi condictio, quæ datur ad interesse, quod est incertum, & est ratio, quia licet prima

prima facie sit incertum, certificatur tamen per iudicem, vt Infra de actio. §. curare. † secus si ad factum. quia etiam in sententia nō certificatur quātitas, vt ff. de verb. obl. l. vbi autem. §. quid quod. & ff. de re iudic. l. siquis ab alio. §. fin.

† Et pro hoc allegat Ang. hic casū in l. 2. Cod. de inutil. stip. Non est n. in potestate actoris quātitas inter esse, sed spectat ad iudicē.

eo, qui per errorem[a] soluit, re obligatur: daturque agenti cōtra eū propter repetitionē cōdictitia actio.[b] Nam† perinde ei,[c] & ab eo[d] condici potest, si apparet[e] eū dare oportere, ac si mutuū accepisset.[f] Vnde pupillus,[g] si ei sine tutoris auctoritate indebitū p errorem datū est, non tenebitur idebiti cōdictione, non magis q̃

† aliàs perinde ab eo condici potest. aliàs p inde ei cō dici, &c.

¶ Hæc opin. communiter tenetur in d. leg. certi condictio. in princip. quando interesse petitur simpliciter.

¶ Is quoque. ¶ *CASVS*. Quærebatur, an aliter re cō traheret obligatio, quā ex mutuo & respondetur quod sic, ex receptione indebiti soluti per errorem, cuius tamen contrarium videbatur, tum quia qui soluit magis distrahere Intendit, quam contrahere: tum quia non soluit animo sibi obligandi Illum: vnde non videtur, quod aliquo modo possit nasci obligatio sine consensu. Tamen contrarium dicitur, eo quia solutum est per errorem & sponte, obligatio autem, sicut in quolibet quasi contractu, subintelligitur a l. & oritur ex Ipsa re soluta, Nota quando quis obligetur ex indebito recepto. Item, quod soluenti datur condictio indebiti. Item, quod valet argumentum de mutuo ad indebitum. Item, quod pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur. Item, quod licet solutio indebiti effectu producat obligationem, quæ ipso effectu considerato dicitur obligatio ex contractu, tamen Inspecta intentione agentium talis actus non est contractus, sed distractus.]

a¶ *Per errorem*. Aliud si ex certa scientia, vt ff de cōdict. indeb. l. 1. & ff. de reg. iu. l. cuius per errorem, & C. de iuris & fac. ignorant. l. cum quis. Accurs.

* ¶ Adde, idem esse licet sciens indebitum soluit hac mente. vt postea repeteret, l. quod quis. ff. de condict. indeb.

Item intellige, hoc loco agi de errore facti, non iuris, l. si per ignorantiam, & l. seq. Cod. eodem.]

ADDITIO. Ex quo not. modum concludendi esse, quod indebitum soluit per errorē iuris, vel facti, prout fuerit: & est necesse hoc exprimere: nisi qualitas personæ agētis esset causa dandæ condictionis, vt in pupillo, in demente, vel furioso, Ang.

Condictio indebiti ad quid datur.

b ¶ *Condictitia actio*. Id est condictio indebiti, quę datur propter indebita soluta si facta sint accipientis, vt ff. eodem. l. indebiti. §. primo

STL.

¶ Condicuntur enim respectu dominij quatenus dominium translatum est, l. si pęnæ, paragr. si falso. digest. de condictio. indebit. & ibi gl.]

¶ Aliàs nulla condictio datur, nisi dominium sit translatum, vt ff. vsufruct. quemadmo. ca. l. fi. & infra de actio. §. sic itaq. & §. appellamus.

STL.

¶ Intellige rationem ipsius. d. ll. nam ratione possessionis translatę cōpetit condictio d. leg. indebiti §. sed & si nummi vbi vide Bart. in primo not. leg. omninò, ff. de cond. indeb. qui enim acturus est condictione idebiti, si diffidit de probatione dominij, debet petere tantummodo possessionem, & libellum de possessione sola concipere.

¶ Item ad augumenta naturalia, vt ff. eo. l. indebiti, non ad ciuilia, vt C. eo. l. 1.

¶ Intellige, nisi debitor ageret de lucro ciuilis accessionis: nam ad accessiones, in quarum præstatione non agit de damno vitando, tenetur. d. §. sed & si nūmi. vers. sic. sed & si possessionem.

¶ Et in quantum locupletior est accipiens, si bona fide percepit, vt ff. eodē. l. si nō sortem, §. libertus, alias si sciens acceperit, in totum, vt ff. eod. l. in summa. §. si seruum, & quandoque furti, vt ff. de cond. fur. l. quoniam. Vel dic vt ibi.

c ¶ *Ei*, cui solutum est.

** Similis locutio est inf. quod cum eo. §. fina. Est autem condicere idem quod repetere.]

d ¶ *Ab eo*. f. qui soluit.

e ¶ *Si apparet*. Si, id est quia. Sed videtur hic dici, quod primo appareat indebitum, & sic probetur, antequam actio proponatur. & ita ante litem contestatam: quod est falsum, nisi In casu, vt C. de testi. in authen. si quis. Sed respond. hoc verbum, potest, quod hic est, intelligitur cum effectu, scilicet vt condemnetur reus.

* ¶ Adde, hæc verba, si apparet &c. esse verba veteris condicendi formulæ, & ideò oricos. siue enuncupatiuè accipienda sunt: sicuti & Theophilus innuit.

f ¶ *Accepisset*. Vnde tenetur nisi In casibus: vt si soluitur ex causa, quæ inficiatione crescit, vt C. eodem. l. ea quæ. Item ex causa pietatis, vt ff. eodem l. cum is, §. si mulier.

Item trāsactionis, vt ff. eodem l. in summa. Item rei iudicatæ, vt C. eodem, l. 1. Itē scientiæ, vt ff. eodem, l. 1. & hic dicitur. Item iuramenti, vt infra de actio. §. item si quis postulante. Et aliàs vt no. inf. de oblig ex quasi contract. §. fi. & etiam in l. eleganter, §. fi. ff. de cond. indebi.

g ¶ *Vnde pupil.* Sed si pupillo solueris indebitum per errorem, credens teneri, non poterit

contra

contra pupillum agere condictione indebiti, nec certi condictione ex mutuo, sed ista obligatio non videtur ex condictione descendere: quia soluit pupillo per errorem.] ¶ Hæc est inepta additio, quam dispungere tamen noluimus, sed aduertere.]

a ¶ Adde, quod illa io quam facit hic imp. pendet ex particatione mutui, & indebiti soluti superius facta.]

a ¶ *Mutui* quia neutra, nisi sic factus locupletior.

b ¶ *Datione.* Sed qualiter tenetur ex mutuo? † Distingue, aut est infans & tunc nullo modo tenetur, † vt ff. eodem, l. quod pupillus, & ff. de action. & obligat. l. pupillus.

† Vide simi. gl. in l. pupillus. ff. de reg. iur. & SYL. in l. 1 ff. de noua. † scilicet SYL. actione ex contractu, non etiam ad exhibendum: tenetur tunc condictione sine causa, vel ad exhibendum vt l. 3. in pr. ff. secundum Angel. hic.

¶ Adde idem in proximo infantiæ, §. pupillus, inst. de inut. stip & communiter tenetur.] ¶ Aut maior infante & tunc si tutori promittat, nullo iure debetur, vt ff. de auctor. tut l. pupillus.

¶ Ratio est, quia l. prohibet, & resistit d. l. pupillus. vnde nec naturalis nascitur, vt not. in l. cum lex. ff. de fideiuss. & est communis. ¶ Si alij promittat, & sine tutore, naturaliter tantum tenetur, vt ff. de noua. l. 1. si cum tutore, etiā ciuiliter & naturaliter obligatur: sed restituitur, vt ff. de auct. tut. l. impuberes, & C. si tut. vel cur. inter. per to.

¶ Intellige in actibus, in quibus tutoris auctoritas sufficit: secus in contractibus tenuui prohibitarum alienati sine decreto. sunt. n. ipso iure nulli etiam interueniente tutoris auct. l. & si t. l & si prædium, C. de præd. mi. & dum dr restitui. dic quod hoc est verum, si læsus sit, etiam si interuenisset auctoritas iudicis, l. si quidem, 2 resp. C. de præd mi.]

¶ Et in adulto habente curatorē idem quod in pupillo, vt C. de in integr. restitut. min. l. si curatorem. aliter, id est si curatorem nō habet ciuiliter & naturaliter tenetur, (1) sed restituitur, & hæc omnia sunt vera, nisi factus sit locupletior.

¶ Aduerte tamen, quod quando, l. resistit contractui, vt dictū est, sup. licet locupletior factus teneatur ciuiliter, & naturaliter, tamen contractus a princ. fuit nullus, nec produxit aliquam obligationem, etiam naturalem; & consequenter non potest tractu tēporis conualescere. vnde obligatio in d. casibus nō pt dici descendere ex cōtractu, sed est fundata super l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. in alijs verò casibus, quia actus a princ. non est nullus, potest conueniri actione ciuili ex illo contractu, l. 3. in princ. ff. com. In prædictis verò agetur ad exhibendum, l. 2. eod. tit. aut condictione sine causa, l. 1. vlt. respon. de cond. sine causa.

¶ Vel quia fit salua pecunia, vel in aliā rem versa, vt ff. de sol. l. in pupillo. tunc enim tenetur & ciuiliter & naturaliter, & cum effectu vt, ff. eod. leg. naturaliter, §. fin. & l. seq. & ff. com. l. 3. His ergo eisdem modis & de indebito tenetur, vt hic dicitur. Et nota similitudinem inter mutuum & indebitum, quod valet ad multa, vt ff. eodem leg. dum indebiti, §. primo & secundo. vbi reconciliatur indebitum eisdem modis, quibus mutuum.

mutui[a] datione.[b] Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu[c] consistere: cum is, qui soluendi animo dat, magis velit negotium distrahere, quam contrahere. ¶ *Qui recipit commodatum obligatur re: & differt à mutuo, quia in commodato non transfertur dominium, nec tenetur de casu fortuito, nisi culpa eius præcedat casum: & hoc si gratis concedit, aliàs si cum mercede, esset locatio vsus. Aretinus.*

c ¶ *Ex contractu*, nec est, immo ex quasi contractu, vt instit. de oblig. ex quasi contract. §. item is. Aliquid tamē tacite geritur, propter quod est positus hic casus inter obligationes ex contractu, vt ff. eo l. si in area 1. resp. & ff. com. l. si is qui. §. vlt.

¶ Aduerte, quia gl. non videtur intelligere, nam verum est, quod in solutione indebiti tacitè nascitur obligatio, non tamē ex tacito negotio, seu expresso, d. l. si in area, de quo videnda essent, quæ subtiliter cōsiderat Fort. in l. 1. § 1 in 4 no. ff. de pact. SYL.

¶ Item is cui. ¶ *CASVS.* Quærebatur, an cōmodatarius, qui re quoq. obligatur, teneretur,[a] mutuo accipiēs, & videbatur quod sic: vterque enim re obligatur: vtriq. res traditur: & vterque de restituenda tenetur: & ita sit gratia mutuatarij mutuum, sicut commodatum gratia commodatarij. Respondetur tamen contrariū, quod immo mutuo accipiens tenetur de casu, de quo commodatarius nō tenetur. Item quia in mutuo transfertur dominium, in commodato non; & sic in effectu in hoc tantum distat, teneri enim vel nō teneri, de casu, hic est effectus dominij, quia res perit dño. l. incendium, C. si cert. petat. & hæc sint loco positionis casus: in declarationibus enim tertium notum non solet figurari. No. quod finalis causa cōmodati est datio vtēdi gratia. Item, quod cōmodatarius re obligatur, & tenetur actione commodati. Item quod dominiū non transfertur in commodatarium. Item quod tenetur ad idē indiuiduum restituendū. Item, quod mutuatarius tenetur de casu, commodatarius de omni culpa. Itē quod qui culpam in alienis rebus committit, non excusatur, quod in suis sit ita solitus versari. Item, quod commodatarius tenetur de omni casu contingente propter SYL.

culpam

culpam suam. Item, quod de forma essentiali commodati est liberalitas, & vt gratis dei. Item, quod conuentio rei ad vtendum dandę mercede in pecunia cōstituta est locatio: in alia verò re, quam pecunia, est contractus Innominatus, l.1.§.si quis seruum, ff.deposi. Item incendium computari inter casus fortuitos. Itē quod qui alias non tenetur de casu, si culpa sua incidat in casū, tunc tenetur etiam de casu.]

pete declarat Bar. in d.l.3.§.si reddita.]
** Declara gl. procedere, nisi sit deterior facta siue culpa commodatarij, illa vtendo ad id, quod fuit commodata, vt ait pulcher tex. in l.vlt.ff.commod.]

¶Item is, cui[a] res aliqua vtenda datur,[b] id est commodatur; re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longe distat. Nāque[c] non ita res datur, vt eius fiat:[d] & ob id de ea ipsa re[e] restituenda[f] tenetur. Et is quidem,[g] qui mutuum accepit,[h] si quolibet fortuito casu amiserit, quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio,[i] aut latronum, hostiumve incursu, nihilominus obligatus remanet. At is, qui vtēdā accepit sanè quidē exactam[k] diligentiā custodiēdę rei pstare iubetur:

a¶ *Item is cui.* q.d. nō solum in duobus superioribus casibus. s. quādo aliquis accipit mutuum, vel quando accipit indebitum, obligatur re, sed etiam in hoc casu. Accur.

g ¶ *Et is quidem.* Secunda differentia.

h ¶ *Mutuum accepit.* Hic nota, mutuū esse triplex. Naturale tantum scilicet quādo fit numeratio sine stipulatione de soluendo. Ciuile tantum, quando stipulatio interuenit de soluendo sine numeratione. Ciuile & naturale, quādo numeratio & stipulatio interuenit, vt ff. si cer.pet.l.2. Item nota, quod deficit mutuum ratione vt in fine, vt ff. eod. l 2 §. mutui. & §. appellata, & ratione personæ, vt ff. si cert. pet.l.si à furioso, & ratione dissensus, vt ff. si cert.pet.l.si ego pecuniam, & l. si & me, & Titium. Reconciliatur † autem mutuum consumptione, vt ff. si cert. petat.l.nam & si fur. stipulatione, vt C. si cert. pet. l. quamuis. vsucapione, ad instar alienæ pecuniæ datæ in dotem, vt ff. de iure do. leg. Proculus.

Mutuū est triplex.

Mutuū deficit tripliciter.

Mutuū reconciliatur pluribus modis.

SYL.

¶ Adde, quod hæc non est glos. Accur. sed additio transferens importunè materiam mutui ad hunc locum.]

†Similis gl in §. nunc. in ver. cou et sup. quib. a- lie. lic.

** Adde, quod consumptio fieri intelligitur non solum expēdendo, sed etiam immiscendo cum alijs, glos §. nunc ver. cōsumpti supra quibus ali. li.]

i ¶ *Naufragio.* Hic not. fortuitos casus melius quā in aliqua lege sic enumerantur aliqui casus. C. de pig actio. l quæ fortuitis.

¶ Adde meliorem tex. in l.in rebus. in princ. ff. eodem.

SYL.

K¶ *Exactam.* † Aliàs exactissimam: & sit ponitur positiuus pro superlatiuo.

†Similis est gl. in l i re C. mand.

¶ Adde, quod aliqui tex. emendati habent, exactam. Expone ergo diligentiam exactā. id est solertiam, non vulgarem, neq. mediocrem, sed hominis diligentissimi, diuersimodè ergo accipitur hic & Infr. eodem. §. si. vt ibidem dicit gl. & pro litera, quæ hēt exactissimam, est tex in l.1 §. is verò qui. ff de actio. & oblig. vbi ponūtur verba tex. nostri & dicitur, exactissimam.]

¶ Et distingue, quia interdum solus dolus venit in commodato: vt si commodo vxori meæ, vt compta veniant ad me. vt ff. co. l. si vt certo. § nunc videndū, & §. interdum. Quandoque dolus, & culpa leuis, vt si commodo

Ista gl. non est Accur.

b¶ *Datur.* Id est traditur, quia dare est dominium transferre, vt l. vbi autem. §. fin. ff. de verbo. oblig. & infra de actio. §. sic itaq. quod non fit in re commodata. Christoph.

* ¶ Non ab re addidit Impe. hæc verba. i. commodatur, ne fortè intelligeremus de precario, quod est simile commodato, nam & qui precario concedit, rem vtēdam permittit, sicut & commodans: & vterq. sic tradit, vt non faciat rem accipientis l.1. ff. de preca. Differunt tamen in multis, vt in annotat. Accur. ibi, & inter alia in hoc, quia precarium reuocari potest quandocunque, cōmodatum autem non, nisi expleto vsu, in que conceditur. l. in cōmodatum, § sicut, ff. comm. sufficit tamen tantum temporis præterijsse, quo potuerit perficere vsum, ad quem fuit commodata, etiam si inciderit impedimentum, vt ibidem no. Bart. post gloss. Item commodatum debet esse gratuitū, & datur ad certum vsum etiam tempore siue exprese, siue tacitè præfinitum: quod nō est in precario, quod conceditur ad libitum cōcedētis. Bar. d.l.1. & Deci. l. contractus. de reg. iur. Vnde non male diffiniunt quidam, commodatum esse gratuitam rei concessionem ad certum vsum tempore limitatum, vt mox ipso vsu finito eadē res eiusdē qualitatis reddatur.]

c¶ *Namque.* Prima differentia inter mutuum & commodatum.

d¶ *Vt eius fiat.* Quod est in mutuo.

e¶ *De ea ipsa re.* Quod non est in mutuo.

f ¶ *Restituenda.* Etiam non deteriore: aliàs non videtur reddita: vnde tenetur ad interesse, vt ff. com. l.3 §. si reddita.

¶ Qua autem actione prosequi debeamus interesse deteriorationis, & libellum conci-

modo

modo tibi scyphum, vt communes amici inuitentur ad cęnam, vt ff.eod.l.in rebus, §. hoc ita interdum leuissima, & hoc generaliter, vt hic. Interdum, casus, vt si culpa pręcedit casum, vt hic sequitur, & ff.eo.l. in rebus, in princip. vers. alioquin.

& dominium non transferebatur, quo tamē non obstante cōtrarium dr̄ ratione allegata in text. & quia commodatum fit gratia cōmodatarij, depositū verò gratia deponētis. No. quòd ad essentiā depositi requiritur res

Commodatarius de quibus tenetur.

ADDITIO. Si quæratur, an commodato commodatarius teneatur de dolo, lata culpa, vel leui, dic ex mente doct. in dicta leg. si vt certe, quòd si cōtractus celebratur gratia dantis, tunc recipiens tenetur solum de dolo & lata culpa. Sed si gratia recipientis tantum, tunc tenetur de dolo & omni culpa, sed non de casu fortuito, nisi culpa pręcedat casum, vt hic. Si gratia vtriusque tunc de dolo, & lata culpa, & leui. Quid si res commodata sit æstimata, antequam commodetur? Dic quod æstimatio semper addit vnā speciem obligationis primæ, vt per gl. & Bart. in d.l. si vt certo &c. secundum Iac. & Christoph. Porcum.

† Vis maior q̄ sit, enarrat Bud. in Ann. ad Pād. in leg. si merces, § vis de loca. Graci vocāt re cubian.

nec sufficit ei[a] tantā diligentiā adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterat eam rē custodire: sed propter † maiorem vim, maioresve casus[b] nō tenetur: si modò non ipsius culpa is casus interuenit. Alioquin si id, quod tibi commodatū est domi peregrè tecū ferre malueris, & vel incursu hostium, prędonumve, vel naufragio amiseris, dubium nō est, quin de restituēda ea re tenearis. Commodata autem res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede[c] accepta, vel constituta res tibi vtenda data est: alioqui mercede interueniente, locatus tibi vsus rei videtur: Gratuitū enim debet esse commodatum.[d]

¶ *Depositarius obligatur re, & tenetur de dolo. h.d. Aret.*

¶ Preterea[e] & is apud quē res aliqua deponitur[f], re obligatur, teneturq; actione depositi: quia & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid † dolo[g]

quia te cōtrahitur obligatio ex deposito. Item ex eo nascitur actio depositi. Item depositarius tenetur ad idē diuiduum restituendum. Item tenetur solum de dolo, & lata culpa, nec regulariter tenetur de leui, aut leuissima. Itē negligētia depositarij imputatur deponēti. Item mala electio dicitur in culpa. Item ibi, ex eo solo tenetur, quòd taxatiua, excludit casum æquiparatum, secundum Angel. hic.

e ¶ *Preterea.* Id est pter supradictos modos accipiens depositum re obligatur. Vnde si deposui penes te rē meā mihi obligaris, & possum agere contra te actione depositi ad rem mihi restituendam, & teneris ex solo dolo, si dolum commiseris: sed si negligenter custodieris non teneris. Et ideò si depositarius rem sibi depositam per negligentiam suam amiserit furto, debet sibi imputare, qui custodiendam rem suā amico suo tradidit negligēti, vt dicitur in fi huius §.

† Cōcor. text. in § sed is, infr. d oblig. q̄ ex delict.

f ¶ *Deponitur.* Idest custodienda datur, vt ff. depositi, l. 1.

g ¶ *Dolo.* nota in deposito solum dolum venire, vt hic, & ff. depos. l. 1. §. illud. Item venit lata culpa, quæ pro dolo accipitur, vt ff. eo l. quod Nerua. Quādoque leuissima, vt si hoc fuerit pactum, vt ff. eod l. 1. §. sæpe. Itē si fuit in culpa, quia portauit rem depositā per locum periculosum, vt ff. com. l. in rebus. §. 1. & l. si vt certo, §. interdum. item mora facta in restitutione, vt ff. deposi. l. si in Asia. §. E. Et hic, & superior similiter tenetur de casu.

¶ Adde gl. in l. 1. §. sæpe, ff. dep. cui adde aliū casum, qui ponitur in tex. vt ibidem no. Bar. *LST*

** Intellige tex. n̄r̄m i deposito gr̄a deponētis facto, sicuti plerique fit; si. n. fiat gratia depo-

*¶ Adde, commodatarium non solum teneri adhibere diligentiam rei cōmodatę, sed etiam illis rebus quæ rei commodatę accedunt, d.l. si vt certo. §. vsque ad eo. Itē sciēdum, impensas cibariorum pertinere ad cōmodatarium. d. l. in rebus, §. possunt.

** Adde, quod in dubio commodatum censetur factum rogatu commodatarij. Bart. d. l. vt si certo. §. interdum. & Aret. hic.

a ¶ *Ei.* s. commodatario.

b ¶ *Casus.* scilicet alios.

c ¶ *Mercede.* Sic inf loc. §. 1. sic inf. man. § si.

Additio Commodati declaratio generalis.

d ¶ *Commodatum.* Commodatum est, si dedi tibi rem meam, vt vtatis, nec inde accepi mercedem: si verò merces interueniat, erit locatio, & conductio; gratuitum. n. debet esse commodatū: ideò teneris ad exactissimā diligentiam, sic infra locati, §. 1. sic. infr. man. §. si. Suprascripta glo. non est Accur.

STL. ¶ Preterea. ¶ *CASVS.* Rōnem dubitandi faciebat casus precedens, in quo re obligabaris,

depositatij, vel vtriusque, idem dicendum quod in commodato, Barto.l.quod Nerua. col.vlt.versic.12 quæro, ff.eod.Dec.l.contractus,nu 1.& 2.de reg.iu.]

a ¶ *Culpa autem.* l.leuis.†

†Probac expositio ne facit gl.i ver. exculpa. in l. i vĕ ditione. ff. de bo. auct. iu. possid.

* ¶ Obserua ex hac glos. q appellatione culpæ, cũ profertur à lege, intelligitur de leui, vt annotat Deci. in l. contractus,nu. 19.de reg. iur. quod est verũ nisi subiecta materia aliam exigat interpretationem, vt ex Bald. & Alexand. tradit idem Dec. eo.in loco,culpam autem leuem sic definit Alciat. in l.latæ,de verb.sign.vt sit negligentia, qua quis in rebus alienis eam curam non adhibet, quam ceteri patresfã solent,tametsi in suis minimè diligentior sit.]

cõmiserit; culpæ autem[a] nomine, idest, desidiæ, ac negligentiæ,non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligēter custoditam rem furto amisit: quia qui negligenti amico rem custodiēdam tradit, non ei, sed suæ facilitati ad imputare[b] debet.[c]

¶ *Creditor ex pignore recepto obligatur re, & tenetur solum de leui culpa Ang.*

¶ Creditor[d] quoque qui pignus accepit, [e]re obligatur,quia & ipse de ea re, quam accepit restituenda

b ¶ *Imputare*, sic inf.pro socio, §. fi.& ff. de mino.l.cum mandato,§.fin.

Dolus, culpa lata:Culpa leuis:culpa leuissima.

** Adde notabiliter,tex.nostrum non habere locum, cum sit depositum in pecunia numerata,& conuenit,vt tantundē restituatur, tunc.n.egreditur fines depositi,& cõparatur mutuo: & ideo depositatius non excusatur ob casum, veluti obligatus in genere, quod perire non potest,l. Lucius. ff.depo.l.incendium, C.si cer.pet.& tradit latius Dec. d.l. contractus num.5.

c ¶ *Debet.* Hic nota aliud esse dolum: vt qñ est machinatio studiosa,vt ff.de do.l.1.,§.2. aliud latam culpam: vt non intelligere quod omnes intelligunt, vt ff de iur. & facti igno. l.regula,§.si filius,& de verborum sign.l.latæ, aliud leuem: vt desidiæ, & negligētiæ, vt hic. aliud leuissimam, vt si quocumque modo potuit præuidere, & non præuidit.

†An fur tũ dicatur casus fortuitus vid. Ias. in §. sed ista col. 8. in f.de SYL. actio.

Vnde furtum fieri† non potest sine leuissima culpa, vt ff. pro soc. l.cum duobus, §. damna. versic. quod si vel incendium† nasci: licet non noceat in culpabilibus,vt ff de offi præfe.vigi.l.3.,§.1.& ff.de peri: & commo.rei vend.l.si vendita,& sup, proximo,§.

† Circa dictũ gl. de incendio, vid. omnino Thomã Gram. in 3.dec.

¶ Adde, q istæ illationes non sunt generaliter veræ,de furto vide bo. gl. in l.cum duobus,§.damna.in ver.subreptum, ff. pro soc. incendium vetò numeratur inter casus fortuitos,vt no. Ang.sup.prox.§.Sed considera, quia casus põt accipi duobus modis: vno, qñ habet culpã antecedentem,aut concomitantē:& tale plerũque dr incendium,l.3.§.1. ff.de offi.præfe.vigi. altero,qñ contingit sine culpa ipsius,de cuius obligatione quæritur: & hoc modo proprie dicitur casus, quo ad illam. Verificantur ergo secundum dict. modum primum quæ hic dicuntur per gl.

¶ Adde,quod leuis culpa tã in rebus cõmunibus consideratur,quã in reb. alienis, quod eleganter declarat Dec.d.l.contractus,n.35.

¶ Aliud casum fortuitum, qui, si præuideri non põt,vt sup.prox.§.& C.de pign. actio.l. quæ fortuitis. SYL.

* ¶ Adde pulcherrimũ tex. in l. 2. § si eo tempore, ff.de admi. te.ad ci ui perti]

¶ Creditor.

¶ CASVS.

Rationem dubitandi faciebant præcedētes dispositiones, in quibus re obligatio contrahebatur,dominium non transfere batur. & gratia recipientis fiebant: vt in commodato. Pari.n. ratione videbatur materia pignoris accepti decidēda,recipitur.n.pignus, vt sibi sit cautum: & sic gratia recipientis. Contrarium deciditur, quod immo recipiens non tenetur nisi de leui, ratio est, quia in eo non tm recipieptis, sed dantis cõmodũ versatur: & sic celebratur grã vtriusque. Quemadmodũ ergo in dictis casibus qñ hi contractus celebrantur gratia vtriusque cõtrahentiũ, non tenetur recipiens nisi de leui, vt not. glos.in §.itē is cui.in verb. exactã.sup.eo tit.,ita in casu isto. Not. q obligatio pignoris ex parte creditoris recipientis cõtrahitur re:ex parte debitoris dantis constituitur solo consensu, & ex solo pacto nudo iure prætorio nascitur actio.l.si tibi,§.de pignore, ff.de pact. Item, q creditor tenetur actione pignoratitia (intellige directa) ad restitutionem eiusdem rei, quam accepit contraria vetò pignoratitia tenetur ipse debitor creditori. Ite, quod contractus pignoris dicitur celebrari gratia vtriusque. Item, quod in ijs cõtractibus,qui gratia vtriusque celebrantur, venit regulariter leuis culpa. Item,quod creditor nõ amittit ius crediti, quamuis amiserit pignus casu fortuito, aut culpa leuissima.

d ¶ *Creditor*. Creditorem accipe ex omni causa,vt in authen.de fideiuss.§.fin.& ff. de verb.sign.l.sicuti.

e ¶ *Accepit*. Nota cautè poni, accipit: aliter non dicitur re obligari, sed pignus creditori etiam nuda conuentione tenetur, vt ff. de pignor. actio.l.1. & hypothecaria sibi nascitur ad pignus illud persequendum, vt inf. de actio.§.Item Seruiana. Accur.

* ¶ De differentia pignoratitiæ,& hypothecariæ, vide Barr. in l.si rem.§.proprie, ff de pign.actio.& in l.pignore,C.de pig.& Are.in §.Actionum infr.de actio. & latius Negus. tract.de pig.1.memb.7.part. SYL.

* ¶ Inter pignus & hypothecam, quæ dña sit, vide tex.& ibi glo.in dict. §.Item seruiana,

na, versic. inter pignus. infra de actio.

A D D I T I O. Pro hac gl. vide tex. in l. grege, §. 3. in superficiarijs, ff. de pign.

a ¶ *Actione pignoratitia.* Quæ nascitur demum soluta pecunia, vel alias satisfacto, vt ff. de pignor. action. l. si rem, §. omnis. Sic in actione tutel. quę demū finita tutela nascitur, vt ff. de tutel. & rat distra. l. si tutor. §. fi. l. sequen licet quidā dicant etiā prius eam nasci, sed non intentari, vt no. in d. §. omnis.

Actio hypothecaria, & actio tutela, q. do nascuntur.

† *aliàs qui ad. STL.*

¶ Adde, q̃ vera est prima determinatio per §. omnis, quòd nascitur tunc, cum solutione vel alio, quolibet modo dissolutum sit pignus: non tamen nascitur ex ipsa satisfactione, sed ex contractu pignoris re iam antea celebrato. nascitur ergo hodie, sed contractu præexistente, vt ibi declarant Bar & alij. Si tamen exercendi ingenij gratia videre vis circa hoc, vide Fortu. in leg. iuris gent. in prin. col. 31. ff. de pact.

** Adde duplicem esse pignoratitiam: vnā directam, quæ datur debitori ad repetendū pignus soluto debito, vt hic, alteram cōtrariā, quæ datur creditori, veluti si ei res aliena, vel alij obligata, data fuerit l. Tutor. de pig. actio. item pro expensis factis in pignore, l. si necessaria, ff. eod. & in pluribus alijs casibus, de quibus la è Neguf. d. tract. membr. 7. par. n. 13. & plurib. seq. & has duas species act. pignor tangit etiam gl. Infra de actionibus, §. actionum, vet pignoratitia.]

b ¶ *Exactam,* propriè ponitur, non pro superlatiuo, vt supra eo. § at is. non enim tenetur de leuissima, vt ff. de pign. actio. l. si cum venderet, §. venit, & l. seq. Accurs.

** Hoc verum in pignore conuentionali, secus in prætorio vel iudiciali, in quo creditor solum de lata culpa tenetur l. prætor §. est preterea de bon. auct. iud. poss. Bar. l. i. ff. de pign. act.]

c ¶ *Quam.* Sc licet exactam diligentiam.

d ¶ *Fortuito casu.* Sed quis probabit hunc casum? Respon. creditor probat se amisisse, vt C. de pig. act. l. si creditor. Item debitor probabit dolum, vel culpam creditorem commisisse, vt ff. de prob. l. in exceptionib. & l. quoties. §. qui dolo. Sed tertio creditor probat casū, si vult euadere, licet Bulgarus aliter distinxerit, vt nod. l. si creditor. Accurs.

tenetur actione pignoratitia.ᵃ Sed quia pignus vtriusq. gratia datur: & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditū: placuit sufficere, † si ad eā rem custodiendā, exactam ᵇ diligentiā adhibeat: quā ᶜ si præstiterit, & aliquo fortuito casuᵈ rem amiserit, securū esse, ᵉ nec impediri creditum petere.

¶ Adde, q̃ ordo probationis est iste, quòd primo debet constare rem, quæ petitur, fuisse penes illum, à quo petitur, & si conuentus negat, onus actori incūbit: nec potest actor aliam à reprobationem exigere, quam iuramenti. Hoc constituto, verò, & conuenius est respōsio gl. quod onus spectat ad creditorem, d. l. si creditor, siue sit actor, siue reus. Probara igitur amissione, cum dolus nō præsumatur, clarum est illius probationem incumbere dicenti. de culpa autem distinguendum est, vt per Bar. in leg. si quis ex argentarijs, §. an verò, ff. de eden.]

¶ *De verborum obligationibus.*

¶ *Per stipulationem cōtrahitur verbis obligatio; ex qua oritur certi condictio, si est certum in stipulationem deductum: aliàs actio ex stipulatu. Aret.*

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione.ᶠ, & re.

e ¶ *Securum esse.* Repete placuit.

¶ *De verborum obligationibus.*

Ista rubr. continuatur ad præcedentia. vt patet in textu. supra, de oblig. In fi. Aret. *Continuatio. Diuisio.*

Verbis. ¶ Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter obligatio verbis contrahitur, & quæ actio ex ea resultet. Secundò quibus verbis olim. & hodie concipitur. Tertiò, quot modis stipulatio fieri potest. Quartò, illud per exempla declarat. Secunda ibi, in hac re. Tertia ibi, Omnis stipulatio. Quarta ibi, Purè veluti.

¶ Verbis obligatio. ¶ *C A S V S* in declaratione simplicium terminorum non figuratur nisi literaliter. Not. quod ad essentiam stipulationis requiruntur verba interrogantis, & respondentis. Item, quòd in stipulationem deduc potest non solum datio, sed factum. itē, q̃ ex stipulatione certa rei oritur certi cond ctio: incertæ verò, actio ex stipulatu Item, quòd stipulatio dic tur à stipulo, quod apud veteres significat firmum. *STL.*

f ¶ *Ex interrogatione.* C. præcedente, & responsione sequente, vt hic, & C. de vsur. l. ii. alias non valeret.

¶ Sunt. hæc formulę stipulationis: primò, interrogatio & responsio: secundò, ordo, l. vt interrogatio præcedat: tertiò, verborum auditus: quartò, intelligentia verborum. l. consensus, qui est basis & fundamentum omnium contractuum, probantur hæc omnia ex text. nostro, & ex l. i ff. eod. *SYL.*

* ¶ Adde secundum Alciat. lib 8. Pater. c. 2. quod licet nostri Doct. vnam tantum speciē ponant obligationū, quæ verbis contrahuntur, illa, s. q̃ oritur ex stipulatione, Camsta lib.

lib. Instit. 2. aliam addit, quæ dictio dotis vocatur, quæ hodie abolita videtur. Affert, & tertiam, quæ ex iureiurando oritur, quod libertus patrono præstat, cum donum, munus operam daturum se iurat: quã tamen subijcit non tam verborum solennitate, quam religione confirmari.

a ¶ *Dari*, scilicet certum, quod appareat quid, quale, vel quantum sit in obligatione, vt ff. eo. leg. stipulationum quædam certæ, & l. seq. Accur.

b ¶ *Fierive*. Vel etiam non fieri, vt ff. eod. le. vbi autem, § id quod & Inf. eo. §. fi. Accur.

sponsione, cum quid dari, [a] fierive [b] nobis stipulamur, [c] ex qua [d] duæ proficiscũtur actiones, tã condictio [e] certi, si certa sit stipulatio: quam ex stipulatu, [f] si incerta [g] sit quæ [h] hoc nomine inde vtitur, quod stipulum [i] apud veteres firmum [k] appellabatur, fortè à stipite descendens.

¶ *Olim requirebatur quædam solennitas in stipulatione, quæ hodie est sublata: nec refert ex qua lingua fiat interrogatio, & responsio, dummodo se intelligant. h. d. Aret.*

¶ In hac re [l] olim tamen concipiuntur, & appellatæ, quod per eas firmitas obligationum constringitur. Stipulum enim veteres firmum appellauerunt. nec Paulus. Varro autem stipulationem, à stipe, idest pecunia deducit: quam etymologiam. Festus etiam probat: dicens, stipem esse nũmum signatum, testimonio est, & id quod datur in stipendium militi, & cum ponderetur pecunia, quod sti pulari dicitur.]

¶ Adde satis fuisse dicere, dari fieri ve: quia facti appellatio comprehendit non facta l. 2. § item si in facto, ff. eo. latè Dec. in l. id quod num. 2. de reg. iur.

c ¶ *Stipulamur*. Est autem stipulatio verborum conceptio, qua aliquid dare, vel facere promittimus, & c. ff. eodem, leg. quinta, §. stipulatio.

d ¶ *Ex qua*. scilicet obligatione verborum.

Cõdictio triticaria. e ¶ *Condictio*. scilicet certi generalis: de qua dic vt supra titu. 1. diximus circa princ. Item, & Triticaria locum habet, vbi petitur certum, vel incertum, nisi petatur pecunia numerata, vt ff. de tritica, l. lege prima.

f ¶ *Ex stipulatu*. Si autem incertum, quid mihi debeatur, non ex stipulatione, sed ex alio cõtractu, agitur condictione incerti, nã dico, quod est proprium nomen actionis, vt ff. de condict. indeb. l. sed & si me. §. 1 vbi de hoc notaul. Accur.

g ¶ *Si incerta*. nisi in casu, vt C. de rei vxo. actio in princip. Sed quid si promitto aliquid in genere? Resp. non valet: nam dando muscam liberarer. Oportet enim quod aliqua certitudo ibi sit, vt homo, vel equus, quę certis finibus contineatur, alias non valet, vt ff. eod. l. ita stipulatus, in princ. & ff. de iure do. l. cum post. §. gener à socero. Accurs.

¶ Adde, quod quamuis doct. excipiant certos casus, puta studij, dotis, alimentorum, & intelligant incerta valere, malè sentiunt. Ex quo enim secundum qualitatem regionis, & personarum dispositum est tam a iure hæc deberi, non sunt omnino incerta illa incertitudine, quæ vitiat: sed sunt incerta incertitudine, quæ certificari potest, quod nota.

h ¶ *Quæ*, scilicet stipulatio.

i ¶ *Stipulum*. Alludit vocabulo, sic sup. de testam. in princ. & ff. de acquiren. poss. l. 1. in princip. nam nomina consonantia debent esse rebus, vt supra de do. § est, & aliud.

* ¶ De etymologia verbi stipulatio, vide Alciat. lib. 1. Parer. cap. 39. * qui mauult hic legere, apo tu stipu hoc est firmo, & solido, quid enim (inquit) commune habet stipes, seu truncus cum contractu? SYL.

* ¶ Sed Iustinianus potiùs deducere voluit à verbo stipulo, secutus Iulium, Paulũ Iurisconsultũ, qui libro sententia um, ca. 8 ita scriptum reliquit: Obligationum firmandarũ gratia stipulationes, inductæ sunt, quæ quadam verborũ solennitate

K ¶ *Firmum*. Nam & baculum, vel stipitem paleæ dabat vnus alteri pro inuestitura, vt hodie fit in Marchia, sed in Longobardia bibunt: alibi per mantellum inuestiunt, sic, ff. de pac. l. 1 § 1 Accur. *Inuestitura forma.*

* ¶ Adde, quod inuestitura est præcedentia actus confirmatio. Dyn. in reg. beneficium, de reg. iur. in 6.]

ADDITIO. Ista tamen inuestitura non est necessaria de iure ciuili, sed de consuetudine sic. Idem in beneficialibus de iure canonico, per eam tamen possessio non acquiritur, vt hic per Doct.

¶ In hac re. ¶ *CASVS*. figurari non solet in l. corrigente. Erat enim ratio dubitãdi ius antiquum: iuris autem noui dispositio ideo inducta est, quia quamuis verba sint de substãtia stipulationis, satis est, quod sint talia: quæ deseruiant intentioni contrahentium, siue vnius sint, siue diuersæ linguæ. Nota, q verba stipulationis possunt conci pi qualibet lingua, quam contrahentes intelligant, quod intellige, siue per se, siue per interpretem, lege prima in fine ff eodem. SYL.

Item, quod diuersitas linguæ nõ vitiat stipulationem. Item, quod contrahentes aliena lingua stipulari possunt. Item, quod verborum solennitas sublata est. Item, quod in eis attenditur mens, & intentio contrahentis idoneis verbis expressa.

l ¶ *In hac re*, Scilicet stipulatione contrahenda.

a ¶ Fa-

lia verba tradita fuerunt: Spondes? spondeo. promittis? promitto. fide promittis? fide promitto. fideiubes? fideiubeo. dabis? dabo. facies? faciã.[a] Vtrum autẽ Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua [b] stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterque stipulantiũ [c] intellectum eius linguæ habeat: nec necesse est eadẽ lingua vtrumque vti, sed sufficit congruenter ad interrogata respõdere quin etiam duo Græci Latina lingua obligationem cõtrahere possũt. Sed hęc [d] solemnia verba olim quidẽ in vsu fuerunt: postea autẽ Leonina constitutio [e] lata est, quæ solẽnitate verborũ sublata, sensum,[f] & consonantẽ intellectum ab vtra[illegible]arte solum desider[illegible], † licet quibuscumque [g] verbis expressum † sit.

¶ Stipulatio vbi est pura statim potest peti; si verò est in diem nõ potest peti, nisi prætereat tota illa dies. Aretinus.

¶ Omnis stipulatio, aut purè, aut in diẽ. aut sub cõditione fit. Purè, veluti, Quinque aureos dare spõdes? idque confestim [h] peti potest. In

a ¶ *Faciam.* Quæ omnia dici debeant in stipulatione, vel aliqua de his, sic supra de singu. reb. per fideicomm. relict §. fi. Sed hodie, vel vnum ex his, vel etiam aliud dummodo aptum sufficit, vt inf. eod. §. sed hæc, qui continuari debet cum isto §. vel olim per idem fiebat responsum, hodie etiam per aliud.

b ¶ *Lingua.* Vt Assyria, Latina, Græca, vel alia, vt ff. eo. l. 1. § fin.

ADDITIO. Dummodo se intelligant: aliàs erit necessarius interpres. Item in Teutonico, cuius lingua non intelligitur, quia iudex eũ interrogabit per interpretem. Et si ipse iudex & notarius, vel etiam notarius solus sit interpres, sufficit. Imò ipsius scriptura, vel instrumentum, faceret fidem etiam contra nuncium, vel testem dicentes aliter denunciasse, vel deposuisse, quàm scriptum sit, & hæc vera in iudicijs ciuilibus, secus in criminalibus, vt Ang. hic.

c ¶ *Stipulantium.* Propriè, & impropriè dicitur. si in Authent. de æquali. do. §. 1. collat. 7. & sic impropriè etiam promittens dicitur stipulari, vt hic, & ff. de condict. indeb. l. si non sortem §. si decem.

¶ Adde, quod æquiuocat gl. quia secundum Grammaticos, stipulor, est verbum commune, & æquè propriè pro promissione accipitur: Iune. Quantum vis stipulare, & protinus accipe quod do. & Sueton. lib 4. Prætorum, Lectoria, quæ vetat minorem xxv. anni, stipulari. Plau. Nisi dolo malo stipulatus sis, quod ratione manifesta probatur, quia si stipulatio est interrogatio, & responsio simul iuncta, quare non tam bene debet dici stipulator promittens, sicut interrogãs, cum in ea vterque sit agens. * & idem videtur. Fortun. in l. iuris gentium, in princip. col. 20. ff de pact.

d ¶ *Sed hæc.* quæ diximus sup. eo. §. in hac,

e ¶ *Constitutio.* vt C. de contrahen. & commit. stip. l. omnes.

f ¶ *Sensum.* aliàs consensum, scilicet verbis expressum ab vtroque, & in continenti, vt ff. eod. l. 1. in princ. & §. qui præsens, & § si quis ita interroget. licet verba inutilia fuerint inserta, vt ff. eod. l quæ extrinsecus, aliàs si diceret verba expressa non exigi, non differret ab ijs contractibus, qui consensu contrahuntur, vt inf. de obligat. ex consensu. 1. respons. Accurs.

g ¶ *Quibuscunque.* Habilibus tamen ad hoc. Quid enim si dicam, a, & velim repræsentare, promittis, tu dicas, b, & velis repręsentare, promitto, non valet, vt ff. de constit. pec. l. qui autẽ, §. fin. & l. seq. & ff. de mune. & ho. l. vt gradatim, §. & si lege.

¶ Adde, quod ratio est, quia tunc cõstaret solo consensu stipulatio, quæ tamen verba require sup. eod. in princ. * & ista gl. communiter recipitur à doct. secundum Ias. in l. 1. §. eadem, col. 1 ff. eod.

¶ Emptio & venditio. Casus deberet potius literaliter poni. tradit enim regulam, qualiter emptio contrahitur, distinguendo, quod si contrahitur sine scriptis, satis est ad substantiandam venditionem pretij conuentio. Nulla enim requiritur ipsius rei traditio, quia alias non consensu, sed re cōtraheretur, nec requiritur aliqua formula verborū, vt in stipulatione, sed solus consensus sufficit. Si verò fiat in scriptis requiritur pfectio scripturæ publicæ, vel priuatæ, ante cuius pfectionem licet resistere cuilibet ex contrahētib. à contractu, nisi quid arrhatum nomine datum sit, tunc enim quia res non est integra, non licet recedere à contractu, & sic habes ex his rationes decidendi huius princip. ex quo not. quod emptio solo consensu perficitur, & ideò, nec rei traditionem, aut numerationem pretij, aut dationē arrharum exigit, quia hoc non ad substantiā, sed ad probationem, & executionem ipsius contractus requiritur.

Item, quod arrha est argumentum emptionis, non substantia. Item, quòd scriptura nō est de substantia huius contractus. Item, ꝙ aliquādo cōtractus emptionis fit cū scriptura, & tunc nō dicitur perfectus nisi perfecta scriptura. Item, ꝙ paria sunt scripturā factā esse manu propria, vel aliena, & subscriptā à contrahentibus. Item, ꝙ si aliquē pęniteat, pdit arrhas si est emptor. si vēditor, restituit duplum.

EMptio † & venditio contrahitur [a] simul atque [b] de pretio conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum sit, [c] ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod ar-

† Ad hoc princ. vide cino Fer. in leg. iurisgētiū. col. 4 in fi. ff. de pact. SYL.

a ¶ *Contrahitur.* Hic not. tribus modis pfici emptionem.

¶ Intellige, quādo est facta sine scriptis, & datione arrharū, quia aliàs procedunt quæ inf. dicuntur in ver. in ijs.]

¶ Vno modo, scilicet ex quo nō possunt discedere contrahentes, vt C. de actio. & oblig. l. sicut in initio, secundum quem modum etiam conditionalis emptio est perfecta. SYL.

¶ Aduerte, quia illa l. sicut, videtur potius facere in contrarium, quia dicit, quod cōstitutæ obligationi non potest renunciari, sed conditionalis non est constituta. l. cedere diem, ff. de verbo. signifi. ergo &c. Tamen in contrarium facit. l. necessariò §. quod si pēdente. l. vbi dicitur, quod transmittitur, ergo est: & ad l. sicut respon. quia est constituta, non orta.

*¶ Adde, ꝙ impleta cōditione, sub qua contracta fuit vēditio, perinde est, ac si ab initio contractus fuisset purus, l. vlt. §. 2 & ibi Ang. & Alex. qui affert concor. ff. de vulg. & pup. Dec. in l. pecuniam 2. no. ff. si cer. pet.

¶ Secundo modo quando est pura, & tūc incipit periculum rei ad emptorem pertinere, vt ff. de pericul. & commo. rei vend. l. necessariò in princ. & ita cōtrahitur hic, siue perficitur. Tertiò, quando res traditur, dicitur plus perfici adhuc, siue impleri, vt ff. de act. empt. l. si quis rem alienam.

* ¶ Nam contractus non omninò perfectus est ante traditionem, sed ab ea vltimā perfectionē accipit. l. 1. vbi gl. & Cyn. C. de peri. & com. rei vend. Vnde videmus simplicem venditionem sine traditione, nō impedire, quin alij possumus rem eandem vendere, & eius dominium tradendo transferre, l. quoties, C. de rei vendic. atque etiam alteri obligare. l. vltima, §. Lucius, & ibi gl. in ver. obligauit, ff. de dona. Hinc publicatis bonis cuiusdam, publicatur & res ab eo vendita, necdum tamen tradita, l. si fundus, ibi, nam & si vendideris. ff. loca.]

ADDITIO. Et ista inducit Io. Fab. ad decisionem quæstionis, an & quando ex consuetudine domino, vel proximo per rei vendit. ius aliquod quæsitum esse censeatur.

b ¶ *Simul atque*, idest statim postquam, vt sup. de re di. §. feræ.

c ¶ *Numeratum sit.* Nec aliquid datum loco

Ff 4 pretij.

pretij, vt supra titu.i. in pmicip.
*¶ Nam potest, si placeat vẽditori. §. venditæ. & ibi gl. sup. de rer. di. nõ tamen dominiũ trãsfertur, nisi prius numerato pretio, vt ibidem dicitur, vt in l. quod vendidi, ff. eod.

Verius est, cõtractum dici in scriptis fieri quando partes noluerunt eum habere pro coofecto, donec de illo non fieret scriptura. Lanfr. in cap. quoniam contra ver. instrumentorum nu. 66. vbi apostil. allegans cons. Soc. de proba.

arrhæ [a] nomine datur, argumentum est emptionis, & venditionis contractæ: [b] Sed hoc quidem de emptionibus, & vẽditionibus, quæ sine scriptura [c] consistunt, obtinere oportet: nã nihil à nobis in huiusmodi emptionib. & venditionibus [d] innouatum est. In ijs autem, quæ scriptura conficiútur, [e] nõ aliter perfectã esse vẽditionẽ, & emptionẽ constituimus, [f] nisi & instrumẽta emptionis [g] fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidẽ scripta, à contrahentibus [h] autẽ subscripta, & si per tabellionẽ fiunt, [i] nisi & cõpletiones [k] acceperint, [l] & fuerint partibus absoluta. [m] Donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est, & potest emptor, vel venditor sine pœna [n]

¶ Hæc gl. sentit, quod possit dari res pro pretio, & male: quia tũc esset permutatio, vt infra eodẽ, §. item pretium. Nec obstat textus allegatus, quia si referatur ad emptionẽ, de qua habetur ibi in pr. debet intelligi secundũ §. itẽ pretium, si ad alios cõtractus, stat propriè, & simpliciter procedit, vt loquitur.]

a ¶ *Arrhæ*. vt ff. eo. l. quod sæpe in princ.

b ¶ *Emptionis & venditionis contractæ*. Non autem est de substantia contractus.

*¶ Nam arrha est veluti quoddam pignus: hicque legislator quandoque arrhas & pignora pro eod. ponit l. i. C. si rector prouin. idque (vt ego arbitror) exemplo Græci sermonis. nam quod nos pignus dicimus, illi ton arrabona appellant.]

c ¶ *Sine scriptura*. idest sine solemnitate scripturæ.

d ¶ *Venditionibus*. s. quæ fiunt sine scriptura.

venditio fit ĩ scriptis, & sine scriptis.

e ¶ *Scriptura conficiuntur*. Patet hic, quod alia est emptio, siue venditio in scriptis, alia sine scriptis. In scriptis dicitur, quando hoc agunt contrahentes, vt non aliter valeat cõtractus, nisi fiat scriptura, secundum quosdam quod non vidimus in visu. Alij dicunt, vt P. quod sufficit, quod cõtrahentes, vel aliquis eorum dicat in principio contractus, quod inde scriptura fiat, licet non dicat, qđ aliter non valeat nisi fiat, & hoc approbo, vt C. de fide instr. l. contractus ibi, illos tamen quos in scriptis fieri placuit &c. Si autẽ simpliciter fiat cõtractus, sed postea ad probationem fiat scriptura, valet quòd actum est, & etiam valuisset sine ea, vt ff de pig. l. contrahitur. Et eodem modo dico esse intelligendum vbicunque dicitur lege, contractũ aliquem in scriptis fieri, vt distractum, vt C. de testi. l. testium. & in authent. de test. §. & licet coll. 7.

STL. ¶ Et hæc opin. Plac. communior videtur secũdum Christoph. hic, quia actus in scriptis dicitur ille, ad cuius substantiam requiritur scriptura non quando fit ad probationem.

¶ Sed cum fiat in scriptis huiusmodi venditio, & sine scriptura non valeret, quare non dr̃ obligatio literarum? Respond. quia aliud habet nomen, scilicet emptio: & verum est hoc nomen, at in mutuo † non est verũ mutuatum esse, tunc enim re esset obligatio contracta, vt supr. de lite. obl. in priocip. ver. planẽ.

† De quo, scilicet agitur in obligatione literarũ.

f ¶ *Constituimus*. Præteriti tẽporis est, & dic, vt C. de fid. instrum. l. contractus.

g ¶ *Instrumenta emptionis*. Quæ vulgò rogationes dicuntur, secundum Ioan. Ex hoc. tex. no. instrumẽti appellatione etiam scripturã priuatam contineri. idẽ no. in l. notionem, §. instrumentorũ de ver. sig. Tiraq. de retract. lignag. §. 2 gl. 2. nu. 29. Lanf. in c. quoniã cõtra. vet. instrumentorum, nu. 8 de prob.

h ¶ *A contrahentibus*. scilicet vtroque, scilicet emptore & vẽditore: & talis subscriptio fit & aliàs, vbi contractus alius fit in scriptis, vt in auth. de fide instrum. §. si quis igitur, & § sed & si quis. Auth. mutui, & sequen. Not. quod subscriptio eandem vim habet, quam haberet scriptura, si esset tota scripta a subscribente, quia subscribẽs dicitur virtualiter scribere omnia præcedentia decis. Pedemõ. 37. num. 3.

i ¶ *Fiunt*, scilicet hæc instrumenta, & subaudi, non aliter valeant, nisi & comple. &c.

K ¶ *Completiones*, † idest mundũ completum. ** Mundum vocat instrumentũ, in quo post factam rogationẽ omnia comprehendũtur, à mundicia, eo quod sine vituperatione esse debet, gl. in d. l. contractus, ver. mundum.

† aliàs, id est cõplementum.

l ¶ *Acceperint*. Scilicet ab eodem Tabellione. & à partibus, vt subijcit.

m ¶ *Absoluta*, vt quia lecta fuerint partibus, & laudauerint. Vel dic absoluta. i. subscripta.

STL. ¶ Vide glo. in l. fideicommissa, §. primo, ff. de legatis.

n ¶ *Sine pœna*. Sed quomodo sine pœna, cum statim in arrhis eum puniat? Respond. sine pœna interesse, & iurisiurandi in litem. Nam hæc pœna esset quantum ad soluentẽ,

licet

licet non quantum ad accipientem. vt ff. si quis ius dicen.non obtempera.l.1.§.fi.

SYL. ¶ Vide ibi glo.in ver. meram pœnam.& dic ꝙ huiusmodi pœnæ respectu soluentis tantum debentur etiam in foro conscientiæ, vt per Dec. in c. 1. in 1. lect. in 11. coll. de constit.

Non autem ab arrhis aliter liberatur, vt subijcit, ita tamē &c.Item iste talis non facit contra legem, Cod. de act. & oblig. leg. sicut. cum hoc lex sibi permittat. Et no. quod huius legis permissio est cum aliqua pena. Argu contra in auth constitutio quæ de dig.§. illud coll 6.Sed si non est subscriptum,& tamen res est tradita,an valeat trāslatio? Quidam dicunt ꝙ non,vt C. de suff ag l.vnica. Alij contra, vt C.si quis alteri vel sibi.l.multum interest.& ff.de dolo.l. & eleganter. in principio. Distinguē, aut per errorem, aut scienter.

** Adde, quod communis opin est Doct in l.contractus,C.de fide instrumen. quod trāsfeat dominium rei venditæ & traditę in emptorem, licet nondum sit absolutus contractus,& ratio est,quia sufficit, quod adsit cōsensus, qui est causa immediata translationis dominij,vt declarant ibi Bal. & Salyc.& refert ac probat Neguſ. in tract. de pign.in 4.par.prin.nu.39.]

recedere ab emptione & venditione. Ita tñ impunè eis recedere cōcedimus,nisi iā arrharum nomine aliquid fuerit datū. Hoc.n. subsecuto,siue ī scriptis,siue sine scriptis, siue vēditio celebrata est, is, qui recusat adimplere cōtractum, si quidem est emptor, perdit quod dedit, si verò vēditor, duplū restituere compellitur, a licet super arrhis nihil expressum † sit. b

† *aliàs est*.

a ¶ *Compellitur* Sed qua actione? Respon. conditione ex l.ista.&ex l.illa.C.de fide in strū.l contractus. Vel etiam per officium iudicis.vt argum.Cod.de rescinden. vend.l.2. Item per actionem ex empto, si tamen fiebat venditio sine scriptis, nā si fieret inscriptis,nec esset nondum completa,non ageretur actione ex empto, cum non esset adhuc venditio, vt hic dicitur, sed per condictionem ex l vel officio iudicis, vt dictum est. Sed numquid vltra hanc duplicationem arrharum tenetur venditor ad interesse, si nō tradat,vt ff. de actio emp.l.1. & Lex empto, §. idem ait? M. & Azo.dicunt,quod non, quia sibi præiudicauit accipiendo arrhas sicut & aliàs sibi præiudicat,quis sibi eligendo,vt ff.de trib.act.l.quod in hærede, §.eligere. Item quia hoc videntur agere contrahentes inter se,vt amissione,& duplicatione arrharum debeant esse contenti,ergo pro expresso est habendum, vt ff. si certum petatur l.cum quid. Item facit.ff.de lega 2.l.cum filius,§ varijs,B.& lo. contra, Dicunt enim adhuc posse agi ad hoc vt tradatur, vel ad interesse,ita vt arrhæ in interesse computentur. † & facit pro eis.ff.de test.milit.l 3 & ff. de inoffic.testam.l.mater, & C. de pact.do.

Vēditor vtrū vltra arrharū, duplicatiōnē pditionē teneatur ad interesse

† *Et sic ad interesse agitur, quatenū est vltra arrhas, ꝙ op.verior est, secundū Ang.*

l.fi.facit melius,ff.de act.emp. & vend. lege prædia in fi.

¶ Prima opin. communiter tenetur, secundum Chri.hic.

¶ Sed quid si dederit pro arrhis & pro pagamento? Respō. pactum servandum id est non potest discedere, vt ff. de pact. leg. in traditionibus. Et no.duo operari, vnū. vt arrhæ debeant duplicari vendiore penitente. Item vt emptio remaneat firma, & agat ad interesse. Item emptore pœnitente eadem duo operatur Accur. Flor.

ADDITIO. Et tunc non totum, sed quod pro arrhis duntaxat datum est, duplicatur.

Et no. ꝙ vbi venditor se nomine emptoris possidere constituit, nō potest agere ex empto,vt tradat, sed aut rei vendicatione, vel publiciana simul, aut vti possidetis, vt dicit gl in authen.sacramenta puberum. C.si adver.vend,Angel.

b ¶ *Nihil expressum sit*. Id est nihil dictum fuit à partibus quid super arrhis fiat altero penitente.

¶ Pretium ¶ *CASVS* ita figurari potest in secūda parte, nam prima. quod pretium debeat esse certum, cū sit notissima regula requisita ad perfectionem venditionis, non exigit casus figurationem. Quæsitum fuit, an valeret emptio pro pretio declarādo per Titium, & videbatur quod non, quia tunc non erat certum pretium, sed deciditur cōtrarium, quod immo emptio non est pura, sed conditionalis, si ille arbitrabitur, & sic non est perfecta, sed eius perfectio pendet. Sed tūc obstare videbatur, quia aliàs habemus,quod eo non arbitrante, in cuius arbitrium remissa erat declaratio, recurritur ad iudicem,vnde sic in emptione, eo non arbitrante non erit conditionalis emptio, quasi expiret si non arbitretur, sed ibitur ad iudicem,qui declarabit ipse,iuxta l si quis arbitratu ff.de verb.obli. & sic emptio suscipiet perfectionem. sed contrarium dicitur hic, quod immo expirat emptio,quia commissa in casu nostro est substantia cōtractus in arbitrium personæ certę, tūc enim nō receditur à persona certa,sed euanescit actus vt hic dr Nor. ꝙ ad substantiam emptoris requiritur certitudo pretij. Item.ꝙ paria sunt pretium ab initio certum apponi,& ex postfacto certificari, item ꝙ declaratio quantitatis pretij conferri pōt in arbitrium tertij. Itē ꝙ eo nō arbitrāte deficit contractus. Itē,quod valet argumentū de emptione ad conductionem.

a ¶ *Esse*

¶ *Emptio non potest esse sine certo pretio, sed si pretium in alterius arbitrium conferatur, tunc videtur emptio facta sub conditione, vt si ille fuerit pretium arbitratus, valeat emptio, aliàs secus, & idem in locatione. Aret.*

¶ Pretium autē constitui oportet, nam nulla emptio sine pretio esse potest. [a] Sed & certum [b] esse pretium [c] debet, alioquin si inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rē æstimauerit, tanti sit empta, inter veteres satis, abundèque hoc dubitabatur, [d] † constaretne vēditio, aut non. Sed nostra decisio [e] ita hoc constituit, vt quoties sic cōposita sit venditio. Quanti ille æstimauerit, [f] sub hac conditione staret contractus, vt si quidem ille, qui nominatus est, [g] pretium definierit, [h] tunc † omnimodò secundum eius æstimationē & pretium persoluatur, [i] & res tradatur, [k] &

a ¶ *Esse potest*. vt ff. eod l. 2. & C. eo. l emp.

b ¶ *Sed & certum*. No. duo, & quod pretium debet esse, & quod certum

* ¶ Vnde & si quispiam rem emat pro marcha, aut libra auri, vel argenti, non erit emptio vt scribūt hoc in loco Faber, & Arerinus.

** Adde, quod pretiū potest esse in parte incertum, hoc est, quod tradunt Doct. pactū, quod apponitur in contractu vēditionis ad commodum venditoris, esse partem pretij, ob idque rem vilius vēdi. leg. fundi, ff. eod. & leg. si sterilis, §. si tibi. de act. emp.]

c ¶ *Pretium*. Repetit de pretio quod debet interuenire, vt addat scilicet quod sit certum, Item in pecunia numerata.

d ¶ *Hoc dubitabatur*. i. de hoc.

e ¶ *Decisio*. Vt C. de contrahenda emptio. l. finali.

f ¶ *Æstimauerit*. Not. quod cautè ponit de tertia persona, nam secus si in contrahentis arbitrium. vt dicemus, inf eo. § emptio.

g ¶ *Nominatus est*. Quid si in innominatum contulimus, vt, Vendo pro quanto æstimabitur? Respon. non valet, instar locationis sic factæ, vt ff. loc. l. si merces. in prin. nisi in vno casu, qui est de pig. l. si fundus, §. fin. Accurs.

ADDITIO. Sol. ex præcedentibus contractibus, quorum occasione deuenitur ad venditionē, potest super declaratione pretij officium iudicis implorari, vt ibi, secus si nullus præcessisset contractus, vt hic Ang.

h ¶ *Definierit*. Etiam iniquè, quia a persona inserta non receditur, vt ff. de verb. obli l si quis arbitratu. (i) & hoc verum est, quando id, quod est de substantia cōtractus, apponitur, sed secus si conferatur quod est de accidente cōtractus, nam tunc ad arbitrium boni viri recurritur, vt ff. eo. l. hæc vēditio. & ff. pro socio l. si ita coita. & l. societatē, 2. & ff. loca. l. si in lege, in princip. quæ omnes huic sunt contrariæ, & hoc secundum Io.

SYL. ¶ Hac opin. communiter approbatur, & in gl. in l. in vendentis, in gl. magna, C. eod. tit.

¶ Sed secundum Azo. hoc redigitur ad arbitrium boni viri, & sic non contradicunt dictæ leges. Nec obstat dicta lex ff. de verbor. oblig. l. si quis arbitratu, quia ibi non fuerat arbitratus, quo casu concedo non recurri ad boni viri arbitriū. Sed quādò dicitur inique definiri? Respond. fortè vltra dimidiā iusti pretij, vt arg. C. de resci. ven. l. si volūtate & l. 2. Vel (Vt puto) iudicis officio expeditur, etiam si minor sit deceptio, dummodo nō minima, vt ff. de in inte. restit. leg. scio. nam non tantum sibi committitur in alienis, quantum ipsis dominis liceret, vt ff. so lu. matr. l. etiā, §. 1. & l. si constante, § si marirus.

* ¶ Ad istam gl. in versi. vel vt puto. vide Tiraq. in reper. l. si vnquam. super ver. omnia, vel partem, numer. 30. Cod. de reuoc. don.]

ADDITIO. (i) Hoc reprobant doctor. quia quando non fuit arbitratus, receditur ab eius persona, etiam si destando suæ sententię iuratum fuerit. l. si libertus iurauerit, ff. de ope. liber. & c. Quin tauallis. extra de iureiu. Ang.

i ¶ *Persoluatur*. Ita quod fiat accipientis, vt ff de actio empt. l. ex empto, §. 1. etiā vsuræ post moram, vt ff. de act. empt. l. Iulianus, §. ex vendito.

** Obserua verbum, persoluatur, nec non quòd in continēti subijcitur, & res tradatur. debet enim prius integrum pretium solui, quam res vēdita tradatur, quòd indicat verbum persoluatur, l. vrbana familia, §. vlt. de verb sig. alioquin si pars tantum offeratur, non cogetur venditor rem tradere. d. l. Iulianus. §. offerri.

K ¶ *Tradatur*. Cautè dicit, tradatur, & non detur. nam non tenetur facere accipientis, † sed de euictione se obligare, vt ff. de actio empt. l. ex empto. in princ.

¶ Communis, & ferè omnium est hęc sententia in l. fin ff. de condict. causa da. contra quam tamen disputando tenet For. Hispa. in l. iuris gentium in princip. in 5. colum. ff. de pac.]

Notabilis quæst.

† *aliàs si costet vēditio, siue non.*

† *aliàs omnino.*

SYL.

† *Idē ait sup ð in.* SYL. *uti stipul. §. 1. in ver. sacram.*

¶ Sed

venditio ad effectũ perducatur,[a] emptore quidem ex empto [b] actione, venditore ex vendito agente. Sin autẽ ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo [c] esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. [d] Quod ius cum in venditionibus nobis † placuit, non est absurdum & in locationibus [e] & in conductionibus trahere.

† aliàs placuerit.

¶ *In emptione & vẽditione pretiũ debet esse in pecunia numerata, aliàs est permutatio, quæ est contractus separatus ab emptione. Aret.*

¶ Item pretium [f] in numerata pecunia consistere debet. Nã † & in cæteris rebus an pretium esse posset veluti an homo, aut fundus, aut toga, alterius rei pretiũ esse posset, valde quærebatur. Et Sabinus & Cassius etiam in alia re † putabant [g] pretium posse consistere, vnde illud est, quod vulgò dicebatur, pmutatione rerũ emptionẽ, & venditionẽ contrahi, eãq. speciẽ emptionis & venditionis vetustissimam esse, argumentoque vtebãtur

† aliàs non est, &c.

† aliàs putant.

venditor an teneatur præcise ad rẽ tradẽdam, vel ad interesse.

¶ Sed numquid præcisè tenetur ad rem tradendam? M. dicit quod sic, & facit pro eo, quòd hic dicitur, omninò tradatur &c. & ff. de rei vend. l. qui restituere, & sup. de do. §. aliæ. Sed B. contra. dicit enim eũ liberari præstando interesse. & facit pro eod. ff. de actio. empt. l. 1. 1. respon. & l. ex empto. §. idem ait, & Cod. de act. empt. lege 4. Sed fortè hic posset distingui, an venditor habeat rẽ, & tunc sentẽtia M. tenet p suas li. an non habeat rem, & tunc aut dolo vel culpa desijt eã habere in fraudem puta emptoris. & tunc sẽtẽtia B tenet, aut sine dolo & culpa, & tunc nõ tenetur venditor, vt infr. eod. §. cum autẽ: esset enim valde mirum, quod ait A. vt sic cõpellatur æstimationem pro re recipere, vt ff. si cet. pet. l. 2. §. 2. & C. de fideicom. lib. l. fin. Item sic improbè pacta rumpere, cum prætor dicat, Pacta seruabo, vt ff. de pact. l. iuris gentium, §. ait prætor.

STL.

¶ Concordia gl. communiter tenetur à doct. quam gl. multum extollit, & confirmat doctus Ari. Pinel. in leg. 2. in 3. par. num. 25. C. de bon. mat.

a ¶ *Ad effectum perducatur*. s. iam dicto modo. s. per traditionem rei, & pretij, vt inf. quib. mod. tol. ob. §. si.

b ¶ *Ex empto*. Not. quod ex empto emptor, ex vendito venditor agit, vt hic. & ff. de act. empt. l. ex empto 1. respon. & l. Iulianus. §. ex vendito.

c ¶ *Pro nihilo*, vt nec ad boni viri arbitrium recurratur, vt modò diximus, sed legatum non ideò est pro nihilo sic relictum, vt Cod. com. de leg. l. si duobus, §. sed & si quis. sed ibi fauore vltimæ voluntatis, ne pereat.

ADDITIO. Hoc verum intellige cum distinctione, aut fuit datum arbitrium cõditionaliter, aut non. iuxta l. 1. cum materia, ff. de leg. 2. Item quo ad substantiam legati, nõ quo ad pęnæ commissionem. vt l. multa in princ. ff de cond & demon. Ang.

d ¶ *Pretio statuto*. sine quo esse non potest venditio, vt in prin. huius. §.

e ¶ *Et in locationibus*. vt ff. loc leg. si merces in princ.

¶ Item pretium.

¶ *CASVS*. aliter non figurabitur, quia text. ipse ponit casum, & arguit ad partes, & approbat sententiam Proculi ratione ipsius, quæ hic non allegatur, sed in l. 1. in fin. ff. eod. quia sicut aliud est vendere, aliud emere, sic aliud est pretium, aliud merx, quod in permutatione discerni non potest, vter sit emptor vel venditor. Not. quòd pretiũ debet esse in pecunia numerata, alias est permutatio & sic dẽt discerni a re vendita. Item, quod auctoritates poetarum possunt allegari. Itẽ, quòd illa sentẽtia præualet, quæ validioribus fulcitur rationibus.

SYL.

f ¶ *Item pretium*. Dixit pretium debere certum esse, nũc dicit quod in numerata pecunia.

¶ Prudentissimè Impe. cum superius dixerit pretium in venditione constitui oportere, nunc declarat pretium ipsum in pecunia numerata consistere debere. nã alias pretij appellatione cõtinetur, quicquid pro re datur, l. fundi partem, ff. eod. vbi Bald. qui multa allegat, & tradit Tiraq. de retract. lig. §. 1. gl. 14. nu. 41. Quod autem hic dicitur, intellige quo ad essentiam venditionis, nõ quo ad numerationem, simulatque enim de pretio conuenit, aliud loco pretij dari potest assẽtiente venditore, l. pretij. C. de rescind. vẽd. nam conuentio non numeratio perficit emptionem sine scriptis, l. 2. ff eo.

¶ Adde, quod & si aliqua res æstimata detur pro alia est venditio, nõ permutatio. vt latè docet Tiraq. loco sup. citato, nu. 39. & 40.

g ¶ *Putabant*. sed malè, vt inf. dicam.

ADDITIO: Pro istorum tamen opin. facit

† Greco poeta Homero, [a] qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse ait pmutatis quibusdam rebus, [b] his verbis: [c]

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ

ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,

ἄλλοι δὲ ῥινοῖς δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,

ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Diuersę scholę [d] auctores contra sentiebant, aliudque esse existimabāt permutationē rerum, aliud emptionem, & venditionem alioqui nō posse rem expediri [e] permutatis reb⁹, quę videatur res venisse, & quę pretij nomine data esse, †nam vtramque videri & venisse, & pretij nomine datam esse, rationem nō pati. Sed Proculi sententia dicentis permutationē propriam esse speciē contractus [f] à venditione separatam,

facit quod scribit Iustinus lib. 3. Emi singulas res nō pecunia sed compensatione mercium Lycurgus iussit, aurique & argenti vsū velut omnium scelerum materiam sustulit. a ¶ *Poeta Homero*, Not. argu. quod auctoritates auctorū, & philosophorum sunt in causis allegādæ, sic ff. de solu. l. si pater, & ff. de iud. l. proponebat, & ff. de sta. hom. leg. septimo. Sed interdum redarguuntur, vt hic, & ff. de re. di. l. in tantum §. fin. & l. sed Diui.

† *aliàs Græci poeta Homeri.*

SYL. ¶ De hoc vidēda sunt q̄ ponunt Doct. in l. 1. ff si cer. pet. & ibi Dec. col. 6. Tū aduerte, quia hic merito allegabāt, quia tractatur de proprietate verbi, emptio, quorū verborū significatione poetę sępe abutuntur.

qui Homericos versus Latinos fecere. *ADDITIO*. Hi Homeri versus sunt in septimo Iliados, quorum sensus est: Enthen oinizonte carecoomontes Achæi. Tunc iam vinum emebant comati Achiui. Alli menchalcho, alli de ethoni sidiro, id est alij cereè ære, alij splendido ferro. Alli de rhinis, alli d' deautiss bocssin. i. Alij verò corijs, alij ipsis bobus. Alij d' āndrapodessi. Alij mancipijs. Vide igitur mentē textus optimè probari per istud grecum. Græci enim pro vino dederunt aliquis: æs, alij ferrum, alij coria, alij ipsos boues, alij mancipia.

Expositio Græci textus positi.

† *Facit ad hoc pulcherrimus tex. in l. sciendū §. vl. de ædil. edi.*

d ¶ *Schola*. singularis numeri est hic, sic infr. mand. §. is qui exequitur.

* ¶ Hoc dictum Accurs. quòd ad hunc locum attinet, falsum est. non enim hic redarguitur dictum Homeri, sed quorumdam Iurisconsultorum dictum alia Homeri auctoritate confutatur, certè summa semper fuit etiam in iudicijs Homeri auctoritas, vsque adeo vt vel vnico eius versu Megareos ab Atheniensibus, cum de Salamine celebri insula, contenderent, victos esse traditum sit.]

** Adde, quòd nec in d. l. sed Diui. redarguitur auctoritas Virg, sed Martianus, I. C. qui parum ad rem vtebatur, argumento Virg. non. n. Virg. in illis versibus libr. 3. Æneid. ad quos allusisse vr̄ Mart. (libabat cineri Andromache, manesque vocabat Hectoreū ad tumulum viridi quem cespite inanem. Et geminas causam lacrymis sacrauerat aras) loquitur de simplici cenoraphio. i. inani tumulo vt intelligebat Martianus, sed de eo, ad quem gemine aræ sacræ extructę erant, & ad quem sacrificijs factis eliciti, vocatiq. erant manes Hectorei, vt ex loco Virg. colligitur, & declarat doctissimus Alcia. lib. 10. Parer cap. 12.

b ¶ *Rebus*. puta equis.

c ¶ *His verbis*. s. Græcis, quæ legi non possunt, Accursius.

* ¶ Vide Budæ. in Anno. ad Pande. in leg. 1. eodem tit. & Alciat. lib. secundo, Prætermi-

e ¶ *Expediri*. id est, cognosci.

f ¶ *Speciem contractus*. s. innominati, nam non habet nomen suum, vt ff. de re. permu. l. 1. §. Item emptio. Sed quare dicitur innominatus, cum ita curiale nomen habeat? Respond. quia illi contractus sunt nominati, qui statim vt fiunt pariunt actionem, vt ff. de pact. l. iuris gētium, in prin. siue fiant consensu, vt venditio, vt sup. eo. in princ siue re, vt mutuum, vt sup. qui. mo. re contr. ob. in prin. At permutatio nec ex pacto parit actionē, nec ex re, sed parit ex vtroq. l. postea dudum re interueniēte ex pacto prin.o, vt substantialiter colligitur, C. de rer. permut. l. ex placito Et ex hoc cōtractu oritur actio pscr. verb. vt inf de act. §. actionē. & cōdictio ob causam, vt ff. de praescr. verb. l. naturalis, §. 1. ¶ Communis opi. est hic, & in l. iurisg. ff. de pact. quod permutatio sit contractus innominatus, cuius contrarium disputando tenet Fortu. Hisp. ibi in princ. col. 15. melior tamen ratio est, quare dicitur Innominatus, illa, quam ponit glo. in rub. C. de rer. permu. & illam magis communiter seq. doct.]

Contractus innominati q sint.

* ¶ Adde inter cætera hoc quoque differre permutationem a venditione, quod qui permutat, omninò dominium rei transferre debet l. 1. in fi. ff. de rer. permutat. at vēditori sat est, si eam tradat, l rem ff. eod. & de alijs differentijs vide Accur. in d. l. 1. de rer. pmu.

ybi

vbi colligit quinque differentias.
a ¶ *Digestis*, vt ff.eo.l.1.§.1.Accur.
b ¶ *Latius*. id est melius & apertius in ff.dicitur quam hic.

SYL.

¶ Cum autem emptio. ¶ *CASVS*. ita figurari potest.

meritò prævaluit, cū & ipse alijs Homericis† versib⁹† adiuuabatur, & validioribus rationibus † argumētabatur, quod & anteriores † Diui principes admiserunt, & in nostris Digestis[a] latius[b] significatur.

¶ *Rei venditæ in specie commodum, & incommodū spectat ad emptorem etiam ante traditionem, nisi in ea dolum, vel culpam venditor cō-*

Vide Alc. li. Prater. 2.tit. de cōt.emp. vbi Homeri versus reponit.
† aliàs adiuuaretur.
† aliàs augumentaretur.
† Vt Diocletianus, & Maximianus, l.emptionem C.de rer.permut.
Permutatio duas actiones parit.

Quæsitum est ante traditionem (perfecta nihilominus venditione) cuius sit periculum, & videbatur esse venditoris, quia res perit domino, leg. incendium, C. si cer.pe. dominus autem est vēditor ante traditionē, vt hic dicitur in fine. ergo ipsi perire & dānum eius esse debet. Cōtrariū deciditur hic ea ratione, quia cū teneatur venditor ad tradendū, si res desinat posse tradi absque dolo & culpa sua, liberatur, & ideò quamuis quo ad dominium pereat ipsi, non tenetur ad præstationē talis rei, quia liberatur, vt dix. Not quod emptio dicitur pfecta statim ac de pretio conuentum est. Item, quod perfecta venditione ante traditionem, periculum transit in emptorem, siue in totum, siue in parte res pereat. Itē, quod commodū alluuionis spectat ad emptorem. Item, quod eius sunt commoda, cuius incommoda. Itē, quod venditor etiā recepto pretio remanet dominus quousque non tradit, & per consequens habet actionem persecutoriam, sed tenetur eam cedere.
c ¶ *Diximus*, sup.eo.in prin.
d ¶ *Statim*. Sed certè immo non statim, sed nouem sunt necessaria.
¶ Io.Fab. hic dicit hæc non necessaria, sed quod regula simpliciter procedit, sed fallit in quolibet casuum subscriptorum.
¶ Primo, quod venditio fiat non in scriptis, aliàs, i. si fiat in scriptis venditio, non transit ad emptorem periculum, nisi mundum esset completum, vt hic, & C.de fid.instr.l.contractus, & C.de peri.& commo. rei vēdi.l.cū inter. Item, quod fiat pure, aliàs non perit emptori, licet secus si facta sit deterior, vt ff. pe.peri.& cōmo.rei vēd.l.necessario, §. quod si pendente. † Item, quod sit facta venditio in specie, nam si in genere, vt puta vendo hominē, † non perit emptori ante traditionem, vt ff. de peric.& commo. rei vendi.l.cumque.& l. quòd si neque. Itē, quod si certa species, quia si

SYL.
Venditione facta non pertinet ad emptorē periculū rei venditæ nisi 9. cōcurrāt.
† Quia pendēte cōditione venditio adhuc perfecta nō est l. hac vēditio. ff.eod.

sub incertitudine sit vēdita, licet sit species, non tamen spectabit semper periculum ad emptorem, puta vēdo Stichum aut Pamphilum, primus n. morit periculo venditoris, vt ff.de contrah.emp.l.si in emptione, §. penul.

† Quia genus perire non potest, l. incēdium C. si certū pet.

miserit, cuius nomine conuenitur, & quoties quis ideo tenetur, quia actionem habet, eam cedendo liberatur. Angelus. Aretinus.

¶ Cum autem emptio, & venditio contracta sit, (quod effici diximus,[c] simul atque de pretio cōuenerit, cū sine scriptura res agitur) periculum rei venditæ statim[d] ad emptorem ptinet, tametsi adhuc ea res emptori tra-

*¶ Aliquando tamen & sub incertitudine venditio tenet, velu- ti cum quasi alea emitur, quod fit, cum piscium, vel auium captus emitur, vsque adeò vt & si nihil captum sit, nihilominus venditio firma permaneat, quia spei venditio est, l. nec emptio ff.eod.tit. ¶ Item quod alio modo pereat, quam publicatione rei, nam tunc non perit emptori, vt ff. loc.§.si fundus. *¶ Declara, vt per Bar.in d.l. necessario. Item quod nullum pactum sit insertum, quod periculum venditorem respiciat, nam tunc non periret emptori, vt ff.eo.l.si in venditione, & inf.proxi.ver. quod si fugerit &c. siue specialiter esset de casu fortuito dictū secūdum B. siue generaliter, secū lū M. vt diximus, ff.siquis cau.l.sed & siquis, §. quęsitū.

SYL.

ADDITIO. Cautela tamen est, vt maximi casus, & terribiles exprimātur, quia clausula generalis subsequens non nisi ad alios minores, vel æquales refertur, imo, vbi quis tenetur de casibus, intelligitur solum de solitis & consuetis, l.fistulam, §.si.ff.eo.Ang. Itē quod venditor non fuerit in culpa. vel dolo quare res pereat, vt inf prox.ver. quod si. Itē, quod non sit in mora, nam tūc qui vltimam fecit moram, sibi perit, vt ff.de peri, & comm.rei vēd.l.illud: & hoc est verū hoc casu siue res peritura erat penes emptorem, siue non, secundū Io. vt ff.de leg.1.l.cum res.§.fin licet M.distingueret, arg ff.de rei vend.l. Itē si verberatum.§ si. Itē quòd non sit res, quę degustationem desideret, vt vinum, & zinziber, & similia. Nā tunc distinguitur, an vendatur in specie, & tunc post degustationem est periculum emptoris, an in genere, & tunc sunt duo necessaria, vt sit emptoris periculo, scilicet degustatio, & mensura siue pondus, & hoc secundum Ioan.& B.& Pla. vt ff.de pericu.& commo.rei vend.l. prima, in princip. & §.1. Sed Azo. dicit, quod in vino sit speciale, quod statim facta vēditione ēt ante degustationē sit emptoris periculū, si sit in spē vēdō.

vt ff.

vt ff. eod. l. quod sæpe, §. in ijs. Sed numquid distinguitur periculum peremptionis à deteriorarione, vino vendito in mensura, † vt in venditione conditionali diximus modò per l. ff. de peric. & commo. rei vend. l. necessario, §. quod si pendente, vt sic effusionis ad venditorẽ, acotis, & mucoris ad emptorem pertineat? Bul. ait quod sic, quia hoc sub quadã cõditione fit, scilicet si degustetur. Sed certè ipsemet mutauit consilium postea, & merito, qa aliud est in alia conditione, quæ non est in potestate venditoris, aliud in hac, quæ in sua potestate est, cũ possit denunciare emptori, vt gustet & accipiat, aliàs potest effundere, (l) vt ff. de pericu. & commo. rei vend. l. 1. §. fin. Et sic indistinctè periculum ante mensuram est venditoris.

† *Quãdo dicatur venditio ad mensurã. declara secundum Bar. in l. Iuliã §. si Titius ff. de act. emp.*

*¶ Vide ad id quod dicitur de degustatione, glos. in l. 1. ff. de peric. & commo. rei vendi, quæ secundum. Ang. hic dissentit ab istis.]

SYL.

ADDITIO.

(l) Vel ab eo die i antea petere pensionẽ vasis. Et hoc verũ, quando est appositum tempus ad mensurandum, aliàs debet conseruare, donec vasa erunt sibi necessaria, & hæc procedunt in vino, secus autem in alijs rebus, quia propter hoc effundi non poterunt. Ang.

dita non sit. Itaque[a] si homo mortu⁹ sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totę, vel aliqua ex parte, incẽdio cõsumptę fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte, ablatus sit, siue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, lõgè minor aut dterior esse cęperit, emptoris dãnũ est, cui necesse est, licet rẽ nõ fuerit nactus, pretiũ soluere. Quicquid em̃ sine dolo, & culpa vẽditoris accidit, in eo vẽditor securus est.

¶ Sed & si post emptionẽ fundo aliquid per alluuionem accesserit, ad emptoris commodũ pertinet. Nam & cõmodũ eius esse debet, cuius periculum est.[b]

¶ Quod si fugerit homo, qui venit,[c] aut surrepi⁹ fuerit, ita vt neq. dolus, neq. culpa[d] venditoris interuenerit, animaduertendum[e] erit, an custodiam eius vsque ad traditionem venditor susceperit.[f] Sane enim si susceperit, ad ipsius periculum is casus[g] pertinet, si nõ susceperit, securus est. Idẽ & in cæteris animalibus, ceterisque rebus intelligimus. Vtique tamen vendicationẽ rei, & condictionẽ[h] exhibere[i] debebit emptori, quia sanè qui nondum rẽ emptori tradidit, † adhuc ipse dominus est. Idem est de furti, & de damni[k] iniurię actione.

† *facit §. venditæ, in. de re, diu.*

¶ Etiam sub conditione potest emptio celebrari, & accidentalia contractus possunt in alterutrum ex cõtrahentibus celebrari. Aretinus.

¶ Emptio tã sub conditione, quam purè, contrahi potest. Sub conditione, veluti, Si Stichus infra certũ

a ¶ *Itaque.* Nunc ponit exempla.

b ¶ *Periculum est*, facit, ff. de peric. & commo. rei vend. l. id quod, & de reg. iur. leg. secundum naturam, & supra de l. patron. tut. §. finali.

c ¶ *Venit* i. venditus est.

d ¶ *Neque culpa.* Etiam talis, qualis in commodato gratia vtriusque partis cõtractio venit, vt ff. de pe. & com. rei vẽdi. l. custodiã est ff. commo. l. si vt certo, §. interdum.

e ¶ *Animaduertendum*, id est distinguẽdum.

f ¶ *Susceperit.* quod pactum valet, vt hic. & ff eo. l. quod sępe, § si res, & ff. de peric. & cõmo. rei ven. l. 1 § 1

g ¶ *Is casus.* Etiam leuissima culpa contingens, secũdum Ioann. non verò fortuito, l. cet M. contra vt C. de pigno. act. leg. quæ fortuitis.

h ¶ *Condictionem.* s. furtiuã, quæ s. soli domino dabatur, vt hic, & ff. de cond. fur. l. 1.

¶ Vel quasi, secundum Bart. in l. 1. ff de cõdi. fur.]

SYL.

i ¶ *Exhibere.* Scilicet cedẽdo actiones istas, & hoc q̃do non fuit in culpa, aliàs nõ liberatur cedẽdo, vt ff. pro socio. l. de illo. in princip. quæ est contra.

K ¶ *Et de damni.* Puta si fuerit res vendita venditori subtracta, vel in ea datum sit damnum, vt in princ. huius §. nam hæc actio damni iniuriæ domino datur, vt ff. ad legem Aquil. l. itẽ Mela. §. legis.

¶ Intellige de directa, nam vtilis datur etiam non domino d. l. item Mela. §. final. & not.

not. gloss. in dicto §. legis, in ver. heto.
SYL. ¶ Emptio tam. ¶ CASVS. in tam notissima tegula non figuratur. Not. summar. Item & exempla posita in text. quod vēditio potest conferri in alterutrum ex contrahentibus.

Emptio an possit in alterius contrahētiū arbitrium cōferri. † *alias fit.*

a ¶ *Placuerit.* Sed videtur, quod in alterius cōtrahētis arbitrium conferatur emptio, quòd esse non potest, vt C. eo. leg. in vendētis, vel emētis, & ff. eod. l. quod sæpe, §. 1. quæ sunt cōtrariæ. Sed dic rem ipsam hic conferri in arbitriū emptoris, aliud si cōmercium, vt, Sit tibi empta, si vis, vel pretiū pro quanto voles, vt di ctis legibus cō trarijs. (i) Item opponitur, hęc venditio, quæ hic fit, non viderut cōditionalis, vt ff. eo. leg. 3. quæ est contra. Sed certè ibi fuit empta purè, sed resolutio debebat, sub conditione fieri, at hic sub cōditione facta fuit, vnde non potest impleri nisi impleta conditione, vt ff. eo. l. hæc venditio, in princip.

† *Facit ad hunc §. c. de iure. cū gl. fin. de iu. pat. &c. 2. cū gl. 1. de rels. & ve. san.*

diem tibi placuerit,[a] † erit tibi emptus aureis tot.[b]

¶ *Emens ignoranter rem, quæ non est in commercio, habet cōtra venditorē actionem ex empto ad interesse. Ang.*

¶ Loca † sacra,[c] vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustra quis sciens emit, quæ tamen si pro profanis, vel priuatis[d] deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quòd[e] non habere ei liceat, vt consequatur quod sua interest eum deceptum non esse. Idem iuris est, si hominem liberū, pro seruo emerit.[f]

¶ *De locatione, & conductione.*

¶ *Locatio perficitur consensu eo ipso; quod de mercede conuenit, & in voluntatē tertij merces cōferri potest, quemadmodū in emptione, & secundum eius naturam quasi per omnia locatio regulatur. Incerta verò mercede constituta, contractus innominatus efficitur. hoc dicit. Aret.*

LOcatio[g] & cōductio pxima[h] est emptioni, & vēditioni, eisdemq. iuris regulis consistit. Nā vt

*[Vide gl. no. in dd. l. in venentis. C. eo.]

SYL. ADDITIO. (i) Tu dic, quod omnia ista sunt de substantia contractus, quæ in voluntatem alterius contrahentium committi nō potest, etiam per verba importātia arbitriū boni viri, hic autem non substātia, sed accidens, vel qualitas committitur. Ang.

b ¶ *Aureis tot.* Puta 10.

SYL. ¶ Loca sacra. ¶ CASVS. ita posset figurari. Valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & ècontra, sed legatum rei, quæ non est in commercio, siue sciēter, siue ignoranter fiat, non valet, §. non solū, sup. de leg. etiam quo ad præstationē interesse. eadem ratione idē videbatur in emptione, sed contrarium dicitur illa ratione, quia qui se obligauit ad tradendam rē, quæ tradi nō poterat, in culpa est, & propter culpam tenetur ad interesse. Not. summa.

c ¶ *Loca sacra.* quæ sunt ista, habes sup. ret. diul. §. flumina, & §. nullius. & §. religio.

d ¶ *Priuatis.* Reddo singula singulis, nam priuata contraria est publicę, profana sacrę, & religiosæ, & facit, ff. eo d. l. & liberi. & leg. quia & l. liberi.

e ¶ *Quòd,* id est, quia.

f ¶ *Emerit.* Ignorans, vt ff. de contrahen. empti. l. liberi hominis.

*¶ Quid dicemus, si quis vēdat rem vitiosam, veluti pecus morbosū, aut quid simile, & traditum est? Si sciēs distraxerit, eum teneri ad omne interesse emptoris etiā extra rem contingēs si ignorans, præstabit quanto minoris empta res esset, si hoc scisset, qui emit, leg. Iulianus, ff. de act. empt. Sanè si vitium palam apparebit, aliud iuris erit, leg. ea. ff. eo.]

g ¶ *De locatione, & conductione.*

¶ Textus cōtinuat rub. Quia locatio est similis emptioni, vt in text. & ff. eo. l. 2. igitur post empt. sequitur videre de locatione. Aret.

Continuatio.

LOcatio. ¶ Totus iste tit. diuidit in quinque partes. Primò ponit, quod iste cōtractus habet similitudinem cum cōtractu emptionis. Secundò illud per exempla declara. Tertiò, quid veniat in isto contractu. Quartò, ad quid tenetur conductor. Quintò, an iste contractus transeat ad heredem. Secūda ibi, Nā vt emptio. Tertia ibi, in §. Cōductor. Quarta ibi, Qui pro vsu. Quinta ibi, in fi. Mortuo.

Diuisio.

¶ Locatio. ¶ CASVS. in declaratione terminorum & simplici æquiparatione non figurabitur aliter nisi literaliter. No. æquiparationem contractus emptionis, & locationis, & quod valet argumentum de vno ad alium. Item, quod quando merces est incerta, agitur præscriptis verbis.]

g ¶ *Locatio.* Sic, ff. eod. l. 2.

h ¶ *Proxima.* quo ad trac. & quo ad sententiam.

* ¶ Hincque videmus legem loquentem in vendi-

venditione trahi ad locationem, §. pretium. in fi. sup. ti. prox. vbi & hoc protrahit Ang. in vlt. not. ad statutum etiam exorbitās, & correctorium, per gl. in l. quod verò, ff. de legi. & in l. si quis seruo. & ibi Bart. & alios, Cod. de fur. in plurimis tamen casibus differunt, vt ecce per venditionem trāsfertur dominium, aut certè vsucapiendi conditio. leg. ex empto. d' act. empti. per locationem, nec possessio quidem mutatur, leg. non solum, §. quod vulgo. de vsuc. vēditor nō tenetur tē amplius quam semel tradere. l. qui pendentē. in fi. de actio. empt. conductor toties agere poterit ex cōducto, quoties sibi re locata frui nō licebit. l. si quis domum. l. ex conducto. ff. loca. Edictum quoque ædilitium emptori, non conductori prospexit l. sciendum. de ædil edi. Præterea multa sunt quæ locari permissa sunt, non etiam vendi, vt bona ecclesiastica, & ex diuerso quædam sunt, quæ vendi possunt, quæ tamen locari prohibentur, vt ius seruitutis. l. locare, ff. loc.]

† *aliàs permissum.*

† *aliàs pmissa.*

c ¶ *Locatori quidem locati.* Sicut venditori ex vendito, & emptori ex empto actio competit, vt sup. ti. 1. §. pretium in fi.
d ¶ *Supra diximus.* Vt supra titu. primo, §. pretium.

emptio, & venditio ita contrahitur, si de pretio [a] conuenerit, sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces [b] constituta sit, & cōpetit locatori quidē locati[c] actio, conductori verò conducti. Et quæ supra diximus, [d] si alieno arbitrio [e] pretium † promissum fuerit, eadē & de locatione & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces † promissa fuerit. Qua de causa[f] si fulloni [g] polienda curandave, aut sarcinatori[h] sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea[i] tantum daturus, quātū inter eos conuenerit, nō propriè locatio, & cōductio contrahi intelligitur, sed eo nomine [k] actio præscriptis verbis [l] datur.

¶ *Si merces cōsistit in specie, non locatio, sed innominatus contractus nascitur, ex quo actio præscriptis verbis datur. Aret.*

e ¶ *Arbitrio.* ff. eo. l. si merces. 1. resp.
f ¶ *Qua de causa.* Quia dixit certū debere pretium interuenire.
g ¶ *Si fulloni.* Est autem fullo qui lauat, siue tingit, siue polit. Accurs. Floren.
h ¶ *Sarcinatori.* Sarcinator est qui fracta vestimenta resarcit, † vt dicimus, intra manda. in fin. Et proprius dixisset sartor secundum aliquos à sarcio, cis. Tamen etiam bene stat sarcinator, & dicitur a sarcina, & est propriè ille, qui plurimum vestium consuit, & aliquando ponitur pro sutore, vt hic.

† *Sarcire enim est integrū facere, Sex Pōp. Additio.*

Colonus partiarius non est conductor.

a ¶ *Si de pretio.* vt sup. tit. 1. §. pretium autem.
b ¶ *Si merces,* scilicet certa, & in pecunia numerata, vt ff. deposi. l. 1. §. si quis seruum, & ff. d' præscri. ver. l. naturalis, §. at cū do. vnde partiarius colonus, qui partem domino reddit fructuum, impropriè dicitur conductor, imò socius magis, vt ff. eo. l. si merces, §. vis. maior. Accur.

SYL.

¶ Et agitur actione personali contra eum, vt vult ibi Bart. vide tamen tex. in l. 1 §. si quis seruum, ff. depo. & Bald. in l. certi. in 3 q. C. eo. qui tenet, quod agatur præscriptis verbis.
** Quid si conueniat, vt certa quantitas tritici, vel vini, aut alia res præstetur domino in singulos annos, quotcunque fructus percipiat colonus? Et receptum est esse contractum innominatum do, vt des, qui tamē absimilis non est locationi, & ideò, quæ de locatione tradita sunt, eadē hic seruari oportere, gl. l. excepto, & l. olei. C. loca. & in cap. propter extra eod. tit. & tradit Petr. de Vbal. in tract. de societ. in 11. par. q. 9.

i ¶ *Postea.* Not. postea, nam prius re non secuta, id est nondum tradita ad reaptandum, actio non daretur, vt C. de rerum permuta. l. ex placito.
K ¶ *Nomine.* Quasi ex nouo contractu innominato, vt ff. de præscriptis verbis. leg. prima.
l ¶ *Præscriptis verbis.* infra manda. paragrapho finali. contra. Sed distingue. aut certa merces interuenit, & tunc agitur locati, vt supra eodem, in princip. aut incerta, & tunc præscriptis verbis agitur, vt hic, aut nulla, & tunc est mandatum, vt digestis de præscript. verb. l. si tibi polienda. & in contrario.

Merces quādoq. est certa, quādoq. incerta, quādoq. nulla.

ADDITIO. Intellige si res erat solita locari, aliàs secus, vt l. naturalis, §. at cum do. ff. de præscript. verbis. Ang.

SYL.

¶ Præterea sicut &c ¶ *CASVS.* ponitur in text. dum Iustin exemplificat in quotidiano rusticorū exemplo, in quo prima fronte videbatur dicendum, non esse agendum præscriptis verbis, sed potius esse societatē duorum boum, vel cōmodatum. quia & commodatum gratia vtriusque quandoq. celebratur, vt est not. supra in §. 2. quibus modis re contra. obl. sed contrarium deciditur, quia societas non est, quia dominium, aut vsus nō

sunt

sunt communicata, nec commodatum, quia debet esse gratuitum, vt dicitur in text. nec etiam est permutatio eadem ratione, quia retentum est dominium. Not. summarium. Item no. quotidianum exemplum boum rusticorum. Itē commodatum gratuitum debere esse.]

¶ Præterea sicut vulgò quærebatur,[a] an permutatis rebus emptio, & venditio cōtraheretur, ita quæri solebat de locatione, & conductione, si fortè rem aliquam vtendam, siue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendā, siue fruēdam aliam rē acceperit. Et placuit non esse locationem, & conductionem, sed proprium genus cōtractus, veluti si cum vnum quis bouē haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent,[b] vt opus facerent, & apud alterum alterius bos † perierit,[c] neq. locati, neq. conducti, neq. commodati competit actio, quia non fuit[d] commodatum gratuitū, verum præscriptis verbis[e] agendum est.

¶ *Contractus emphyteoticus, qui perficitur, cum alicui res cōceditur mercede ī pecunia, vel in specie cōstituta, à locatione,*

a ¶ *Præterea. Vulgò quærebatur*, vt sup. ti. 1. §. itē pretium.

b ¶ *Commodarent*. Impropriè ponitur, vt sequitur.

c ¶ *Bos perierit*. Sua culpa, aliàs non tenetur, cum vtriusq. gratia contractum sit, vt hic. & ff. de præscr. verb. l. si gratuitam, § si margaritas, & ff. commo. leg. si vt certo. §. nunc videndum. i.

d ¶ *Quia non fuit*. Bona ratio, vt supr. quib. mod. re contrahi. oblig. §. 2 versic. commodata.

e ¶ *Præscriptis verbis*. Quæ competit ex contractibus tribus innominatis, do, vt des, facio, vt facias: do vt facias, vt ff. de præscrip. verbis l. naturalis, §. 2. & 3.

** De natura huius actionis plenius tractat idem Accursius, infra de actio. §. actionum autem. in vers. de æstimato. & in vet. ex permutatione.]

Præscriptis verbis agitur tripliciter.

* ¶ Præscribere lingua Latina est statuere, & certo modo ante ordinare. hinc actio præscriptis verbis dicta, quæ datur ex contractibus innominatis, in quibus certa forma verborum erat statuta, vt videlicet quēadmodum se res haberet, describeretur. tum quæ species contractus esset, referretur, quod non erat in formulis actionum aliorum contractuum, quas ex facti differentia plerumque Prætor immutabat, vt disertè docet Alcia. noster. lib. vltimi. dispunc. cap. vlt.]

¶ In facto enim, vt des, datur actio de dolo, & Bartol. in dicta l. naturalis, §. quod si faciam, assignat rationem, quæ omnia sunt secundum communes docto. sententias. Vide tamen, quæ disputando contradicunt Fortu. in l iurisgen. §. & ideò. columna quinta. ff. de pact. & Præpo. Senen. in 4. casu q. 6. colum. 2.]

¶ Aliàs datur ex pactis incontinenti appositis, vt C. de rer. perm. l. rebus(i) aliàs datur, quando dubium est de nomine contractus, vt ff. de præscrip. verb. l. prima, §. finali, & l. 2. 3. & 4.

ADDITIO.

(i) Hoc verum si super accidētalibus apponatur, secus si super substantialibus, vt l. pacta, ff. de contrah. emp. Ang.

¶ Adeò autem. † *aliàs periit.* SYL.

¶ *CASVS*. in prima parte huius text. non necessariò ponendus est, quippe qui declarat terminos contractus emphyteutici. Cum enim antiquitus dubitaretur, an certa mercede constituta si concedebatur perpetuò fundus, esset vēditio, quia vtile dominium transferebatur, an locatio, quia remanebat dominus. Fuit hæc controuersia sopita per declarationem factam, quæ vocatus est contractus emphyteoticus, quasi meliorationis. sed bene dubitari poterat eueniente damno, vel interitu rei, ad quem spectaret.

¶ *Actio iniuriarũ nõ nascitur, nisi ab initio iniuriatus ad animũ suum iniuriã reuocauerit. Vel sic secundũ glossam: Actio iniuriarum iam nata tollitur dissimulatione. Angel. Aretinus.*

¶† Hęc actio dissimulatione[m] aboletur: &

ADDITIO. Dic vt per gl. & omnes Docto. in l. fi. C. eo. Ang.

g ¶ *Actionem*, id est accusationem. Et est speciale in accusatione aliàs cõtra, vt ff. d proc. l. licet, §. ad actionem, & ff. de pub. iud. l. pen. §. ad crimen.

*¶ Est & aliud priuilegium in his, qui illustri dignitate pręditi sunt, vt sci licet non nisi ex scripto ĩ ius vocari possint, l. quoties. C. de dignit.

† Ex l. nõ solum. ff. eod.

** Hinc annotari potest, quod propter dignitatẽ nonnunquam à regulis generalib. recedimus: quod multis exẽplis ostẽdit Alcia. libr. 1. de verborum signific.

† aliàs tenetur. † aliàs velut qui.

h ¶ *Apparet*. Dic ergo hic casum eius legis.

¶ Non solum. ¶ CASVS. clarus est, quia ratio manifesta, qui enim per aliũ facit, per se facere videtur.

i ¶ *Vt cui*. Id est, alicui, vel cuius, id est alicuius.

† aliàs curauit.

K ¶ *Mala*, id est maxilla.

l ¶ *Percuteretur*. Sed videtur, quod ex tali consilio nõ teneat, vt sup. de oblig. quę ex dlic. nasc. §. ope. in fi. Sed dic, vt tibi diximus. Itẽ argu. contra. sup man. §. tua tantum. ibi, quia nemo ex consilio.

¶ Hæc actio. Dic loco casus, quod ratio, quare si semel animo remissa est iniuria, non potest recoli, est, quia principaliter animo tenetur, leg 1. §. ait prætor, ff. si qua pau. fe. di. & ideò dissimulatione aboletur, vt hic dicitur, & declarat Fortu, qui ex hoc multa infert notãda, in l legitima, col. 24. ff. de pact.

m ¶ *Dissimulatione*, Vt si risi, vel lusi, vel comedi cum eo postea.

¶ Hoc verum, non si ex necessitate, vel honestate aliter fieri non potuit: vt si inuitati conuiuio, vel aliter.

* Et de alijs modis, quibus aboletur iniuria, vide Alex. in l. 1 in princ. ff. de pact.

¶ Item tollitur etiam nudo pacto ipso iure, vt Digest. de pact. l. si tibi §. quædam actiones. Sed numquid est nam etiam statim facta

facta iniuria, an ita demum si dicat, Ad animum reuoco, quod vltimum dixit B. vt dicũt. Sed certè imo est nata statim, nec enim ex reuocatione ad animũ vel ex verbis talibus nascitur hæc actio, sed ex contumelia, vt ff. de pact. l. si vnus, §. pactus. Itẽ quomodo aboleretur hæc nisi esset nata, certè nullo modo, vt ff. de inst. rup. rest. l. nam & si. §. post defectum & ff. de verb. sign. leg. decem.

ideo si quis iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non reuocauerit,[a] postea ex pęnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

a ¶ *Non reuocauerit.* id est, aboleuerit Nõ enim oportet dicere. Ad animum reuoco, sed sufficit si remaneat iratus & ei non reconcilietur (i) Sed quid si in vltima voluntate in pęnitentia remittit, quasi coactus morte, & postea conualescit, numquid renascitur? Videtur quod sic, vt arg. sup. de don. §. mortis causa. Item quia coactus remisit, vnde prætor ratum non habet, vt ff. quod met. cau. l. 1. Sed contradico, quia fuit semel extincta, vnde in perpetuum resuscitari non potest, vt ff. de sol. l. qui res, §. areã. Item præsumo, quod perpetuò voluerit remittere, siue conualuerit, siue non, nam aliàs non potuit bene pęnitere, præsumam ergo eum non fuisse immemorem suæ salutis, vt C. ad l. Iul. repe. l. fi.

SYL. ¶ Et ita communiter tenent Doct. hic.]

¶ Item est contra ad id, quod dicit nuda voluntate tolli hanc actionem, ff. de neg. gest. leg. Pomponius ibi. Nam quomodò &c. Sed certè ab initio tollitur nuda volũtate & simplici, vel vnius tantum, sed si semel ad animum reuocauerit, non remittitur per nudam voluntatẽ, sed verbis, vel pacto expressam sic, etiam ipso iure, vt dictum est per l. si tibi, §. quædam, de pact.

SYL. ¶ Dic tamen, quod si quis in confessione sacramentali remisit iniuriam, potest nihilominus agere, quia rancor remissus est, non interesse, ita est communis opi. doct. in l. si tibi, §. 1, ff. de pac.]

ADDITIO. (i) Dic vt ff. de adim. leg. l. filio, §. Seia. & vide l. 3. §. fin. & ibi Bar. cod. tit. Aug.

¶ *De obligationibus, &c.*

Continuatio. ¶ Quia de obligationibus ex maleficio diximus, sequitur de ijs, quæ ex quasi maleficio sunt, Accur.

Diuisio. Si Iudex. ¶ Totus iste tit. diuiditur in duas partes principales. Primò ponit casus, in quibus qui obligatur ex quasi maleficio. Secundò, qua actione his casibus agatur. Secũda ibi, In ius autem.

¶ Si Iudex. ¶ *CASVS.* Quærebatur, quomodo teneretur ex malo iudicio suo per imperitiam facto iudex. & vtique cum profiteatur scientiam iudicandi, videbatur ex maleficio teneri, §. præterea, sup. ad l. Aquil. cuius contrarium hic dicitur, quod tenetur ex quasi maleficio, non ex maleficio. ratio autem differentię est, quia actus medendi est voluntarius, actus iudicandi & munus iudicis est necessarium, leg. munerum, §. iudicandi officiũ, ff. de muner. & hono. Not. collige vt per Aretinum hic.] SYL.

¶ *De obligationib. quę † ex quasi delicto nascuntur.*

† aliàs: quasi ex delicto.

¶ *Iudex, qui per imperitiam male iudicat, facit litem suam, & ex quasi maleficio tenetur in quantum æquum videbitur iudicanti.*

Si † iudex[b] † litẽ suã[c]

† Et l. ex malefi. cys §. si iudex. ff. de ac. & oblig.

b ¶ *Iudex* siue sit paterfamilias iudex, siue filiusfamilias, sed quando est filiusfamilias, pater de peculio tenetur in quantum fuit in peculio, cum filiusfamilias litem suam fecit vt ita sint duo specialia & quia datur de peculio, licet sit quasi maleficium, quod nõ est aliàs, vt ff. de ijs qui deie. vel effu. l. 1. §. si filiusf. Item quia inspicitur tempus: quo fecit litem suam in condemnando, licet aliàs rei iudicatę tempus spectetur, vt ff. de pec. leg. quæsitũ. & probantur hęc ff de iud. l. si filiusfamilias. Vel dic, quod filius conuenitur, † vt not. in d. l. si filiusfamilias.

† Vide ad hunc tex. Doc. in l. si qs in cõscribendo, in 6 not. & in fi. C. de pac.

† De peculio, tñ pater cõ SYL. sicut conueniri.

¶ Adde, quod cõmunis Doct. resolutio est, quod quando per imperitiam iudicat, peculio tenus teneatur, quãdo verò dolo, teneatur in solidum. ita Doct. in d. l. si filiusfa.

¶ Adde gl. in §. si filiusf. ver. Item, infr. eod. *ADDITIO.* Not. quod iste tit. non habet locum quando iudex, per dolum vel corruptelam tulit sententiam, quia tũc tenetur propriè ex delicto, vt etiam no. Bart. in d. §. si filiusfa. Ang.

c ¶ *Litem suam.* i. cõtrouersiam. vel litigium vt in id teneatur ipse, in quo lęsit aliquẽ, & hoc qũ per ignorantiam vel imperitiam, vt inf. sequitur Nam si dolo, tunc nõ habet locum hic tit. sed ex maleficio tenetur, & fit infamis, vt C. de pęna iu. qui male iu. l. fin. Sed numquid hæc omnia in arbitrio locum habent? Dicit Io. quòd sic, vt C. de pac. l. si qs in cõscribẽdo. Alij cõtra. cũ possit pęna peti tñ & nec snia valeat, vt C. de arb. l. j. & l. 2. & maximè secundum noua iura, quę loquuntur, cũ est iuratũ ab arbitrio, vel à partib. secũdũ quę nihil eis erit præter sacramentum vt in Auth. de iu. §. qa verò. 2. coll. 6. Sed certe sẽtentia prima vera est, nec obst hęc Auth. qa nihil erit ei. i. arbitrio præter sacrm &c. i. vt possit cogere partes suo stare iudicio. vel eis .i. partibus. nam vocabit alterã partem per iuramẽtũ; sed & cõtra arbitrũ nihilominus

Arbiter si facit litem suam an sit puniendus, sicut iudex.

aget,

aget, vt dictum est, & per actionem in factum. vt inf eo. § fi.

¶ Dic, q in arbitrio compromissario decisio gl. nō procedit, l. pen vbi omnes, C. de arbit. In arbitratore magis communiter videntur tenere, si dolo iudicauit, qd declara (iudicio meo) in dolo ex proposito, non in dolo re ipsa.

a ¶ *Fecerit*. i. male iudicauerit.

* ¶ Litem suā facere quid sit. leg. Bud. in annot. ad Pande. in l. fi. de ędil. edic.]

b ¶ *Ex contractu*. Vel quasi.

c ¶ *Videbitur*. Vt si dubitauit circa legē Fusiam Caniniā durius puniatur, si autem in leg. illa, Gallus Aquilius, mitius puniatur. (i)

SYL. ¶ Hanc gl. sequitur Iason ī l. quod re. col. pen. ff. si certū perat. quem vide. & quod error probabilis faciat iudicem in nihilo teneri parti læsæ, dicit gl. 11. q. 3. c. temerarium.

¶ Et hoc, quādo non fuit data pecunia iudici, vel promissa, aliàs graues pęnas sequerentur, C. de pęn. iud. qui mal. iud. auth. nouo iure. & facit ad hoc respon. ff. de vari. & extraor. cogn. l. fi.

ADDITIO. (i) Et idem si fuerit secutus intellectus multorum Doctorum in vna lege, quę habet plures intellectus, licet iste nō sit communis vt dicit Bart. in l. cum prolatis. in fin. de re iud. valeret enim talis sententia, vnde opus esset appellatione, & iudex appellationis posset sequi aliā opin. & alium intellectum, & retractare vel cōfirmare sententiam, vt not. Bar. in l. 4. §. hoc autē iudicium. in fi. ff. de dam. infec. De hac materia vide latius per Ang. hic.

fecerit,[a] non propriè ex maleficio obligatus videtur, sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu[b] obligatus est, & vtique peccasse aliquid intelligitur, † licet per imprudentiā, ideo videtur quasi ex maleficio teneri, & in quantum de ea re æquū religioni iudicātis videbitur,[c] pęnam sustinebit.

¶ *Ille ex cuius domo aliquid pijcitur, quod alteri noceat, ex quasi maleficio obligatur ad duplū ęstimationis dāni. Qui verò habet supra viā aliquod appēsū, quod possit alteri nocere, tenetur pęna decem aureorum. Pro homine verò libero occiso est pęna quinquaginta aureorum, sed si viuit, & fuerit sibi nocitū, tenetur in quantum iudex æstimauerit. Aret.*

¶ Item is. ¶ CASVS. clarus est, & rationes sut manifestæ, cum enim culpa propria, vel alterius interueniat, conueniens est damnū datum sarciri. cur autem ex maleficio non teneatur probat tex. in versi. ideò autē. vbi assignat rationem à communiter accidentibus ad quę ll. se accommodant l. nam ad ea de leg. No. summarium, & text. & præsertim in ver. iudex enim ex quo habes, qd vbi homini nocitū est, licet non sit occisus, debet per iudicem impēsa Medicorum, ac medicinarum, & merces operarū, quibus caruit is, cui nocitum fuit, fieri refici.]

¶ † Item is, ex cuius cęnaculo, † vel ꝓprio ipsi⁹, vel cōducto, vel in quo gratis habitat,[d] deiectū, effusūve aliquid est, ita vt alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autē non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerūq. ob alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi. Cui similis ē is, q ea parte, qua vulgò iter fieri solet, id positū,[e] aut suspēsū habet, qd pōt, si ceciderit,[f] alicui nocere, quo casu pęna[g] decē aureorum[h] constituta est. De eo verò, qd deiectū effusūve est, dupli, quātū damni datum sit, constituta est actio.[i] Ob hominē verò li-

† Ex ti. ff. de ijs qui deiec. vel effud.

† Cœnaculum quid sit, explicat Bud. in anno. ad Pande. in l. aquissimum. de vsuf.

d ¶ *Habitat*. Hospes planè non tenetur, sed is, qui hospitium dederit, vt ff. de ijs qui deie. vel effu. l. 1. §. penul. Accur.

ADDITIO. (i) Not. q quādo quis debet citari ad domū solitæ habitationis, non sufficit citari ad hospitium, iuxta l. 4. §. prætor. & ibi latè Bartol. ff. de dam. inf.

** Habitare, vbi quis dicatur, docet Thom. Grammar. decis. 87. Et no. quod decis. huius §. procedit etiam in naue. l. pen ff. eo.]

e ¶ *Id positum*. Licet ipse non posuerit.

f ¶ *Si ceciderit*. Non enim spectatur, vt noceat.

g ¶ *Pœna*. Præstanda.

h ¶ *Decem aureorum*. Vel solidorum, vt ff. de ijs qui deic. vel effu. l. si verò. §. prætor 1. §. fi. & tūc dicas actiones in factum fore annales, vt ff. de popu actio. l. fi.

i ¶ *Constituta est actio*. Perpetua, quæ hæredi datur, sed in hæredem non datur, vt ff. de ij, qui deiec, vel effu. l. si verò, §. hæc ātactio.

SYL.

Nisi

berum occisũ, quinquaginta[a] aureorum pęna constituitur. Si verò viuat, nocitũq. ei esse dicatur, quantum ob eam rẽ ęquũ iudici videtur, actio datur.[b] Iudex enim† cõputare debet mercedes Medicis præstitas, cęteraque impendia, quæ in curatione facta sunt, pręterea operas, quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis est factus.[c]

¶ *Si ex cęnaculo filij habitantis seorsum à patre aliquid fuerit proiectũ, vel aliquid fuerit appensum, vel fecerit litem suam, pater non tenetur.*

¶ Si filius familias seorsum[d] à patre habitauerit, & quid ex cęnaculo eius deiectũ effusumve fuerit, siue quid positum suspẽsumve habuerit, cuius casus periculosus est, Iuliano placuit, in patrem nullã esse[e] actionem, sed cum ipso filio agendũ esse. Quod† & in filiofamilias iudice obseruãdum est, qui litem suam fecerit.[f]

¶ *Pro furto, vel dolo commisso in naui, vel in stabulo, vel in caupona, tenẽtur domini eorũ ex quasi maleficio, si damnum datũ fuit per aliquẽ, cuius opera viantur. Aret.*

¶ Item exercitor[g] nauis, aut caupone, aut stabuli, đ dolo, aut furtò, quod in naui, aut caupona, aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio[h] teneri videtur, si modò ipsius

¶ Nisi iam lis fuerit contexata, vel aliud simile factum.

a ¶ *Quinquaginta*. Ideò certa pęna statuitur, quia non potest ęstimatio liberi corporis fieri, vt ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. §. 2. †(1) Et competit hæc actio intra annũ, & nec heredi nec in hęredem datur, cum sit pęnalis & popularis, quæ prius datur ei, cuius magis itereſt, vt ff. de iis qui deie. vel effu. l. si verò, §. quæ autem.

† Et l. vlt ff. eo.

† l. vlt. ff. de iis qui deiec. vel effu.

ADDITIO. (1) Not. illum tex. quando fit cõtributio pp iactum non fit computatio liberi hominis. Facit l. sed addes, §. si quis mulierem, ff. loc.

b ¶ *Actio datur*. pperua sibi, sed aijs, puta heredi pro eo, si mortuus est, annalis datur, vt ff. de iis q. deie. vel effu. l. si verò plures, §. hæc aũt actio. ibi, sed si libero, &c.

Sil.

**Adde quod hæc clausula, in quãtum iudici ęquũ videbitur, đ qua in hoc text. & sup. hoc eod. ti. in prin. continet id, quod intereſt. Alci. l. inter hæc verba de verb. sig.]

c ¶ *Est factus*. Quia difficilimum est æstimare futuras operas.

¶ Si filiusfam. ¶ *CASVS*. clarus est, quia per Imperatorẽ ponitur, cuius ratio est in 1. casu, quia ideò tenetur pater pro filijs secũ habitantibus in tit. de effusis propter præsumptam culpam in aduertendo eius familiam, ne quid ex domo sua nocuũ alijs exeat, cũ verò pater non habitat in eadem domo, sed alibi, tunc deficit præsumptio illius culpę. In secũdò verò casu necesse est, quod interpretatio fiat secundũ gl. in tex. eo. §. in ver. suã. ꝙ præsumendum est ex benignitate potius accidere, quia omninò custodia patris, qui nullas nouit literas, nihil põt facere circa filium iudicẽ, nec potest prætendi aliqua pręsũptio culpæ in pr̃e, licet verba text. patit. cantia secundò casum ad primũ inferant. ꝙ pater in hoc casu nullam actionem patiatur necẽt de peculio pp illa verba, quòd & in filio &c. vñr. n. ponere præcise identitatem iuris propter naturã copulæ.]

d ¶ *Seorsum*. i. separatim à patre.

e ¶ *Nullam esse*. etiam de peculio, vt ff. de iis qui deie. vel effud. l. 1. §. si filiusfamilias.

† Vide gl. 1. sup. eo in pr.

f ¶ *Litem suam fecerit*. si siue patre habitauerit, aliàs pr̃ de peculio tenet. vt ff. de iud. l. si filiusf. sc̃dm lo. Vel dic. idẽ s. vt teneat pse filius, habitet cũ pr̃e vel nõ, sed et sc̃dm Azo. pr̃ hic tenet de peculio, vt dictũ est, per l. de iis q. deie. vel effud. l. 1. §. si filiusfa. Filio verò cõdẽnato, & ibi pater tenet de peculio, cũ videatur quasi contrahi cũ filio per sẽtẽtiam, ( ) vt ff. de nox. actio. l. & si cõdemnatur, & ff. de pecu. l. 3. §. idem scribit.

ADDITIO. (1) Dic secundum Ang. quòd ista vltima videtur verior quia ex contractu vel quasi pater tenetur de peculio, non autem de delicto vel quasi.

¶ Item exercitor. ¶ *CASVS*. clarus est, & ratio dubitandi esse poterat, quia videtur iniquissimũ genus pęnæ, vt quis ex facto alterius teneatur. c. 1. de iniur. & damn. da. lib. 6. sed ratio decidẽdi exprimitur in tex. nostro. aliquatenus. n. culpæ reus est, & in culpa dr̃, qui opera malorum hominum vtitur, quæ culpa licet non faciat aliquẽ teneri ex maleficio, saltem facit teneri ex quasi maleficio, quem textum not. in fi.]

g ¶ *Item exercitor*. quis sit, dic vt infr. quod cum eo. §. 2.

h ¶ *Quasi ex maleficio*. id est actione in factum

nullum est maleficiū, sed alicuius eorum, quorum opera nauem, aut cauponā, aut stabulum exercet. Cum enim neq. ex maleficio, neque ex contractu[a] sit aduersus eum constituta hęc actio, & aliquatenus culpę reus[b] † sit, quod opera malorum hominum vteretur, ideò quasi ex maleficio teneri videtur.

† aliàs est.

¶ *Ex quasi maleficio agitur actione in factum, quæ non transit contra hæredem. Aretinus.*

¶ In his autem casibus[c] in factum actio competit. quæ herędi[d] quidem datur, aduersus herędem[e] autem non competit.

¶ *De actionibus.*[f]

¶ *Non sūmatur: quia Imperator diffiniēdo procedit: nec possunt diffinitiones breuius summari. Aret.*

SVpest,[g] vt dē actionibus loquamur.

---

ctum in duplum, vt ff. nau. caupon. stabu. l. fin. & ff. fur. aduer. nau. cau. stabula. l. 1. Item est & alia in factum actio, quæ est ex eo cōtractu de recepto, vt ff. nau. caupon. stabula. l. 1. in princip.

ADDITIO. Et hic dicit lo. Fabr. qđ si dominus fuit cōdemnatus, ex facto nautarū, ab eis potest repetere, argu. leg. si colonus, ff. de aqua plu. arcē. & leg. si verò, § cum autem, ff. de ijs qui deie. vel effu.

a ¶ *Ex contractu.* Vel quasi.

b ¶ *Aliquatenus culpa reus.* Facit, ff ad legem Aquiliam leg. si seruus seruū. §. Proculus, & ff. fur. aduer. nau. cau. stab. leg. 1. § per.

c ¶ *In his autem casibus.* s. supradictis omnibus.

d ¶ *Hæredi.* Patientis iniuriam. Sed in casu de suspenso non datur hæredi, vt diximus sup. eo. §. 1. ver. ob hominem. Et not. hic differentiam inter actionem ex maleficio, & quasi ex maleficio, nam vbi ex maleficio si plures sunt, quilibet in solidum conuenitur, sed secus in hac actione ex quasi maleficio, vt C. de cond. furt. l. 1. ff. nau. cau. sta. l. 1. & l. fi. § si plures.

Actio ex maleficio & quasi ex maleficio differunt.

Item in actione ex maleficio vnus soluendo nō liberat alium, sed in hac sic, vt ff. nau. ca. sta. l. licet, §. postumus, & d. l. 1. de condi. fur. Item iure non ceduntur actiones ex maleficio, vt ff. nau. cau. stabul. l. sed & ipsi. sed in actione ex quasi maleficio cedūtur, vt d. §. postumus. Datur etiam hæc actio nō cessa, vt ff. de ijs qui deie. vel effu. l. si verò plures, §. cum autem.

¶ Item hæc generalius dantur hæredibus actorum, vt hic, quam illæ, quæ sunt ex maleficio, vt inf. de perpe. & temp. act. §. sed hęredibus.

e ¶ *Aduersus hæredem.* Vt ff. de iud. leg. Iulianus autem, & ff. nau. cau. stab. l. finali, §. penult.

¶ *De actionibus.*

Continuatio.

¶ Rubrica ista continuari potest, vt dicit gl. sup. in tit. de obl. quam sequitur Bal. hic.

¶ Libuit animaduertisse, quod cum hic titulus propter profunditatem materiæ non soleat legi incipientibus, non est ii. super quo possit per modum additionis aliquid iuuari, aut parum, studium adolescentulorum. Ideō leuius procedendum erit, quia hę, quas in hūc tit. & in tit. de exceptionib9, fecimus annotationes, separatim legendas nobis trademus. Sit igitur calumniātibus forsan his breuibus verbis satis factum.]

f ¶ *De actionibus.* ideò ponit in plurali, quia plures actiones sunt, vt infr. eod. per totum. Sed cū sint plures, quare in singulari numero diffinitur, vt infra eod. §. 1. Respon. licet sit numeri singularis tamen ponitur. vt genus, vt in alijs diffinitionibus contingit, & sub se continet omnes actiones.

Actio in singulari rectè diffinitur.

¶ Hæc opin. communiter tenetur, quamuis Hisp. hic reprobet.

¶ Item quare non dicit de agendo? Respon. quia illud est facti, hoc iuris.

¶ Ab hac responsione nemo dissentit, nisi Hispan. hic.

ADDITIO. Vult dicere gl. quod gerundia denotāt actum, prout est in facto, vt est in exercitio, quia deriuatur a verbo, quod significat agere, vel pati, sed hic nō tractatur de actionibus, prout sunt in actu, sed prout sunt iuris, ita dicunt doct. hic.

SYL.

SVperest. ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes principales. Primò ponitur continuatio huius tit ad præceden materias, Secundò diffinitur actio. Tertiò ponitur diuisio omnium actionum. Secunda ibi prope principium, Actio autem nihil. Tertia ibi, Omnium autem actionum.

¶ Superest. ¶ *CASVS.* in simplici continuatione Imperatoris non ponitur. Redit enim Imperator ad id, quod dixit in tit. de iur. nat. gen. & ciui. s. quod omne ius nostrū aut ad personas, aut res, aut actiones pertinet, & cum de duobus primis sit dictum, superest tantum, vt tertium membrum expediatur de actionibus.

† Istā sequuntur SYL. Cyn. Fab. Angel. et Ias.

g ¶ *Superest.* Sed quid superest? Respon. forma, vt supr. de iure natu. §. fin. Vel dic, quod sup. tractatum est de obli. quarum filię sunt actio-

actiones, vt ff. de procur. l. licet, §. ea obligatio, supr. de verbo. oblig. in princip. ideò de filia post matrem ponit, quasi ordine successorio.

† Ex l. nihil aliud ff. de act. & oblig.

¶ Declara quod dictum est non solum de obligationib⁹ quæ sunt matres actionum personalium, sed de acquisitione dominiorum & aliorum iurium, quæ sunt matres actionum realium l. in rem, ff. de rei vendic. ideo &c.

Actio † autẽ [a] nihil aliud est, [b] q̃ ius [c] pse-

a ¶ *Actio autem.* No. quod actio quandoque pro actu ponitur, vt in Auth. de non alienan. §. finimus, in fi. & C. de sacros. eccl auth. hoc ius porrectum, & ff de donat. inter vir. & vx. l. 3. §. sciendum, circa medium. Quandoque pro accusatione criminali, vt C. quando ciuil. actio. cri. præ. l. 1. Quandoque pro iure agendi vel persequendi, vt hic, & ff. eod. l. nihil † Item not. quòd illud, quod de actione hic dicitur, voluit Pla. dicere de causa, scilicet quod causa sit actio, vt sicut apud Dialecticos dicitur argumentum, quod ex propositione, assumptione, & conclusione consistit non tantũ conclusio, sic apud Legistas actio causa agendi dicatur, vt si dicam, Conuenio re ad 10. quia vendidi tibi equum pro 10. sit idem ac si dicerem. Ago contra te actione ex vendito. Sed Azo. dicit (quod & verum est) aliud esse causam, & aliud actionem. Nam obligatio est causa, & mater actionis, vt ff. de procur, l. licet, §. ea oblig. sicut ergo aliud est obligatio, & aliud est actio. sic aliud est causa, & aliud actio. Item, quia vendidi, est factum, † sed actio est ius, vt ff. de curat fur. l. consilio, §. 1. & si. & hic. Itẽ potest esse quod vendidi, & non competit mihi actio, quia mihi solutum est, vel quia remisi: vnde hæc verba, quia vendidi, non sunt actio. Item nomina certa actionum sunt à iure inducta, s. ex empto, & similes, nec hoc inductum est vt causa sit actio. Si quis ergo hoc velit dicere, non potest, cum lex non dicat, vt ff. de supel. leg l. Labeo in fi. Itẽ si causa esset actio, frustra diceret lex mutari actionis nomen, cum igitur de dolo patroni, vel parentis, vel similium personarum, de quorum dolo non agitur per actionem de dolo, † sed per actionem in factum. † nam ad quid mutaretur nomen, cum tamen causa maneret eadem, si esset ius in sola causa? Concludo ergo & dico. † quòd aliud est causa, & aliud est actio.

*† Istã primo partẽ sequũtur Fa. Ang. & Ias. et adde, qd 4. modo capitur actio pro administratione vt in §. insiur. in auth vt iud. sine quo suf. * quinto pro libel. l. 2. C. de eden. 6. p off gl 1. in le. placet C. de epis. & cle. 7. pro auctoritate iudiciali gl. in leg. extat. ff. q met. c.*

† Isti arg. impossibile est respondere secundũ Io: Fab.

† Vt l. nõ detur, ff. de dolo.

¶ Et cum hac sententia transeunt magis cõmuniter Doct.

† Verbis tẽperatã Bar. in l. infamẽ, ff. de pu. iu.

¶ Itẽ licet dixerim, quod nomina sunt actionum, ex empto, & similes, caue tibi, quia non sunt actiones, sed actionum nomina, sicut hæc dictio, homo, non est homo, sed significat hominem.

¶ Et ita communiter tenetur in §. actiones, inf. eodem.

† Et bene Dy. Fab. Ang. & Ia.

b ¶ *Nihil aliud est.* Patet ergo, quod olim aliud erat, † Erat enim conceptio verborum formata à magistratibus, vt digest. de orig. iur. l. 2. §. deinde ex his, & §. omnium, vnde formula vulgaris dicebatur, vt digest. de iur. l. si seruus nauem. Sed hodie hæc solennitas est sublata, vt Cod. de formul. & imp. l. 1. & 2. & etiam circa interdicta est sublata huiusmodi solennitas, vt infra de interdi. §. final. † Sed quæ erat olim differentia inter actionem, & interdicta? nam & interdicta erant verborum conceptiones, vt infr. de interdict. in princ. Respond. vt dicemus ibi. † At hodie nulla est differentia inter interdicta & actiones, cum interdictum nihil aliud sit, quam actio prætoria, vt infr. de interd. §. fin.

SYL. † Imo rẽ in substantia. An. & Ia.

† Istã gl. reprobat Ias. ideò dic aliter vt p eu.

† Dic q olim erat differẽtia solum in modo loquendi. Nic. Fa. & Ias.

¶ Vera differentia est, q interdicta, tãquam a prætore inducta, prætoria sunt, actiones verò pro maiori parte a iure ciuili inductæ, vnde respectu originis dicuntur de iure ciuili.

ADDITIO. Idem tenuit glo. in rubr. de interdic. quæ reprehenditur per Bar. & Doc. ibi, quia est differentia inter actionem, & interdictum, sicut inter matrem & filiam, cum ex interdicto oriatur actio in factum, vt in §. si inf. de interdic.

c ¶ *Quam ius.* s. ciuile, vbi actio ciuilis, vel prætorium, vbi actio prætoria est: nam ciuiles actiones & prætorias dico hic diffiniri. Item nota, quod actio est ius, quo persequimur, sed obligatio est ius, propter quod persequimur. Et si quæratur quod sit illud ius, vel naturale, vel ciuile, prætorium, vel gentium? Respon. † quia ciuile, vel prætorium, vt modò diximus.

Actio est tã de iure ciuili, quã prætorio.

¶ Et ita communiter tenetur, q sint de iure ciuili, hic, & in l. 1. §. sublata, ff. ad Treb. quã tenet hic Hisp.

† Sequitur ea Dynus, Nic. Fa. An. et Ia.

* ¶ Quidam videntur libentius interpretari ius pro potestate, vt l. actio dicatur potestas agendi, quam Prætor tribuebat, vbi cognouisset actionis formulam sibi propositam negotio congruere; atque apte conceptam, nam tunc Prætor actionem dare dicebatur, vt docet Alc. noster. l. pecuniæ verbum. de verbo. sign. pro qua interpretatione videtur facere, quod actio quandoque appellatur facultas agendi, quandoque facultas conueniendi in iudicio. l. 1. ff. de eo quod cer. loc. l. item si alias. l. si pupilli, in fi. de neg. gest.

¶ Nec facias magnam vim ibi, quia cũ multas habeat significationes hæc dictio, ius, vt ff. de iustit. & iure. l. penult. & fin. hoc est etiam vnum de significatis eius, vt dicatur ius agendi, vel persequendi. Sed ad cuius differentiam ponitur in diffinitione, ius, cum singula membra posita in diffinitione habeant suum ministerium? Respond. secundum M. quod ad differentiam rerum corporalium hic ponitur, vt det intelligere, quod actio sit res incorporalis, q verum est, su. de reb. corpor. & Incorp. §. 1. Vel melius dicas ad differentiã officij iudicis, q non est actio.

Ius ad qd ponitur ĩ diffinitione actionis.

vt

† Et bene Iaf. Off. iudi. an sit actio.

† vt ff. de minor. leg. quod si minor. §. si, licet M. dicat, quod officium iudicis est actio, & est pro eo quod dicit lex, in actione iniuriarum fieri æstimationem iudicis officio, vt supr. de iniur. §. pœna autem, & §. in summa. Sed certè actio iniuriarum est actio, cui inhæret officium iudicis, non tamen illud officium est actio, sed in facto † potius hoc consistit ius enim petendi per actionem mihi competit, quod per hoc officium iudicis mitigatur. †

quendi [a] in iudicio [b] quod sibi debetur. [c]

† Idest executio. SYL.

¶ Potes dicere, quod considerato officio de per se est iuris: considerato quo ad executionem, & administrationem est facti.]

† Et sic officium iudic. nō est factum, sed ei cōsistit ī facto. SYL.

¶ Sed quid petam? Respond. † quod estimauero nam debeo æstimare, licet iudex possit refrenare, est tamen quoddam aliud officium quod vicem sustinet, & obtinet vim actionis, vt dicemus, infr. eo. §. prætereà in fi. §.

¶ Communis opin. hic & in l. 1 §. sublata, ff. ad Trebel. est, quod officium iudicis non sit actio,* Alc. tamen lib. Parad 2. c. 10. efficacibus argumentis contrarium defendit.

† Sit, puta in exercitio.

a ¶ *Persequendi*. Hoc dicitur ad differētiam exceptionum, quæ dantur reis, per quas defenduntur. Sicut enim actiones sunt † arma actorum, ita exceptiones sunt arma reorum, vt ff. de except. l. 2. in princ. & §. illud.

† Idē Ang. et Ias. † Sequuntur Bar. & Ang. SYL.

¶ Et ita communiter tenet Doct. quod verbum persequendi, ponatur ad differentiam exceptionum]

** Verbum, persequendi, teste Olden. hic latissimè accipitur, vt complectatur omnes apud iudicem postulationes tam ordinarias, quam extraor. & quæ instar actionum obtinent, vt cautio damni infecti, & similes, id enim quod petimus, vel postulamus, vel imploramus, rectè dicimur persequi.

b ¶ *In iudicio* Hoc dicit ad differentiam eorum, quæ sūt licitè etiam extra iudicium, non tamen sunt actiones, vt si nocturnum, vel diurnum furem, vel militem deserentem militiam quis capiat, vt ff. ad legem Aquil. l. 4, & C. quando lic. vnicuique sine iu. te. vin. l. 1. & 2. item & propter debitorem fugitiuū quem capere † possumus, vt ff. de ijs quæ in frau cre. l. ait prætor, §. si debitorem, licet qui dam † exponant, l. illam ibi, quod captus fuit auctoritate iudicis, Accur.

† Idē Pl. A g. & Ias. † Singularis est secundū Bald.

¶ Cum hac gl. omnes transeunt, quam tamē aliter declarat Hisp. hic.]

ADDITIO. Dic idem in omnibus personis, quæ pertinent ad obedientiam perpetuā, de quo non fit quæstio, vt in monacho, fratre, vel vxore, quia si aufugiant, poterūt capi propria auctoritate, vt per Bald. in l. 1. C. vbi quis de curia, secus si esset quæstio.

† Et male Ang. SYL.

c ¶ *Quod sibi debetur*. Hoc duobus modis exponitur, vel ad differentiam realis actionis, secundum Azo. & ita strictè accipitur hic diffinitio pro personali actione tantum, † sicut accipitur, ff. eod. l. actio in personam, vel largius, † vt etiam realem contineat, non tamen officium iudicis. vt digestis eod. leg. actionum genera, quandoque largissimè, vt etiam iudicis officium contineat, illud scilicet, quod est loco actionis, vt per quod restitutio minorum petitur vt ff. eodem, leg. actionis verbo.

† Quādo, ₫ statutis in gb. verba sūt strictè intelligēda l. 3. §. verba, ff. de neg. ge. et l. quicq. d ff. de ver. obl.

¶ *Prima diuisio actionū est, qđ aliquæ sunt*

*¶ Officium iudicis an veteribus persecutio appellatur d. l. actionis l. creditores, & l. pecuniæ verbum de verbo. signi fic. vbi Alc. (solaque suggerente æquitate conceditur, deficiēte ciuili actione, cuius rei non pauca extant exempla in tit. de var. & extraor. cog. an. bigendum autem non est, quin sub hac diffinitione comprehendatur etiam officium iudicis hoc arguit verbum, debuit d. l. pecuniæ, § vlt. & verbum persequendi quod latissimum est, & deniq; verbum ipsum, actio. d. l. actionis verbor. qua de re latissimè, & doctissime Alciat. lib. 2. Parad. c. 10. ** & nor. quod officium iudic. est multiplex, vt per gl. in §. prætereà, in verb. satisfieri, infr. eod. & melius per Bartol. in leg 1. ff. de iurisdict. omn. iud.

† Idē Io. Fab. Nice in glo. sup. verb. quā ius sup. eo. §.

¶ Et quod sit actio, quæ non habeat obligationem, dicit Bartol, in l. iuris gentium, §. & ideo, ff. de pac. quamuis ibi Fortun. reprobet. & vtrum actio realis sit propriè actio, vide quæ disputat Fortu. in l Gallus, §. idem credendum, colu. 6. ff. de lib. & posthum. vbi tenet, quod sic,

SYL.

¶ Vel ponuntur hæc verba ad differentiam criminalium actionum, per quas non persequor mihi debitum, sed ad vindictam, & secundum hoc etiam realem actionem dicas diffiniri. hic, licet enim non sit obligatus qui realiter tenetur, vt int. eo. §. 1. ibi aut cum eo agit qui nullo &c. verum est personaliter, grosse † tamen potest dici quod sit realiter obligatus. Et facit pro hoc vt etiam realis hic diffiniatur, quia verbum, debere, & ad actionem in rem, & ad actionem in personam refertur, vt ff. de verb. significatio. l. pecuniæ, § si.

† Ista gl. est no qđ ver mul tories intelligun tur grossē modo, n̄ tamē in statutis. SYL. Pl. Ang. & Ias.

¶ Nec obstat si dicatur, verba in diffinitione propriè sunt accipienda, quia hoc verum in ver. diffinitio, non in diffinientibus, vt declarat Dec. in rubr. de probat. col 3. * quinimo Alc. in l. creditores, ff. de verb. sign. eum quoque, qui in rem actione tenetur, propriè debitorem esse, non in subtilibus rationibus comprobat.

¶ item facit, quod est in diffinitione verbū, persequendi quod est commune tam ad realem, quam personalem actionem, vt ff. eod. l. actio in personam. Item facit, inf. eo. §. 1. in princ. vbi actio realis species est actionis, sicut personalis, & ita large accipio hic verbum, debetur, sed in stricta significatione verbi huius, debere, tantum alienum, & non meum mihi debetur.

¶ Idem

¶ Idem firmat Dec. in l. si tibi in 3. nor. ff. si cert. petat.

† Imò & realis secundum communiter doc. hic.

¶ Vnde personalis actio tantum diffiniri videtur, † vt inf. eod. §. sic itaque & sup de leg. §. sed & si rem. Sed certè quandoq; ago etiā ad id, quod mihi non debetur, vt Cod. de pactis. l. si pacto quo pœnam, nam ibi non ago ad id quod est debitum, sed ad id, quod ex nudo pacto conuenit. Sed certè illud naturaliter erat debitum, quod nudo pacto debebatur, † vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſ. §. fideiuſ. Vel non agitur ibi ad id, quod nudo pacto debetur, sed ad id, quod verè debetur, sed prætextu eius consequitur etiam quod nudo pactò debetur. †

† Ista sol. nō procedit secundu Doct. quātum ad materiā text. nostri.

¶ Reprobat Præpo. Senen. 4. casu, q. 5. 2. col.

† Ista cōtinet meram veritatem, vt p doct. hic.

† Ista reprobatur cōiter p doct. hic.

¶ Item oppono de popularibus actionibus. Nam in eis non dicitur debitum, & tamen petitur, vt ff. de po act. l. penult. Sed nō obst. quia saltem post litem contest debetur, vt l. si cui. ff. de verb. signi Vel † dic, quod & sibi debitum prosequitur, nam cum toti populo sit debitum, ergo & sibi. Item op. de actione iniuriarum, quia non dicitur esse in bonis, vt ff. de iniu. l. iniuriarum 3. item non ad debitum, sed ad vindictam competit, vt ff. de colla. bonor. l. 2 § emancipatus, & tamen est actio. Respon. non est in bonis, vt trāseat ad hæredes, vt ff. ad l. Falc. l. pœnalis. Item licet detur ad vindictam, tamē potest deberi mihi propter id, quod est in æstimatione vindictæ, vel propter id quod est in alterū, vt vindicta. Item oppono de petitione hæreditatis. Item de actione de peculio. Nam in his agitur etiam antequam sit penes possessorem, vel antequam sit in peculio, vt ff de peti. hæred l. 4. & l. si quo, & ff de pecu. l. quæsitum, in princip. & ff. de lib. leg l. si quis reum, §. † idem Sed dic † esse subaudiendum hic, vel deberi speratur. Vel dic, quod quando fuit actio proposita, fuit efficax tantum pro eo, quod tunc erat penes possessorem, vel in peculio: & postea cum augebatur, eatenus, & actionis efficacia crescebat: cum vniuersalis, vel in aliquo vniuerso fuit petitio, vt ff. de iud l. solemus. Item opponitur de actionibus, quas intendunt aliqui pro alijs, vt procurator, & tutor & prælatus & similes, nam agunt, & tamen non sibi debitum petunt, Sed dic, quod quasi domini sunt, vt ff. pro empt. l. qui fundum, §. si tutor. Vel dic sibi, idest ei, cui actio competit, quæ intenditur. Vel subaudi, quod sibi debetur, vel ei cuius nomine agitur huius alternatiuæ, secunda pars est vera.

****

† als iest l. si filius fa.

† Sed hæc reprobatur, quia arguit Imperatorem de insufficientia.

SYL. ¶ Communis opin. est in hac glo. quod vtraque diffiniatur, quam defendunt hic Hisp.

Diuisio. ¶ Omnium autem. ¶ Ista pars diuiditur in sex partes, prout in hoc titu. ponūtur sex diuisiones actionum, quas enumerat per ordinem gl. magistralis in §. sunt prætereà. inf. 2 eod. Et ibi gl. addit alias sex diuisiones, quæ ponuntur in alijs locis extra hunc tit. Prima diuisio actionum est, quæ respicit causam materialem, quia quędam actiones sunt reales, quædam personales, quædam causam mixtam habentes, & ista pars durat vsque ad §. sed istæ. Secunda diuisio est, quæ respicit causam efficientem, quia quædam ciuiles, quædam prætoriæ, & durat vsque ad §. sequens. Tertia est respiciens causam finalem, quia quædam sunt rei persecutoriæ, quędam pœnales, quædam mixtę rei & pœnæ, & durat vsq; ad §. omnes. Quarta est respiciens causam formalem, quia quædam dantur ad simplum, quædam ad duplum, quædam ad triplum, quædam ad quadruplum, vsque ad §. actionum. Quinta est respiciens causam substantialem, quia quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris, ibi vsque ad § sunt præterea. Sexta est respiciens persecutionis effectum, quia quædam sunt persecutoriæ solidi, quædam non, vsque ad finem, vt sequitur Bald. hic. Item prima subdiuiditur in duas partes. Primò diuidit. Secundò membra declarat. Secunda ibi, Namque &c. Nam totus iste titulus procedit per diuisiones actionum.

reales, aliqua personales. Personalis est, quæ præsupponit debitorem obligatum, sed realis non, sed ideò contra eum competit, quia possidet, Aretinus.

¶ Omnium autem actionū quibus inter aliquos [a] apud iudices [b] arbitrosve [c]

¶ Omnium, ¶ *CASVS.* in diuisione actionum, & declaratione terminorum non figuratur nisi literaliter. Declarat enim Imper. suam diuisionem per exempla dilucida Not. est igitur, quod dictio, omnium, est vniuersalis. Item quod pariter proponendæ sunt actiones coram arbitris, sicut coram iudicibus. Item, quod valeat argumentum à sufficienti enumeratione partium. Item, quod ad causandam rei vendicationem duo extrema requiruntur, dominium, vel quasi ex parte agentis, possessio, vel quasi ex parte conuenti. Item, quod qui tenetur actione reali: nullo iure dicitur obligatus. Item, quod actio est genus.]

Quia relatiuum quis, vel quæ ad. actum alicui generalitati fuit copulatiua, restringit, l. eat. ... adiectiue. ff. de le 3

a ¶ *Inter aliquos.* Videtur innuere, quòd aliæ actiones sunt, quæ coram alijs proponuntur: †. sed non est verum. Accursius.

† Idē Io. Fa. Pla. Ang. & Ias.

ADDITIO. Solutio, dic quod hic relatiuum fiat declaratiue, quia adijcitur qualitati conuenienti vnicuique contento sub genere.

† Istā sequuntur Bald. & P. in d. Auth generaliter

b ¶ *Iudices.* Ordinarios, vel delegatos.

c ¶ *Arbitrosve.* Scilicet compromissarios, nam & apud eos actiones † proponendæ sunt, vt hic, & ff. de arbit. l. 1. Et etiam libellus offerendus, vt C. de arbit. l. cum antea, § licet,

†Vt ēt factū cōprehendat. Bal. in l. 1. ff si cer. pet.

cet circa fi. Sed contra secundum Plac. C. de episco. & cler. Authent. generaliter Ad quod respon † quia ibi non de libelli oblatione loquitur, sed de remissione cautionis, quæ cōsensu partium fieri potest, vt dig. de fer. l. 1. 1. respons.

a ¶ *De quacūque re.* generaliter accipere verbum, rei † vt ff. si certum petat. l. 1. in fi. nam pro corporalibus, & incorporalibus competūt actiones, vt infr. eo. §. proximo. & §. 2. & ff. si seruit. ven. l. 1. & 2. in princ.

de quacunq; re [a] queritur, sūma [b] diuisio ī duo genera diducit. Aut enim in rē sunt, [c] aut in personā. Nāque agit vnusquisq; aut [d] cum eo, qui ei obligatus est, vel ex cōtractu, vel ex maleficio: quo casu proditę sunt actiones in personam: per quas [e] intendit [f] aduersariū ei dare, [g] aut facere [h] oportere, & alijs quibusdam modis: [i] aut cum eo agit, qui nullo iure [k] ei obligatus

†Et hoc ideò, q. a perea cognoscitur causa imediata, & ī mediata actionū, Ias.

b ¶ *Summa,* Idest prima, quo ad tractatum scilicet † vel summa, idest breuis: breuior enim esse non potest quam bimembris, sicut ista est. Sed opponitur, infra eodem §. quædam Respond. quia & illæ sunt reales, quando ad res agitur, item in personam, quando ad personales præstationes agitur: immò etiam si simul agatur non tamen egrediuntur hanc diuisionem, cum sint in rem, & in personam, nisi enim sic exponeretur, iam multæ inuenirentur breuiores, vt ins. eod. §. aliæ, & §. actionum, & aliæ quædam diuisiones breuiores inueniuntur.

SYL.

¶ Communis opin. est cum glo. hic, vt patet ex dictis doc. hic, & in rub. ff. l. ti. cert. petat. quod actiones, de quibus in §. quædam, non faciant speciem de per se.

ADDITIO. Dic, melius facit tex. in l qs ergo casus, ff de pec. Sed extra glo. instatur, quia actio in rem scripta rem comitatur, & tamen non est realis, vt infra eo. § quædam sed solue, † ibi quia ius agēdi ex reali oritur ex ipsa re & ipsi rei competit, & cōtra ipsam rem, vt hic, & in simili dicimus de seruitute debita fundo, ff de negot. gest. l qui aliena, §. ti. & sic in actione personali in rem scripta. vt d. §. quædam Ang. †

†Imo q. a datur occasione directidominij, vtilis, vel quasi.

c ¶ *Aut enim in rem sunt.* Ideò in rem dicuntur, quia rem concomitantur, ff. de publicat. l. Imperatores, & in personam, quia non recedunt à persona obligati, vel hæredis eius, cuius eadem est persona, vt ff eo l. actionum genera, § 1. & 2. & in Auth. de iureiur. a mor. præ. in princ. coll. 5.

SYL.

¶ Hæc glo. malè loquitur, quia bene finguntur, non autem sunt, sed sunt eadem persona interpretatione iuris.]

* ¶ Actio in rem est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus, & semper aduersus eum est, qui rem possidet; l. actionum, de actionibus, & obligationibus.]

d ¶ *Aut.* Hoc respicit aliud, aut, quod est infra eod aut cum eo, &c.

e ¶ *Per quas,* scilicet personales actiones.

†Ista gl. & gl. posita verb. dare & gl. in ver. facere declaratur p Ang. in gl. magistra in isto. §. 1.

f ¶ *Intendit.* † scilicet vnusquisque, vel actor.

g ¶ *Dare.* Cum datio est in obligatione, vt ff. de ver. oblig. l. vbi autem non apparet. §. fi.

h ¶ *Facere.* Cum factum sit in obligatione, vt si promisisti scribere librum, quod petitur actione ex stipulatu, vt supr. de verborum obligation. in princ

* Actionis in personam verba solennia iure veteri erant in vsu, Aio te mihi dare oportere, itemque oportere facere, quorū verborum meminit. Val. Prob. in libello de notis antiquis. Est autem actio in personam, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper aduersus eundem locum habet d. l. actionum.]

i ¶ *Et alijs quibusdam modis*, idest ex quasi contractu, & ex quasi maleficio, nec enim de his, sup. dixerat, quod reprobatur. † quia ex quo dixit de ijs, quæ sunt ex contractu, vel ex delicto, per consequens de ijs, quæ sūt ex quasi contractu, & ex quasi delicto, vt supra de obl. quæ ex quasi contractu, in princ. & sup. titu. 1. in princ. † Vel dic omnia ista, supr. esse comprehensa, sed sunt supradicta intelligenda, vbi precisè agebatur ad dandū vel ad faciendum. hic autem quando non præcisè, sed sobalternatione, vt hoc, aut illud, sed & hoc reprobatur, quia sup. non dixit, quod præcisè quid fieret. Dic ergo hic de conditione furtiua loqui, quæ est personalis, non tamen ex cōtractu, vel quasi, vel ex maleficio, vel quasi, sed ex varijs figuris causarum oritur, vt ff. de actio. & obl. l. 1. in princ. Item de interdictis omnibus potest dici, qd omnia sunt personalia. v ff. de interdic. l. 1. §. fi. non tamen iure ordinario, sed extraordinario sunt introducta: vnde non continentur sub hac diuisione, ex contractu, vel quasi ex maleficio, vel quasi: ex delicto tamen, vel propter delictum quandoque dantur, vt in interdicto. Vnde vi, potest videri: quandoque non, vt in interdicto, Quod vi, aut clam, quando contra eum, qui non fecit opus, sed factum habet, datur, vt ff. quod vi, aut clam, l. 3. §. clam, & l competit, §. fin. Et vt breuiter dicam, ille tertius articulus, qui dicitur, ff. eodem l. 1. in princ. ex varijs figuris, &c. est quod hic dicitur. & alijs quibusdam, &c. Accurs.

†Imò approbatur per; Bar. Ni. Ang. & Ias.

†Hanc primam expositionem licet glo. reprobet, tamē eā sequūtur cōmuniter doc. hic & inducūt ad hoc l. 1 ff. eod. vide hic per d. Ias. qui lōge tractat an appellatione cōtractus veniat quasi cōtractus.

SYL.

¶ Communis opin. est cum glo. q̄ illa verba intelligantur de obligationibus ex quasi cōtractu & quasi delicto, presertim propter illa verba, & alijs, quæ designant similitudinem.

K ¶ *Nullo iure.* Not. hic, q̄ ille, qui rem meā tenet, non est mihi ideò obligatus, sed ratione pos-

ne possessionis eum possum conuenire, vt C. de alien. iudi. mutan causa facta, l. 1.

¶ Nec obstat difficile contractium, qđ actio de peculio est in rem, & tamen præsupponit obligationem, quia imò est in personam, §. in personam, infr. eodem, vt dicit hic Hisp.

¶ Tu dic, nullo iure personam ipsam obligati, ratione tamen rei, quã tenes debitorẽ te esse, hincque infertur eum quoque non impropriè creditorem dici, cui in rem actio competit, l. creditores, de verbor. signific. vbi Alc.

est, mouet tamen ei de aliqua re controuersiã: quo casu proditæ actiones in rem sunt, veluti si rem corporalem [a] possideat [b] quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum eius se esse dicat: [c] nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

¶ Sed oppono: tenetis mihi ad rem restituẽdam, ergo es obligatus. Respond non est verum: quia, teneris, duobus modis accipitur. Nam si dicas teneris ideò, quia ex natura actionis sis mihi obligatus, falsum est: si verò dicas teneris, quia per officium iudicis debet tibi necessitas imponi, vt restituas, verũ est, vt ff. de rei vẽd. l. qui restituere, & si hoc modo accipiatur, tenetis, ergo es obligatus, non sequitur.

ADDITIO. Et est ratio, quia officium iudicis nullam præsupponit obligationem, l. qui per collusionem, in fin. ff. de act. empt. l. Quintus, ff. de annu. leg. nisi largo modo secundum quod dicit Bart. in l. fin. ff. de iniur. & vide glo. supra in princ. in verbo, debetur. Angel.

a ¶ *Rem corporalem*. Bene dicit corporalem, quia incorporalia non vendicantur, vt ff. de rei vend. l. vendicatio.

b ¶ *Possideat*. Not. in actione in rem ex parte actoris alterum duorum debere interuenire scilicet dominium, vt ff de rei vend. l. in rem & hic: vel quasi dominium. † vt in emphyteuta, superficiario, & in bonæ fidei emptore (1) & similibus, vt inf. eod §. aliæ, & ff. si ager vecti. vel emph. l. 1. §. fi. & l. 2. & l. 3. & ff. de superficieb. l. 1. in fi. respon. & §. quod ait. item ex parte tamen similiter duorum alterum, s. possessionem, vel quasi, vt quia dolo desierit possidere, vt hic, & ff. de interrog. actio. l. qui seruum, §. in iure. & l. si seruus, & de noxa. act. §. 1.

†Vel ius in re, Dy. Nic. An. Ias.

*¶ Adde secundum Ias. quod triplex est dominium directum, vtile, & quasi dominium. Directum est dominium plenarium: quotiescunque nullus alius in ea re ius habet, & hoc producit directam rei vendicationem: vtile est quod directum agnoscit, quale est dominium emphyteutæ, vasalli, & superficiarij, & hoc producit vtilem rei vẽdicationem, quasi dominium est quod habet bonæ fidei possessor iusto ex tit. ante quam tem per longi temporis possessionem acquirat, quo casu datur actio publiciana.]

ADDITIO. (1) Dic, hoc non videtur bene dictum, quia imò habet tãtummodo Publicianam, vt inf. eo. §. sed istæ. alias si haberet vtile dominium, vt dicit glo. præferretur domino directo, leg. 1. §. 1. ff. si ager vect. vel emph. & tamen hoc est falsum, quia regulariter excluditur à verò domino l. pen. & quod ibi no. ff. de publi.

c ¶ *Dicat*. hoc non est necesse probare † vel dicere, sed ex voluntate dãt hoc, vt Co. de eden. l. qui accusare, & de rei ven. l. fi. & inf. de interdic. l. §. commodũ.

† Onus tamẽ probandi potest assumere si vult. Ni. Fab. & Ang.

*¶ Rei vendicationis in petitione fundi, huiusmodiq; rei immobilis, olim hæc formula fuisse traditur: Fũdus, qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est: eũ ego ex iure meũ esse aio. ibi ego te ex iure manu consertũ voco. Aul. Gel. li. 6. c. 9. Rei verò mouentis vendicatio si fiebat, is qui vẽdicabat, in iudicio rem exhibitam tenens dicebat. Hanc ego rẽ ex iure Quiritium meam esse aio.]

¶ Æque. ¶ Supra, § proxi. ponitur de actionibus in rem pro rebus corporalibus, nunc pro rebus incorporalibus. Et sunt duæ actiones, confessoria, & negatoria. Et diui. iste §. in duas partes. Primo ponit de actione confessoria, quę intentatur pro seruitute constituta conseruanda, vel constituenda. Secundo ponit de actione negatoria, quæ cõpetit dño negando aduersario suo ius esse seruitutis, & sic competit pro libertate conseruãda. Secunda ibi, Contra quoque. Item totus iste §. sex facit. Primò ponit exemplũ de cõfessoria, quę datur pro seruitute personali. Secũdò dat duo exempla de confessoria pro seruitute reali rusticana. Tertiò ponit 4. exempla de confessoria pro seruitute reali vrbana. Quartò ponit plura exẽpla de negatoria. Quinto ponit differentiam inter actiones reales, quę competunt pro rebus corporalibus. & inter eas, quæ cõpetunt pro rebus incorporalibus. Sextò infert quandam exceptionem. Secũda ibi, Vel per fundum. Tertia ibi, Eiusdem. Quarta ibi. Contra quoque. Quinta ibi, Quod genus. Sexta ibi, Sanè. STL.

¶ Æque si agat ¶ CASVM. ponere nisi literaliter non expedit, cum enim text. declaret terminos, & seipsum exemplificet, non est quod vlterius ex text. desideretur, & si quid ad perfectam cognitione harũ actionum deficiat, constat quod ipsemet Imper. iudicauit non esse hoc in loco congerendam omnem materiam istam, sed reseruate cognoscendam in libris, ff. Nota igitur φ dictio, æquè, est continuatiua ad præcedentia. Item, quod vbi est apposita dictio forte, debet intelligi, vt idẽ disponatur in casu, in quo non est apposita. quod disponitur in eo, in quo est apposita. Item, quod concessio aquę ductus est seruitus realis. STL.

Item quod confessoria & negatoria competunt pro seruitutibus rusticis, & vrbanis. Itẽ, quod seruitus prospectus est, qua conceditur non simplex lumen, sed amenitas visus. Itẽ, quod est differẽtia inter proijcere, & immittere, de qua est text. in le. malum, §. r. ff. de verb. signif. & vlterius dicit Præpos. Senen. in 7. casu quæstio. 1. q̃d hic tex. adhuc à nemine fuit intellectus, & ipse ibi declarat, videas.]

a ¶ *Aequè*, scilicet datur actio in rem.

b ¶ *Agat*, scilicet actione confessoria, quod si vocetur legitur, dig. ff. si ser. vendicet. leg. 2. in princ.

c ¶ *Vtendi*, Hęc seruitus est personalis, sed sequentes reales vt ff. de serui. l. 1.

¶ Licet aliæ quædam inueniantur directæ, & contrariæ, vt mandati, depositi, & similes † Sed qualiter formantur libelli in his? Respond. sic peto Ioannem in filium meum iudicari: vt mihi patri debitam præstet reuerentiam, & alia quæ patribus à filijs debentur, & idem in patrono: & ex tunc lata sententia alimenta patri & patrono præstabuntur, vt ff. de liber. agnoscend. leg. si quis à liberis, in princip. & paragrapho solent, quia sententia pro veritate accipitur, vt digest de stat. hominum l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. Codice de fideicommiss. l. prima. In seruo & domino sic: Peto in seruum meum talem pronunciari, quia eum meum dico: Econtra seruus, vel libertus, vel filius dicet: Peto me non Inquietari à Titio, qui me in seruum, vel libertum, vel filium tenet, quia me in tali vinculo non subesse dico, vt Codic. de ingen. & ma. l. diffamari. Vel sic. Peto vt ingenuus, vel liber, vel non filius pronunciet contra Titium, quia sic se rei veritas habet. Et differt hæc ab ea, qua petit pater filium in potestatem ex iure Romano cum ibi tantum de potestate quæratur, hic autem de filiatione, vt ff. de rei vend. l. 1. & 2 & hic dicitur. Item hæc prætoria, vt hic, illa ciuilis. Quibus autem modis filius possit peti, diximus supr. de patria pote paragrapho ius autem potestatis. Item quare dicuntur præiudiciales? Respond. secundum quosdam, quia in modum exceptionis proponuntur, † & ita præiudicant: vt si agas contra me hæreditatis petitione, & ego obijciam tibi, quod seruus sit defuncti, vel quia ipse defunctus seruus fuit, vt ff. de pet. hære. l. si quis libertatem tunc non potest esse lis inter nos, vt digest. de iudic l. lis nulla, & supra de oblig. quæ ex delict. paragrapho ij, qui. & facit pro hac sententia, Codice de ordin. co. l. prima, & de hæredit. per le. liber. & ff. si liber. ingen. esse dicat l. fin. Alij, dixerunt, ideò dici præiudiciales, quia sententia lata super his fit præiudicium omnibus alijs quæstionibus, vt ff. de stat. hom. l. ingenuũ, & ff. de lib. agn. l. 1. paragrapho fin. & l. 2. sed certè secundum hoc etiam querela inofficiosi testamenti dicitur præiudicialis, quia præiudicat alijs quæstionibus, vt digest. de inoffi. testam. l. Papinianus, §. fin. Sed contra hanc sententiam est, ff. de lib. causa l. si seruus. Sed ibi non fuit pronunciatus ingenuus: vel collusio ibi fuit. † Vel dic secundum Ioan. quod præiudiciales ideo dicuntur, quia omnes aliæ quæstiones, quæ interim inter eas personas mouentur, debent silere, vt Co. de ordi. cogn. l. 1. & 3. & ff. de lib. cau. l. ordinata & ad hoc facit optime, ff. de noxa. l. penu. 1. respons. Nisi esset talis causa, quę agere tur etiam si constaret eum fore seruũ, quod est quandoque, vt ff de iud. l. vix. † Sed secũdum hoc cum quæritur inter patronum, & libertum de libertinitate, non est hæc quæstio præiudicialis, cum aliæ quæstiones interim inter eos possint exerceri, venia tamẽ petita, vt supr. eodem §. æquales, versic. & in eum. Sed dic, † quod illæ quæstiones quiescunt, quæ nõ competerent, si constaret eum libertum, vt ff. de in ius vocan. l. sed si hac, §. penult. & fin. Item quid si nulla alia quæstio mouetur, nonne tunc istæ dicuntur præiudiciales, cum non habeant cui præiudicent? Azo. dicit, quod non. Sed Ioan. contra, † Inspicitur enim aptitudo, quia habilis est esse præiudicialis, † sicut Augustus dicitur, licet non semper augeat, vt supr. in rub. proœmij. Item nunquid sunt plures præiudiciales nisi hæ tres? Respond. sic: † vt hæreditatis petitio: nam & tunc cessant omnes aliæ quæstiones, donec ista intenditur, vt ff. de petitio. hæredit. l. si quis libertatem, & l. Diuus. in final. licet hodie contrarium sit, vt Cod. de petitio. hæredit. l. fin. §. 1. & 2. Item quo iure ascriptitij coloni, censiti, & similes petuntur? Respond. vtili præiudiciali, non directa & ipsi coloni se petunt in libertatem contraria præiudiciali vtili, non directa. Ideò vtili, quia liberi sunt non serui, † vt in Authent. de sanct. Episcop. paragraph. ascripticios, & § si seruus collat. nona. Item ideò præiudiciali, quia parum à seruis distãt quo ad seruitia, quæ facere debent, vt C. de agric. & censi. l. ne diutius lib. 11. Sed alij dicunt, quod officio iudicis petuntur, & petunt, vt C. in quib. cau. colum. cent. domin. accusa. possunt l. 1. lib. 11. Sed certè officium iudicis non potest locum habere ad futuras præstationes, † vt ff. de vsu. l. 1. Alij dixerunt habere locum negatoriam & confessoriam vtilem: vt quæ datur directa in seruitutibus alijs, hæc vtilis hic detur: quòd nihil est. † Item si aliquis ad aliqua annua seruitia teneatur, quo iure petitur, vt condemnetur vt præstet in posterum, & ipse quo iure petit absolui? Respond. satis puto, quod iudicis offic. hoc fiat: siue promissa fuerint hæc seruitia, siue ex consuetudine debeantur hæc seruitia, siue ipsa præstita longo temp. ex promissione petuntur, vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso, quæ promissio probabitur ex longo vsu, vt ibi.

* ¶ Cur istæ actiones appellentur præiudiciales, vide Alciatum libro 8, Parer, cap. 24. qui

† Hæc gl. cõiter approbatur licet postea sit sibi cõtraria ibi, item quo iure ascriptitij, &c.

† Hæc opinio secundum Ias. non ẽ vera, q̃a quocunque mõ proponãtur semper sunt præiudiciales.

† Hæc opi. reputatur à doct. derisoria.

† Istam opi. doct. cõiter approbant.

† Idẽ Ias. l. diuisione.

† Et bene Ias. et est de mente aliorum.

**

† Similis gl. sup. de l. Aquil. §. his ver si. æstimaretur, & in l. vendicatio, ff. de rei vend.

† Imò nõ sunt nisi tres capiẽdo præiudiciale ĩ quãtum præiudicat personæ. Ias. & est de mente aliorum.

† Concor. cum gl. sup. de iure. perso. in princ. vers. aut serui.

† Nisi rõne præsẽtis iuris. & dũ gl. dicit, q̃ non competit offi. iud. ĩ hoc reprobatur, quia imò pro istis ascriptitijs, & cẽsitis cõpetit officium iudicis.

† Imo Io. Fabr. & Ias.

scendo: Ex quibus[a] ferè[b] vna † illarum legitimam[c] causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit,[d] cæteræ ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiã capiunt.

¶ *Dominus rei nõ potest agere ad dandũ rem suam, nisi cõtra furem odio furis. Et actiones reales cõpetunt ad vendicandũ, personales verò ad dandum, vel faciendum: quę abusiuè dicuntur condictiones, à condicendo, id est, denunciando. Aret.*

¶ Sic itaque[e] discretis actionibus, certũ est non posse actorẽ suam rem ita ab aliquo petere, Si appareret eum dare oportere. Nec enim qđ actoris est, id ei dari oportet:[f] quia scilicet dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat, nec res, quę iã actoris est, magis[g] † eius fieri potest.

† *alias illa.*

qui ex Institutionibus Græcis veram (ni fallor) assignat rationem.]

ADDITIO. Et nota, quod verba sententiæ. Condemno te ad soluendum par capponum tali dño omni anno, secundũ ꝙ tui antecessores fecerunt, nullam penitus conditionẽ faciunt, sed cõdẽnatus simpliciter tenetur, vt per Bart. in l. eum qui, §. Iulian. 2. ff. de constitut. pec. & in extrau. ad reprim. in ver. prout

a ¶ *Ex quibus* .s. tribus præiudicialibus q̃stionibus.

b ¶ *Ferè* Ideò dicit, ferè, quia in ciuilib. quæstionibus quatuor considerantur, scilicet actor, reus, iudex, & ipsa res. hic autem est idem, qui conuenit, & conuenitur, & res. Vel ideò quia prætor introduxit de partu agnoscendo, & à senatusconsulto confirmatur.

c ¶ *Legitimam.* s. de iure ciuill.

d ¶ *Liber sit.* Subaudi, vel seruus.

Diuisio. ¶ Sic itaque ¶ Diuiditur iste, § principaliter in tres partes. Primò ponit regulam generalem illatiuam ex præcedentibus, secundum gl. sed secundum Doct. repilogatiuã. Secũdò ponit vnam fallentiã ibi, plane. Tertiò naturam actionũ realiũ, & personalium, & earũ differẽtias, ibi, Appellamus. Item prima subdiuiditur: quia primo ponitur quędam illatio, seu repilogatio ex supradictis. Secundò ponit rationem. Secunda ibi, Nec enim.

SYL. ¶ Sic itaque discretis. ¶ *CASVS.* in §. tradente regulã non esset figurandus: attamen gratia iuuenum potes dicere, ꝙ immo videbatur, ꝙ actione personali possit quis rem suam petere & prosequi, vtputa in cõmodato, & similibus: sed contrarium deciditur rõne assignata in tex. ex eo quia res mea nõ potest amplius effici mea: & quando in cõmodato & similibus actor actione personali prosequitur rem propriã, nõ agit vt detur, id est, vt eius dominium transferatur. in secunda verò parte text. habet suam rationem expressam odio furum. Not. ex text. quod dare est dominium transferre. Itẽ, ꝙ illud, quod est meum, non potest amplius effici meum. Item, quod odio furum introductum est. vt domino detur actio personalis. Item ibi extra pęnam, secundum Angel. quod duplum vel quadruplũ est totum pęna, & in eo non venit simplum rei sublatæ. Item quo nomine appellētur actiones reales, & quo personales. Itẽ, quòd debitor, antequam conueniatur, non est de necessitate interpellandus, sed de vrbanitate sic.

e ¶ *Sic itaque.* Formatur hoc, itaque ex illa diuisione. quæ fit supra eodem, §. primo, q. d. dictũ est, quæ sunt in rẽ actiones, & q̃ in personam, itaq. sic eis discretis. i. separatis, & diuisis, patet, quod hęc regula est vera, quia personalis actio, quę competit ad dandum non competit pro re sua alicui, vt hic. ideò dixi ad dandum, quia ad tradendum bene potest dari actio personalis, vt commodati, depositi, & similes: & ita est vis inter dare & tradere: vt hic subijcit, & ff. de act. emp. leg. ex empto, in princip. & ff. de verb. obl. leg. vbi autem. in fin. & leg. si rem tradi. & leg. nemo. & quod subijcit si apparet. i. quia apparet eum dare oportere: & ita igitur in personam, vt aliquid detur. Sed quidam dicũt, vt P. ꝙ hæc verba, si apparet eum dare oportere. sunt nomina cuiusdam actionis. Accurs.

¶ Adde, quod Vldaric. Zasi. hic exponit apparet id est videretur: vt sit sensus, ac si videretur eum dare oportere, qui intellectus mihi non placet, quia tandem se resoluit in intell. Dyni, qui voluit hanc esse formulam verborum. † *SYL.*

ADDITIO. Dic quod istud, quod hic dicit gl. secundũ Pla. nihil est dicere. sed text. vult dicere, si apparet. i. si agat dare oportere, quia medium concludendi non debet esse illud, sed ad tradendum, vel constituẽdum. vt dicit gl. Ang.

f ¶ *Oportet.* id est oportet quod non detur, est enim impossibile quod detur, vt subijcit quia † dare est accipientis facere, vt subijcit. nec res quæ &c.

g ¶ *Magis.* Sed opponitur: pluries deberi potest, vt ff. de excep. rei iudic. l. & an eadem. §. actiones, in fi. §. ergo pluries dominium potest fieri meum. Sed non sequitur: nam licet pluries debeatur tamẽ semel fa-

** † *Imo vero ẽ opt. esse formulam verborũ actionis in personam, vt patet hoc eo. §. ibi, si appa ret eos &c. vbi glos.*

Plane odio[a] furum,† quo magis pluribus actionibus teneantur, effectū est, vt extra pœnā dupli, aut quadrupli, rei recipiēdę nomine fures etiam hac actione teneantur, Si † apparet[b] eos dare oportere: quāuis sit aduersus eos etiam hæc in rem actio,[c] per quam rē suam quis esse petit. ¶ Appellamus autē in rē quidem actiones, vēdicationes,[d] in psonā verò actiones, quib.[e] dare, aut facere oportere: itē-

cta sua non debet plus fieri sua, vt ibidem dicitur, & ff. de acquir possess. l. 3. §. ex pluribus, & sup. de leg. §. sed si rem legatarij, nisi iterum desineret esse sua, vt ff. de verborum obligat. l. si rem meam.

¶ Declara, qd illud, q meum est, non potest amplius effici meum, hoc verum ex causis successiuis, secus ex causis eodē tempore concurrētibus l. si creditori, §. Marcellus, ff. de leg. 1. Itē potest stipulari, si mea esse desineret, l. si rem meā. ff. de verb. obl. Item hoc verum, quando plene est mea, secus si haberē vtile tantum dominium, quia possum quærere directum: & ita etiam si res non esset perfecta mea.]

** Adde & vide omnino glos. supr. de Inutil. stipul. §. 1. ver. suam, & Soc. in tract. de reg. & fall. reg. 100.

a ¶ *Plane odio*. Sed in quo vertitur illud odium? Respond. † quia in conditione furtiua quis de facto infamatur apud bonos & graues viros, vt ff. de obl. l. honori. licet non infamia iuris, vt ff. de actio. & obl. l. cessat sed in rei vend. neque de facto, neq. de iure infamatur. Item multa veniunt in condictionē furtiuam, quæ non veniunt in rei vendicationem: vt quia interitu rei non liberatur: † sed in rei vendicatione sic, vt ff. de cōdictio. furt. l. in rem, & ideò malum est furi quod etiam hac actione teneatur. Item sicut prodest alicui plures habere reos debitores, vt ff. de lib. le. l. si quis decedens, §. fi. & habere plures actiones, vt ff de leg. 2. l. cum filius, §. varijs, ita ecōtra debet ei nocere, si plurib. teneatur actionibus, licet etiā nulla alia sit vtilitas. Itē numquid vna tollitur per aliam? dic quod sic, vt ff. de condict. furt. l. si pro fure, § furti.

b ¶ *Si apparet*. Id est quia apparet eos, &c. Id est dicere, actionē in personā. Sed videtur hoc stare non posse, nam certum est eū, qui agit, dñm fuisse, ergo & nūc est, quia sine facto suo dñium ab eo discedere non potuit, vt ff. de reg. iur. l. id quod nostrū. & C. de prob l. siue possidetis, ergo nō pōt agere: vt sibi detur qđ est suū: & tñ dicit q sic. Sed dic relationē esse faciendā ad genus, nō ad speciem, q. d. ea actione, per quā aliàs agitur ad dandū scilicet personali: sed hic non ad dandum intenditur. Et ita est mirabile, q rē meam per personalē actionē peto restitui: aliàs contra, vt ff. vsufru. quemadmod. cau. l. fin. & ff. de cond. indeb. l. si. vrbana. Sed est speciale, vt hic dicitur. Vel dic agi etiā ad dandum. s. possessionem dandam, quā amisetam per furtum, † vt ff. de acquir possess. l. rem quæ nobis. & ff. de cond. tit. l. 2.

c ¶ *In rem actio*. Id est rei vendicatio, quæ pro dominio de iure ciuili, vel gētium, quęsito itenditur, vt ff. de rei vē. l. in rem. Item nota, quòd hic, §. locū habet in quolibet malæ fidei possessore alienę rei, non solum in fure, vt sup. de rer. diui. §. si tamen, & ff. de cond. ti. l. 1. in fin. & lege 2. in ptinc. †

¶ Vide pro resolutione Dec. in l. si quis nec causam, § fin. ff. si cer. pet. leg. fin.

Interdum etiam contra bonę fidei possessorem datur condictio ratione possessionis, vt ff. de cōd. indeb. l. indebiti, §. sed & si nūmi. Sed numquid etiam rem suam pōt quis etiam à non fure per condictionē sine causa condicere, vt ff. de cōd. sine causa. per totum? Respond. secundū quosdam, ibi dicitur condictio actio personalis, non tamen talis, per quā intēdatur, vt aliquid detur. Alij dicunt, quod si alicubi inueniatur cōdictio sine causa pro sua re competere, de vtili intelligendum est.

ADDITIO. Dic secundum Ioannem Fabrum quod prima est verior: nam per eam non agit dominus ad dandum, nisi contra furem, supple & malæ fidei possessorem vt hic in gloss. sed ad restituendum vel fortè ad possessionem agi debet, secundum Angelum.

d ¶ *Vendicationes*. Siue rerum corporalium, de quibus dictum, vt Cod. de rei vendic. per totum, & Digest. de rei vendicat. per totum: siue rerum incorporalium, de quibus est, ff. si vsusfruct. per totum, & ff. eodem si seruit. vendic. per totum: siue sint directæ, siue vtiles istæ vendicationes, vt ff. de public. per totum & ff. si ager vecti. per totum.

e ¶ *Quibus*. Ideò dicit, quibus, quia sunt & aliæ, quibus nō intendimus dare, vel facere, sed restitui, vt commodati actio, & depositi, & similes: & istæ non appellātur condictiones in stricta significatione accepto vocabulo † vt hic dicitur. Vel dic, quod etiam in actione commodati, & depositi, & similibus, intenditur dari, vel fieri. s. ipsa detentatio rei, quasi ipsum factum possit quis in stipulationem deducere, vt ff. de verborum obligationibus, l. vbi autem non apparet. §. qui id, quod non fieret, nisi aliquid daretur, cum suæ rei nulla sit stipulatio, sed alienæ tantum, vt sup. de inut. stipul. §. 1.

a ¶ *Con-*

SYL. † *Cōcor. cum hoc tex. c. inter dilec. ante fin. ibi cum iura legū cū gl. sup. ver. qd meū ext. d fide istru. & gl. in c si diligēti sup. verb. iustus tit. post pr. ibi, & qd meū est ext. de præscr. & sup. de le. §. sen sirē. Dare est accipiētis facere.*

Meum amplius meū fieri nō potest.

† *aliàs appareat.*

† *similis text. supra de oblig. q ex de l. §. vlt.*

† *Istam gl sequitur Ias. & est de mēte aliorum.*

† *Odio furis, q a sēper fur dicitur ī mora, & morosus iterstur rei non liberatur, Las.*

† *Ista solutiones reprobātur à Doctor. vide hic eos.*

† *Dic secundum Io. Fab. q gl. pcedit in malæ fidei possessore contrectāte rem mobilē qui scienter contrectando committit furtū C. qd cū eo. l. si liberam. & d fur. l. alienum, sed ego intelligo generaliter ī omni malæ fidei possessore q rē aliq detinet scienter cōtra voluntatē domini quia cōtra eum pōt cōdici & agi ad dandum d. l si qs nec cām. §. 1. Angel.*

† *Hanc approbat Dec. quia hic super loquitur soliū de actionibus quæ competunt ad dandū: sed istæ, de quibus in gl. competūt ad*

ditur, cōdictiones. [a] Condicere.n. est denūciare, [b] prisca lingua. Nūc verò abusiuè [c] dicimus, condictionem, actionem in personā esse, qua actor intendit dari sibi oportere: nulla ,n hoc tēpore eo nomine denūciatio fit.

¶ *Cum persecutio iudicialis tria respiciat, rem, pęnam, & vtrumque simul; reales & personales persequuntur rem, excepta actione depositi in casu tumultus, incendij, ruinę, & naufragij: tūc enim vtrūque cōplectitur. h. d.*

¶ Sequēs [d] illa diuisio est, quòd quędam actiones rei pſequēdæ gratia comparatæ [e] sunt, quędam pęnę persequēdę, quędam mixtæ [f] sunt.

¶ Rei persequendæ causa comparatę sūt oēs in rem actiones. [g] Earum verò actionum, quæ in personā sunt, eæ quidem, quę ex contractu nascūtur, ferè [h] omnes rei persequendæ causa comparatæ vidētur: veluti quibus mutuā pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: [i] item cōmodati, depositi, mādati, ꝑ socio, ex empto, vendito, locato,

reddendum seu restituendum, l. 3. §. si reddita, & l. si vt certo. §. rem tibi dedi. ff. commo.

a ¶ *Condictiones.* Scilicet appellamus.

b ¶ *Denunciare.* Dicunt quidam, quod qui volebant alium conuenire, primo sibi denunciare debebant, vt argum. ff. de seruit. vrba. prædio. l. quidam. Sed hoc non placet, quia ex volūtate, aut bonitate, hoc fit, non necessitate. Sed dic, † quòd hæc denunciatio fiebat per magistratus, cum actiones constituebant, vel dabant, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. omnium, quod est hodie sublatum, vt in fin. huius §. dicitur, & Cod. de formu. l. 1. & 2.

† Idem Io. Fab. Plac. Ang. & Ias. & est sing. secundum Ang. & Ias.

c ¶ *Abusiuè.* Vere abusiue dicitur condictio, idē actio in personam, quia non bene consonat nomen rei, quam signat: quod fieri debet, vt supra, de donation. §. est & aliud.

d ¶ *Sequens.* Hæc est tertia diuisio actionum in hoc titulo.

** Hæc diuisio est ex causa formali: qua ostenditur quid, & quomodo petatur.

e ¶ *Comparata*, idest adinuentæ.

f ¶ *Mixta.* Sed nonnæ quædam sunt, quæ nullum horum habent: vt si ago, ne quid fiat in loco sacro, vel sancto: vel si factū est, vt tollatur, & aliæ similes, quæ neq. ad rem, neque ad pęnam, neque mixtim se habent, sed vel ad rei reuerentiam, vel ad publicam vtilitatem dantur?

Respon. satis ad rei persecutionem, scilicet diuinę rei, vel publicę, pertinet, cuius nomine agere videor: vel etiam meo nomine, † cum cuiuslibet intersit Deum venerari, vt C. de hæret. l. 4.

† Ista gl. bene dicit: & cū ea transeunt cōiter Doctc. hic.

g ¶ *In rem actiones.* Scilicet, quæ decem sunt, vt diximus supra eod. §. Item Seruiana. Sed certè videtur, quod sint omnes pęnales: nam in eis iuratur in litem, vt ff. de rei vend. l. qui restituere, & ff. de in litem iuran. l. in actionibus. Sed dic, quod illud, scilicet iuramentum in litem, non fit iure actionis, sed officio iudicis, vt infra eodem §. præterea, in fine §. vnde non dicuntur pęnales. Alij tamen dicebant, quod ideò non dicebantur pęnales, quia non originaliter illud fit, quod crescant per sacramentū in litem, sed ex contumacia, vt ff. de in litem iuran. l. prima. & ideò magis attendebant quod naturaliter erat, quàm quod incidenter. Sed certè actio depositi in quatuor casib. ab initio est rei persecutoria. & tamen dicitur pęnalis inspecto quod crescit ex cōtumacia, vt infr. proximè, & infra eodem §. quadrupli. alias, §. sed furti, versic. at illæ. vnde primam responsionem approbo.

Iuramētū in litem præstatur in actionib. realib.

ADDITIO. Secūdum Doctor. hæc glo. videtur aduersari glos. magnæ positæ in §. pęnales. in versic. item aduersus. in princip. supra eodem, quæ videtur concludere, quod ibi illa actio dicatur pœnalis, quia iuratur in litem: & tamen secundum eos constat, quòd illud iuramentum venit offi. iud. sic in qualibet alia actione: & dicunt hanc gl. esse veriorem.

h ¶ *Ferè.* Ferè dicit propter actionem ex stipulatu, per quam pęna petitur, nec inspicitur quod intersit, vt supra, de inutilibus stipulationibus, §. alteri, secundum quosdam, quod est falsum.

¶ Ratio est, quia illa pęna venit ex conuentione, non autem ex dispositione legali, vt nos loquimur. Ita hic Nic. & Ias. declarant. SYL.

¶ Imò propter actionē depositi in quatuor casibus, vt infra subijcit Item propter actionem redhibitoriam, quæ datur in duplum aduersus venditorem, qui neque pretium, neque accessiones soluit, vt ff. de ædil. edi. l. redhibitoria.

Actio redhibitoria datur in duplū.

i ¶ *Petit actor.* Ad vtramque autē. s. ad mutuum, & ad eam pecuniam, quæ in stipulatū deducta est, certi cōdictio datur, vt ff. si cer. pet. l. si quis certum, & sup. de verb. oblig. in princip. ita quod ad mutuum detur cōdictio specialis de mutuo, vt supra quibus modis re con. ob. in princ. ad pecuniam deductam in stipulationē detur cōdictio certi generalis,

conducto.[a]

¶Planè si depositi agatur eo nomine, quòd tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit, in duplum[b] actionē Prętor reddit: si modò cū ipso, apud quē depositum sit, aut cum hærede eius de dolo ipsius[c] agitur: quo casu mixta est actio.

¶ *Actionum descendentiū ex maleficijs, quadā sunt persecutorię pęnæ tantū quędam mixtæ tā rei, quam pœnæ, primum per vnum, vltimum ꝑ tria exēpla d̄clarat.*

¶Ex maleficijs[e] verò proditæ actiones, aliæ tātum pęnæ persequendæ causa cōparatæ sunt, alię tam pęnæ, quàm rei persequendæ, & ob id mixtæ sunt.

¶ Pęnā tantū persequtur q̄s actione furti. Siue.n. manifesti agatur quadrupli,[d] siue nō manifesti dupli, d̄ sola pęna agit̄, nā ipsā rē propria actione persequitur quis, idest, suam esse petens:[e] siue fur ipse eā rē possideat, siue alius q̄libet.[f] Eo amplius aduers⁹ furē ēt condictio[g] est rei. Vi autē ī bonorū raptorū actio mixta ē: q̄a in quadruplo,[h] rei ꝑsecutio cōtine-

SYL.

si certum sit, vt sup. de verb, oblig. in princ. ¶In vtroque casu opin. glo. communiter approbatur, vt dicit Deci. in l. certi condictio. in princ. in glo. 1. ff. si cert. pet.

a ¶*Conducto*. Sed nonne omnes istæ dantur ad interesse, etiam quod est extra rem, vt ff. de actio. empt. l. prima. in princ. ergo peto aliquid, quod tibi non adest. ergo sūt pęnales. †Sed dic tribus modicis dici actionem pęnalem, Primò illa, quę hinc inde est pęnalis, vt furti, & similes, quādo peto quod mihi abest, & q̄d tibi non adest: & hoc modo acceptæ, dicūtur hic istæ, nō personales. Secundò, quando est pęnalis ex parte vna, scilicet ex parte rei tantum: quod est vbicunque, actoris īteresse excedit id, quod reo adest: & in hac significatione actiones istæ dicuntur pęnales, scilicet ex empto, & similes: & etiam rei vendicatio, quando in litem iuratur, & quod inspecta persona rei tantum pęnales dicantur, & probatur ff. de eo per quē fac. erit, l. prima, §. si plures, & l. fin. & supra eodem, §. pęnales. † Tertiò dicitur pęnalis inspecta persona actoris tātum: vt si accepisti ab aliquo aliquid, vt me accusares ꝑ calumniam: nā repeto, licet nihil mihi absit à te scilicet cui adest, vt probatur, ff. d̄ calum. l. & generaliter, §. illud, erit notandum.

† Dic q̄ illud interesse nō venit in re actionis, sed officio iudicis. Fa. An, & Ias.

† Istam gl. impugnāt Io. Fab. & Ias. hic. Est enim ridiculum, q̄ actiones hic enumeratæ, & cætera bonæ fidei, ꝑpterea q̄d in eis iuretur in litem sint pœnales, ꝑ ea, quæ

b ¶ *In duplum*, scilicet si reus inficietur, vt infra eo. §. sed furti. Accurs.

c ¶*Ipsius*, scilicet hæredis. Ex dolo enim defuncti in simplum tātum, vt ff. deposi. l. 1. §. 1. Et est ratio quare in his quatuor casib. datur in duplum, & in alijs simplum: quia hic ex necessitate deponitur, nec potuit præuidere apud quem deponeret, vt ff. depos. l. 1. §. meritò.

* ¶ Vide similem gl. in §. actionum autem, in ver. depositi, inf. eo.

¶Ex maleficijs. ¶ *CASVS*. in declaratione terminorum non figuratur, text. enim per se

STL. habētur

clarus est. No. q̄ duplum, vel quadruplum in actione furti est totū pęna. Itē q̄ pro furto nō imponitur nisi pęna pecuniaria de iure. Itē, quod in quadruplo in actione vi bo. rap. comprehenditur æstimatio rei: & sic simpliū est rei persecutio triplū pęna. Item, quòd actio. leg. Aquiliæ contra negantē competit ad duplum. Item, quòd qui sine causa & fraude differt pręstare legata relicta pijs locis, si fuerit in iudicio cōuētus, tenetur ad duplum.]

supra in d. §. pœnales. in gl. mag. in vers. item aduersus, in prin.

d ¶ *Quadrupli*. Sed quare plus manifestū furtū punitur, quam nō manifestum, cum clāfacta magis punienda sint, vt ff. de admi. tu. l. nō existimo. & ff. de ritu nupt. l. vlt. Resp. imò magis delinquit q̄ palam, † quàm qui clā amouet vt supra, vi bonorum raptor. in princ. vnde magis punitur, vt argu. ff. de offic. præsid. l. Diuus.

Crimina facta palā sunt occultis grauiora.

†Hoc verum in ijs, quæ sunt de genere prohibitorū, secus ī ijs, quæ pos. sunt esse licita, & illicita. Ni. Bal. Io. Fab. Pl. Ang. & Ias

ADDITIO. Sed per hanc solutio. non respondetur cōtrario in glo. alleg. vnde dicas secundum Tyn. quem cæteri sequūtur, quod iste rex. procedit in omninò illicitis: contrarium autem in ijs, quæ possunt esse licita, & illicita, secundum. Ang.

e ¶*Petens* Scilicet rei vendicatione.

f ¶ *Quilibet*. Vt supra de oblig. quæ ex delicto nascuntur, §. si.

Condictio furtiua datur soli domino

g ¶*Condictio*, scilicet furtiua: quæ soli domino datur, & hæredi eius, aduersus furem, & eius hæredem, vt ff. de cond. furt. l. prima. & l. quinta, & supra de obligat. quæ ex delict. nascuntur, § si.

* *

† Similis glos. sup. vi bon. rap. in prin. versi. quadrupli.

h ¶ *Quadruplo*. Vsque scilicet ad annum, post annum in simplum, vt supra vi bonorū raptor. in princip. nisi in casu, † vt si Iudæus contra Christianum agat: tunc in duplum tantum agit, vt C. de plag. l. Christianis. Sed nunquid etiam raptor tenetur actione furti manifesti? Dic quòd non secundum P. quia in duplum tantum tenetur, si furti cōueniatur, vt ff. vi bon. rapt. l. 1. nisi in casu, vbi nec

Raptor qua actione cōuenitur.

tur: pęna autem tripli est. Sed & legis Aquiliæ actio de dãno iniuria dato mixta est, non solum si aduersus inficiantẽ in duplũ agatur, sed interdũ & si in simplũ [a]† quis agat, veluti si quis hominẽ claudũ, aut luscum occiderit, qui in eo anno integer, & magni p̃tij fuerit, tanti enim damnatur, quanti is homo ĩ eo anno plurimi fuerit, secundũ iam traditam [b] diuisionem. Item mixta est actio contra eos, [c] qui relicta sacro sãctis ecclesijs, vel alijs venerabilibus locis [d] legati, vel fideicommissi nomine dare distulerint, [e] † vsque adeo, vt etiam in iudicium, [f] vocarẽtur:

In duplum tenetur, secundum eum, vt ff. de furt. l. si quis ex domo, sed certè ibi erat actũ actione vi bo. rapto. vnde sublata erat actio furti non manifesti, † nisi in id quod excedit, vt ff. vi bo. rap. l. j. & ff. de actio. & oblig. l. qui seruum. sed satis videtur quod etiã manifesti furti nomine conteniatur, & in quadruplum, † vt argu. ff. de fur. l. si vẽdidero. §. cum raptor, & l. si quis ex domo, licet Pla. contra dixerit, vt dictũ est. †

a ¶ *In simplum.* Vbi cõtra cõfitẽtem datur: nam tunc in simplũ, & cõtra negantem in duplum, vt hic, & infra eo. §. sed furti, & C. ad legem Aquiliam, l. contra negantem, & ff. de iniur. l. eum qui.

* ¶ Sic Vlpian. l. inde Neratius, §. hæc actio. ad leg. Aquil. & Imper. §. studium, in Auth. de trien. & semis. hoc tamen locum non habet in minore inficiante; is enim in hoc restituitur, vt ne dupli pęna teneatur, sed pro confesso habeatur, l. si ex causa. § nunc, ff. de minorib.]

b ¶ *Iam traditam.* Vt sup. ad l. Aqui. in prin. Nam ibi diuidit primum caput legis Aquiliæ à tertio capite, ex quo tertio fit condemnatio quantum res retro valuit in 30. diebus proximus, vt sup. eo. tit. § capite. ver. ex hoc tamen. Item adiunge actionem quod metus causa, nam & ipsa mixta est, vt ff. quod met. causa, l. si cum exceptione, §. 1.

** Adde plures alias, quas enumerat glos. in verb. pro pęna hoc §.]

c ¶ *Contra eos.* Scilicet hæredes, vel alios qui legatis. vel fideicommissis grauari possunt, quoniã honorati sunt pecuniariter, vt sup. de sing. re. per fideic. relict. in princ. & ff. de leg. 1. l. plane 2. in fi.

** Adde idem esse contra executores vltimarum voluntatum constitutos à testatorib. Fab. Aret. & Ias. hic.

d ¶ *Venerabilibus locis.* Quæ multa sunt, & enumerantur in Auth. de non alien. §. nos igitur; coll. 2.

e ¶ *Distulerint.* Scilicet fraudulenter, vel sine iusta causa, aliàs non puniuntur, vt ff. si cert. pet. l. quod te & ff. de vsur. l. sciendũ, & ff. de pet. hære. l. illud. Et no. quem puniri ex procrastinatione, vel dilatione illicita, sic ff. de eden. l. prætor, §. sed & si seruus, in fi. Et est speciale in his legatis, In alijs legatis, vel fideicommissis non præstatur duplum, sed vsuræ currunt ex mora, vel saltem post cõtestationem litis, & fructus rerũ restituuntur, vt C. de vsur. & fruct. leg. seu fideicõmiss. l. 1. Item hæc legata habẽt in alio priuilegiũ; vt si indebitũ soluatur, non repetatur, vt su. de obli. quę ex quasi contrac. in fin. Quid si primo negauit, postea cõfiteatur? Resp. potest pęnitere, † cum exoneret actorem à probando, vt ff. de iureiur. leg. eum qui. Arg. contra ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus, in pr. Item quid si confessus est, † & postea negat? Respon. punitur, cum vltima mora noceat, vt ff. de petic. & commo. rei vend. l. illud. (i) Item quid si non inficietur, sed dicat non valere, vel aliam proponat rationabilem causam. Respon. quidam, q; punitur, ne inueniatur via, per quam negantes suam exerceant auaritiam, vt sup. vi bon. rapt. §. quia tamen. Alij contra, q; verum puto, vt inf. eo. §. sed furti. ver. at illæ. Item numquid hoc in legato generali & speciali locum habet? Respon. sic, secundum Ioan. cum vtrumque sit legatum, vt sup. de fideicom. hær. §. fin. & C. de fideicom. l. fin. in prin. Item quid si duplum non potest soluere? Resp. luit in corpore, vt ff. de pęn. l. 1. § generaliter. & C. de ser. fug. l. quicumque. & ff. de in ius voc. l. per. & fi.

ADDITIO. (i) Hanc conclusionẽ & præcedentẽ limita, nisi interuenisset iustus error, quia forte excusaretur, vt per Ioan. Fab. hic.

f ¶ *In iudicium.* Quid si in iudicium non vocantur, sed aliàs sunt in mora? Resp. quidam adhuc idem, vt dupletur. † sed hic lex contra dicit. Item in dubijs pęnæ sunt mollĩendæ, vt ff. de pęn. l. interpretatione. Sed dicam currere vsuras, & fructus deberi ex mora & ipsa re. idest sine interpellatione, dicã moram committi ad instar minorum, † quibus legata debẽtur, vt C. in quibus causis in integ. restit. non est nec. l. in minorum. Itẽ quid si reipublicæ, vel fisco relinquatur? Videtur quòd idem sit q; hic dicitur, cũ ius diuinum & publicum simile sit, vt C. de sacrosan. eccl. l. fin. & in Auth. de nõ alie. §. finimus. coll. 2. Sed dic contra; quia pęnæ sunt molliendæ, vt diximus, vt ff. de pę. l. penult. Item quid in redemptionẽ captiuorum? Videtur idem, quasi sic rei venerabili sit relictum. Sed certè nõ extendam. s. id quod dicitur in hoc §. ad hunc casum, cum sit pęna. Item quid si Deo, vel alicui Sancto, vel admi-

† aliàs desunt ista verba, nisi ad quod excedit.

**

† Sin gl. sup. vi bo. rapt. in pr. in ver. furti.

† Cũ opi. istius gl. transeunt indistincte Doct. hic Ias.

† alias quisq.

Procrastinatio nocet.

† Hec verum, q̃ de ecclesia vel let vti confessione, & per eã pbare legatum, alias secus. Nic. Fab. Pl. & Ias.

† Nõ est tpus litis cont. secundum Ias.

* al. vsq. eo

Legata Ecclesiarum sunt priuilegiata.

Corpore punitur [illegible] qui carere

† Hec verum si negauerint, aliàs requiritur vocatio in iudicium. Ia.

**

† Et sing. ista glos ad hec q; Ecclesia & minor æquiparantur, de quo latè Ias hic.

Respublica, & fiscus non habet priuilegium ecclesia in legatis sibi factis.

† *alias qui.* administratori.† quæ idem valent, vt in Auth. de ecc. ti. §. si quis in nomine, collat 9. & ff. ad l. Falc. l. 1. §. si quis, & §. ad municipium? Resp. locum habet hic §. quia venerabili loco est relictum, vt ff. de ann. leg. l. annua, §. à Titia.

diuisioni, quam habes suprà eodem, §. 1. vt ibi diximus.

*¶ Adde, quod actiones de quibus hic agitur, nō sunt nec meræ reales, nec merę personales, sed habent naturam mixtam, & ideò appellātur mixtæ, vt declarat gl. hic. At sunt etiam quędam actiones, quę sunt ab origine quidem personales, quia nascuntur ex contractu, vel ex maleficio, vel quasi, sicut ceteræ personales: sed quia sequūtur possessorē rei, sicut in rem actiones, nō simpliciter personales, aut in rē, sed personales in rem scriptæ appellatæ fuere, vt est actio ad exhibendū, non enim est ex maleficio. nec quasi, nec ex contractu, ergo est ex quasi contractu, supra de oblig. quæ ex quasi contra. in prin. & sic personalis, quia habet personam obligatam ex quasi contractu, vt sup. hoc tit. §. 1. tamen quia datur in rei detentorem; dicitur in rem scripta, leg. 1. §. Est autem. vbi gloss. maximè notabilis, enumerans id genus actionum, ff. ad exhib.

tunc enim & ipsam rem, vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur: & aliud tantum pro pęna,[a] & ideo in duplū eius fit condemnatio.

¶ *Actio familię erciscundę pro diuidēda hereditate. & actio cōmuni diuidūdo pro re particulari, & actio finiū regundorum pro diuidēdis fundis, dicūtur actiones mixtę, scilicet reales & personales, vel potius mixtā causam habentes: in quibus iudici licitū est vni partiū adiudicare rem, si æquum sibi videbitur. Aret.*

¶ Quędam actiones[b] mixtam causam obtinere videntur, tam in rem, quàm in personam: qualis est familiæ erciscundæ[c] actio, quæ competit cohæredibus de diuidenda hęredita-

SYL. *¶ Hanc glos. mirum in modum extollit Alexan. in leg. si quis seruo in additio. 2. ad Bart. Cod. de furt.]

ADDITIO. No. ex hac gl. quod in pęnalibus non fit extensio de similibus ad similia, quando pęnæ imponuntur habito respectu ad priuilegiū alicuius personæ, etiā si ipsi casus essent à iure æquiparati, vt pulchrè per Ias. hic, qui allegat duas glos. iuris canonici contrarias: vide per eum.

Cōdictio ex l. est sæpe mixta. a ¶ *Propœna*. Si hæc est ratio vt sit mixta, patet quod condictio ex l. illa, si quis in tantam sit mixta, vt C. vnde vi. l. si quis in tātā. Item & illa condictio, quæ datur ex l. Constantini, vt C. finium regun. l. si constiterit, & omnes illæ actiones, vbi & res, & aliquid pro pęna petitur, quod verum est.

Diuisio. ¶ Quædam actiones. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum generale. Secundò illud per exēpla declarat. Tertiò ponit quę possunt esse partes iudiciales in istis actionibus. Secunda ibi, Qualis est. Tertia ibi, In quibus &c. Aret.

SYL. ¶ Quædam actiones. ¶ *CASVS.* figurari non debet in §. declarante alias mixtas actiones alio respectu, ideò not. ex hoc tex. quod hic verbum, videtur, importat veritatem, quia verè dicuntur & propriè mixtæ, quicquid in contrarium hic dicant Doctores, vt declarat hic Zasius. Item, quod hæ tres actiones mixtæ sunt. Item, quod actio familiæ erciscundæ datur inter cohæredes, ideò nisi quis sit hęres, non datur hoc iudicium, prætterquam in quarta arrogati. l. per familiæ, §. si quarta, ff. eod. item actio communi diuid. ad quid detur, & quod datur pro cōmuni re diuidenda, qualitercunque sit communis. Item ad quid & quando detur actio. fin. regund. Item, quod in his tribus iudicijs permissum est (ex causa tamen) iudici tribuere vni totum vel partē, data alteri ęstimatione in pecunia.

† Et malè Bald. Fab. Angel. & Ias. b ¶ *Quædam actiones*. Hic adijcitur secundum quosdam † tertium membrum illi

c ¶ *Familia erciscundæ.* actio ista ideo sic dicitur, quia familia pro hæreditate ponitur.

SYL. ¶ Adde tex in l. pronunciatio. §. familiæ, ff. de verb. sig. & dixit Cic. in Topic. Proximus agnatus familiam habeto, l. fin. in fin. C. de verb. sign.

¶ Et erciscundæ. id est diuidendæ: nam ercisco, cis, id est diuido, diuidis. quasi dicat, actio diuidendæ hæreditatis. Item ideo dicitur mixta, † quia in qualibet re mihi adiudicata partem habeo iure meo, & quod ad hoc est in rem, iterum partem vice consortis, & vt ab eo, quia portio mea erat sua, & quod ad hoc est personalis. Vel ideò dicitur mixta, † quia in ea petuntur dominia rerum corporalium non dari, sed tradi, vel assignari pro parte sua. & in hoc dicitur realis. Item petuntur fructus. si alter tantum eos percepit, vel ipse solus impensas fecit, & hęc petuntur dari, id est, vt fiant sui cui dantur, & propter hoc dicitur personalis, vt ff. familiæ erciscundæ, l. item Labeo, § familiæ, p supra, de oblig ex quasi contractu. § item si inter. & supra eod. §. sic itaque. Sed quāto tempore durat? Respond. ann. 30. inspecto, potius quod sit personalis, vt C. de annali exceptio, l. 1.

† Hanc rationē sequitur Ias. supra §. 1. col. 1. *† Istam sequitur Fab. Angel. & Ias. cui adde aliam gl. in l. 1. ff. finium reg.* *Actio fami. er. durat an. 30.*

¶ Ad-

te, item cõmuni diuidundo, [a] quę inter eos redditur, inter quos aliquid commune est[b] vt id diuidatur, item finium regundorum[c] actio, qua inter eos agitur, qui confines [d] agros habẽt. In quib. tribus[e] iudicijs pmittitur [f] iudici, rem alicui ex litigatorib. ex bono & ęquo adiudicare, [g] & si vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicẽ certa pecunia alteri condemnare.

¶ *Quarta diuisio actionum. Nulla actio extẽditur extra quadruplũ, & in simplũ agitur regulariter ex omni cõtractu: in duplũ verò ex furto non manifesto, & ex lege Aquilia, & ex seruo corrupto, & ex deposito in quatuor casibus, & ex legato facto venerabili loco: in triplum verò, quoties agitur in plus debito, vt aduersarius maioribus sportulis ab executore prægrauetur, in quadruplum verò furti manifesti, & quod metus causa, hoc dicit. Aretinus.*

SYL. ¶ Adde, quod hæc opin. vera est, sed non quod elapsis 30. ann. diuisio peti non possit (nam hoc casu non prohibetur) sed ita demum nata actione, si per negligẽtiam quis prosequi desinat, non datur amplius actio, & hæc opin. Bart. est communis, de qua vide latè Io. Frãc. Balb. in Tract. præscr. col. 129. ver. 13. quæro.]

¶ Item quæro ex quo nascit? Respon. secundum Mar. ex voluntate agẽtium, vt ff. famil. ercisc. l. r. Sed certè imò ex quasi cõtractu, vt supra de obl. quæ ex quasi contractu, §. item si inter. in fi. Accurs.

SYL. ¶ Substantia tamen actionis nascitur ex voluntate, vt declarat hic Zasius in 6. no]

a ¶ *Communi diuidũdo.* Quæ sunt hic loco personaliũ præstationum, & quæ loco realium, dic eodem modo, vt proximè diximus in actione familiæ erciscun. & idem in proximo casu, & facit ad hunc §. ff. communi diuidun. l. per hoc iudicium. §. sicut.

SYL. ¶ Adde text. expressum in l. si quis putans, §. pen. ff. communi diuid.]

b ¶ *Aliquid cõmune*, scilicet sine societate, vel cum societate. vt ff. pro socio. l. quibus. & l. si actum. & supra de obligationib. ex quasi contract. §. item si inter.

** Adde multos casus, quibus quis inuitus cogitur stare in communione, quos refert gl. in l. fi. C. commu. diuid.]

c ¶ *Item finium regundorum.* Scilicet est mixta vt hic, & ff. fin. regund. l. sed & loci, §. in iudicio.

** Adde quod in actione fin. regund. venit diuisio fundorum, & quod termini ponantur, vel reponantur, si fuerunt auulsi l. in finalibus & l. si irruptione in princip. ff. eod. Item veniunt damna & sumptus, l. 4. §. post litem, ff. eodem.]

d ¶ *Confines.* Quid si domos habent conuicinas?

¶ Respond. non habet locum, si hinc inde sint domus, † vt ff finium regund. leg. 4. in fin. † Si autem ex altera parte tantum sit domus, ex altera fundus, tunc locum habet vtile iudicium finium regundorum, vt ff. finium regundorũ. l. 2. in princip. Et adiunge his tribus actionibus mixtis, quandã aliam, scilicet hæreditatis petitionẽ, vt C. de petitione hæred. l. hæreditatis. & ff. de petit. hæred. leg. siue bonæ fidei, §. 1 †

† Istã gl. sequuntur Fab. & Ang.

† Dic & l. 2 in pr. eo. tit. & est rõ, q. a in agris faciliter turbantur cõfinia, non sic in vrbanis, iõ ĩ rusticis in specie fuit promissum. Ang

¶ Dic quod est realis, non mixta, vt declarat Ias. in rubr. ff. si cert. pet. colum. penult. & in l. fin. col. penul. C. de codicil.

† alias SYL. est l. sed & si l. §. petitio.

¶ Item, quid de omnibus noxalibus actionibus? videtur enim, quod sint in rem, quia contra quemlibet possidẽtẽ seruum dãtur, vt infra de noxa. actio. §. omnis autem. Itẽ quid de actione de tigno iniuncto? nam & hæc datur contra quemlibet possidẽtem, vt ff. de tign. iniunct. l. 1. in fin. Item quid de actione. Quod metus causa? nam & hæc quemlibet possidẽtem perquirit, vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione, §. Pædius. Item quid de actione in factum, quæ datur contra eũ, qui aliquid habet in loco publico positũ, vt ff. ne quid in loco publico, l. 2. §. antepenult. Item quid de actione in factum, siue interdicto, Quod vi, aut clam? nam & hæc contra possidentẽ datur, vt ff quod vi, aut clam. l. competit, in fin. Item quid de actione. Ad exhibendum? nam & illa possidentem persequitur, sicut & certę superiores. vnde videntur omnes in rem, vt ff. de actio. & obligat. l. actionum genera.

¶ Quidam dicunt eas anomalas, scilicet, nec in rem, nec in personam. Sed dic omnes esse personales, † vt patet in actione, Ad exhibẽdum, vt ff. ad exhibend. l. 3. §. est autem personalis hæc actio.

† In rem scriptas Ang. & Ias

SYL. ¶ Adde, quòd sunt personales in rem scriptæ, vt latè declarat Ias. in rub. ff. si cert. pet. col. 1.]

e ¶ *Tribus*, scilicet fam. ercisc. communi diuiduo. finium regundorum.

f ¶ *Permittitur.* a lege Accurs.

g ¶ *Adiudicare.* Et quod adiudicatur, statim fit eius, cui adiudicatur, vt inf. de offi. iu. §. fi.

**Hoc

** Hoc verbum propriè pertinet ad ista iudicia diuisoria, glos. in lege sed & si res. de publ.]

¶Omnes autem. ¶ Hic ponitur quarta diuisio actionum, vt dicunt in glo. quia quædam dātur ad simplum, quędam ad duplum, & triplum, & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum generale. Secundò illud per multa exēpla in quolibet membro declarat. Tertiò ponit aliquas differentias inter ista exempla. Secunda ibi, in simplum agitur. Tertia ibi, Sed furti quidem. Aretinus.

Diuisio.

¶ Omnes autem [a] actiones vel in simplum cōceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, vlterius [b] autem nulla actio extenditur. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, & mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mādato, & denique ex alijs, quam plurimis causis.

SYL. ¶ Omnes autem actiones.

¶ CASVS. In §. aliam subdiuisionem ponente non est, nisi literaliter figurandus: sed solum loco dubitationis dici potest, quod positio huius §. sit superflua, quæ enim ponuntur in hoc §. posita iam & declarata erant supra in §. sequēs, sed respōd. vltra Doct. quod ibi declaratus est finis actionum, id est, quod quædam rei. quædam pęnæ persequendæ causa proditæ sunt, quędam mixtæ: sed hic tractatur in quantum se extendant actiones, & quia adduntur aliqua, non est quare hic, §. dicatur superfluus.

¶ Nota igitur primo diuisionem hāc actionum, vel potius subdiuisionem. Item, quod nulla actio extenditur vltra quadruplum, & ponderando vniuersalem illam negatiuam, potest comprehendi etiam actio proueniens ex partium conuentione, vt scilicet non possit etiam pęna conuentionalis quadruplum excedere. Item quod agere in simplum, & rem persequi, pro eodē supponunt. Item, quod simplum non est pęna, licet numeretur inter pęnales actiones dupli, tripli, & quadrupli. Item, quod actio serui corrupti datur ad duplum damni cuiuscunque & vndecunque prouenientis facto domini, leg. in hoc iudicium, ff. de seruo corrup. Item nota, quod sufficit quod seruus factus sit deterior, & sic cōparatiuè ad priorem statum, etiam quod prius esset malus, & quod aliàs fuisset idem factuus, quia nō hoc contemplatur, sed an sit suo consilio & hortatu factus deterior. Itē, quòd hæc actio non datur nisi in seruo corrupto, non autem in libero homine, quod intelligitur de actione directa, secus de vtili ex equitate, l. vt tātum, §. 1. ff. eodem. Item nota, quod quis tenetur de consilio, ex quo consilium cadit in delictum.]

a ¶ *Omnes autem*. Hæc est quarta diuisio, quæ fit in hoc tit.

STL. ¶ *Hæc gl. cōmunis ē, quāuis Io. de Eremo, in arbore ponat hic quintam diuisionem, & Azo. præsupponat hic nullam poni diuisionem, tanquam hic §. pendeat à §. sequens, supra eodem. quælibet opinio potest sustineri.]

b ¶ *Vlterius*. s. vltra quadruplum. Sed cōtra in lege Aquilia, vbi occasione vilis serui interfecti agitur ad vnam hæreditatem perditam, quæ valet centum marcas, † vt supra ad leg. Aquiliam, §. illud. Item contra de eo, qui vilem clauum de naue abstulit, quare tota nauis perijt, nam ad totum damnum tenetur. quod etiā quadruplum, & vltra excedit, vt ff. de incēd. rui. naufr. leg. 3 §. senatuscons. Item aliud contra in actione exempto, vbi occasione pecoris morbosi totus meus grex contaminatus est, vel occasione tigni vitiosi tota domus corruit, vt ff. de actio. emp. l. Iulianus in princ.

† octo vacca facium marcam. Ia.

¶ Sed certè his tribus contrarijs non agitur ad aliquid, quod sit pęna inspecta persona agentis, † sed totum est suum interesse nam hunc §. intelligo, quando pęnalis est actio ex vtraque parte. Item contra in eo, qui manumisit seruum alienum in præsentia principis, nam duo mancipia domino, & tria similia dat fisco, & ita in quintuplum damnatur, vt C. de ijs, qui à non domino ma. l. fina. Item contra in eo, quod dicit lex, si dedi tibi pecuniam, ne mihi calūniam faceres, & ab alio accepisti, vt calumniam faceres mihi, in octuplum mihi teneris, vt ff. de calumniat. l. & generaliter, §. si, Sed certè primo casu præstatur pęna diuersis, non vni, nec est ibi aliqua præstatio vltra quadruplum, in secundo autem casu non vna actione habeo octuplum, sed duabus. Item cōtra in eo, quod dicitur, si dedisti pecuniam, ne mihi fieret calumnia, nam tu repetis quod dedisti, & ego in quadruplum prosequor, vt ff de calum. l. si quis ab alio in princip. Sed certè duobus sit præstatio, & neutri vltra quadruplum. Item contra in eo, quod dicit lex, seruum in seruitutem reuocari occasione leuis offensę, & ita pęna in immensum excedit, vt C. de liber. & eorum li. l. si manumissus, Sed dic, quod illa est accusatio, non actio. Vel dic, quod non pręstatur pęna habito respectu ad rem. Item contra in eo, qui surripuit seruum fiscalem nam damnatur in 12 libr. argenti, & seruo restituendo, vt C. de ser. fugit. l. si quis seruum. Sed ibi non sit relatio ad ipsam rem, vel ad simplum. est enim hic §. intelligendus, quādo actio est pęnalis, & in pęna ad ipsam rem habetur respectus.

† Istā sequuntur Dy. Nic. Fa. An. & Ia.

Libertum tollitur per leuē offensam. † Idem Nic. Fa. & Ang. dicit tamē Ias. & præcedēs solutio ē verior etiā ad istud contrarium.

Item

¶ *Quinque actiones hic positæ dantur ad duplum. h. d. Aret.*

¶ In duplũ agimus, veluti furti nec manifesti [a] damni iniuriæ ex lege Aquilia, [b] depositi ex quibusdam causis, [c] item serui corrupti, quæ competit in eũ, cuius hortatu consilione seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est, aut luxuriosè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. [d] In qua actione earum etiã rerum, quas fugiendo seruus abstulerit, æstimatio deducitur. [e]

Item contra sup. de inutil. stipulat. §. alteri. Nam ibi non inspicitur quanta sit pena, sed tota exigitur. Sed ibi non habetur respectus ad ipsam rem. Vel dic aliud in pena conuentionali, vt ibi, quam in legali, vt hic. Itẽ contra in eo, quod dicitur, cum quis emit administrationem. Nam qui accepit pecuniã ab electo, quadruplum reddet, & sua bona confiscãtur, & cingulo priuatur, vt in Auth. vt iud. sine quoquo suf. §. sic igitur. in fi. collat. 2. Sed illud fit per accusationem, non per actionem.

SYL. ¶ Dicatis breuiter, quod regula est, quod supra, quadruplum pena legis non extenditur. Primo fallit in leg. Aquilia, in qua æstimatio potest excedere in quadruplum, & ratio fuit, vt compescerentur homines, & retraherentur ab occidendis hominibus. Secundò, in auferente clauum nauis, quo regebatur, & in auferẽte dolo malo quid ex naufragio. quorum ratio est priuilegium naufragis concessum propter frequentiam raptorum. Tertiò, in venditione tigni vitiosi, aut pecoris morbosi, cuius ratio est, quia contractus est bonæ fidei. Quartò in l. fina. C. de ijs qui à non do. cuius ratio est, quia penæ illæ debentur diuersis personis, quia quãdo plures actiones ex eodem crimine oriuntur in diuersis personis, vna non tollit aliam, §. patitur. supra de iniur. Quintò, in calumniatoribus, ad reprimendam eorum audaciam, quia tunc consequitur octuplum. l. & generaliter, §. fina. ff. de calum. sed hoc ideo est, quia super eodem delicto oriũtur mihi duæ actiones, quæ proueniunt ex diuersa radice. Sextò, quando sumus in re inæstimabili, puta in reuocatione serui in seruitutem, nam tunc non habetur respectus ad rem, sed ad nescio quam tacitam conditionem ex lege sumptam, quę censetur esse in manumissionibus resolutiua libertatis. Septimò, quando pe viam solennis accusationis pena imponitur, vt in ementibus administrationes. Octauò potes addere, vbicunque iuratur in litem, quia cum iuretur aliquando ex affectione, potest quadruplũ excedere, licet iudex debeat moderari, l. in actionibus, ff. de in litem iur.

**

a ¶ *In duplum. Furti nec manifesti*, vt supra de obligatio. quæ ex delicto nascuntur §. pena.

b ¶ *Ex lege Aquilia*. puta per inficiationem vt inf. eo. l. sed furti, ver. at ille. †

† *Et supra §. ex malefi. ijs.*

concurrat facultates eius, in solidū damnatur: si minus in tantū quantum facere pōt. ¶ Propter retentionē quoq; dotis repetitio minuitur: nā ob impensas a in res dotales factas, marito, quasi retentio concessa est: quia ipso iure necessarijs sūptibus dos b minuitur: sicut ex latioribus Digest. libe c cognoscere licet. ¶ *In his quatuor casibus reus cōdemnatur in quātum facere potest. Ang.* ¶ Sed & si quis d cum parente suo, patrono ve agat: item si socius cum socio e iudicio societatis agat, non plus actor consequitur, quàm aduersarius eius facere pōt. f Idem est, si quis ex

fuissent res ua. bene repetuntur l. 3. §. 1. vers. sed si mutua ff. de in rem ver.

in res dotales factarum exceptione adiuuatur si ab eis dos repetatur, l. tei, ff. solut. matrimon.]

** Not. ex hac glo. quod dictio, quasi, Interdum est expressiua veritatis, quod est verum si hoc exposcat subiecta materia, vt in l. Lucius la 2. in fin. ff de adm. tut. & l. de di. in princ. vbi gl. ff. de condi. cau. da. regulariter enim denotat impropietatē l. hoc colore, vbi Bart. ff. de inof. test. l. diuortio §. si fūdū. solut. matr. Itē limita hūc text. vt procedat, quādo impēsa respicit perpetuam rei vtilitatem, secus si temporalem, quia tunc computaretur cum fructibus, sicut & impensa quæ fit ad custodiam rei l. 1. §. 1. & l. pen. & fin. vbi Bart. ff. de impen. in reb. dot fac. Ias. hic.]

† Ista gl. est magistra, & melior de toto iure in sua materia, sm Fab. Pl. Ang. & Ias.

a ¶ *Impensas* † Dic, quòd impensæ aliæ necessariæ sunt, vt quibus nō factis res erat peritura, vel deterior futura. Aliæ vtiles, vt quibus non factis res non erat peritura, sed eis factis res est melior futura. Aliæ voluptariæ, quæ tantum rem exornant, vt ff. de ver. sig. l. impensæ, & ff. de impen. in reb. do. fac. l. r. & l. quod dicitur, 1. § vtiles, & l. voluntariæ. In primis impensis dic, quod minuant dotem ipso iure, si consistat in pecunia, & specie: vt si est fundus, & pecunia in dotem data, quantū in fundum impenditur, tantum, in pecunia ipso iure deberi definit Si verò solus fundus in dotem sit: tunc si tantū expenditur simul, vel ex diuersis vicibus, quanti est fundus, tūc ipso iure definit esse dotalis.

SYL.

¶ Dic secundum Ias. per tex. in d. l. quod dicitur, quod ipso iure non desinit esse dotalis sed bene potest petere expensas, vel retinere fundum, donec sibi restituantur expensæ.

Nisi mulier intra annum spontè marito impensas obtulerit. Si verò non tantum, nō desinit esse dotalis, sed tamdiu totus, vel pro parte retinetur, quamdiu impensæ restituantur, vt ff. de impen. in reb. do. fac. l. quod dicitur, & ff. de iure do. l. si is qui, §. pe. & fi. & hoc in necessarijs impensis. Si autem vtiles sunt, tūc per actionem, neg gest. vel mandati, si mandato mulieris fecit, repetuntur. Voluptariæ non repetuntur, etiam si mandato mulieris factæ sunt, sed abraduntur sine læsione prioris status, vt C. de rei vxor. action. §. sed nec ob impēsas, & ff. de rei vend. l. in fundo † Et secundum hanc distinctionem hunc §. intelligas, & quod dicit in litera, quasi, non denotat impropietatem, si est impensa necessaria, vt dictum est, sed si vtilis, vel voluptaria, nullo modo locum habet hic §.

Impensa voluptaria an possint abradi.

† Et hoc est speciale in vxore: tñ ab alio cuiꝰ voluntate facta

* ¶ Hæredes quoque mariti, impensarum

b ¶ *Dos.* in pecunia consistens.

c ¶ *Libris.* vt ff. de impen. in reb. do. fac. per totum titu.

¶ Sed & si quis. ¶ CASVS. Prosequitur Imper. casus, in quibus quis tantum conuenitur in quantum facere possit, & primo in parentibus ea ratione, quia si egeret, teneretur filius alere. ad tollendum igitur circuitum exigendi, & postea alendi, introductū est, vt nō exigatur à liberis, nisi in quantum facere possint: secundo in patrono ea ratione, vt coerceretur ingratitudo libertorum, & quia similiter tenentur eum alere. tertio, in socijs propter ius fraternitatis, quarto, in donatore propter ingratitudinis vitium. Not. collige ex prædictis.]

SYL.

d ¶ *Sed & si quis.* Scilicet filius, vel libertus, qui agunt venia impetrata: aliàs puniuntur, vt sup. eod. §. pœnales, versic. & in eum.

SYL.

e ¶ *Socio.* Et se confitente socium: aliàs non datur ei hoc beneficium, vt ff. pro socio. l. si vnus § vlt.

ADDITIO. Quod verum intellige, si perseueret in negatione vsque ad lit. contest. & negauit in specie esse socium. aliàs secus: puta si in genere, vt Nego narrata prout narrantur, &c. secundum doct. hic.

f ¶ *Potest.* quod semper accipe detracto tanto, quod possit inde viuere conuentus, vt ff. de reg. iur. l. in condemnatione.

** Intellige cōmodè, & honestè, vt tradit ibi gl. habita ratione qualitatis personæ, vt no. Bal. in l. 2 C. quod cū eo, & aiaduertit Dec. in l. Diuꝰ, per te. ff. de reg. iu. Et no. quod i exigēdo aliquē in quātū facere pōt, inspicitur quātū percipitur

de redditu, non autem proprietas rerum, nec quantum ex venditione rerum redigeretur. l. qui bonis, de ceſſ. bon. & l. Imp. ad Trebel. vbi Bar. Item obſerua, quod hæc except. opponi poteſt etiam executioni ſententiæ l. ex diuerſo. §. fin. ſolut. matr. & le. Neſennius de re iudicat. Neguſ. de pign. 4. membr. 5. part. numer. 10.]

** Adde, quod exceptio compenſationis poteſt opponi etiam executioni ſententiæ, l. et C. de compenſat. Alex. conſ. 61 vol. 3. Neguſ. de pignot. 4. memb. 5. part. nu. 10.

donatione [a] ſua conueniatur. [b]

¶ *Ratione compenſationis ſæpe minuitur intētio actoris. Aret.*

¶ Cōpenſationes quoque oppoſitæ plerūque [c] efficiunt, vt minus quiſque conſequatur, quam ei debeatur. Nam ex bono, & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem cauſa [d] præſtare oportet, in reliquum eum, cū quo actum eſt, condemnat, ſicut iam dictum eſt. [e]

¶ *Impedit bonorum ceſſio, ne fiat inſolidū condemnatio. Ang.*

¶ Cum eo quoq;, qui creditoribus [f] ſuis bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit, qđ idoneum emolumētū habeat, ex integro [g] in id, quod facere

a ¶ *Ex donatione*. Ideſt quando non poteſt ſoluere, cum donare promiſit.

b ¶ *Conueniatur.* ſcilicet cōditione ex lege, vt C. de donat. l. ſi quis argentum, §. fin autem. Et nota quod hic ſolus conuenitur in quantum facere poteſt deducto ære alieno, vt ff. de re iud. l. inter eos, §. 1. & 2. & melius, § fin.

*¶ Illud non prætermittendum, hoc beneficium, ne quis vltra, quam facere poteſt, conueniatur, perſonale eſſe, & cū perſona extingui, nec hæredibus alijs ve ſucceſſoribus, nec fideiuſſoribus præſtari l. verum, §. videndū. ff. pro ſoc. & l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iud.]

¶ Cōpenſationes. ¶ *CASVS*. Proſequitur Imper. exēpla eius, ꝙ ſup. proximè propoſuit, & dicit, ꝙ quoties euenit, ꝙ reus, à quo petitur, ſit creditor actoris, compēſatione propoſita ſit, vt minus cōſequatur actor, quàm petierit. In quo aduertas ad duo, quę iudicio meo male poſſunt ſaluari in hoc text. primum eſt, ꝙ hoc exēplum non cadebat inter priora & ſequentia, nam ille, cui compēſatio opponitur, effectualiter conſequitur ſuum creditū, quia re vera compēſatio eſt ſolutio, l. ſi debitor, ff. qui pot. in pig. ha nec eſt verū dicere, quòd conſequitur minus, quā ei debeatur, quia re vera conſequitur totū. nihil enim intereſt, an ſoluat quis, an cōpēſet, d. l. ſi debito, & ideò, neq; hoc exemplum cadebat in hac materia, neque verum eſt, quod dicit Imper. quòd minus, quam ei debeatur, conſequatur, quæ nolicet ſit ponere os in cælum. Not. quòd compenſatione minuitur intentio actoris.

c ¶ *Plerumque*. hoc dicit propter actionem depoſiti, & alias quaſdam, in quibus nō obijcitur compenſatio, vt ſup. eo. §. in bonæ fidei & C. de compen. l. ſi A curſ.

d ¶ *Ex eadem cauſa*. hodie ex quacumq. cauſa, & in quolibet contractu bonæ fidei, vel ſtricti iuris, † vt ſup. eod. §. in bonæ fidei.

e ¶ *Iam dictum eſt*. ſup. eod. §. in bonæ fidei,

¶ Cum eo quoque. ¶ *CASVM*. figurat per tex. Not. quod cedens bonis in poſtea quæſitis habet priuilegium, vt non conueniatur à prioribus creditoribus, niſi in quantum facere poſſit. Item not. inhumanum eſſe afflictis afflictionem addi.

* ¶ Conditionem debitorum bonis cedentium omnium calamitoſiſſimam vocat Imper. in Authen. vt deter. ſit nu. cle. tinpaton. (inquiens) athliotatin hodon: alibi miſerabile ſubſidium. l. vlt. Co. qui bon. ced. poſſ. hodie tamen cautum eſt, ne quis cogatur bonis cedere, nouel. conſtitut. 135. quæ habetur in editione Haloandri.

f ¶ *Creditoribus*, quod fieri non poteſt ante, quam debitum agnoſcat, vel in iure cōfiteatur, vt ff. de ceſ. bon. l. pen.

* ¶ Adde, an valeat pactū, quòd debitor non poſſit cedere bonis, Bar. in l. alia, §. fi. ff. ſolu. matr. Prodeſt autem hæc ceſſio, vt non deducatur debitor in carcerem, vt C. qui bon. ced. poſ. l. 1. & quòd in acquiſitis poſtea conueniatur in quātum facere poſſit, vt ſubijcit.

* ¶ Fallit, niſi ſub ſpe ceſſionis contraxit, vt per Dyn in reg. peccatum in fi. li 6. aut niſi in fraudem creditorū bona alienauit, vel ſi quādo contraxit, ſciebat, ſe non eſſe ſoluedo, vt ait Bart. in l alia. §. eleganter ff. ſolu. matr. & deniq; in quamplurimis alijs caſibus deficit reg. huius §. quos diligēter retulit Soc. in trac. fallent. reg. 46. & ſeq. poſt Iaſ. hic, & in §. itē ſi quis in fraudem nu 91. cum ſeq. ſup. eod.

* ¶ Adde, ꝙ ceſſio bonorū debitoris nō prodeſt eius fideiuſ. §. vlt. verſ. ſanè int. de repl.

g ¶ *Ex integro*. Vr̄ ſibi ipſi cōtraria lr̄a, quod ex integro, & in quātum facere poteſt cōueniatur, vt ſubijcit Sed ſic intelligit, ꝙ inſolidum conueniat, q̄diu pōt ſoluere. hoc tn̄ eſt deducto ſemper, ne egeat, vt ff. de ceſſi. bo. l. q̄ bonis. & ff. de reg iur. l. in condēnatione.

ADDITIO Vel dic, & longe facilius ex integro ideſt denuo, ſiue iterum, vt ſit vna dictio: & ita exponūt doct. periti. Et hic ſcilicet quod qui ceſſit bonis, poteſt iterum cōueniri ſi perueniat ad pinguiorem fortunam: verū eſt

eadem cauſa i. ſi, vterq; ſit debitor quantitatis.

† Hæc gl. peſſimè loquitur ſecundū Iaſ. quē videas plenius, nam voluit dicere tex. ex

† Ceſſio bonorum in duob. prodeſt.

est, nisi pro ea iam sustinuisset pœnas corporales, vel cessionem fecisset culo nudo super lapidem: de hoc gl no. in c. sicut dignum. extra de homi. & in c. peccatum, de reg. iur. in 6.
a ¶ *Inhumanum enim.* Bene dico, quod inquantum facere potest deducto, &c. conueniatur, inhumanum, &c.

Hac gl. non habetur in vetustis exempla Cōtinuatio.

† aliàs, φ cū eo cōtractū est, qui in aliena ē pōtate.

† ¶ *Quod cum eo, &c.* Qualibet conueniatur ex contractibus, vel furtis nobiscum habitis, dictum est, nunc qualiter conueniamur ex habitis cum iis, quos in potestate habemus.

SYL.

* Adde, quod est falsa continuatio. Imperat. enim continuat seipsum & reddit rationem, quare de his actionibus modò proponat. dicendo, quod quia supra habita est mentio de actione, quæ datur in peculio, opus est modo dicere de his actionibus, &c.]

† aliàs sunt.

potest, creditores experiuntur. Inhumanum.n. [a] erat, spoliatum fortunis suis in solidum damnari.

¶ *Quod cum eo, qui in aliena pōtate est, negotiū gestū esse dicitur.*

¶ *Cognito contractu seruorum ad obligandum dominū, erit cognitum quid de contractu filij ad obligādum patrem.*

Quia† tamē superius [b] mentionē habuimus de actione qua in peculium filiorumfamilias, seruorū que agitur, opus est, vt de hac actione, & de cæteris, quæ eorundem noīe in parē tes, dominosve dari solent diligentius [c] admoneamus. Et q̄a siue cum seruis negotium gestum sit, siue cum ijs, qui in potestate parentum sunt, ferè [d] eadem iura seruantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonē in personā serui, dominiq;, idem intellecturi [e] de liberis quoque, & parentib. quorum in p̄tāte sunt. Nā si quid in his [f] propriè seruetur, separatim ostendemus. [g]

non est conueniens quod paucis exprimi potest, multis exprimere. Item, quod cognito vno de similibus cognoscitur aliud. Item, quod dictio, ferè, est dictio diminutiua: Item, quod quando duo casus sunt, antiqua æquiparati, correctio, vel dispositio facta in vno extenditur ad alium, quod declara, si æquiparatio est facta in illo casu, vt per Iaf. in l. si constante, in 5. colu. ff. solut. matr. de quo vidē da sunt, quæ ponit Decius in c. translato, in 1. & 2. lect. de constitut.

b ¶ *Superius.* vt supr. titul. primo paragr. actiones autē. & §. sunt prætterea.

SYL.

c ¶ *Diligentius.* q̄ supr. dictum sit. Vel dic dili gentius. i. diligenter.

d ¶ *Ferè.* hoc dicit propter Macedonianū quod habet locum in filijs, non in seruis, vt infra eodē §. quæ diximus, & propter alios casus, quos ibi dicemus.

e ¶ *Idem intellecturi.* Nam similium eadem est disciplina, vt hic, & ff. de in rem ver. l. 3. §. proinde, & §. quoties.

Similiū eadē est disciplina.

¶ Dic tamen, q̄d similitudo in vno non arguit similitudinem in alio, vt per Aret. in l. ex facto. in 6. nota, ff. de vulg. & pupil.

SYL.

f ¶ *In his.* s. parente, & filio.

g ¶ *Ostendemus.* Vt inf. eo. §. quæ diximus.

SYL.

* ¶ Naturam omnium actionum, de quibus hoc titulo tractatur, & quādo locum habeat, breuiter & dilucidè explicat Accurs. sup tit. 1. §. actiones autem. in verbo, ipso iure.

Diuisio.

Quia tamen. ¶ Totus iste tit. diuiditur in sex partes. Primò ponit continuationē rubr. Secundò, quod filius & seruus æquiparātur; ideò dictum in vno potest intelligi dictū in alio. Tertiò prosequitur de contractib. seruorū: qualiter & in quātū eorū dñs teneatur. Quartò illud extendit ad filios. Quintò ponit vnum in filio, quod non habet locum in seruo. Sextò redit ad contractum serui. Secūda, ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igitur. Quarta ibi, Quia diximus. Quinta ibi. Illud propriè. Sexta, Illud in summa.

SYL.

¶ CASVS in simplici continuatione non est figurandus, quā declara vt sup diximus. Not. ergo continuandos esse titulos. Itē, φ actio, quæ datur in patrē, vel dominū ex contractu serui vel filii, non d̄r de peculio, sed in peculio. Itē, φ actio de peculio, & cæteræ, quæ descendunt ex contractu filij, dātur in patrem nomine filij. Not. etiam, quod filius, & seruus fere in omnibus æquiparantur. Item, quod

¶ Si igitur iussu dñi. ¶ CASVS in terminorū declaratione simplici non est necessarius, nisi sealis in hoc. n. §. declarat Imperatores esse actiones, in q.b. p̄r, & dñs in solidū tenentur pp eorū cōsensum. Siue. n. iusserint, mādauerint, consenserintve alio modo, ei per ratihabitionem, filium, vel seruum certo casu obligari, tenentur naturali rōne, quā allegat Iureconsultus in l. 1. ff eod. quia cum eo contrahi v̄r, qui iubet siue etiā naui, vel negotiationi p̄r, aut dñs filium, vel seruum præposuerint similiter tenentur insolidum, & in exercitoria præsertim, quia æquum visum est, vt qui exercitorē naui imposuit, teneatur, quia plerumque locus, aut tempus non patiuntur dispicere de conditione exercitoris, maior. n.

est necessitas contrahendi cum magistro nauis, quàm cum institore, prout declarat text. in l. i. ff. de exerci. Similiter æquum visum est prætori, vt quemadmodum commoda sentimus ex contractibus institorum, ita etiam ex eorum contractibus obligemur, tacitè enim videmur hoc polliceri præponendo. l. i. ff. de instito. No. secundum Angel. quod de iure ciuili pater aut dñs nõ tenebantur ex contractu filij, vel serui, & hic est, q̃d prætor æquitate motus hæc adinuenit. Item, ꝙ pater & dñs tenentur. Quod iussu in solidũ. Item ꝙ ille, qui cum filio, vel seruo contrahente iussu patris, vel dñi contrahit, vr̃ sequi fidem iubentis. Itẽ q̃d vbi ẽ eadẽ rõ, idẽ ius cõstituitur. Item, quid sit exercitoria & quid institoria. Itẽ, ꝙ exercitoria ab exercitore, institoria ab institore est appellata. Item ꝙ tũc tenetur pater, & dñs, qñ seruus, vel filius negotiatur in eo, in quo sunt pꝑpositi. Itẽ nor. ꝙ huiusmodi actiones non solum dantur contra dominum, vel patrem præponentes seruos & filios, sed etiam contra quemlibet præponentem, etiam liberum hominẽ stante identitate rationis. Item, quòd idẽtitas rationis facit, quod casus non expressus sit comprehensus in casu iam deciso.]

a ¶ *Domini*. scilicet volentis cum seruo contrahi: siue dirigat iussum ad seruum, siue ad contrahentem cum seruo, siue subscripsit, siue quocumque modo, contractum ratum habuit, vt ff. quod iussu l. i. §. i. & §. sed & si serui chirographo, & §. si ratum.

b ¶ *Videtur*. Vt etiam ab ipso domino debitum condici possit, vt infr. eod §. fin.

c ¶ *Eadem ratione*. Quia fidem domini sequi videtur, vt supra prox. §. in fin. Accurs.

d ¶ *Exercitoria*. Quæ perpetuò hæredi, & in hæredem datur, vt ff. de exer. l. si tamen, §. fi. (i) Idem in institoria, vt ff. de insti. l. nouissimè. Idem etiam de in rẽ verso, vt ff. qñ actio. de pecu. est an l. quæsitum in fin.

ADDITIO.

(i) Dic hoc verum, si prima actio datur hæredi, vel cõtra hæredem, quia istæ non sunt propriè actiones, sed adiectiones, vt habetur in d. l. si tamen. §. fi. secundum Ang.

e ¶ *Eius rei gratia*. Benedicit, eius rei gratia, nam si ob aliam rẽ, puta negotij sui, vel cum esset præpositus ad vehendum onus, ipse accepit mutuam pecuniam, non ad vtilitatem nauis, non tenetur dominus, vt ff. de exercito. l. i. §. non autem.

** Quot requirantur ad hoc vt dominus nauis conueniri possit exercitoria pro pecunia mutuata eius magistro nauis in refectionem nauis, vide l. fin. ff. de exerc. actio, vbi Bart & habetur per gl. in l. i. & ibidem per Bald. C. eo.

f ¶ *Quæstus*, idest prouentus, siue lucrũ. Sed magister appellatur, cui totius nauis † anchora, id est gubernatio commendatur, vt ff. de exercito, l. i. § magistrum nauis.

g ¶ *Seruum*. Vel liberum, vt in fi. huius §.

h ¶ *Vocantur*. Not. quod institoria à præpositto, sed exercitoria à præponente vocatur, vt hic, & sup. eo. §. ver. ideò autem exercitoria.

i ¶ *Duas*, per hoc quod dicit, duas, excludit primam. Quod iussu.

¶ *Dominus tenetur ex contractu serui in solidum, si contrahi iusserit, vel ipsum, vel liberum hominem, naui, vel alicui alij negotiationi præposuerit actionibus cognominatis. Quod iussu, & Exercitoria, & Institoria Aretinus.*

¶ Si igitur iussu domini [a] cum seruo negocium gestum erit, in solidũ Prætor aduersus dominum actionẽ pollicetur, scilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur. [b]

¶ Eadem rõne [c] Pretor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarũ altera Exercitoria, [d] altera Institoria appellatur. Exercitoria tunc hẽt locum, cũ quis seruum suum magistrũ naui præposuerit, & quid cũ eo eius rei gratia, [e] cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideò autẽ Exercitoria vocatur: q͂a exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis, quæstus [f] pertinet.

¶ Institoria tunc locũ habet, cum quis † tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi seruũ [g] suum præposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui præpositus erit, cõtractũ fuerit. Ideò autẽ Institoria appellatur, q͂a q negotiationib. pręponuntur, † institores vocantur. [h] Istas tamẽ duas [i] actiones Prætor reddit, † & si liberum quis hominem, aut alienum seruum naui, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit, scilicet, quia eadẽ æquitatis ratio etiam

* † *Taberna appellatio q̃d significet, vide l. taberna de ver. sig.*

** † *l. 3. & 4. & 5. ff. eo.*

* † *aliàs cura.*

* † *Ex l. 1. §. cuius de exer. act. & l. sed & si quis, §. 1. de instit. actio.*

eo casu interueniat. ¶ *Si seruus sciẽte domino in merce peculiari negotiatur, & tamẽ dominus aliquid recipere debet, vocatur in tributũ vnà cũ alijs creditorib. Ar.* ¶ Introduxit & aliã actionem Prætor, quæ Tributoria vocatur. Namq. si seruus in peculiari merce,[a] † sciente† domino negotietur,[b] & quid cum eo eius rei causa[c] contractum erit, ita Prætor ius dicit, vt quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro rata portione distribuatur: & ideò Tributoria vocatur, qa ipsi domino distributionem Prętor p̃mittit. Nam si quis ex creditorib⁹ quęratur, quasi minus[d] ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quæ Tributoria appellatur. ¶ *Ex contractu inito cum seruo domino ignorante, tenetur dominus de peculio, vel in id, quod in rem suã versum est: & dicitur versum in rem domini, si aliquid in rem domini impenderit necessario: iudex tamẽ debet prius inspicere, vtrum in rem domini sit versum, quam de peculio condemnet. Aret.* ¶ Præterea intro-

¶ Æquitatis. Not. quod vbi eadem est æquitas, idem ius statuendũ est: sic, ff. ad l. aquil. l. illud, & sup. quib. mod. ius pa. po. sol. §. pari ratione.

¶ Introduxit. ¶ *CASVS*. non est figurandus in declaratione simplicis termini tributoriæ, sed potius aduertendum est, quod dominus, qui habet seruum habentẽ peculium, si conueniatur à creditorib. peculiaribus habet priuilegiũ deducẽdi ante omnia, quod sibi, & illis, qui in sua sunt potestate debetur: sed quia aliqñ accidit, qđ seruus in rebus, & mercib. peculiaribus sciente, & non contradicente domino negotiatur, & efficitur debitor alicuius: si à tali creditore conueniatur ex causa prædicta, tunc non habet dominus amplius illud priuilegium, sed vocatur in tributũ cũ cęteris, hac tamẽ inter eos diuisione remanente, qđ dñs vocatur in tributum ex quacũq. causa sit creditor, alij verò creditores peculiares vocantur solum, quatenus causa illarum mercium, in quibus sciẽte dño seruus negotiatur est. se extẽdit. Not. summarium & declarationẽ prædictã.

a ¶ *In peculiari merce*. Hoc cautè dicit, non in dominica, vt ff. de instito. l. sed & si pupillus. §. penult.†

b ¶ *Negotietur*. Ad oẽm quoq. porrigitř negotiationem, † vt ff. de trib. l. illud. & l. 1. §. licet. No ex hac gl. cũ tex. quod verbũ negotiari, & negotiator, latius est, q̃ mercari, & mercator, quod post Angel. hic disertè explicatur à Benuc. Strac. trac. de merc. prima par. nu 5.

c ¶ *Eius rei causa*. No. quod ad hoc vt competat ista actio, oportet, quod sit contractũ illarum mercium causa, aliàs non competeret, vt per Ang. hic.

d ¶ *Minus*. Hanc actionem tributoriam dicunt quidam non dari, nisi dominus primo distribuat: & dicunt, quod cogitur officio iudicis: & hoc colligitur ex hoc §. quia dicit, minus. Sed dico, quod ante & post competit, quia minus tribuit, qui nihil tribuit, vt ff. de tribut. l. illud, § si cuius dolo. & argum. ff. de verb sig. l. minus, & l. verbum amplius, secundu Ioan. ¶ Adde, quòd hæc glo. cõiter approbatur p̃ Docto. hic.

¶ Præterea. ¶ *CASVS*. figuratio non est necessaria, cum persistat in declaratione terminorum de peculio. & de in rem verso. ita enim Imperator accurate examinat & declarat, vt nulla alia casus positione egeamus; exempla enim posita p̃ Imperat. rem omnem manifestã reddunt. Not. igitur, qđ actio de peculio, & actio de in rem verso sunt diuersæ. Item dic, quod necessaria erat actio de in rem verso vltra actionem de peculio ex rationibus positis per text. in l. 1. in princip. ff. de in rem verso. Item, quod actio de in rem verso oritur, quamuis sine voluntate domini negotium sit gestum: quia oritur ex ipsa versione in rem, non ex consensu: & propterea oritur etiam, quamuis gestum sit contra voluntatem domini, quando versum est in eius vtilitatem.

Itẽ, quod actio de peculio datur eatenus, quatenus est in peculio: actio verò de in rẽ verso datur ad omne id, quod versum est in domini vtilitatem.

Item, quid vocatur versum in vtilitatem: pro cuius declaratione vide regulam, quam ponit Iurisconsultus in l. 1. §. & generaliter, ff. de in rem ver. Item no. q̃ [illegible] ẽs expensæ hic enumeratæ dñr necessaria [illegible]

Ius idẽ statuatur vbi est eadẽ æquitas.
S. L.

† *Ad hũc locũ vide ĩfr. eo. §. rursus.*

† *Et non contradicente. leg. 1. §. scientiã. ff. d trib. act.*

† *Ex quo §. apparet institoriam locũ habere in merce dominica, tributoriã ãt in merce peculiari.*

† *Scilicet peculiaris mercis non etiã alia.*

3 Deque

ducta est actio de peculio, deque eo,[a] qđ in rem dñi versū erit, vt quãuis sine voluntate domini negotiū gestum erit, tamē siue quid in rē eius versum fuerit, id totū præstare debeat: siue quid nō sit in rē eius versū, id eaten⁹ ꝑstare debeat, quatenus peculiū patitur.[b] In rē autem domini versum intelligitur, quicquid necessariò† in rē eius impenderit seru⁹: veluti si mutuatus pecuniã, creditorib, eius soluerit, aut ędificia ruētia fulserit, aut familiæ frumentum emerit: vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rē necessariã mercatus erit.[c] Itaque, si ex decem[d] (puta) aureis, quos seruus tu⁹ à Titio mutuo accepit, creditori tuo quinq. aureos soluerit, reliquos verò quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidū damnari debes[e] pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio sit, ex quo. s. apparet, si toti decem aurei in rem tuã versi fuerint, totos decē aureos Titium cōsequi posse. Licet[f] enim vna est actio, qua đ peculio, deque eo, quod in rē dñi, versum sit, agitur, tamē duas habet cōdemnationes. Itaque iudex, apud quē de ea actione[g] agitur ante dispicere solet, an in rem dñi versū sit: nec aliter de peculij æstimationem transit, quam, aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum. †

¶ *In peculio dicitur esse id, quod superest deducto eo, quod debetur domino, dummodo non debeatur vicario serui. Aretinus.*

a ¶ *Deque eo*. Caue tibi, quia de duabus actionibus simul dicit, scilicet de peculio, & de in rem verso.

b ¶ *Patitur*. Facit, ff. de pecul. l. si quis seruū, §. etiã & hic adiunge, §. cæterū, qui est infra.

c ¶ *Mercatus erit*. Facit ff. đ in rem verso. l. 3. § proinde.

d ¶ *Ex decem*. Quia quot sūt consumpti, in tot debet teneri, vt supra proxim §.

e ¶ *Damnari debes*, Facit, ff. de in rem verso. l. si pro patre, § idem.

f ¶ *Licet*. Hoc punctū, quod est hic. ita pranè intelligunt quidam, quod quicũque agit de peculio, videtur intētare illam formulã, & agere, scilicet de in rem verso. vt hic, & ff. de in rem verso. l. filiusfamilias. in fin. & ff. de pecul. lege prima, §. est autem. quæ opinio necessaria esse videtur. Nam cum de peculio agitur, debita peculiaria computantur: & ita quod seruus dēt domino, & dominus debet seruo naturaliter: quia quod seruus impendit in rem domini, venit in actione de pecu. vt ff. de pecul. leg. quam Tuberonis, §. sed & id, quod nihil aliud est, quam de in rem verso. agi: & ita qui agit de peculio, & de in rem verso agit. Sed Ioann. dicit, quod diuersæ sunt actiones, & actionum formulæ, nec qui formulam vnius proponit alterius formulam proponere videtur. Nec obstat, d. l. de pecul. l. prima. §. est autem, quia licet ibi videatur sub actione, & edicto de peculio actionē de in rem verso proponere, tamen non demōstratur edictum, quod sit de peculio tantū, sed generale, quod dicit de omni eo, qđ fit cū eo, qui in aliena est potestate, vt in ea l. §. verba autem. Item non obstat dict. l. filius in fi. quia quo ad effectū proponit de in rem verso, qui proponit de peculio: non quo ad formulam. Et eodem modo expone qđ hic dicitur, vna est actio de peculio, & de in rem verso: id est ille: qui ꝓponit actionem de peculio, consequitur effectum actionis de in rem verso. Et quod subijcit, duas habet cōdemnationes, scilicet, actio de peculio: vnam, scilicet pro suo effectu, & aliam pro effectu, scilicet, actionis de in rem verso. Accurs.

ADDITIO. Hæc opin. glo. quòd sint diuersæ actiones verior est, quia habent diuersa nomina, & diuersa media concludendi.

g ¶ *Actione* Scilicet, đ peculio.

¶ Cum autem quæritur.

¶ *CASVS*. positio clara est, declarat enim Imper. quantum sit in peculio, & dicit in peculio dici omne id, quod superest deducto eo, quod debetur domino, eive, qui in eius potestate est: & ponit casum, in quo ex credito domini non diminuitur peculium: de cuius ratione vide in gloss. verbo, si is. Nota quid dicatur esse in peculio. Item, quòd deducitur non tantum creditum domini, sed etiam eius, qui est in ipsius potestate,

*

† Veluti liter, l. si res. § qđ & l. 3 ff. de in rē vers. secus si ad voluptatē vt dicitur in d. l. 3 vbi omnino vide pro declaratione huius loci, & in l. si pro patre, §. in re. eo. tit.

Actio de peculio & de in re verso sunt diuersæ.

Textum exponit.

† Nō de in rē verso dominus tenetur, quatenus in rem eius versum apparet. l. si pro patre, §. in rem ff. eod.

te,

¶ Cũ autem quæritur quantũ in peculio sit, †ante deducitur quicquid seruus domino,[a] eive, qui in potestate eius sit, debet:[b] & quod superest, id solum peculiũ intelligitur: Aliquãdo tamen id, quod ei debet seruus, qui in potestate dñi sit, nõ deducitur ex peculio: veluti si is[c] in ipsius[d] peculio sit: qđ eò pertinet,[e] vt si qđ vicario suo seruus[f] debeat, id ex peculio eius[g] nõ deducatur. ¶ *Cui competit actio Institoria, vel Exercitoria, vel Quod iussu cõpetit etiã de peculio. Et in actione đ peculio totius eius, qđ est in peculio, ratio est habẽda, in Tributoria solum eius, circa quod negotiatur. Quapropter quandoq. expedit agi vna, quandoque alia. Aretin.* ¶ Cæterum[h] dubium non est, quin is quoque, qui iussu domini contraxerit, cuiq. Institoria, vel Exercitoria actio competit, de peculio, deq. eo, quod in rẽ domini versum est, agere possit. Sed erit stultissimus,[i] si omissa actione, qua facillimè solidum ex cõtractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi in rem dñi versũ esse, vel habere seruũ peculiũ, et tãtũ habere, vt solidum sibi solui possit.

te. rationem vtriusque ponit iurisconf. in l. sed si damnum, §. peculium., ff. de pecul. ratio enim, quare deducitur id, quod domino debetur est, quia dominus præuenisse videtur, & cum suo seruo egisse. ratio autem quare deducitur id, quod debetur existentib. in potestate dñi, est, quia nemo ambigit hoc quoque domino deberi, cui quæritur omne, quod quæritur existentibus in eius potestate. Itẽ no. casum, in quo non deducitur per dominum illud, quod debet seru[9]: quod nor.]

*** † Peculium est, qđ seruus domini pmissum separatũ a rationib. dominicis habet, de ducto .i. de si qđ domino debetur. l. depositi § si ff. de pecu.*

a ¶ *Domino.* Scilicet debet. Cum enim inspecto iure naturali seruus si bet fit, apparet quod naturaliter potest obligari etiam domino suo, vt ff. de condictione. indebit. l. si id quod. & ff. de pecu. l. nec seruus. & sup. de fideiuss. §. primo. Accursius. ¶ Adde, quod est intelligendum de iure naturali, idest de iure gentium primæuo, idest quatenus ius gentium fundatur ratione naturali, non constitutionibus generalibus gentium, si enim intelligeremus de iure naturali simpliciter communi omnibus animantibus, tunc non potest dici, quod oriatur obligatio naturalis. prout declarat Barto quem communiter seq. Doct. in d. l. si id quod.]

b ¶ *Debet.* Qua si dicat: & ita deducitur, quod đbet dare seruus ijs, qui sunt in potestate. vt cõseruis suis, & filijs domini, & pupillis dñi l. vt ff. de peculio, l. sed si damn. q. §. peculiũ. †

† aliàs incipit l. peculiũ aũt.

c ¶ *Si is.* Scilicet cui debetur: puta habeo seruũ castaldum, qui ordinarius d citur, qui habet sub se alium, qui vicarius dicitur: si ordinarius quid debet vicario, & cõuenior đ peculio ordinarij, non dedu cam quod vicario debetur: & est ratio in prõptu, quia si deduco pro vicario, adhuc remanet peculiũ ordinarij: & ita frustra fieret deductio: cum semper maneret ordinarij peculium.

* ¶ Serui ordinarij sunt, quibus peculiũ dominus cõcessit, negotiatiq. finit: vicarij autem, qui ordinarij vices gerunt, quidam que quasi subinstitores. Alciat. in l. vrbana familia, ff. de verborum significat.

SYL. Seruus ordinarius, Seruus vicarius.

d ¶ *In ipsius,* scilicet ordinarij.

e ¶ *Quod eò pertinet.* idest, quod mõ sub nube dixi, obtinet in hoc casu.

f ¶ *Seruus,* scilicet ordinarius.

g ¶ *Eius,* scilicet ordinarij.

¶ Cæterum.

¶ *CASVS.* non est figurãdus in præsẽti §. vt que ad § illud in sũma secundum quod legit Angel. quia Imper. immoratur tãtum in declarãdo, quo modo & qualiter & in quib. casib. hæ actiones, de quibus sup. proposuit, in iudiciũ proponantur. tex. est clarus, nec alia desuper đclaratione indiget. No. summarium, & cõtinentiam tex. vt scias proponere in iudicio actionem magis vtilem. Itẽ, quod stultissimus, dicitur, qui potest vtiliorem viam ad suum consequendum eligere, & eligit deteriorem. Item, quod habẽs plures actiones debet faciliorẽ proponere. Itẽ, quod negotiator nõ dicitur qui viuit ex redditibus prædiorum. Itẽ, quod fœnerans non dicitur negotiator. Item, quod dicta in seruo habent locum in filio. Itẽ, quod Macedonianum senatusconsultum est lex prohibitiua. Item not. rationem senatusconsulti Macedoniani. Cætera collige per te.

h ¶ *Cæterum.* Diximus supra in illo §. præterea, quod is agit de peculio, qui contrahit cum seruo, inuito, vel ignorante domino: vnde dicitur, quod qui contraxit eo volẽte, puta iussu suo non posset agere de peculio, sed tamen aliud est: ideò dicit, cæterum, pro sed.

Electio debet eẽ de meliori.

¶ i *Sed erit stultissimus.* Nota, quem esse

stultum, si eligat malum, cum, possit eligere bonum, vt in Authent. quib. mod. nat. effic. sui. §. 1. collat. 6.

a ¶ *Is quoque*, Facit, ff. de tribu. l. aliquando.

b ¶ *Modò*, id est aliquando.

c ¶ *In hac actione*, scilicet de peculio.

d ¶ *Negotiatur*. Et quod inde receptũ est, vt ff. de tribu. l. procuratoris, paragr. per hãc, & sup. eodem, §. introduxit.

Elector actionis nõ potest variare.

e ¶ *Eligere*. Et postquàm elegerit, non variauit, vt ff. de tribut. l. quod i herede §. eligere, nisi fuerit deceptus, quãdo primum elegit, vt dig est. quod cùm eo, qui in alie. pot. l. sed si ex parte, §. fin.

f ¶ *Quæ diximus* A princip. titu. vsque huc.

g ¶ *Eadem*. Quantum ad actiones supra dictas, sed in quibusdam non conueniunt: vt in mutua pecunia: quod dic, vt infra proxim. §. Item filius potest subire iudicium, & arbitrium, & patrem obligat quasi ex contractu de peculio, sed seruus non, vt ff. de pecul. l. 3. §. si seruus, & §. idẽ scribit, & Cod. de

† Subaudi. potius quã Tributoria.

Filius & seruus nõ in oĩbus conueniunt.

Is quoque,[a] cui Tributoria actio competit, æquè de peculio, & de in rem verso agere potest. Sed sanè huic modò[b] Tributoria expedit agere, modò d peculio, & de in rem verso. Tributoria ideò expedit agere: quia in ea domini conditio præcipua non est, id est, quod domino debetur, non deducitur, sed eiusdem iuris est dominus, cui[9] & cęteri creditores. At in actione de peculio, ante deducit, qd dño debetur, & in id, qd reliquũ est, creditori dñs cõdẽnatur. Rursus de peculio ideò expedit agere, ꝗ in hac actione[c] toti[9] peculij ratio habetur: at in Tributoria eius tantũ, quo negotiat᷑:[d] & potest quisq. tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiã minima negotiari, maiorẽ autẽ partem in prædijs, vel mãcipijs, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisq. vel hãc actionem, vel illam eligere[e] debet. Certè qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet. †

¶ *Dicta de dominis, & seruis intelligũtur in parentibus, & liberis. Ang.*

¶ Quæ diximus[f] de seruo, & domino, eadem[g] intelligimus, & de filio, & filia, & nepote, & nepte, & patre auove, cuius in potestate sunt.

¶ *Ex cõtractu mutui filius non potest conueniri, nec eius pater, etiã actione de peculio, propter senatusconsultum Macedonianum. Aret.*

¶ Illud propriè seruatur in eorum persona, quod senatusconsultum Macedonianũ prohibuit, mutuas pecunias dari eis, qui in potestate parentis sunt: & ei, qui crediderit, denegatur actio tã aduersus ipsum filium, filiamve, nepotem, neptemve, (siue adhuc ĩ potestate sit, siue morte parentis, vel emancipatione, suę potestatis eẽ cęperint) quã aduersus patrem,[h] auumve, siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quæ ideò Senatus[i] prospexit, quia sæpè onerati ære alieno

ind. l. seruus. (i) Itẽ filius fideiubere potest, & patrem de peculio obligare, vt ff. de pecul. l. 3. §. si filius, sed seruus nõ, vt ff. de fideiuss. l. seruus, & l. seq. & propter hoc dixit, ferè s. p. eo. §. 1.

ADDITIO. Qualiter autẽ fiat executio filio condemnato, habetur inf. tit. 1. §. fin. Angel. Aret.

h ¶ *Aduersus patrem* Etiam de peculio nõ tenetur pater, vt hic dicit, & C. ad Maced. l. si filius. & cautè colligitur. C. ne filius pro patre, vel pater pro filio, l. 1.

a ¶ Adde, quod nec fideiussor ex hac causa tenetur. l. sed & si. §. non solum, ff. eodem, Immo ne hæres quidem filij, scilicet, si paterfamil. obierit. l. item si. alias est. leg. sed Iul. § quãquam. eodem tit.

i ¶ *Senatus*, s. senatusconsultum Macedonianum, vt ff. ad Maced. l. 1. quod cessat in multis casibus s. 11. Primò, si fuerit miles filiusfam. vt C. ad Maced l. fi. Item si dixerit se patrẽfamil. vt Cod. ad Maced. l. 1. Item si publicè paterfam. videbat, vt ff. ad Macedo. l. si q. pater famil. Item, si fuerit

† Macedonianũ in 11. casib. cessat.

creditarũ pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur.

¶ *Actione, Quod iussu, vel De in rẽ verso, vel Institoria, vel Exercitoria, potest agi directò cõtra patrem, vel dominum ex contractu filij, vel serui. Aret.*

¶ Illud in summa admonendi sumus, id, quod iussu patris, dominive contractum fuerit, quodque in re eius versum erit, directò [a] quoque posse à patre, dominove condici, tãquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque, qui Exercitoria, vel Institoria actione tenetur directò posse condici[b] placet, quia huius quoque iussu contractum intelligitur.[c]

¶ *De noxalibus actionibus.*

¶ *Ex delicto commisso per seruum, domino ignorante, vel prohibere non valente, dominus tenetnr noxaliter, quod æquitatis ratio introduxit, ne ex delicto rei propriæ, quis in plus grauetur quam sit valor dictæ rei. Aretinus.*

fuerit in scholis, vt ff. ad Macedo l. sed Iulianus, § quod dicitur, & C. eo l. Macedoniani. Item si alij creditori soluit, vt ff. eo. l. sed Iulianus, §. pe. Item, si factus paterfamil. debitum primo contractum quocunque modo agnouit, vt C. eo. l. Zenodorus. Item si vertit in rem patris, vt ff. eo. l. sed Iulianus. §. proinde si acceperit. Itẽ, & si non accepit, vt verteret in rem patris, postea tamen vertit, vt ff. eo. l. sed Iulianus. §. sed & si ab initio. Item cessat, quando pater consensit. vel præsens non contradixit, vt ff. eod. leg. sed Iulianus, § quamquam, & leg. si tamen sciente, & Cod. eo. leg. si permittente. Item, si postea pater ratum habeat, (i) vt Co. eo. leg. si in princip. Item si ra terfam. factus soluere cœpit, vt C. eo. l. sed Iulianus, §. fi. & l. seq. Aliàs autem locum habet, vt non teneatur pater, vel filius, siue pecunia fuerit mutuo data, siue aliud in fraudem senatusc. vt ff. eo. l. si filiusfa. §. ius autem, & l. sed Iulianus, § mutui datione.

ADDITIO. (i) Dic idem si tacitè ratum habuisse dicatur, vt quia receperat literas à filio continentes, quod pecunias mutuo acceptas solueret, & nõ est statim protestatus de contraria sua voluntate, vt est text. sing. in l. si filiusfa. ff. ad Maced. Ang. Are.

* ¶ Suet. scribit, Vespasianum Impe. auctorem fuisse Senatui, hoc S. C. faciendi, verba autem S C extant in l. 1. ff ad S. C. Maced. & no. quod filiusfa. excepta hac causa Maced. senatusc ex quouis contractu in solidũ obligatur, potestque conueniri, ac etiã in carcerem conijci, l. 3. §. sed verum, ff de mino. verum si emancipetur à patre, non nisi in quãtum facere potest, cõdemnabitur, vt est casus no. in l. 2. ff quod cum eo. & in l. si ex alio, C. eo. tit. & ibi hoc no. Bal. & Io. de Pla. in §. sunt præterea ad fi. sup. de act. quod tamẽ fallit in aliquib. casib. quos annotauit Bart. Cœpol. caut. 11. ex delictis quoque filiosfam. posse conueniri, nemo est qui nesciat, §. vlt. infra tit. 1.

¶ Illud in summa. ¶ *CASVS.* clarus est, quod contra iubentem, vel in ponentem agi potest actione directa ea ratione, quia cũ eis videtur negotium gestũ, ex illa regula, quod qui per alium facit, per se facere videtur. Not. illud verbum. in sũma, cuius significatio est tãdem & finaliter. Item quod de in rem verso, quòd iussu, exercitoria, & institoria, agitur etiã directo contra dominum. Item no. casum, in quo mandans tenetur, ac si principaliter negotiũ gessisset.

a ¶ *Directè.* i. certi cõdictione directa, nõ adhibita hac adiectione de peculio, vel de in rem verso. Sed† numquid supradicta sex nomina scilicet quod iussu, exercitoria, institoria, tributoria, de peculio & de in rem verso, sunt nomina actionum? Resp. quidam quod sic. & faciunt pro eis infinitæ leges, quæ dicunt de ac de pecu. & sic de singulis vt patet etiam in rub. cuiuslibet tit. Sed Io. contra. Dixit enim quòd sunt actionum adiectiones, non actiones, facit pro eo, ff. de ne. ge. l. mandasti & de pec. l. 3. §. cui congruit

¶ Adde, quòd hãc gl. dicit no ad hoc las. sup. de actio. §. 1. in 11 col. in fi vbi ponit multas gl. concor & in §. rursus in 15. col. cir. med. pro quo vide tex. cum gl. in l. 5. in gl. 1. C. vbi conue. qui cer. lo. & idem vult Bar. in l fi. in 2 q C. ex quibus cau. maio.

b ¶ *Condici.* s. certi condictione, non adhibita hac adiectione, institoria, Item & de in rem verso, vt ff. de in rem verso. l. 1. in prin.

c ¶ *Intelligitur.* Facit ff. de eden. l. prætor. §. sed & si seruus. & ff. si cer. pet. l. institorem.

† *Simi. lis glos. sup. de acti. §. actiones autem.*

Qd iussu, exer- SYL. *citoria &c. non sunt actiones, sed actionum adiectiones.*

¶ *De noxalibus actionibus.*

¶ Non solum ex contractibus eorum, qui in nostra ptãte sunt, conuenimur, sed ẽt ex delictis,

&

& quia pro eis noxaliter agitur, ideo de noxalibus ponitur. Accur. Ad istam continuationem facit, l. 1. ff. eo.

EX maleficijs. ¶ Totus iste ti. diu. principaliter in duas partes. Primò ponit, qualiter deditio pro noxa habet locum in seruo delinquente Secundò an habeat locum in filiofamilias. Secunda ibi, Sed veteres.

¶ Ex maleficijs.

¶ *CASVS.* in hoc principio literaliter figurādus est, fstat enim Impe. in declarando, vnde oriatur actio noxalis, & ad quid detur declarando hos duos terminos noxa, & noxia, assignando rationem, qua fuerit dispositum, vt esset in facultate dominorum tradere seruum ostenso in locum refectionis damni aut iniuriæ. Litera plana est, solum aduertendum est ad declarationem horum verborum, noxa, & noxia, quia Valla, & Beroaldus rident hanc declarationem Impe. sed noxa apud veteres à nocendo dicta significat etiā nocumentum: Oui, sine noxa luce bibuntur, meritò seruus dicitur noxa, sicut & athi illa Homerica noxa appellatur. Noxia vero ipsa est culpa, seu maleficium. Plau. in Bacchi, sat sic suspectus sum, careo noxia. M. Manilius, Quin etiam infęlix virtus, & noxia felix. vnde meritò Seruius. Virg. noxam pro noxia dixisse scripsit. Vnius ob noxam. notabilia clara sunt.]

SYL. † *Litis æstimatio quid sit, enarrat Alci. lib. 3. Parer. c. 18.*

EX maleficijs[a] seruorū, veluti si furtum fecerint,[b] aut bona rapuerint, aut damnū dederint, aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditæ sunt: quibus domino dānato[c] permittitur, aut litis † æstimationem[d] sufferre, aut ipsū hominem noxæ dedere. Noxa autem est ipsum corpus, quod nocuit, id est, seruus, noxia[e] ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Summa autem ratione permissum est noxæ deditione fungi: namque erat iniquum,[f] nequitiam eorum vltra ipsorū corpora dominis damnosam esse.

¶ *Pro delicto serui dominus liberatur dādo seruum pro noxa, & in damnum passum transfertur dominium, quod auocari potest, si dominus emendet damnum, & velit eum manumittere. Angelus Aretinus.*

a ¶ *Ex maleficijs.* Idem est ex quasi maleficijs, vt ff. nau. cau. sta. l. fi. § seniorum, & de hoc plene diximus, supr. de actio. §. actiones autem.

* ¶ Intellige ex maleficijs priuatis, nam ex publicis accusatio dirigitur contra seruum delinquentem, non aduersus dominum, leg. pen. § vlt. C. de noxa. actio.

b ¶ *Furtum fecerint.* Supple extraneo, & idem in sequentibus articulis, nam cum domino talia committendo agi non potest, vt supra de obl ex delicto. §. ij. qui. & ff. de noxa. l. cum seruus.

c ¶ *Domino damnato.* Nescienti cum delinqueret seruus, vel nesciēti, tamē prohibere non potuit, alioqui in solidum tenetur, vt ff. de noxa. l. 2. & l. in delictis, & C. eo. l. 2.

d ¶ *Æstimationem.* Puta decem, ad quæ sēper est obligatus, sed liberatur dādo animal, scilicet, quo vsque actione iudicati cōueniatur, ff. de re iud. leg. miles, §. decem, & ff. de peti. hæred. l. si ē venimus, §. idem rectè. Hinc no. quod in conclusione libelli huius actionis debet peti emendatio dāni, non autem alternatiuè, vel seruus pro noxa. nam seruus non est in obligatione, sed facultatem dandi seruum pro noxa consequitur dominus condemnatus à lege, quam potestatem habet vsque ad litem contestatam super actione iudicati, d. §. idem rectè. vbi glos. Bartol. & alij.

e ¶ *Noxia.* Vnde versus. Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. sed quandoque vno pro alio vtitur. *Noxia & noxa differunt.*

* ¶ Vnde seruum noxæ dedere, hoc loco, id est maleficio, vel potius pęnæ, nam vtrumque significat noxa, à nocendo, vt elegāter probat Alc. noster lib. 4. de ver. sig. & l. plebs, §. noxæ, eo. tit.]

f ¶ *Iniquum.* f. iniquum esset factum alienū alijs esse damnosum, secundum Ioan. vt ff. de fur. l. si seruus communis, §. quod verò.

¶ Dominus noxali indicio ¶ *CASVS.* figuratio facilis est, continet enim hic text. tria dicta. Primum, quod dominus conuentus actione noxali ob delictum serui liberatur dando seruum noxæ: cuius ratio posita est supra in princ. ibi, namque erat iniquū Ratio autem dubitationis erat, quia seruus ille non erat in obligatione, ideo non videbatur quod eius deditio, & solutio tolleret obligationē, qua dominus astringebatur, cui aliud pro alio non debebat posse solui, qua ratione non obstante, præualuit æquitatis supra dictæ ratio, fuitque a lege potestas hæc cōcessa: ideò licet nō sit seruus in obligatione, est tamen in solutione. l. miles, §. decem, ff. de re iu. Secundum dictum est, quod dominium serui dati noxæ transfertur perpetuò; intellige à domino dante, non autem in dominum SYL.

¶ Dominus noxali iudicio serui sui nomine cõuentus, seruum actori noxę dedendo liberatur, [a] nec minus [b] in perpetuũ eius serui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus est, seruus resarcierit quæsita pecunia, auxilio [c] Prętoris inuito domino manumitteretur.

¶ *Noxalium actionũ quædam sunt ciuiles, & quædam Prætorię. Aretinus.*

¶ Sunt aũt constitutę noxales actiones, aut legib. aut edicto Prætoris. Legib. veluti furti [d] ex lege 12. tabul. damni [e] iniuriæ ex lege Aquilia: edicto prætoris veluti iniuriarum, & vi bonorum raptorum.

¶ *Omnis, ad quẽ seruus delinquens trãsit, noxaliter cõuenitur. Et noxaliter ẽt quis punitur pro delicto liberi hominis facti postea serui. Aret.*

¶ Omnis autem noxalis actio caput sequitur. Nã si seruus tuus noxiam commiserit, [f] quamdiu in tua potestate sit, [g] tecum est actio: si autem in alterius potestatem peruenerit: cum illo incipit actio esse: at si manumissus fuerit, di-

minum, cui datur, propter subsequẽtem casum, quia reuocabilier fit dominus. si seruus pecuniam inueniat, & damnũ resarciat, quod est summè æquũ ex vtraque parte, s. & quod dominus tradens seruum pro noxa perdat perpetuò dominium, quia iam insolutum dat, & seruus succedit loco æstimationis damni. & sic loco pecuniæ, quæ soluta abdicatur in totum, & perpetuò à domino, eadem ratione seruus, qui in eius locum sufficitur. Item, summa ratione factũ est, vt accepta pecunia dominus cogatur manumittere; quia cum non possit sua interesse; nisi ratione condemnationis damni dati, nimirum si ea soluta per seruum dissoluitur nexus ipse seruitutis, quæ est ratio tertij dicti. Notabilia clara sunt.

a ¶ *Liberatur.* Sed cum seruus non sit in obligatione, sed dãni æstimatio, vt ff de re iud. l. miles, §. decem, quomodo dãdo seruum liberatur, cum aliud pro alio inuito creditore solui non potest, vt ff. si cert. pet. l. 2. §. 1.? Respond. speciale est. quia iniquum est serui nequitiam vltra ipsius corpus extendi, vt sup. eo. in pr. ver. summa.

SYL. ¶ Adde, quod hæc omnia vera sunt, quando agitur ciuiliter ad damnum datum, quia tunc condemnatur ad æstimationem damni, & reus dando seruum liberatur, vt hic dicitur, secus si ageretur criminaliter ad vindictam, ob iniuriam, à seruo illatam, nam tunc aliter pronunciatur scilicet vel ad æstimationem damni, vel ad tradendũ seruũ verberandum, vel dandum seruum pro noxa. vt est text. no. in l. sed si vnius. §. cũ seruus, ff. de iniur. quem vide.

b ¶ *Nec minus.* q.d. licet detur pro alio, scilicet pro delicto, vel æstimatione delicti, tamen dominium transfertur.

c ¶ *Auxilio.* Sed nonne iniquum est auferri quod perpetuò sibi quęsitũ est, vt modò dixerat, & probatur. ff. re. amo. l. nõ enim? Sed certè est spãle fauore libertatis, sic & alias, C. de patr qui. fi. dist. l. 2. & ff. si lib. inge. esse di. l. 2. & sic ff de hær. insti. l. pignor. l. Accurs.

¶ Dic non esse speciale, vel falsẽ, quod ratio specialitatis ẽ ea, quam supra posuimus in figuratione casus. & ad hanc gl. vide Prępo. Sen. in sua dispu. casu. 3. q. 4. in princ.

¶ Sunt autem. ¶ *CASVS.* non est figurandus. quia tantum instat in declarando vnde originẽ traxerint actiones noxales, & dicit, quod alię oriuntur ab edictis prætorum, alię a legibus, & declarat per exẽpla, quę no.

d ¶ *Sũt autem. Furti.* s. nõ manifesti: nam actio furti manifesti est prętoria vt inst. de perpe. & temp. act. §. 1. *Furti nõ manifesti actio est ciuilis, furti verò manifesti prætoria.*

¶ Adde, actione furti manifesti ideò p̃toriã appellari, quia quam pęnam, l. 12. tab. statuerat in furto manifesto, quam refert Au. Gel. li. 11. c vlt. eam Prætores in quadrupli pęnam immutauerunt. arg. l. ius ciuile, ff. de iust. & iur. ac furti nec manifesti pęna, quę in duplum irrogabatur, minimè mutata est, sed eadem est, quæ à Decemuiris in 12 tab. fuerat constituta.

e ¶ *Damni.* s. actio.

¶ Omnis aũt. ¶ *CASVS.* literaliter est figurãdus, qa litera plana ẽ, & iõ manifesta, nã noxalis actio datur contra dñm nõ simpliciter, sed ita demũ si vult iudiciũ suscipere, quo fit vt revera actio noxalis dirigat ĩ seruũ, vñ liberũ ẽ dño seruũ indefensũ relĩqre, & ita noxale iudiciũ euitare l. nõ solũ, ff. d noxa. vñ qñ suscipit, suscipit ex volũtate, iõ caput sequit, nõ dñm, qđ no. s. q actio noxalis caput seqĩt, & qđ datur cõtra possessorẽ tpe, quo agitur. Itẽ, q si seruus manumittat, tenetur ipse directò, & extinguitur noxæ deditio. Itẽ q si liber homo damnum dederit, & seruus sit effectus, põt agi contra dñm noxali iudicio. SYL.

f ¶ *Commiserit.* s. extraneo.

g ¶ *In tua potestate sit.* Vel dolo fecisti, quo

Seruus manumissus an teneatur de gestis in seruitute.

quo minus fit, nam tunc vtilis noxalis locum hēt, vt ff. eo. l. si bonę fidei, & l. eiecto, § filijs.

a ¶ *Directò.* Hic distingue, aut seruus deliquit, aut contraxit. Primò casu, si in dūm. non tenetur postea factus liber, vt supra de oblig. quæ ex d̄ lict. § ij qui, & inst. pro x. §. & ff. de fur. l. seruil. & filij. Si in extraneum, tenetur directò, vt hic. Si autē contrahat, & fuerit cōnexa gestio illa, quā gessit in seruitute, cum ea, quam in libertate facit, tenetur, non aliàs, vt ff. de negot. gest. l. cū actū & C. an seruus ex suo facto. l. 3. & in fin. nisi in casu, vt Cod. de pet. hæ. l. si. §. per. in fin.

ADDITIO. Alios etiā casus habes notatos. in leg. eum actum, ff. de negot. gest.

b ¶ *Primo libro*, vt supr. de iur. pers. §. pe. ¶ Si seruus.

¶ *CASVS.* clarus est, & rationes eius manifestæ, assignatæ in text. Dicit enim primo Imperator, quòd si seruus proprius damnum domino dederit, noxalis actio nulla nascitur, & assignat rationem, quia inter dominum, & seruum nulla potest oriri obligatio efficax, quo fit, vt vbi nulla fit obligatio, nulla fit actio, ex quo infert Impe. quòd quamuis postea alienetur, & in alterius potestatem transeat, vel liber factus fit, agi non potest, neque contra ipsum, neq. contra dominum, quia cum actio nata non fuerit à principio in ipsa datione damni, non potest postea nasci, & ratio est, quia extremum illud, ad quod obligatio ad se radicandū retrotraheretur, esset inhabile. Pari ratione dicit Imp. si alienus seruus noxiā commiserit, & postea effectus fit seruus illius, cui damnum dedit, extinguitur per cōfusionem actionis, ratione assignata in tex. quia iā res deducta est ad casum, à quo incipere non potest, quod si etiā postea alienetur, non reuiuiscit actio, quia semel extīcta actio & obligatio, etiā cessanre causa extinctionis, non reuiuiscit. l. qui res, §. aream, ff. de solutio. quę omnia nota, & maximè regulas in tex. expressas. STL.

rectò [a] ipse tenet, & extinguitur noxæ d̄ditio. Ex diuerso quo q. directa actio, noxalis esse incipit. Nā si liber homo noxiā commiserit, & is seruus tuus esse cæperit, (quod quibusdā casibus effici, primo libro [b] tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset.

¶ *Ex delicto serui proprij nulla cōpetit domino actio, etiā si postea alienetur, vel manumittatur. Idem in seruo alieno, qui efficitur ipsius damnū passi. Item ex delicto domini non datur actio seruo libero facto. Ar.*

¶ Si seruus dn̄o noxiā cōmiserit, actio nulla nascitur, namque inter dominū, & eum, qui in potestate eius est, nulla obligatio [c] nasci potest. Ideoque & si in alienam potestatem seruus puenerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, [d] neque cum eo, cuius nūc in potestate [e] sit, agi potest. Vnde si alienus seruus noxiā tibi commiserit, & is postea in ptāte tua esse cęperit, [f] interdicitur [g] actio, quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. [h] Ideoq. licet exierit de tua potestate, agere non potes: [i] quemadmodū si dn̄s in seruum suum aliquid cōmiserit, nec si manumissus, aut alienatus fuerit seruus, vllam actionem contra dominum habere pōt.

¶ *Olim pater pro de-*

c ¶ *Obligatio.* scilicet, ciuilis, sed naturalis sic, vt sup. de fideiussor. § r. Accurs.

* ¶ Adde l. vltimam, Co. an seru ex suo facto.]

d ¶ *Cum ipso.* manumisso, vt hic. & C. eo l. 1. in fi.

e ¶ *In potestate.* Cum alienatus est, & facit, ff de pecul. l. & ancillarū, §. sed & si alieno.

f ¶ *Esse cæperit.* Ante litem contestatam. Nam post litem contestatam non interdicitur, vt ff. eo. si alienus seruus. Est ratio, quia imputatur ei quare alienauerit, vt ff eo. leg. quemadmodum. in princip.

g ¶ *Interdicitur.* facit, ff. de mino. leg. verum in fin. primi respon. & ff. de leg. 1. leg. legatarius, in fin.

h ¶ *Non potuit.* Scilicet noxalis actio, & no. rem impediri, si deducitur in casum, à quo incipere non potest, argum. sup. de leg. §. ex contrario.

¶ Vide circa hoc Brocardum Bart. in l. pluribus, ff. de verb. oblig.

i ¶ *Non potes.* Arg. ff. de cap. & postlim. re. leg. 2. §. 1 aliàs de ca. d l. 2. §. ei qui.

¶ Sed veteres. ¶ *CASVS.* in l corrigente & rationem correctionis assignanre nō est figurandus. nisi literalis. Nota, quod de iure antiquo filius etiā dabatur pro noxa, intellige ante ius ff. Item, quod hodie hoc est correctum. STL.

Item,

Item, quod lex tollitur per abusum vel per vsum contrarium. Item, quod asperitas est euitāda. Itē, q pater magis affligitur ex pena filij, quam ex propria, quod in criminalibus allegatur ad multa, de quib. per Hippolyt. Marsil. in l. 1. in principio, in 16. col. ff. de quaestio. & in §. primo, column. 6. eadem l. Item, quòd fauendum est pudicitiae, & maxime filiarum. Item, quod filij pro suis delictis conueniuntur.]

trem actio in factum de re iud. in peculium vt ff eod. leg. si condemnatus, & ff. de pecu. l. 5. §. idem scribit. † Intellige, quatenus sit factus locupletior pater, alias secus. l. ex penalibus. vbi Dec. de reg. iur. Sed quid si iudiciū accipere noluit immo cōtumaciter non venit, an mitti actor debet in possessionem peculij profectitij? Videtur quòd non, quia ex delicto non debet conueniri pater, vt hic dicitur. E contra videtur, quod sic, quia alias dicit lex, quod potest cedere bonis in peculio tali, vt Cod. de bo. ce. de pos. l. cum & filij. in eo quod dicit. vel quod patre &c. Sed huic verbo respon. Aldricus, quod d. leg. cum & filij, loquitur de castrensi, vel de eo, qd habet à patre sibi eunti in castra donatum. quod etiā castrense dicitur, vt Cod. fam. ercisc. l. si filius.

a ¶ *Admisere.* Iure veteri dabatur filius pro noxa vt seruus vt hic. Item occidebatur licite a patre, sicut seruus à domino, sed hodie non sic, vt supra de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris, § 2. & supra de iure psona. §. 3. & ff. de libe. & posthum. l. in suis. in fin. & C. de pat. potesta. l. fi.

ADDITIO.

(i) Et ideo ga hoc non erat etiam de iure digestorum, necessariò sequitur, quod iste tex. debet intelligi ante iura digestorum.

licto filij, siue filiae noxaliter tenebatur sicut pro seruo, hodie verò nullatenus: sed ipse filiusfamilias ex delicto suo. vt quilibet alius poterit conueniri. Aret.

¶ Sed veteres quidē hoc† & in filijsfamilias masculis, & feminis admisere: [a] noua autem hominum conuersatio huiusmodi asperitatē rectè respuendam esse existimauit, [b] & ab vsu communi hoc penit[c] recessit. Quis enim patiatur filium suum, & maximè filiam, in noxam alij dari, vt penè [c] per filij corpus pater † magis, quā filius periclitetur? cum in filiabus etiam pudicitiae † fauor hoc bene excludat. Et ideo placuit, in seruos [d] tantummodo noxales actiones esse proponendas, cum apud veteres legum commentatores inuenerim[e] sæpius dictum, ipsos filiofamilias [e] pro suis delictis posse conueniri. [f]

¶ *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*

¶ *Pro damno per quadrupedem mansuetā dato, actio noxalis directa contra dominū datur, cum animal contra naturā sui generis damnum dederit. Angelus.*

ANimalium.

† *alias deest &. Filius olim pro noxa dabatur & à patre licitè occidebatur.*

† *Facit l. cū fecimus, §. vl. C. de agri. & censit. l. isti quidem §. vlti. ff. de eo quod met. ca.*

† *Nihil antē antiquius esse debere parētib. pudicitia filiarū docet me morabile illud facin. Virgi. nij, relatū etiā à Pōponio nostro in l. 2. ver. initium; antē de orig. iu.*

Cotuma. eia filij an faciat q actor a mitti debeat peculiū profectitiū.

Continuatio.

¶ Prout est text in l. in suis. vbi declarant docto. ff. de libe. & posthu.

b ¶ *Existimauit.* Vt hic, & Cod. de fur. & ser. cor. l. apud antiquos. in fi.

c ¶ *Penè.* i. ferè. Vel penae nominaliter scilicet per corpus penae, & tunc diphtongatur. quasi dicat per corpus filij patientis penam.

d ¶ *In seruos.* i. propter seruos.

e ¶ *Filiosfamilias.* non etiam patres, vt si filiusfamilias, iudex litem suam fecerit male iudicando, vt ff. de iudi. l. si filiusfam. Vel si damnum alicui debetur proijciendo, eo separatim habitante a patre, vt su. de oblig. ex quasi deli. §. si filiusf. & ff. de ijs, qui deie. vel. effu. l. j. §. si filiusf & de his legibus dicit hic cum dicit antiquos commentatores.

f ¶ *Conueniri.* i. directò, vt ff. eo. l. noxali. & l. seq. quibus filijs condemnatis datur in pa-

¶ *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*

¶ De maleficijs seruorum dictum est, nunc de maleficijs irrationabilium animalium. Nam aut damnum dat homo liber, & tunc locum habet tit. sup. ad l. Aquil. per totum, aut seruus, & tunc locum hēt, sup. tit. j. per totū. Aut aliud animal, & tunc locum hēt hic tit. ¶ Vera continuatio, & non mendicata est, quia actio noxalis non tantum datur propter iniuriam, & damnum datum à seruo, sed etiā ab animali, ideò subnectit eius tractatum, cuius occasione postea ponit etiam casus, in quibus animal pauperiem faciendo facit dominum teneri aedilitio edicto.

ANimalium. ¶ Totus iste titulus diuiditur in duas partes. Primò quando actio de pauperie locum habet, vel non. Secundò loquitur, qn habet locum actio de ędil. edi. vel non. Secūda ibi, Hęc, āt vel ibi, Caeterū. ¶ Animalium nomine &c. ¶ CASVS. positio

cio non est necessaria, quia Imperat. stat in simplici declaratione tituli, tam apertè rem omnem declarãdo, vt nullus restet dubirationi locus. Not. ergo, quomodo noxalis actio detur pro damno à quadrupede dato, & in quibus casibus. Item, quod in his terminis actio noxalis prodita est à leg. 12. tab. Itẽ, quod ratio hęc bona est, qui ita l. disponit. Itẽ, quid sit pauperies. Itẽ quod animal, cum intellectu careat, non potest iniuriã facere. Itẽ, quod sensus accipitur pro intellectu, quia animalia sentiũt, & in animalibus est sensus. Item nota illa verba, sine iniuria facientis, quod iniuria capitur abusiuè respectu ei9 qui infert iniuriam.

si noxam, dato, aut noxæ æstimõnem ferro.
h ¶ *Solitus*. subaudi in vtroque exemplo etiam, nam idem est, & si non sit solitus, vt in princ. huius tit.
ADDITIO. Hoc verum, si fera nocens nõ euasit, quę habebat cõsuetudinẽ redeundi, alias si euasit, nec vtili, nec directa, tenetur domin9 et si postea redeat, arg. leg. qui res, § areã, ff. de sol. Ang.

lium[a] † nomine, quæ ratione carẽt, si quę lasciuia,[b] aut † feruore:[c] aut feritate[d] pauperiẽ fecerint, noxalis actio[e] lege 12. tab. prodita est.[f] Quę animalia, si noxę dedãtur, proficiũt reo ad liberationẽ: quia ita lex 12. tab. scripta est:[g] vt puta si equus calcitrosus calce pcusserit, aut bos cornu † petere solitus,[h] cornu petierit.

¶ Hæc autẽ actio in ijs, quæ contra naturam[i] mouentur, locũ habet. Ceterũ si † genitalis[k] sit feritas,[l] cessat actio.[m] Deniq. si vrsus fugerit à dño, & sic nocuerit, non potest quoadã dominus conueniri, quia desijt dominus esse, vbi[n] fera euasit.[o] Pauperies[p] autẽ est dãnũ siue iniuria facientis datũ. Nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sẽsu caret.[q] Hæc[r] quidem ad noxalem pertinent actionem.

¶ *Si quadrupes non mansueta iuxa naturã sui generis damnum dederit in liberum corpus non occidẽdo, dominus ex ędilitio edicto arbitrio iudicis cõdemnatur, in alijs reb. in duplũ: vel noxalis actio his duobus casibus cõtra dominũ dirigitur, & penales actiones pro eodem facto concurrentes non perimunt se concursu. Ang.*

a ¶ *Animalium*. scilicet quadrupedũ, vt ff. eo. l. 1. in princi. sed nomine damni dati à bipede vtilis locum habet, vt ff. eod, l. pen.
b ¶ *Lasciuia*. i. luxuria. † Vel dic facilitate, vt facit † pupillus.
¶ Intelligas per lasciuiam. i. per quandã petulantiam, quam habẽt animalia, præsertim quæ nondũ domita sunt lasciuire enim est blãdè saltare, & huiusmodi iuuenilia facere.
c ¶ *Feruore*. id est, amore, vt si equus tuus, vt equam meam adiret, ostium meũ fregerit, & dicitur feruor, quia calefacit amor, vt in Auth. quibus mod. na effi. leg. § illud. col. 6.
† Adde gl in § vlt. supr. de suc. sub.
d ¶ *Feritate*. i. crudelitate. s. suas non sui generis natura, vt inf pro. §.
e ¶ *Actio*, quæ vocatur in factum, vel simpliciter de pauperie.
f ¶ *Prodita est*. i. adinuenta.
g ¶ *Scripta est*. vt supr. tit. 1. §. sunt autem, ff. eo. l. 1. in princ.
* ¶ Verba. l. 12. tab. hęc fuisse traditur. Si quadrupedes pauperiẽ fecerit, animal ꝙ cõmi-

i ¶ *Contra naturã*. i. consuetudinem gñis illius aĩalis, licet sit cõsuetudo, sua, vt calcitret, vt su. proxi. §. Nã maior pars equorum nõ percutiat, & maior pars boum nõ cornu petit. quia equi, & boues dñr mansueti. Et mãsueta dicũtur quæ gregatim pascuntur, vnde secũdum hoc canis non est in numero ferarum nec mansuetorum. Nam maior pars canũ non mordet, & maior pars nõ gregatim pascitur. Sed videtur etiã, quod in his feris locum habeat hæc actio, vt infra eo. § fi. quæ est contra. Sol. vtilis (vt ibi) locum habet, directa non, vt hic, & ff. eo. leg 1. §. in bestijs. Accurs.
K ¶ *Si genitalis*. i. si à genere hẽat, ꝙ sit fera.
l ¶ *Feritas*. i. crudelitas.
m ¶ *Actio*. s. directa.
n ¶ *Vbi*. i. postquam.
o ¶ *Euasit*. vt sup. de rer. diui. § feræ.
p ¶ *Pauperies*. Mirabilis est hæc expositio et legalis, iõ sic fortè dicta, q̃a pauperiẽ aliquã facit, sicut & dãnum diminutio, vel adeptio patrimonij dicitur, vt ff. de dam. infect. l. 4.
q ¶ *Sensu caret*. qñque tñ res inanimata iniuriam facere dicitur impropriè, vt ff. cõm. l. si vt certò, §. planè si sic commodaui.
* ¶ Aliud l Mosaica sancitum est, ea. n. & in bruta quoq. aĩalia aduertebãt si quid morte dignũ admisissent, Gen. 9. Leu. 20. Exod 21.
r ¶ *Hac*. s. supradicta duo, & quod nomine feræ

† Cõcor. cũ hoc toto princ. ca. si cul pa iñcta, gl. super ver. aĩalia tua. ext. de iniur. & da. da.
† gl. vers, bacchata sup. d sue.
** Cõcor. ca. si cul pa. in gl. super. ver. aĩalia ĩme. extra de iniur.*
† alias genialis.
† Et tũc dic, aut pro i. vt ponatur pro eo.
† alias pullus.
***
† De boue cornupeta multa. Exod. c. 21.
Equi & boues sũt mãsueti.
Canes aliq nõ mordẽt.
Damnũ diminutio, vel ademptio patrimonij dicitur.

SYL.

feræ bestiæ non agatur hac actione, & quod nomine mansueræ noxaliter tantũ agatur, vt sup. prox. §. & in prin. tit.

¶Cæterum sciendum est. ¶ *CASVS*. similiter in præsenti §. nō figurabitur, litera. n. plana est, & decisio fundata naturali ratione, vt damnũ datum culpa alicuius puniatur pro modo culpæ. Additur etiam, qđ non solum datur actio ex edicto ædilium: sed etiam de pauperie, ratione assignata in text. quia vbi agitur de pęna imponēda, vna actio aliam non cōsumit. Nota quòd in dam no dato, vel potius in nocumento facto libero homini, æstimatio fit arbitrio iudicis, in cæteris in duplo æstimationis damni. Item, quod illo casu datur actio in factum de pauperie, & actio ædilitia. Item nota regulam, quod in pęnalibus vna actio aliam non consumit.]

¶ Cæterum sciendũ est, ædilitio edicto[a] prohiberi nos canē, verrem, vrsum, aprum, leonē[b] ibi habere, qua vulgò iter fit, & aduersus ea factum erit, & nocitum[c] libero homini esse dicatur, quod bonum, & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnetur.[d] Cæteratum verò rerum, quanti damnum datum sit, dupli. Pręter has[e] autē ędilitias actiones, & de pauperie locum habebit.[f] Nunquã enim actiones, †præsertim pęnales, de eadem re[g] concurrentes, alia aliam consumit.[h]

¶ *De ijs, per quos agere possumus.*

¶ *Actiones intentantur per nos, & per procuratores nostros, quorum vsus olim prohibitus erat, nisi in certis casibus: sed nunc necessarius est, quando principalis agere, vel defendere impedit. h.d. Angel. Aretin.*

a ¶ *Edicto.* posito, ff. de ædil. edi. l. hi enim, §. deinde, & l. seq.

b ¶ *Leonem.* item lupum, pantheram, & generaliter omne animal, quod debeat nocere, siue solutum, siue legatum, ita tñ q̃ damnum nihilominus facere possit, vt ff de ędil. edi. l. hi enim. & l. generaliter. & l. seq.

c ¶ *Et nocitum.* in corpore, ita quòd non sit mortuus, aliàs ducenti solidi debentur, (1) vt ff. de ædil. edi. l. qua vulgò. 2. respon.

ADDITIO. (1) Ista pęna secundum glo. in l. qua vulgò applicatur pro parte fisco, & pro parte patri, alleg. ff. de ijs, qui deiece. leg. si verò, § pen secundum. Ang.

d ¶ *Condemnetur.* Ratione deformitatis non habita, sed impensarum tantum in curatione factarum, & operarum amissarum, & amittendarum, vt ff. eod. l. ex hac. Item condemnatur in duplum occasione damni dati in alijs rebus ex hoc edicto, vt hic, & ff. de ædil. edi. l. qua vulgò. 2. respon. in fi.

e ¶ *Prater has.* idest prætor hos modos agēdi ædilitio edicto.

f ¶ *Habebit.* scilicet vtilis, aliàs contra, vt supra eo §. hæc autem.

g. ¶ *De eadem re.* idest ex eodem facto, & delicto.

h ¶ *Consumit.* Hoc est intelligendum concursu, perceptione enim vna aliam cō'umit, Et ad euidentiam istorum dic, quod quando competunt plures actiones eidem, & contra eundem, aut omnes pęnales sunt, aut omnes rei persecutoriæ, aut aliæ pęnales, aliæ rei persecutoriæ. Primò casu subdistingue, aut omnes ex vno delicto, & tūc vna tollit aliā perceptione non id, quod excedit, vt ff. vi bon. rapr. l. 1. & ff. de actio. & oblig. leg. qui seruum 1. resp. & leg. cum ex vno delicto, non autem concursu, vt hic dicit. vbi aũt ex diuersis factis vna non tollit alteram etiā perceptione, vt ff. đ priu. delict. l. numquam. in prin. In secundo capite, quādo omnes sunt rei persecutorię, dic, quod aut contra eundem dantur, & tūc tollunrur ad inuicem perceptione, non concursu, vt ff loca. l. si merces, § culpæ. aut contra diuersos, & tunc non tolluntur etiam perceptione, vt ff. de tabu. exhib. l. locum. §. condemnatio. In tertio casu, scilicet, quādo alia est pęnalis, & altera rei persecutoria. Iterum subdistingue, quia aut est pęnalis originaliter, & tūc neutra per alteram tollitur, vt ff. de fur. l. si pignore, §. item furti, & ff. de condict. furti. l. si pro fure, §. furti, hoc tamē fallit in casu. ff. nau. cau. sta. l & ita. (aliàs incip. idem) §. fi. quia ibi cōpetebat altera de iure communi, altera de iure speciali. Aut nō merè, vel originaliter pęnalis, & tunc vna per alteram tollitur, vt ff. quod met. causa. l. merum. §. licet.†

Actiones plures si cōpetant, an vna intētata tollatur alia.

†Similis tex. in l. nūquā, ff. de reg. iur.

* Dictu quan um atrinet ad regulam huius text. quod illa procedit quo ad hoc, vt simul cōcurrant, ita quod vtraque eligi possit, sed bene vna electa. alia tollitur l. & ita in fin. ff. na. cau. stab etiam quod in actione electa succubuerit, secundum Barto. in l. hoc edicto. in 2. quæst ff. de publica. Item hæc vera sunt, quādo ex eodem facto & vnico criminis titulo procedunt, alias secus, l 1 ff. vi bonor. rap. lege nunquam plura. ff. de priuat. delictis.

† Similē SYL. gl habemus ī d. l. & ita. ff. na. ca. stabu. & in l. nūq̃ de re. iu.

¶ *De ijs, per quos agere possumus.*

Quia de actionibus diximus, videamus per quos exerceantur, & in hoc incipit, Nūc, &c.

Nunc

Diuiſio. NVnc. ¶ Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primò ponit vnum dictum bimembre. Secundò vnum membrum aſſumit, & declarat iam de iure antiquo, quam hodierno. Tertiò declarat quid eſt procurator, & tutor. Secũda ibi, Alieno veluti. Tertia ibi, Procurator.

¶ Nunc admonendi.

SYL. ¶ CASVS. non eſt neceſſarius. tradit enim primo Impera. regulam affirmatiuam. Item refert ius antiquum: quo niſi certis caſibus in tex. expreſſis agere pro alio non licebat. Not. quod quilibet non prohibitus poteſt agere nomine ſuo, & alieno, & ſic quod hoc edictũ eſt prohibitoriũ certarum perſonarum. Item not. in quibus caſibus de iure antiquo agere liceret. Itẽ not. rationẽ, quare adinuentum fuerit, quod quis alieno nomine ager posset, & eſt tex. apertius declarãs in l. 1. §. fin. ff. de procur. vbi non ſolum conſideratur caput impotentiæ, ſcilicet quãdo homines ſuis negotiis non poſſunt ſupereſſe, ſed etiam quando nolunt.

NVnc admonẽdi ſumus,[a] agere[b] poſſe quemlibet[c] hominẽ, aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno, veluti procuratorio, tutorio, cum[d] olim vſu fuiſſet alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hoſtilia pmiſſum † erat, furti agere eorũ nomine,[e] qui apud hoſtes eſſent; aut reipublicæ cauſa abeſſent, quiue in eorum cuius[f] tutela eſſent. Sed qa hoc non minimam incommoditatẽ habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionẽ licebat, cœperunt homines per pcuratores litigare. Nã & morbus, & ętas, & neceſſaria peregrinatio, itemque aliæ multæ cauſæ ſępe hominib. impedimento[g] ſunt, quo minus rem ſuam ipſi exequi poſſunt.

¶ *Procurator conſtituitur verbis habilib. interpoſitis, etiã aduerſario abſente, & ignorante. Ang. Ar.*

¶ Procurator neque certis verbis,[h] neq. pſente † ſẽper aduerſario, immo plerumque eo[i] ignorante, conſtituitur. Cuicũque[k] enim pmiſeris

** † Sim. gl. in. de l. §. noſtra, ver. quibuſcũq. & inf. §. ſeq. verſ. cuicunque.

a ¶ *Admonendi ſumus*. ideſt admonemur.

b ¶ *Agere*, ſcilicet hodie.

* ¶ Intellige ciuiliter, at criminaliter non ſemper licet, quod expeditum eſt, vbi quis perſequi velit crimen publici iudicij, l. penult. de publ. iud.

† Dic, quod ſeruus non poteſt eſſe i iudicio niſi SYL.

c ¶ *Quẽlibet*, ſcilicet idoneum, † propter ſeruum, qui nec ſuo, nec alieno nomine admittitur, vt C. de iudi. l. ſeruus. † Itẽ propter pupillum, vt C. qui leg. perſo. ſtan. habe per totum. Accurſ.

ſi in certis caſib. de quib. in l. vix certis, ff. de iud. Angel.

¶ Facias tu regulã, quod quicunque poteſt eſſe in iudicio proprio nomine, poteſt etiã procuratorem conſtituere, quam facit Inno. in c. edoceri de reſcr. ſed ego addo, proprio nomine, propter perſonas coniunctas, quæ poſſunt eſſe in iudicio, & non poſſunt cõſtituere ſaltem ante conteſta. Item procur. vt concludit Rot. de procur. deciſ. 34. in antiquis.

d ¶ *Cum*, ideſt, quamuis.

e ¶ *Eorum nomine*, ſcilicet ſi quis faceret furtum captiuis, vel repu. cauſa abſentibus.

f ¶ *Cuius*, ideſt alicuius, q. d. procurator poteſt agere nomine eorũ, qui ſunt in tutela captiuorum: & reipublicæ cauſa abſentium.

g ¶ *Impedimẽto*. Sed qui ſi nullum ſit impedimentum? Reſpon. idẽ, vt ff. de procur. l. 1. §. vſus.

¶ Procurator, &c.

SYL. ¶ CASVS. in traditione tã generalis regulæ nõ eſt neceſſarius. nihil enim aliud hic dicit, niſi quod non eſt tradita aliqua certa formula in cõſtitutione procuratorũ, ſed quo modocũq; cõſtet, quod velim res meas agi, & tractari per alium, ille meus procurator cõſtitutus cẽſet. Not. quod procuratoris conſtitutio non exigit aliquam certam formã verborum. Item, quod abſens poteſt conſtitui procurator.

† *aliàs deeſt ſẽper. Mãdatum ſpeciale in multis caſibus exigitur.*

h ¶ *Neque certis verbis*. Imò quibuslibet, aptis tñ ad hoc, ſiue gñaliter, ſiue ſpãliter. In caſibus tñ ſpãle mãdatũ exigitur, vt in interdicto de lib. exhib. vt ff. de procu. l. Pomponius. in princ. Idẽ ſi mãdo alicui, quod inueniat maritũ filiæ meæ, vt ff. de tit. nup. l. generali. in pr. Itẽ in cauſa ſuſpecti tutoris, vt ff. de procu. l. nõ ſolũ § ſi. Itẽ qñ duos generaliter facio procuratores, nam neuter ab altero exiget, niſi habeat ſpeciale mandatum, vt ff. de procur. l. itaque, & l. qui duos. Item in integ. reſtit. perenda, vt ff. de mino. leg. illud, §. ſi talis. ¶ Adde, quod Ang. hic ponit 25. caſus, in quibus ſpeciale mãdatũ requiritur, & ego poſui 20. caſus, in quibus ſpeciale mandatum requiritur, in meo tractatu de regulis, & fallen.]

i ¶ *Eo*, ſcilicet aduerſario.

* ¶ Adde, quod & abſens procurator vtiliter datur, l. 1. ff. de procur.]

K ¶ *Cuicunque*, Scilicet habili, non militi, vt ff.

Procuratoris officiũ quibusdam est interdictum. † et §. pe. infra de except.

vt ff. de procur. l. filiusfam. §. veterani. Item nõ fœminæ, vt ff. de procu. l fœminas. † Item non habent imminens impedimentum, quare non possit cogi, vt ff. de procur. l. neque fœmina. Item non minori 25 ann. vt ff. de procu l. minor. Itẽ non furioso, vel muto, vt ff. de procu. l. 2. §. furiosus, & l. mutus, l respõ. Item nõ accusato de crimine capitali, vt C. de procura. l. reum.

ADDITIO.

Qui omnes prohibentur esse procuratores, nisi fuerit lis contestata. Et est ratio, quia hæc exceptio det opponi ante li. contest. alias habilitatur persona procuratoris, vt hic per doct. & in l. ita demum, & in l. exigendi. Co. de procur.

* ¶ Quod dicit de fœmina, vetum est in iudicio, præterquã in quibusdam casib. anno. per Dec. in l 2. n. 16. de re. iu. Nam ad negotia vtriq; procuratrix dari potest, vt tenet Bart. per l. 3. §. 1. de neg. gest. quẽ sequit Dec. post multos alios per eum allegatos in d. l. 2. de reg. iur.]

rem tuam[a] agere, aut defendere, [b] is tuus procurator intelligitur.

¶ Tutores & curatores quemadmodum constituantur, primo libro [c] expositum est.

¶ *De satisdationibus.*

¶ *Olim conuentus actione reali satisdabat, siue suo siue alieno nomine cõueniebatur, sed agẽs reali nullam satisdationem præstabat, si suo noĩe agebat, secus si procuratorio nomine, quia satisdabat ratam rem dominum habiturum, agẽs verò personali, ad ea cogebatur, ad quæ agens reali: conuentus verò alieno nomine satisdationem præstabat iudicatum solui, si alieno nomine faciebat: si verò suo, ad nullam satisdationem cogebatur. Angelus Aretinus.*

SAtisdationum modus alius antiquitati placuit, alium nouitas per vsũ amplexa est. Olim enim si in rẽ agebatur, satisdare possessor [d] compellebatur, vt si victus esset, nec rem ipsã restitueret, nec eius litis æstimationẽ, põas esset petitori, aut cũ eo [e] agendi, aut cum fideiussoribus [f] eius, quæ satisdatio appellat. Iudicatum solui: Vnde autem sic appelletur facile est itelligere. [g] Namq; stipulabatur, quis, vt solueretur sibi quod fuisset iudicatum. Multò magis is, qui in rẽ actione conueniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine iudiciũ accipiebat. Ipse autẽ, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare nõ cogebatur. Procurator, si in rem agebat, satisdare iubebatur, rem ratã dominũ habiturum.

per totum, & de legi. agn. tu. per totum, & per alios seq. tit. vsque ad tit. de satisd. tut. & cur.

¶ *De satisdationibus.*

¶ Facta mẽtione procuratorum, à quibus satisdatio exigitur, competenter de satisdatione subiũgitur. Accur.

Cõtinuatio.

** Adde, quod qui tenetur satisdare, liberatẽ à satisdando, si sit valdè diues, & idoneus, vt no. Bar. in l. q. cunque 2. C. de fund. patri. lib. 11. & tradunt Alexã & Mod. in l. 1. ff. qui satisda. cog.]

SAtisdationum.

Diuisio.

¶ Totus iste ti. diuiditur i tres partes. Primò ponit quid iuris erat olim circa satisdationẽ iudicio, siue qs agebat nomine suo, siue vt procurator. Secundò, qd iuris sit hodie. Tertiò extendit hanc legem ad omnes prouincias. Secunda ibi (Sed hodie.) Tertia ibi, quam formam.

¶ Satisdationũ

¶ *CASVS*. in l. correcta non est figurandus refert enim ius antiquũ, quoad satisdationes. Not. quod modus satisdationũ hodiernus differt ab antiquo. Itẽ, quod l. introducitur aliquando à principio abvsu. Itẽ, qd l tollitur per non vsum. Item not. ordinem antiquum satisdationum. Item, quod nemo defensor in re aliena sine satisdatione idoneus esse creditur.

a ¶ *Rem tuã.* Ergo & vnam & plures, ergo nuncius est procurator, quod verum est, ff. de procu l. 1. §. 1.

b ¶ *Defendere.* scilicet mandato interueniẽte. alias simpliciter positum hoc verbum, defensor, intelligitur sine mãdato, sed procura. cum mandato est, vt ff. de proc. l. si procura. §. per contrarium, & facit ad hunc. §. ff. fam. ercisc. l planè, in fi.

c ¶ *Primo libro.* Vt supr. qui. da. tut. possunt,

d ¶ *Possessor*. scilicet suo nomine conuentus,

e ¶ *Cum eo*, scilicet reo victo.

f ¶ *Cum fideiussoribus.* Ex fideiussione.

g ¶ *Facile est intelligere.* cum nomen sit consequens rei, vt sup. de donat. §. est & aliud.

Periculum [a] enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur.

¶ Tutores verò & curatores eodẽ modo, quo & procuratores, satisdare debere, verba edicti [b] faciebant, sed aliquando his [c] agentibus satisdatio remittebatur. [d] Hæc ita erant, [e] si in rem agebatur. Si verò in personam ab actoris quidem parte eadem obtinebãt, quæ diximus in actione, qua in rem agitur, [f] ab eius verò parte, cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliqs interueniret omnimodò [g] satisdaret, [h] quia nemo [i] defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. Qd si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam, iudicatum solui satisdare non cogebatur. [k]

¶ *Hodie cõuentus suo nomine quacumq; actione, non satisdat iudicatũ solui, sed de iudicio sisti, si nõ possidet immobilia, quæ aliquãdo est cum fideiussore, aliquando non. Aret.*

¶ Sed hodie hæc aliter obseruantur. Siue enim quis in rẽ actione conuenitur, siue personali, suo nomine nullam satisdationem [l] pro litis æstimatione [m] dare compellitur: sed pro sua tantum persona, quod in iudicio perma-

a ¶ *Periculum.* Facit ff. de procur. l. non solum, §. item ait, & de iureiurando, l. nam postea.

b ¶ *Edicti.* scilicet prætoris. quod edictum non habemus.

c ¶ *His.* s. tutoribus & curatoribus. Sed quando hoc? Respond. forte tunc, quando erant testamẽtarij, vel datiui s. per inquisitionem. Nã tunc non cauebant de rato, vt sup. de satis. tut. in princ.

* ¶ Rectius Theophilus. inica omologimeni est lautõ catastasis. Id est quãdo certa. & legitima est eorũ cõstitutio, vt intelligaous tunc satisdationem remitti solitam, vbi constabat eos tutores, vel curatores esse. l. vulgo. ff. de admi. tuto.

d ¶ *Remittebatur.* scilicet de facto.

e ¶ *Hæc ita erant.* Hic non debet esse, paragraph. secũdum Ioã quia & quod sequitur est de antiquitate.

f ¶ *Agitur.* Vt suo nomine agens nõ caueat. aliàs caueat rem ratam dominũ habiturum, vt supra eo. § vers. ipse autem, & ver. procu.

g ¶ *Omnimodò.* s. siue cum mandato, siue sine mandato.

h ¶ *Satisdaret.* s. iudicatum solui.

i ¶ *Quia nemo.* No. antiquam regulam, quæ etiam hodie bona est, vt hic, & inf. eod. §. si verò reus, & ff de procur. l. non videtur, & l. qui proprio, §. qui alium.

* ¶ Etiam si filius, vel pater fi. l. filiusfam. ff qui satisd cog.

K ¶ *Non cogebatur.* In hoc solo casu differebat ab actione in rem. licet per multa verba hucusque inter eas notaueri. differentiã.

SYL. ¶ Contrarium voluit glos in rubr. ff. iud. sol. videlicet quod olim conuentus actione personali non satisdabat, sed hæc gl. verior est, quam seq. Dy. & Bart. in d rub. & Angel. hic.

¶ Sed hodie. ¶ *CASVS* in l. corrigente non ex ratione, sed ex quodam vsu, qui prævaluit vt paret in illis verbis, sed hodie hæc aliter, obseruantur, non est necessario figurandus, sed tantum notandum est, quod satisdationes, quæ hodie attenduntur, ex vsu & obseruatia processere potius, quã ex l. quod consonat ad id, qđ dixit supra in princip. huius titu. ibi, Aliud antiquitati placuit, aliud nouitas per vsum amplexa est. Item, quod cõuentus hodie suo nomine actione reali, vel personali nõ satisdat nisi de iudicio sisti aliquãdo cum fideiussore; aliquando cum simplici eius cautione iuramento firmata.]

l ¶ *Nullam satisdationem.* id est nullam promissionem per fideiussores facere, nam satisdatio per fideiussores fit, vt ff. qui satis. cogn.

** Adde, quòd quando, quis tenetur satisdare, ille potest pignora vel fideiussores dare glos. Bart & magis communiter Doct in l. 1. qui satisd. cogn. & Neguf. de pign. in 1. memb. 5. part.] nam nec de defendendo nec dolo (qđ absit,) nec iudicatum soluere promittit, quæ tria continentur sub clausula hac. s. iudicatũ solui, vt ff. iudic. sol. l. iudicatum solui, nec vllam aliam, nisi vnam, quam subijcit. Sed econtra numquid actor aliquam facit satisdationem? Dic quod sic, duas. Primam, quod litem contestabitur vsque ad duos, menses connumerandos à die libelli porrecti, vt in Auth. de execu. § 1. coll. 7. quæ est Authent. C. de lit. cont. l. libellum. Aliam qđ persistet vsque ad finem, & si conuictus fuerit iniustè se mouisse litem, decimam partem litis nomine expensarum dabit reo, vt in Authen. de liti. §. ad excludendas coll 8. quæ est in C. de episc. & cler. auth. gñaliter, qñq. tñ hę duę ex consuetudine nõ seruãtur, nec similio vsu.

m ¶ *Pro litis æstĩone,* iudicatum solui. Accu.

Satisdare est promissionẽ per fideiussores facere.

Satisdatio duplex ab actore exigitur.

a ¶ *In*

maneat [a] usque ad terminum [b] litis: vel committitur suę promissioni [c] cum iureiurando: (quam iuratoriam cautionem [d] vocant) vel nudam promissionem, [e] vel satisdationem pro qualitate [f] personæ [g] suæ dare compellitur.

a ¶ *In iudicio permaneat*. Hæc satisdatio appellatur iudic o sisti, vt hic patet, & ff. qui satisda. cogan. l. 2. § prætor ait. in fin. Et caue tibi in notanda diff. horu capitulorũ. Hic. n. primo loquitur, quãdo immobilia non possidet, vt hic, & ff. qui satisd. cogan. l. sciendum.

STL. ¶ Aduerte, quia verum est, quod reus conuentus possidens immobilia excusatur à satisdãdo: sed si agimus de satisdatione præstanda ab actore de prosequenda lite, non releuatur actor ab ea præstanda per possessionem immobilium, secũdum Bart. & Doct. in l. de die, §. quidam, ff. qui satisd. cog. Alex. & alij in l. sciẽdum, eod. titu. quamuis Ias. ibi contrarium teneat, cuius rationes debiles sunt.

Fideiussor iudicio sisti quãdiu tenetur. b ¶ *Ad terminum*. Hoc est tempus diffinitionis sententiæ. Sed numquid fideiussor tãdiu tenetur, scilicet quamdiu durat lis? Distingue, aut fideiussit in certum tempus, & tunc tamdiu tenetur, & non vltra, vt Cod. de fideiuss. l. pen. Aut non, nec in causa publica, nec in scriptis & tunc non tenetur vltra duos menses, vt dicitur d. l. C. de fideiuss. Et est ratio, quia actor videtur sibi remittere, cum permiserit litem se contestatum vsq; ad duos menses, vt in Auth. de execu § 1 coll. 7. Si autem in causa publica, vel in scriptis tunc perpetuò. vel (quod est verius) vsque ad triennium tenetur: cum tantum duret instantia causæ, vt C. de iudi. l. properandum in princ.

Satisdatio iudicio sistia, potest sub pœna fieri. Sed numquid sub pœna fiet hæc satisdatio? Respond. non, nisi conueniat inter partes: sed interesse tantum venit. vt ff. qui satisd. cog. l. 2. §. fi. Sed si est promissũ, & est statutũ tempus, intra quod teneatur fideiussor: siquidẽ sex mensium est, intr. alios sex menses poterit fideiussor moram purgare: si maius, non habet tamen nisi sex menses, inf. quos potest mora pœnæ purgari, si exhibeatur reus, licet primò exhibitus non fuerit: quæ dic, vt Co. de fideiuss. l. antepen. (1) Sed quid si possidet immobilia tantum, quæ valent decẽ, & conuenlatur in centum, numquid satisdabit? Respond. sic ad minus in eo, quod excedit: quia quod iuris est in toto quoad totum, idẽ erit in parte quoad partem, vt ff. de acq hær. l. si seruus eius, & dixi in l. quæ de tota ff. de rei vendicatio.

STL. ¶ Adde, quòd hæc glo. communiter damnatur, vt dicit Alexã. in l. sciendum, col. fin. ff. qui satisd. cog. non enim requiritur, quod satisdatio æquiualeat valori litis, sed satis est, quod possideat tantum, quòd non sit suspicio fugæ, secundum opin. Bart. & Bal. b.

ADDITIO. (1) Intelligas dispositionem huius l. procedere in casu suo, videlicet in stipulatione prætoria, & iudiciali, non tamẽ in stipulatione conuentionali, vt ibi not. Bal. Ange. & Salyc. & not. Bart. in l. 4 circa fin. de cust. reo. quod not. secundum Angel.

c ¶ *Promissioni*. i. vbi possidet immobilia. STL.

¶ Ioan. Fab. hic dicit, quod de consuetudine seruatur contrarium, & de veritate vide Alexand. in leg. sciendum, col. pen. ff. qui satisd. cog.

¶ Item propter priuilegium, vt C. de princ. agend. in reb. lib. 12 & de dig. l. quoties, eod. lib. Item in casu quãdo non possidet immobilia, vt Cod. vt omnes tam ciu. quam cri. l. 1. ibi, iuratoriæ tantum cautioni.

STL. ¶ Regula est, quam ponit hic gl. f. q pp impotentiam satisdandi statur cautioni iuratoriæ. punit tñ Ia. in l. 1. ff. qui satisd. cog. 14. limitationes, in quibus etiam stante impotentia satisdandi non statur cautioni iuratoriæ.

d ¶ *Iuratoriam cautionẽ*. scilicet iudicio sisti.

e ¶ *Nudam promissionem*. Repete, dare cõpellitur, vt œconomus, & alij clerici, vt in Authent. de sanc. episc. §. si quis autem pro pecuniaria causa, coll. 9.

f ¶ *Pro qualitate*. Vt si sit parens, vel patronus rei vel actoris, vt quia vocet patronum vel parentem tunc enim quilibet fideiussor pro idoneo accipitur. vt ff. in ius voc. vt eam. l. 1. 2. & 3. & ff. qui satisd. cog l 2. §. 1. & §. qd ait prætor. sed numquid hodie indistinctè satisdandum est, vt in authẽ. de exhi. & intro. re. § sin cepto. collatio. 5. quæ est in C. de lit. contesta. Authent. offeratur? Respond. illa secundum distin. huius l. intelligitur. Nam posteriores per priores intelliguntur, vt ff. de legi & senatu consl. l. sed & posteriores.

g ¶ *Personæ*. scilicet rei.

* ¶ Sic & bonus vir, qui propter paupertatẽ satisdare non potest, promittens eum iureiurando adimittitur, ne eum ad impossibilia obligare lex videatur, vel alias ius sibi iam quæsitum amittat. Iaso l. 1. in fin. qui satisd. cog. Alciat. l. satisdationis de verb. signif.

STL. ¶ Sin autem per procuratorem. ¶ *CASVS*. clarus est, & dicta plura sunt primò enim dicitur, quòd si lis fiat per procuratorem, tunc procurator actoris, aut exhibet in actis mandatum, & tunc non egemus alia satisdatione, quia iam constituendo procuratorem tenetur habere ratum factum per ipsum secundum vires mandati: ut in iudicio confirmauit personam procuratoris, & idem est, ac si mandatum dedisset: quia quo ad ratihabitionem procuratore constitutus censetur, quia vt vidimus supr. tit. præceden. quibuscumque verbis constituitur, aut neutrum istorum factum est, & tunc procurator tenetur satisdare rem dominum ratam habiturum, ratio autem omnium est, ne reus fatigetur expensis, & eludatur postea, si absoluatur. Si verò sit procurator rei, tunc si præsens reus in iudicio

¶ Procurator domini actoris, vel quaſi ſatiſdat de rato, ſi dubium fuerit de mãdato procuratoris rei, etiã ſi de mandato certum extiterit, cauet iudic. ſolui cum omnibus clauſulis opportunis, pro quo reus poteſt exiſtere fideiuſſor, quæ fideiuſſoria obligatio hypothecariã habere debet annexam, quæ ſtipulatio iudicatum ſolui, contra hæredem ſi fideiuſſoris porrigitur tenetur etiam idẽ procurator, ſi reus fuerit litẽ conteſtatus cauere, quod ipſo tp̃e ferẽdæ ſentẽtiæ reus in iudicio paratus erit, alias fideiuſſor pro eo intercedens tenebitur pro eo, quod fuerit mãdatum, niſi prouocatio intercedat. Angel. Aretinus.

¶ Sin autem per procuratorem lis, vel infertur, vel ſuſcipitur, in actoris quidem perſona, ſi non mandatum [a] actis inſinuatum [b] eſt, vel præſens dominus litis in iudicio procuratoris ſui perſonam confirmauerit, [c] ratam rem dominum habiturũ, [d] ſatiſdationem procurator dare compellitur: eadem † obſeruando, & ſi tutor, vel curator, vel aliæ tales perſonæ, [e] quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibuſdã

† *aliàs eodem.*

Personæ alienarũ rerũ gubernationem habẽtes.

dicio perſonam procuratoris approbet, res de plano procedit, ſi verò non ſit præſens, poteſt extraiudicialiter ſatiſdando ſupplere, quæ omnia nota. Item no. quod contra mandatum factum penes acta non apponitur.

Item, quod ꝙ̃ procurator agit pręsẽte domino, non poteſt de defectu mãdati opponi. Item, quod quando dubitatur de mandato, procurator cogitur cauere de rato. Item, quod dominus poteſt extra iudiciũ reuelare procuratorem ab onere ſatiſdãdi. Item, quod fideiuſſor de iudicato ſoluendo ſimplici ter receptus liberatur lata ſententia ſecundum Ang hic.

a ¶ *Mãdatum*. extraius factũ.

b ¶ *Inſinuatũ*. idest coram iudice demonſtratum.

SYL. Dic actis inſinuatum. i. in actis productũ & regiſtratũ.

c ¶ *Confirmauerit*. Repete, non. nam confirmare poteſt & tunc ſatiſdare non tenetur vt inf. proxi §. aliàs eſt in litera, non.

* ¶ Item ſcribit Vlpia. l. non ſolum, §. qui nomine. de procur.

d ¶ *Habiturum*. id eſt, quod dominus habebit tantum, quæ committitur, quando dominus ſcit, & poteſt habere ratum, & non habet, vt ff rẽ ra. habe. l. quo enim. §. 1. & ff. de ſol. l. ratum, vbi dicitur, ratum autem habere dominus debet, cum primum certior factus eſt. Hic tamen diſtingue, An ſit certum habere mandatum, & tunc non cauet. vt hic. & C. de ſatiſda. l. 1. Aut certum eſt, quod non habet, & tunc etiam cum ſatiſdatione non admittitur, vt ff de nego. geſt. l. ſi pupilli, §. fi. Aut dubium eſt, & tunc ſecundum P. eſt in electione rei vtrum exigat probationem mãdati a procuratore, an ſatiſdationem recipiat, & eſt pro eo argumen. in Authentic. de col. §. cos. in fin. collat. 9.

¶ Sed ibi non loquitur de procuratore, ſed de exactore tributorum. Sed Io. contra, dicit enim in electione procuratoris eſſe q̃d duorum iſtorũ facere vidit, quia quoties ad duo quis alternatiuè tenetur, eius eſt electio, vt ſupr. de actio. § huic. Bul. autem diſtinguebat vtrum diceret, non habes mandatum, & tunc probet mandatum, an dicat dubito, & tunc ſatiſdat. Sed Ioan. opin. verior. eſt.

SYL. ¶ Tunc autem dicitur dubiũ de mandato, quando aliq̃d probatum eſt, non autem per ſimplicem aſſertionem procuratoris, vt declarã: Doct. in l. 1. Cod. de procur.

** Adde, quod licet regulariter abſq; mandato alius pro alio non audiatur, attamen amicus defenſionis cauſa poterit ſtare in iudicio ſine mãdato, quod intelligendum in eo, qui arctiſſima familiaritate iungatur, & cuius geſta ſoleat abſens rata habere, Bartol. leg. non ſolum. §. qui alieno. de proc. Alciat. libr. 1 de verb. ſignif.]

¶ Præſtat etiam aliam cautionem procurator actoris ſcilicet de defendendo eum, pro quo agit, vt ff. de procur. l. ſeruum, §. ſi. aliàs denegatur ei actio, vt ff. de procur. l. mutus, §. pœna.

SYL. ¶ Intellige de defendendo in cauſa reconuentionis, ſecundum diſt. gl. in l. ſed & hære. §. prætor. verſ. ſatiſdando, ff de procur. quæ communiter approbatur, vt tradit Alex. in l. actionem. C. de procur.

e ¶ *Perſonæ*. Vt ſunt patres in bonis filiorum. vt C. de bon. ma. l. 1. & de bon. quæ lib. l. fina. §. vbi autem. Item orphanotrophi, & brephotrophi, vt Cod. de epiſco. & cleri l. orphanotrophos. Item ęconomi, vel actores, vel ſyndici, vt ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. l. 1. §. quibus, & l. nulli, & l. item, §. 1. & Co. de ſacroſan. eccleſ. l. iubemus, ij. circa principium, ibi, nulli ęconomo. & Co. de epiſcop. & cleri. l. omnes, qui vbique. §. hoc nihilominus. Item apocriſarij, vt in Auth. quomodo opor-

opor. epist. § illud collat. 1. Item magistratus nomine municipii, (i) vt C. de iura. calumn. l. 2. § 1. isti enim possunt inferre per alium litem, vt hic subijcit.

** Vide fin. glos. supr. de cura. §. vlt in ver. actorē. vbi declarat, qui sint œconomi, Syndici, apocrisarij. Orphanotrophi verò appellantur orphanorum & pupillorū nutritores. inde orphanotrophium locus, vbi talibus præbentur alimenta. 23 qu. 8. §. quamuis. Brephotrophi autem dicuntur gubernatores infantium pauperum, & orphanorum secundum Azo. in summa. Cod. de episc. & cler. & Brephotrophium locus, vbi huiusmodi infantes publice aluntur. l. illud. Co. de sacr. eccl.]

per alium inferunt.[a] ¶ Si verò aliquis cōuenitur: si quidē præsens[b] procuratorem dare paratus est, potest[c] vel ipse in iudiciū venire, & sui procuratoris personam per iudicatum solui satisdationem, solēni stipulatione firmare, vel extra iudicium satisdationē exponere,[d] per quā ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus iudicatū solui satisdationis clausulis:[e] vbi & de hypotheca suarū rerum cōuenire cōpellitur,[f] siue in iudicio promiserit, siue extra iudiciū cauerit, vt tam ipse, q̄ heredes ei[g], obligētur. Alia insup cautela vel satisdatione pp psonā ipsius[h] exponēda,[i] q tēpore sētētiæ recitandæ in iudiciū veniet,[k] vel si nō venerit, oīa dabit fideiussor,[l] quæ in cōdēnatione cōtinētur,[m] nisi fuerit ꝓuocatū.

ADDITIO. (i) Not. quòd magistratus municipalis pro sua ciuitate, vel municipio potest agere, vt est text. in l. 3 §. planè, ff. quod vi aut clam. cum ibi no. Ang.

Procuratores satisdāt, non aūt patres, orphanotrophi &c. a ¶ *Per alium inferunt*. Scilicet per procuratorē: qđ est intelligendum, si prius ipsi litem contestentur, & sic litiū dñi efficiantur, vt C. de procurat. l. neque aliàs tñ: cum non dñi. sed administratores sunt: & procurator à domino debet institui, vt ff. de procur. l. 1. In pr. Sed si ipsæ supradictæ personæ agunt, numquid de rato cauēt, vel de iudicato soluendo, si conueniuntur? Resp. non, vt Cod. de admin. tut. l. tutores debita. & l sancimus. 2. § defensionem *Tutor an teneatur cauere de rato.* Sed tamē in tutore vr̄ dicere lex contra, si sit incertū de officio suo, vt ff. de admin. tut. l. vulgo. Sed certè ibi nō dicit, quòd debeat de rato cauere: sed quod reus damnum non subibit, propterea quòd iste non sit tutor. Sed quæ est ratio: quod ꝓcuratores satisdant, sed supradictæ personæ non? Respond. quia prædictæ personæ quasi domini sunt, vt ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tut. & C. de episc. & cler. l. orphanotrophos. sed in procuratoribus secus: quia non sunt domini verè sed ficte, vt ff. de procur. l. 1. in princip.

* ¶ Adde, quòd licet tutor non possit constituere procuratorem ante lit. contest. pōt tamen constituere actorem, vel negotiorū gestorem, vel quocunque alio nomine eum appelles, vt ait, hic Theophilus.]

b ¶ *Præsens*. Præsentē accipere, et si sit in hortis, vel in continentibus ædificijs, vt ff. d procur. l. præsens. & l. qui in foro & l & ideò.

c ¶ *Potest*. Id est, debet. secundū quosdā. Dicūt enim, quòd si dominus est præsens, ipse tantum debet fideiubere pro procur. suo: si autem absens est procur. potest & debet fideiussores solus dare. & facit pro eis, ff. iudi. sol. l. si ad defendendū. & ff. de procurat. leg. qui proprio. in princ p. Vel dici potest, quod etiam si dominus est præsens, tamē potest procurator dare suos fideiussores: cum etiā sine mandato quilibet possit alium defendere, vt C. de satisdatio. l. 1. & Co. de procur. l. exigendi, & etiam inuitum, vt ff. de solu. leg. solutionem, & ita propriè accipitur hoc verbum, potest.* *Defendit quilibet & sine mādato.*

d ¶ *Exponere*, Actori, vel Notario scribenti procurationem: ex cuius stipul. quæritur actori vtilis actio, vt ff rem pu. sal. fo. l. non quasi.

e ¶ *Clausulis*. Quæ clausulæ tres sunt scilicet de defendendo reo, & de dolo qđ absit, & quod sonat ipsum verbum, vt ff iudic. sol. l. iudicatum solui, & hic dicitur. *Iudicatū solui tres clausulas habet.*

f ¶ *Compellitur*. Per iudicem. Accurs.

g ¶ *Hæredes eius*. Nam habet naturam hæc stipul. vt ad hæredes transeat. sicut ista, iudicio sisti, vt ff si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum.

h ¶ *Ipsius*. Scilicet rei Accur.

i ¶ *Exponenda*. à procuratore.

K ¶ *Veniet*. reus, qui litem prius contestatus est suo nomine.

l ¶ *Fideiussor*. Datus nunc à procuratore.

m ¶ *Continentur*. Ergo debet condemnari procurator præsens.

¶ Si verò reus. ¶ CASVS positio facilis est: dubitari enim poterat, quo posset extraneus sine mandato admitti in cā, cū enim in principio iudicii magis sit fauendū actori, q̄ reo, & nemini alieno noie agere liceat sine mādato, videbatur multo minus admitti d̄s defensor, cuius contrariū dī fauore defensionis SYL.

& ne quis indefensus remaneat, sed debet tunc demum admitti, si cauerit: ratio assignatur in tex per antiquam regulam ex edicto elicitam, quod nemo, etiam si filius esset, admittitur ad aliquem defendendum sine mandato. l. filiusfam. ff qui satisd cog. No. qd nemo admittitur ad aliquem defendendum sine mandato, nisi caueat, siue simus in actione reali, siue personali. Item, quod potest ex hoc text. elici regulam illā vulgata, de qua sup. quod experientia est rerum magistra. Item secundū Angel. quod ciuitates inferiores debent sequi consuetudinē dominantis, quod nō elicitur ex hoc tex. in quo hoc expressè disponit, imò posset elici cōtrarium, ne dispositio esset superflua.]

stantinopolitana. Vel dic de veteri Roman.

f ¶ *Caput*, C. de vet. iur. enucl. l. 1. §. nulla, & § sed & si quæ leges.

g ¶ *Sequi.* immo non videtur inspiciendum, q ibi fiat, sed quod fieri debet, vt ff. de offic. præs. l. sed licet quæ est cōtra. Sed hęc est intelligenda, qñ ex certa sciētia est cōsuetudo vel lex, non p errorem, vt ibi & facit ad hāc ff. de leg. & senatuscon. l. de quibus. Accursius.

ADDITIO. Hoc verū qñ lex tollit consuetudinem, aliàs vnaqueq. ciuitas abūdat in sensu suo, & sic obseruare debet suā consuetudinem. Et ex gñali principis pmissu inducere potest particulares cōsuetudines et cōtra leges, qbus stari dbet, vt habetur in §. ex non scripto sup. d iure nat. gen. & ciu. Quæro tñ, an in fideiussorē d iudicato soluēdo fiat executio sine nouo processu, & cōiter doct. dicunt q sic, vt i l. si. C. de vsu. rei iud. & Bart. in l. 1. ff. de iud. sol. per tex. d. l. fin. vbi dicitur, statim, quia dictio, statim, importat summariam cognitionem, sine ordine iudiciario, vt leg. momentaneæ, Cod. vnde vi, dic, vt in dictis iuribus latius, per doct. Angel.

¶ *Volēs sine mandato quis reū defendere tā in actione reali, quā personali, pōt hoc satisdando facere, & ordo satisdationū ex vsu iudiciorū plenius cognoscitur, & hæc forma vbique seruari debet.*

¶ Si verò reus presto[a] ex quacunque causa nō fuerit, & alius velit defensionē eius subire, (nulla differētia inter actiones in rem, vel personales introducēda) pōt hoc facere, ita tamē, vt satisdationē[b] iudicatum solui, pro litis præstet æstimatione. Nemo[c] enim secūdū veterem regulā (vt iam dictū est[d]) alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur.

ADDITIO. Hoc verū qn̄ lex tollit consuetudinem, alias vnaquęq. ciuitas abūdat in sensu suo, & sic obseruare debet suā consuetudinem. Et ex gn̄ali principis pmissu inducere potest particulares cōsuetudines et cōtra leges, q-bus stari dbet, vt habetur in §. ex non scripto sup. d̄ iure nat. gen. & ciu. Quaero tn̄, an in fideiussorē d̄ iudicato soluēdo fiat executio sine nouo processu, & cōiter doct. dicunt q̄ sic, vt i l. fi. C. de vsu. rei iud. & Bart. in l. 1. ff. de iudi. sol. per tex. d. l. fin. vbi dicitur, statim, quia dictio, statim, importat summariam cognitionem, sine ordine iudiciario, vt leg. momentaneae, Cod. vnde vi, dic, vt in dictis iuribus latius, per doct. Angel.

¶ De perpetuis & temporalibus &c.

¶Quia de actionibus est dictum, & quędam sunt perpetuae, & quaedam non, ideò de his ponit, vt inf. eo. in princ. Item quia quędam transitoriae sunt hęredibus, & contra hęredes, & de h is ponit inf. eo §. nō autē. Accur. Sed melius resideret ista rub. īmediatè post titu. de actio. quia continuatur à remotis nimium.

† aliàs perfectissime à quotidiano &c.

Procurator rei siue interueniat ante litem cōtest. siue post, tenetur satisdare.

Continuatio.

Additio.

mium, cum non simus in princip. libri.

Diuisio. HOc loco. ¶ Totus iste titu. diuiditur in tres partes. Primò ponit regulam, & exceptione, scilicet, quę actiones sunt perpetuæ, secundò ponit regulam, & exceptionem, scilicet, quæ actiones sunt transitoriæ ad hæredes. Tertiò ponit nouum casum. Secunda ibi, Non autem omnes. Tertia ibi, Superest.

¶ Hoc loco.

SYL. ¶ CASUS. In traditione regulæ, præsertim in his terminationibus actionum, quæ sunt iuris positiui, non est aliter figurandus, quam literaliter, litera autem plana est, nec aliqua declaratione indiget. Not. igitur, quod actiones, quæ ex lege, senatuscon. & principum constitutionibus oriebantur, ac dabantur, olim erant perpetuæ, hodie verò variè terminatæ sunt aliæ longiori, aliæ breuiori spacio. Item quod descendentes ex edictis prætorum sunt annales, quatenus etiam erat annale officiū prætorum. Item, quod dictio, perpetuum, non semper importat fine præfinitione temporis. Item noua actione, quæ in perpetuum extenduntur, quamuis sint prætoriæ. Item, quod actio furti manif. sti datur perpetuò. Item, quod valet argumentum ab absurdo.

HOc loco admonendi sumus, eas quidē actiones, quæ ex lege, [a] senatusve consulto, [b] siue ex sacris cōstitutionibus [c] proficiscuntur perpetuò† solere antiquitus competere, donec sacræ constitutiones tam in rem, quam in personam actionibus, certos fines dederunt, eas [d] verò, quæ ex propria Prætoris iurisdictione pendent, plerumque [e] in-

a ¶ *Ex lege.* L. 12. tab. vt fam. ercisc. vt ff. fam. ercisc. l. 1. Itē noxalis de pauperie, vt si qua. pau fe. di in princip. & ff. si qua. pa. fe. di. l. 1. in princip.

b ¶ *Senatusve consulto.* vt hæreditatis petitio, vt ff. de pe. hæ. l. item veniūt. § pr. die, & C. de pe. hære. l. si in princip. Itē si quis clauum de naui abstulerit, cuius causa tota nauis perijt, vt ff. de incend. rui. nau. l. 2. §. senatuscon'ul.

c ¶ *Constitutionibus.* vt condictio ex lege, quæ datur ex constitutionibus quibuslibet post l. 12. tab. constitutis, vt ff. de cōd. ex leg. l. vnica. & ff. ad l. Iul. de adulter. l. quod ex his. & C. de don. l. si q. argentū. § fin. & sup. de act. §. tripli. Vel ex quacunq. alia parte iuris, vt plebiscito, vt patet in l Aquil. vt sup. de l. Aquil. § cæterum, & ff. ad l Aqui. l. 1. nam quinque sunt partes iuris præter prætorium vt supra de iure natu. §. constat. & totum est ius ciuile, vt ff. de iusti. & iur. l. ius autem ciuile & actiones ex eo descendentes sūt perpetuæ, vt hic dicit, idest fine præfinitione tēporis, secundum antiqua tempora, sed sacræ constitutiones in personalibus metas imposuerunt 30. annorum, vt C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. sicut, & l. omnes, & Cod. quibus non obijcitur long. temp. præscr. l. neque, & C. de anna. excep l 1. & de cōst. pec. leg. 2. in realibus autē imponitur meta per const. in rebus mobilibus trium ann. in immobilibus 10. ann. inter præsentes 20. inter absentes, & hoc, quādo titulum habet possessor alias 30. ann. vt C. de vsucap. trāsfor. l. 1. & sup. de vsucap. § 1. (1) in hypothecaria etiam, quæ est in rē, certa statuuntur tempora, vel 10. vel 20. vel 30. vel 40. annorum, vt Cod. si aduer. cred. †. l. diuturnum, & Cod. de præscript. 30. ann. leg. cum notissimi, & de anna. except. leg. 1.

Actiones ex quinq. partibus iuris descendētes sunt ciuiles, & perpetua.

Actiones personales 30. annis durant. Actiones reales, quanto tempore durant.

Lib. 7.

** Quanto tempore præscribatur iuri hypothecæ, vide omninò, Neguſ. in tract. de pig. in 2. memb 6. par. nu 1. & 2. qui distinguit, & optimè declarat.

¶ Sed quomodo erat perpetua rei vendicatio secundum antiqua tempora, immo temporalissima, vt sup. de vsucap. in princ. Respond quod hoc dicit, quod erant perpetuę, scilicet personales, sed meta imponitur tam in realibus, quam in personalibus. Itē caue tibi, quia duæ personales sunt ciuiles, quæ durant per annum tantum, vna iniuriarum, quæ descendit ex l. Corn. & Cod. de iniur. l. si non conuicij.

SYL. ¶ Adde, quod de hac fallen. videnda sunt, quæ ponit Ioan. Frā. Balb. in tract. præscrip. col. 11. in princip.

¶ Alia, quæ datur ex l. Iulia repetun. vt ff. ad l. Iul. repe. l. 2.

ADDITIO. (1) Et not. quod vltra titulum requiritur etiam possessio, nam sine possessione non inchoatur vsucapio. l. sine possessione, ff. de vsucap. licet aliquando inchoata trahatur ad finem, vt l. cęptam, ff. de vsucap. coniuncta. l. 1. § Scæuola, ff. si quis test. libe. esse iuss. fu. Ang.

d ¶ *Eas*, scilicet pęnales, & tunc non est necesse, plerumque, vel si habes, plerumque, expone, vt infr. Accurs.

e ¶ *Plerumque.* h. d. propter prætorias rei persecutorias, quæ perpetuæ sunt, nisi in rescissoria, quæ annalis est, quia cōtra ius ciuile datur, vt ff. de act. & obl. l. in honorarijs, & sup. de actio. §. rursus, & inf. eo. §. Item nisi in redhibitorijs, quæ dantur ad tempus, licet rei sint persecutoriæ, vt ff. de ædil. edi. l. sciēdum. §. fin. quia dantur contra id, quod cōuenerunt cōtrahētes. Item fallit dicta regula, ff. quod fal. tu l. huius actionis. §. has actiones, & quæ in frau. cred. l. ait prætor. § annus C. de dolo. l. fi. & ff. de eo per quem factum est. l. 1. §. pen. Si autē sunt pęnales prætoriæ, locū habet, hic dicitur, vt sint annales, siue sint

Prætoria rei persecutoria sūt, perpetua. Prætoria pænales sūt annales.

sint pęnales ex vtraque parte, siue ex altera tantũ, vt ff. de cal. l. 1. & de in ius voc. l. pen. & ff. de ali. iu mu. l. vel post ann. Accur.

SYL. ¶ [Vide pro declaratione Bar. in d. l. in honorarijs. ff de act. & oblig.]

ADDITIO. Sed secundum Ang. illa est pęnalis ex vna parte tantũ, & ideò nõ videtur bene excipi. Sed Bart. in leg. in honorarijs. ff. de actio. & obl. concludit, quòd omnes rei persecutoriæ ex vtraque parte sunt perpetuæ, ex parte autẽ actoris reipersecutorię & ex parte rei pęnales finiuntur anno.

¶ l. magistratus sic l. pen. de iusti. & iu. l. pe. de offi. præs. & l. vlt. de offic. procon.

...tra annum[a] viuere, nam & ipsius Pretoris intra annum erat † imperium. Aliquãdo[b] tamen & in perpetuum extẽduntur vsque ad finẽ ex cõstitutionibus[c] introductum, quales sunt eæ, quas bonorum possessori,[d] cæterisq. qui heredis loco sũt,[e] accommodat. Furti quoque manifesti actio, quamuis ex ipsius Pretoris iurisdictione proficiscat,[f] tamen perpetuò datur, absurdum enim esse existimauit,[g] anno eam terminari.

a ¶ *Intra annum*, i. vtilem. Nam de talib. annis prætores loquebãtur, vt patet, ff. de vi. & vi ar. l. 1. §. annus, & ff. de ædil. edic. leg. sciendum. §. fi. Nisi in casu vbi est vtilis ad sui principium, sed continuus ad sui processum, vt ff de calum. l. annus.

b ¶ *Aliquando*. Ecce quare dicit, plerumque.

c ¶ *Constitutionibus*. de quibus dixit, supra eo. in princ.

d ¶ *Bonorum possessori*, idest cuilibet possessori, qui vult succedere de iure prætorio, qui habet hæreditatis petitionem bo. possessoriam, de qua habes, ff. de bon. posses. hæred. peti. per totum. Accurs.

e ¶ *Hæredis loco sunt*, vt quibus restituta est hæreditas per fideicommissum, † quibus datur hereditatis petitio fideicommissaria, de qua habes ff de fideicomm. hæred. petit. per totum. Et hæ duæ sunt rei persecutoriæ. Accurs.

† l. postulante. ff. ad Trebell. & § restitu ta. supr. de fid. hære.

f ¶ *Proficiscatur*. No. actionem furti manifesti esse prætoriam, sed non manifesti est ciuilis, vt sup. de noxa. §. sunt autem.

*¶ Adde, quòd ex l. 12. tabularum manifesti fures liberi verberabantur, & ijs addicebãtur, quib. furtũ fecissent, si modò luce faciebãt, neq; se telo defendissẽt (nocturni. n. fures, aut interdiu se telo, cũ prehẽderentur, defendẽtes, occidi poterãt) serui verberibus cęsi de saxo pręcipitabãtur vt testatũ reliquit Aul. Gel. lib. 11. c. vl. quæ pęna postea a prætoribus in quadrupli pena immutata est, vnde non immeritò hic dicitur, iã furti manifesti actionem ex prætoria iurisdictione proficisci, quod & Aull. Gell. loco citato significat.

** Hincque etiam colligitur ratio, quare detur perpetuò, nempe quia subrogata fuit hęc pęna à prætore in locum eius, quæ imponebatur a l. 12 tabula. ex qua actio competebat perpetuò, vt dictum est, sup. in pr. huius tit. subrogatum enim sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, l si eum, §. iniuriarum, ff si quis cau.

g ¶ *Existimauit* s. prætor, & idẽ in qualibet pęnali in eo, quod peruenit ad delinquẽtem, vt ff. d vi. & vi ar l. 1. in pr. & ff. de dol. l. Sab.

¶ *Penales actiones Pretoria, vel ciuiles contra heredes non dantur, nisi lis contra defunctos fuerit contestata, heredi verò competunt, excepta actione iniuriarum, & similibus: ex contractu verò competunt contra heredes, præter actionem de dolo, nisi aliquid ad eos peruenerit. Ang. Aretinus.*

¶ Non autem[h] omnes actiones, quæ in aliquem, aut ipso iure[i] competunt,

¶ Non autem. omnes.

¶ *CASVS*. in tã apertis iuris regulis nõ esset figurãdus primo eũ gñaliter regulã ponit, quòd non oẽs actiones, quæ dantur contra aliquẽ, dantur cõtra eius hæredẽ, & procedit exemplificando, quòd actiones pęnales ex maleficijs dãtur hrdib. sed non contra heredẽ, nisi sit lis cõtestata, rõ est quia pęna debet suos tenere auctores. Itẽ in actione ex cõtractu, vbi dolus interuenit. nã tũc si nihil ad heredes ex eo dolo peruenit, nõ tenẽt, eadẽ ratione, qua supra dictũ est, & clarius declarabit in notabilib. No. quòd non valet ista cõsequẽtia, actio datur cõtra aliquẽ, ergo cõtra eius hęredẽ. Itẽ, quòd appellatione iuris venit ciuile, sed hoc est pcipuè pp aliud mẽbrum distinctionis, videlicet, aut à pręrore dantur, licet in bonis codicib. adsit illud verbũ, ipso iu. ciu. Itẽ, quòd actiones pęnales ex maleficijs non dãt contra hrdẽ. Itẽ, quòd actio iniuriarũ denegat hæredi, rõnẽ ponit gl. vbi videbimus. Itẽ, quòd actio de dolo, non dat cõtra hæredẽ siue actio descendat ex dlicto, siue ex cõtractu, nisi aliqd ad here dẽ puenir. Itẽ, quòd actiones pęnales, si fuerit cõtestatę trãseũt ad hrdes. rõ ẽ, quia ab ipsa cõtestatione orit quędã quasi cõtractus inter partes. l. 3. §. idẽ scribit, ff. de pec. & ibi Doc. adeò quòd actio postea trãsmittitur ad hrdẽ vigore illius quasi cõtractus, nõ aũt virtute prioris actionis.

h ¶ *Non aũt*, hic ponit diuisionẽ, quod aliæ sunt transitoriæ, alię nõ, sed superior, fuit quòd aliæ erãt perpetuæ, alię nõ, vt sup. eo. in prin. *Actionis duplex diuisio.*

i ¶ *Ipso iure*, scilicet ciuili,

a ¶ *Da-*

aut à prætore dātur, & in hæredem ęque competunt, dari solent[a] Est enim certissima iuris regula, ex maleficijs[b] pænales actiones in hęredē rei non competere:[c] veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ.[d] Sed hęredib.[e] huiusmodi actiones competunt, nec denegantur: excepta iniuriarum actione,[f] & si qua alia similis inueniatur[g] Aliquādo tamen etiam ex contractu[h] actio[i] contra hæredem nō competit: veluti cū

a ¶ *Dari solent*, scilicet iure prætorio.

b ¶ *Ex maleficijs*, scilicet priuatis, vt subijcit in exemplis, & subaudi, vel quasi maleficijs, vt supr de oblig. ex quasi delict. § fi. (i) Quid in publicis, de quibus trac. inf. de publ. iud. respon. i dē & plus: quia etiā lite conte. non transeunt contra hæredes, vt ff. de acc. l. ex iudiciorum: nisi in 5. casib. primus est l. Iuliç maiestat. in duobus capitulis tantum eius legis, vt ff. ad leg. Iul maiestat. l. fi. Secūdus est crimen hæresis, vt C. de apost. l. 2. & l. apostatarum. in fin. Tertius est crimen repetundarum. Quartus de residuis. Quintus peculatus crimen, vt ff. ad leg. Iul. pecu. l. fina.

SYL. ¶ De hoc dixi late sup. de hæred. quæ ab intesta. defer. §. interdum vers. per cōtrarium. in versic. post mortem.]

ADDITIO. (1) Dic, quòd est verum in quasi delicto omittendo commisso: secus si committendo, vt leg. quarta. paragrapho. fi. Dige. de damn. in fect. vel dic vt ibi per Bar. & Ang.

Actiones ex maleficio in duob. casib. trāseunt in hæredes.

c ¶ *Non competere*. Nisi lis fuerit contest. vt in t. eo. §. pęnales. & ff. de accu. l. ex iudiciorum in fi. Item nisi aliquid ad hęredem peruenerit: tūc. n tenetur, vt ff. de calum. l. in hæredem. & ff quod me. causa l. videamus.

STL. ¶ Dic, quòd ratio est, quam ponit tex. in d. l. in hæredem, videlicet, quòd turpia lucra sūt ab hæredibus extorquenda, licet tria extinguātur. lucrari enim nō debet hæres ex delicto defuncti, de quo non tenetur: & quando ipse tenetur eo, quòd aliquid ad eu peruenit, tunc non tenetur actione ex illo delicto, sed actione in factum l. 1. §. fin. ff. de vi, & vi arm. & declarat Dec. in l. pupillum. §. in hæredes ff. de reg. iur. vbi vide pro declaratione huius materiæ.]

¶ In duob. tamen casib. est cōtra, vt in actione vi bo rap. quæ non datur in hæredem, licet ad hæredē aliquid peruenerit, sed furtiua datur condictio, vt ff. vi bo. rap. l. 2. §. fin. † item in interdicto vnde vi, quod non datur in hęredem sed in factum actio, vt ff. de vi & vi ar. l. 2. §. fi.

† Supra de obli. qua ex deli. §. vlt.

d ¶ *Damni iniuriæ*. f. legis Aquiliæ actio.

** Concor. cū hoc tex. §. his autem. ver qua ratione sup. de l. Aquilia.]

Iniuriarum actio nō datur hæredi ratione dupli.

e ¶ *Sed hæredibus*. i hæredibus eorum qui passi sunt hæc maleficia.

f ¶ *Iniuriarum actione*. Nam hæc non datur hæredi, nisi lis cō estetur: hoc ideo quia nō erat in bonis nostris ante lit. cōtesta, vt ff. de iniur. l. iniuriarum 3. & l. iniuriarum. 1. in prin. Et est alia ratio: quia nihil mihi de patrimonio abest, nec reo adest, vt ff. de collat. bo. l. cum emancipat. §. emancipatus.

SYL. ¶ Ratio est, secundum glos. & Barr. ibi, quia nō habetur respectus ad ipsam rem, vel pecuniam, sed ad ipsam contumeliam.]

Iniuriarū actio aliquas hēt simi les cōuenientes.

¶ Sunt & aliæ similes ei, vt subijcit, in quibus nec actori aliquid de patrimonio abest, nec reo aliquid adest: vñ idem iuris est, quod & in ista: vt est actio in factum, quæ datur cōtra libertum vocantem patronum in ius sine venia in quinquaginta aureos, vel filium vocantem patrem, vt inf de pęna teme. lit. §. fi. & ff. de in ius voc. l. pe. Item in popularibus actionib. vt si qs habeat positū vel suspēsū, vt ff. de ijs qui deie. vel effu l. si verò. §. q aūt.

SYL. ¶ Intellige nisi lis fuerit contestata: quia tūc dicitur sibi appropriasse l. licet. in prin. ff. de procur. vt per Ang. hic.]

¶ Quidam dicunt, quòd idem de actione in factum de calumniatorib. vt ff. de cal. l. hæc actio. Sed certè ibi alia est ratione; qa habet condictionem ob turpē causam vt ibi dicitur Item, quia abest ibi aliquod actori, & adest aliquod reo, vñ nō est simil s supradictis.

STL. ¶ Dic tu secundum Ang. hic, quòd hæc ratio nihil est, & distingue vt per eum hic.]

g ¶ *Inueniatur*. Hic continuatur ille §. pęnales, qui est inf.

h ¶ *Etiam ex contractu*. Non solum ex delicto. Accur.

i ¶ *Actio*. f. ex dolo nata pp dolum habitum in contrahendo. Nam si dedit dolus cām cōtractui, non agitur actione ex eo contractu, cum nullus sit, sed de dolo vt hic, & ff. de dol. l. & eleganter. in prin. Si. n. esset incidēs, ageretur actione ex eo cōtractu, vt purgaretur dolus vt ff. de actio. empti. l. Iulianus. §. si vendit. & daretur in hæredes, vt ff. actio. & obligatio. l. ex contractibus. Vel pone casum quòd dolus fuit incidens, vel superueniens: & remanet contractus, & non agitur contra hæredem, nisi peruenerit aliquid ad eum, vt in actione depositi, quæ datur in duplum contra eum, qui dolum commisit in deposito causa tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij, sed in hæredem non datur in duplum ex dolo defuncti, licet in simplum detur, vt ff. depositi. l. 1. §. 1. Item qualis est actio in factum, quæ datur contra agrimensorem, non autem aduersus hęredem, vt ff. si mensor, fal. mod. dix. leg 3. §. pen. Item in actione ex stipulatu iudicio sisti,

Dolus aliquādo dat cām contractui, aliquādo incidit ī contractū. Actio depositi datur in duplum in quatuor casib. non tamē in hæredē.

† l. Pœnalia de reg. iur

fisti, in eo, qui erat conuentus iniuriarũ, vt ff. si quis cau. l. si eum, § qui iniuriatũ. Item in actione tributoria, vt ff de tribu. l. illud. §. fin. & de his casibus loquitur hic, § cum dicit, ex contractu in hæredem non dari quãdoque: aliàs autem ex cõtractu agitur cõtra hæredem et am de dolo defuncti regulariter, vt ff. de action. & obligat. leg. ex contractibus, & leg. ex depositi, quæ sunt huic contrariæ: & hanc specialitatem, si velis tenere primam opinionem, denotat hęc litera, cum dicit aliquando tamen &c.

Actiones, ex contractu descẽdẽtes quo dãtur in hæredes.

† l. pœnalia de reg. iur.

testator dolosè[a] versatus sit, & ad hæredem[b] eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus,[c] si ab ipsis principalibus personis fuerint† contestatæ, [d] & hæredibus dantur,[e] & contra hæredes transeunt.[f]

¶*Condemnandus debet absolui ab obseruatione iudicij, si ante sententiam soluerit, quod debet. Ar.*

¶Superest,[g] vt admoneamus, quòd si ante rem iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat actori, officio iudicis conuenit eum absoluere: [h] licet in ea causa fuisset † iudicij

a ¶ *Dolosè*. Dolo dante causam contractui. Vel dic incidenti vel superuenienti, vt modò diximus. Accur. Flor.

b ¶ *Ad hæredem*. Sed si superuenisset, actio in factum perpetuò contra hæredem & contra defunctum daretur, vt ff. de dolo. l. itaque. Sed de dolo olim, infra annum vtilem, hodie infra biennium continuum datur, vt C de dolo l. fi.

e ¶ *Diximus*, vt sup. eod. §. non autem omnes. Accursius.

d ¶ *Contestatæ*, Immo vt dentur hęredi, sola præparatio sufficit, vt ff. de inoff. testam. l. posthumus, §. fi. Ioan. Vel sine præparatione datur querela hæredi hodie.

STL. ¶Hæc glo. reprobatur secundum Angel. hic, quia illud est speciale in querela, nõ in alijs actionibus.

Opera liberto imposita nõ trãsfeunt ad hæredẽ extraneum.

e ¶ *Dantur*. Nisi in duobus casibus. Primus, cum agitur ad operas contra libertum, & moritur patronus extraneo hærede relicto, ad quem non transeunt operæ, etiam lite contesta, vt ff. de ope. liber. l. operarum iudic. ii. Secundus in patre repetẽte dotem filiæ quæ à viro diuerterat, si decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite contestata, vt Cod. de rei vxo. act. leg. vnica. §. videamus.

ADDITIO. Nam eo ipso quod pater moritur, vel aliter filia efficitur sui iuris, statim actio cõsolidatur in filiam, vt dict. §. videamus, licet pater fuerit lit. contest. & sic propter hoc non facit transitum in suum hæredem, & sic est speciale in dote: quia est proprium patrimonium filiæ. v. l. 3. §. sed vtrum in fi. ff. de min. facit l. Pomponius Philadelphus, ff. fam. ercisc. Ang.

f ¶ *Transeunt*. Nisi in duobus casibus. Primus, in actione de dolo. C. de dolo, l. fi. Secũdus, in retractione alicuius in seruitutẽ, vel libertinitatem, qui per collusionem pronũciatus fuerat ingenuus, vt ff. ne de stat. defun. l. 1. §. sed interdum.

¶Superest. ¶*CASVS*. planus est, videlicet, quod debitor conuentus, qui litem est cõtestatus, si ante sententiam diffinitiuã soluat quod debet, est absoluendus: ratio dubitationis est, quia videbatur, quod iudicio accepto non esset in potestate alterius ex litigatoribus recedere à iudicio, quia in ipsa contestatione celebratur quidam tacitus quasi contractus, vt sup. dixi, à quo per alterum, ex partibus non videtur, quod in præiudicium alterius possit recedi. l. sicut C. de actio. & obligat. cuius contrarium deciditur, & ratio decisionis est, quia soluendo, quod debetur, & quod petitur, extinguitur actio, qua agebatur, supra quib. modis tol. obl. in princip. ideo non mirum si hoc pariat absolutionem ab obseruatione illius iudicij, vt infra dicitur. No. quod omnia iudicia sunt absolutoria. Item quomodo intelligantur ista verba, & quæ sit ratio, quare omnia iudicia sint absolutoria. Item, quod licet quandocunque ante rem iudicatam soluere quod petitur. Item intellige, quod debent solui expensæ legitimæ, vt nota. doc. in l. postquam liti. C. de pact. & tradit Dec. in c interposita. §. ille denique. in 1. no. de appella. Item, quod soluens qd petitur, potest petere se absolui, sed hoc est ex abundanti. nam talis sententia nõ est necessaria, secũdũ Bal. in c. dudũ, col. 7 de ele. No. quod soluẽs non cogitur subire iudicium.]

† i. litis cõtestationis l. is qui destinaut. de rei vend.

g ¶*Superest*. Hæc de vita & transitu actionũ, secundum quod in rubrica promisit dicta. sunt: nunc de iudicis officio dicit, quod cum exponere debeat, iam pauca, vt modicum respiret, deliberat: nã conceptũ sermonẽ quis retinere potest, quia igitur iã concepit in aio tractate de officio iudicis, quomodo poterit tacere, quin dicat aliquid hic. Accur. Flor.

h ¶ *Absoluere*. s. ab obseruatione iudicij, nã principalis causa est sublata solutione, vt sup. qui. mo. tol. oblig. in princ. Accur.

** Adde, huiusmodi sententiam esse interlocutoriam. Bar. In l. Titia de accus.

* ¶ Quod dicitur omnia iudicia absolutoria esse, prouerbialiter vsurpari posse Alciatus ait, cum significare volumus pænitenti parcendum esse, etiam si res nõ sit omnino integra.]

De

accipiendi tempore, vt damnari deberet: & hoc est, quod vulgò antea dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse. †

¶ *De exceptionibus.*

¶ *Exceptiones sunt arma reorum: & æquitate nituntur ad excludendum actiones, quæ competunt actori ipso iure: quales sunt metus, doli, & in factum exceptiones. Aretinus.*

SEquitur, vt de exceptionibus dispiciamus.

¶ Comparatæ[a] autem sũt exceptiones defendendorum eorum [b] gratia, cũ quibus agitur. Sępe enim accidit, vt licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit: [c] tamen iniqua sit aduersus eũ, cũ quo agitur. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, [d] aut error † lapsus, stipulãti Titio promisisti [e] quod non debueras promittere, palam est iure ciuili te obligatum esse: [f] & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est, [g] sed iniquum est te condemnari: ideoque datur tibi exceptio. Quod metus causa, [h] aut doli [i]

¶ *De exceptionibus.*

¶ Quia exceptio tenet vicem actionis, vt ff. de except. l. 1. ideò post actiones ponit de exce. Vel quia de armis actorum vidimus. & de reorum armis videndum est, ideò dicit vt sequitur. Accurs.

* ¶ Exceptio .n. est actoris exclusio l. 2. ff. de except. quę mõ eximit reũ. damnatione. modò minuit damnatione l. antepenul. eo. tit. latiorẽ tamen significationem habet verborum defensio, vt tradit. & declarat hic Ang. nu. 5.

Sequitur v. ¶ Totus iste Titu. diuiditur in quinq. partes prĩcipales. Primò continuat ad præcedentia rubricã. secũdò ponit cãm, quare fuerunt exceptiones inuentæ. Tertiò id demõstrat per exempla tãm in actionibus realibus, quam personalibus. Quartò ponit duplicem, vel potius triplicem diuisionem exceptionum. Quintò id exempilficat, Secunda ibi, Comparatæ autem sunt. Tertia ibi, Verbi gratia. Quarta ibi, in §. Appellantur, vel potius in §. alioquin quam ex multis. Quinta ibi, perpetuæ, & peremptoriæ.

¶ Sequitur. ¶ *CASVS*. positio in hoc principio non est necessaria: in eo enim originẽ ac causam adinuentarum exceptionum exponit, dicendo quod causa defendendorum reorum, qui conueniebantur, fuerunt adinuentæ, quia quamuis actio meo iure competeret alicui, attamen is qui cõueniebatur, si ea procederet, indebite vexaretur: & declarat per exempla. Not. modum continuandi hunc tt. ad præcedentes. Itẽ quod exceptiones sunt arma reorum. Itẽ, quod fuerunt inuentæ ad defendendũ, non ad offendendũ. Itẽ, quod actio aliquãdo mero iure valet, tñ est iniqua respectu eius, qui conuenitur. Itẽ, quod licet ille, qui dolo, metu, vel errore ductus aliquid promisit, mero iure teneatur, habet tamen exceptionem à Prætore. Item, quod exceptio fundatur præcipue in æquitate: & ad rationem huius text. vide omninò. Fortu. Hispan. in l. Iuris gentium, §. prætor ait in 11 colum. versic. 4. infero, ff. de pact. & singu. declarationẽ ad hunc text. vt per eundem in l. si vnus, §. pactus, ff. de pac. column. 10. in fin. Quomodo autem fuerit inuenta exceptio, & plura de ea vide per Hiero. Verium in repetitione rubric. ff. de verbor. oblig. in 22. col.)

a ¶ *Comparatæ.* Alias, inuẽtæ.

b ¶ *Forum.* i. reorum nam ipsi sunt cum quibus agitur, vt ff. de iure iuran. l. 3. in princ. & in §. eum.

c ¶ *Iusta sit.* Prima facie.

d ¶ *Dolo inductus* Hoc est in † stricti iuris iudicijs: in bonæ fidei autẽ iudicijs ipso iure non tenet contractus ff. de do. leg. & eleganter. in principio. *ADDITIO.* Hoc verum in odium dolosi: sed in sui præiudicium tenet contractus: & ex eo potest conueniri: nisi lex resistat actui: quia tunc ex neutra parte datur actio, vt est glos. in leg. à Diuo Pio. ff. de re iud. & Bal. in l. 1. C. plus vale. quod agi.

e ¶ *Promisisti.* id est credens te debere, cum non deberes, vt hic, & ff de except. doli. l. 2. §. circa. †

f ¶ *Obligatum esse.* s. inspecto iuris rigore: sed de æquitate obligatus non es, vt ff. de ii. causa. l. vel obligatus est, §. obligatum. & ff. de verb. signi. l. creditor. quæ sunt contra.

g ¶ *Efficax est.* s. in sui substantia. Nam ciuiliter & naturaliter est obligatus & purè, sed non est efficax quantum ad opem exactionis. Vel dic efficax est inspecto genere, nam prima facie condemnandus videtur, sed inspecta qualitate, quia fit dolo facta vel metu, vel simili causa impediatur, est inefficax: & ita expone in seq. casibus.

h ¶ *Metus causa.* Hoc quando metu fuit compulsus.

i ¶ *Doli.* hoc qñ inductus fuit per dolum.

* Differunt enim doli mali, & metus exceptio

Continuatio.

† Vide Alc. li. 7. Pare. c. 12.

Continuat dicta dicendis.

Diuisio.

† l. Iul. de dol. excep.

† l. dolo. Cod. de inut. stip. & l. si quis cũ aliter. ff. de verbor. obl.

† Sed secundum Ang. ille tex. nõ facit ad propositũ quia loquitur quando stipulatio fit sine causa: hic verò secus.

mali, aut in factum,[a] composita ad impugnandā actionem. ¶ *Exceptio nō numeratæ pecuniæ debitori competit, qui confessus fuit se pecuniā recepisse, quā non receperat, & ipsam per stipulationē restituere ꝓmiserat, & in æquitate fundatur. Ang.* ¶ Idem iuris est † si qs † quasi credēdi causa pecuniam à te stipulatus fuerit, neq. numerauerit: nam eā pecuniā à te petere posse eum, certū est. dare n. te oportet, cū ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condēnari, placet exceptione pecuniæ nō numeratæ te defendi debere. Cuius tēpora nos (secūdum quod iā superiorib. libris scriptū est[b]) constitutione[c] nostra coarctauimus ¶ *Exceptio pacti de non petendo actionē non tollit, sed eā elidit, quæ exceptio nititur æquitate. Ang.* ¶ Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur,[d] nihilominus obligatus manet: quia pacto cōuento obligationes nō omninò[e] dissoluūtur: qua de causa efficax est aduersus eum actio, quam actor itēdit, Si appareret[f] eū dare oportere. Sed quia iniquū est contra pactionē

ceptiones, vt elegāter docet Vlpian. l. apud. §. metus. ff. de doli mali. & me excep.]

a ¶ *In factum*. Redde singula singulis propositis causis secundum Ioan. Sed nōne hoc tertio casu. s. qn per errorem promisi, datur doli exceptio? Certè sic, vt ff. de dol. except. l. 2 §. circa, quare dic, quod hæc actio in factum est ꝓponēda in subsidiū doli exceptionis. s. cōtra patronum & parentem, contra quos, turpes exceptiones non proponuntur, vt ff. de excep. dol. leg. apud Celsum, §. aduersus, & ita hic accipitur. Accurs.

¶ Idem iuris. ¶ CASVS. facilis est in positione tam clari exempli. Siquis enim sub spe futuræ numerationis promiserit per stipulationem centum, quæ postea nō fuerunt numerata, clarum est, quòd ex stipulatione tenetur: sed æquitas illa ꝓpter quā sunt exceptiones introductæ, prodidit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ tamen non simpliciter habet locum, intr. tempora, de quibus in l. fi. C. de non num. pecun. de quo latè fuit dictum sup. de lite. obl. in princip. ideò nō expedit nunc insistere.

b ¶ *Scriptum est.* Supra de lite oblig.

c ¶ *Constitutione.* Vt C. de non num. pecu. l. in contractibus.

¶ Præterea. ¶ CASVS. clarus est, quia procedit dando aliud exemplum in pacto de non petendo, vt scilicet ille, qui erat creditor, puta ex stipulatione, & sic ille, cui aliquis tenebatur obligatione naturali & ciuili, si per pactum simplex promisit non petere, certum est, quod obligatio ciuilis non dissoluitur: quia cū in pacto nō sit nisi vinculū naturale, nō pōt tollere nisi naturalem obligationē. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. quo fit, vt creditor cui⁹ actio nō ē sublata possit agere: quia tamen iniquū est fidem fallere, adinuenta est exceptio pacti de non petendo, qua opposita cautum est debitori. vt non molestetur, & elidatur sua illa intentio. Nota, quod simplici pacto obligationes non oīno, vel omnimodo, id est, non omnes dissoluuntur, quia vna tantum, naturalis. s. dissoluuntur. Cætera clara sūt.]

d ¶ *Peteretur.* Not. ꝙ pactum de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalem ipso iure, vt ff. de solut. l. Stichum, §. naturalis. Item elidit ciuilem, vt in hoc, §. Item obligat naturaliter paciscentem nō petere. Nam & alias quis est obligatus naturaliter aliquid nō facere: vt nō facere furtum, vt supr. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. 1.

e ¶ *Non omninò*. Quia non ciuilis, sed naturalis tantū, vt ff. de solut. Stichum, §. naturalis. In casibus tamen etiam ipso iure vtramque tollit pactum, vt in maleficijs factis, si quis paciscatur re agatur. † Item in pignore remisso per pactū, vt ff de pact. l. si tibi, §. quædam actiones, & §. de pignore.

¶ Adde, quod ratio est, quia in maleficijs agimus de odio, & ideò lex pertulit vt facilius tollerentur: vel quia in maleficiis non est verus consensus, quæ sunt rationes allegatæ per Doct. sed ego aliàs dicebam, quod ratio erat, quia in maleficijs oriebatur tantum obligatio naturalis procedens ab illo tacito consensu: quæ tamē nescio quomodo recipiebatur à l. non per viam obligationis, sed nudi pacti: vnde nimirum si ex simplici & solo pacto & sic ex contrario naturæ vinculo tollebatur.

f ¶ *Si apparet.* oratio posita loco actionis secundum P. Sed secundum Ioann. contra, vt diximus, sup. de actio. §. sic itaque.

¶ Æque

Exceptiones turpes nō opponunt in patronos & parētes.

† *Noue & subtiliter interpretatur hunc §.* SYL. *Per in l. si vnus, §. pactus, col. 21. ff. de pact.*

† *i. quasi creditā mutuatā & numeratā.*

SYL.

SYL.

† *Nota tamē quod qui remittit actiones ex maleficio nō videtur remittere damnū, vel interesse, vt per Dyn. Bartol. & Ang. in § q. dā in gl. alleg. etiā videatur per remissionē iniuriarū factā in foro pœnitentiali tollātur ipsæ actiones ex maleficijs.*

¶ Æque si debitor. ¶ CASUS. planus est in alio exemplo iurisiurandi. Si quis enim agēdo detulerit iuramentum reo, & reus negauerit se aliquid debere. tunc si iterum actor agat, summouebitur exceptione iuramenti, quia æquitas suggerit, vt de periurio nō quæratur, vt dicitur in tex. qui enim ita consentit, re decidit vt per aduersariū eius iuratum fuit: vtique non dēt posse viterius quæri. Notabilia collige vt p Angel. hic. s. φ iurā debet dferri à credito re. Item, quod iurans remanet obligatus, & opus est exceptione. Itē, quòd hęc exceptio, vt aliæ, prouenit ex æquitate.]

eum condēnari, defenditur p exceptionē pacti conuenti. †

¶ *Exceptio iurisiurādi actionē non tollit, sed eam elidit, quæ etiā nititur æquitate: & contra realē actionē exceptio iurisiurandi opponi potest, quæ repellit agentem in rem. Aret.*

¶ Æque, si dbitor creditore deferēte iurauerit nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet: sed quia iniquum est[a] de periurio† quæri, defenditur per exceptionem iurisiurandi. In ijs quoq. actionibus, quib. in rē agitur, æque necessarię sūt exceptiones: veluti si petitore deferente possessor iurauerit, eam rem suam esse,[b] & nihilominus petitor eandem rem vendicet, licet enim verum sit, quod intendit. i. rē eius esse, iniquū tamē est possessorem condēnari.

¶ *Absolutoria lata in personali, siue reali eandē actionem non perimit, sed exceptionem rei iudicatæ parit conuento. Angel.*

¶ Itē si in iudicio tecū actū fuerit,[c] siue in rē, siue in psonā, nihilominꝰ obligatio durat:[d] & iō ipso iure de eadē re postea aduersus te agi pōt: sed debes p exceptionē rei iudicatę adiuuari,

† amplius si soluit per ignorantiam, pōt repetere l. creditori, vers. fi. fi. Cod. de pac.

a ¶ *Iniquum est.* Hoc no. sic ff. de in lit iu. l. fin. & ff. de iureiur. l. nā postea. §. iureiur. dato. & ff de dolo. l. nā sufficit. hoc tamē fallit, quoties est contra legem iuratum, quia non seruatur sacramentum, vt in auth. sce. non solum §. 1. col. v. quæ est. C de nup. auth. quod ei. & ff. de iur pat. l. adigere. & C. de legi & constj. l. non dubium, in fi. Item quando veritas aliàs per testimonium pōt inueniri, vt C. de reb cre. l. fi. Itē qn defertur sacramētū à iudice, vt ff. de iureiur. l. admonendi. aliàs autē obtinet, quod hic dicitur.

*¶ Intellige hunc §. vt loquitur. s. creditore deferente, vel etiā eius procuratore in trib. casib. traditis in l. iusiurādum φ §. vlt. ff. de iureiur. alioquin si neutro deferente iurauerit, exceptio ei non datur l. 3. ff. de iureiur.]

b ¶ *Rem suam esse.* Distinguitur tū. vtrum iuret suam rē esse, vel petitoris non esse: quia si iuret suā esse, datur sibi actio & exceptio: sed si iuret petitoris nō esse, nascitur sibi exceptio contra petitorem tantūm, vt ff. de iureiur. l. sed & si possessori. 1. & 2 respon.

*¶ Generaliter sciendum est, quacunque actione quis cōueniatur, si iurauerit, ei proficere exceptionē iurisiurandi, l. 3. §. quacunque, ff. eod. tit.]

*

† *Facit supra d ac. §. itē si quis postulante iuramētum cōtra leges non est seruandum.*

Iuro rē meā esse, & iuro tuam nō esse differunt.

¶ Item si. ¶ CASUS. clarus est: & rō dubitandi & decidendi assiguatur in gloss. in versic. obligatio durat. Nota quod sententia, & res iudicata non tollūt actionem, & obligationem, quia cum sit ciuile tantum vinculum, non potest remouere nisi ciuilem, obligationem, vt declarat gl. Item quòd non opposita exceptione rei iudicatæ iudicium procederet. Itē quòd conuentus reali potest certo modo dici obligatus.]

c ¶ *Actum fuerit.* Subaudi & fueris absolutus, sicut hic innuit.

* ¶ Limita hunc tex. secūdū Ias. in. l. si vnus. §. pactus num. 17. ff. de pactis, nisi pactū de non petēdo pręcessisset sententiā, quia hoc casu actio ipso iure sublata intelligitur.]

d ¶ *Obligatio durat.* l. si primo erat obligatus. vnde si soluat non repetit, cum debitum soluat, vt ff. de cond. indeb. l. Iulianus, & l. iudex. Et caue tibi, quia per iusiurandum, & per pactū, naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis, vt ff. de iureiur. l. fi. in princ. & ff de sol. l. Stichum, aut Pamphilum. § naturalis. Sed per sententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis. † vt ff. de condi. indeb. leg. Iulianus. Sed cum actionē iducat res iudicata, vbi nulla omnino erat, vt C. de re. cred. leg. actori, quare non tollit, vbi est? Respond. res iudicata de iure ciuili est, & ideo tollit, & inducit ea, quæ sunt de iure ciuili, & ita obligationem ciuilem tollit, & actionem, quæ est de iure ciuili, inducit, vt ff. de orig. iur. leg. 2. §. deinde ex his. Ea autem, quæ sunt iuris naturalis, non tollit, vt obligationem naturalem, vt arg. sup. de le. ag. tu. §. fin.

*¶ Breuiter meminisse oportet, ita demum exceptionem rei iudicatæ competere, si q̄stio de eadem re, de qua iam lata est sentētia, inter easdē personas, & ex eadē cā agēdi reuocatur, l. 3. 4. & 5. ff. de except. rei iud.]

SI L.

Obligatio naturalis tollitur per pactū, & iuramētum, & ciuilis p sententiam.

† *gl. supra de oblig. ver. necessitate.*

Sentētia est de iure ciuili

¶ Hæc

¶ *Exceptiones, quarũ vsus est valde necessarius sũt duplices: quia quædam sunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Angelus.*

¶ Hæc exẽpli cã retulisse sufficiat. Alioquin † quã ex multis varijsq. causis exceptiones necessariæ sint, ex latiorib dige storũ, seu Pãdectarũ libris intelligi põt. Quarũ quædã ex legib. [a] vel ex iis, q̃ legis vicem obtinent, [b] vel ex ipsius Pretoris iurisdictione [c] substantiam capiunt.

¶ *Quædam exceptiones sunt perpetuæ, & quædam temporales. Itẽ quædã exceptiones sunt peremptorię, vt doli, metus, pacti, & similes: quędã dilatoriæ, ideo sic vocatæ, quia negotiũ differre dicuntur: quæ olim actorem temerè litigantem faciebant cadere à causa. Ar.*

¶ Appellantur autẽ exceptiones alię perpetuę & peremptorię, aliæ temporales, & dilatoriæ.

¶ Perpetuę & perẽptorię sunt, quę sẽper [d] agentib. obstãt, & semper rẽ, de qua agitur, perimũt, qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne omninò pecunia peteretur. Temporales atque dilatorię sũt, quę ad tẽpus nocẽt,

¶ Hæc exempli causa. ¶ *CASVS.* In multis & varijs exemplis iam vidistis naturam exceptionum: & hæc exempli causa sufficiant: alioquin si plenè velis videre naturam omnium exceptionum, poteris videre ex latioribus Digestorum, seu Pandectarum lib. a ¶ *Ex legibus.* Vt ne quis cõueniatur nisi coram suo iudice, vt Cod. de excep. l. fi. b ¶ *Legis vicem obtinent.* Vt senatusconsultis, vt supra titu. 1. In princ. sicut est exceptio Macedoniani, & Velleiani, vt ff. ad Macedonia. & Velleia. per totum titulum. c ¶ *Prætoris iurisdictione.* Vt de dolo malo, & metus causa. vt ff. de excep. dol per totum. Item pacti, vt ff. de pact. l. iuris gẽtium. §. prætor ait. ¶ Appellantur. ¶ Diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit duplicem distinctionem exceptionum, quia quædam sunt perpetuæ, & quædam temporales. Item quædam sunt peremptorię, & quędam dilatoriæ. Secundò ponit exempla cuiuslibet. Tertiò ponit quam pęnam olim patiebatur, & quam hodie patitur qui pẽdente dilatione legali, vel lata ab homine ante dilationẽ finitã egerit. Secunda ibi, Perpetuę & perẽptoriæ. Tertia ibi, Alioquin. Aret.

¶ Appellantur exceptiones. Casus per se clarus est, & exempla manifestissima & cum simus in declaratione terminorum, non expedit vlterius instare. Notandum est, quòd aliæ exceptiones perpetuæ & peremptoriæ sunt, aliæ temporales, & dilatoriæ. Item quę sint perpetuæ & perẽptoriæ: & quę sint tpales & dilatoriæ. Itẽ quę esset pęna olim plus tpe petentium, & quę sit hodie, & satis fuit sup. dictum in ti. de actio §. plus autem.]

* ¶ Breuiorem & clariorem diffinitionem exceptionũ perpetuarũ, atque peremptoriarum, & temporalium atque dilatoriarum, vide apud Caium. l. 3. ff. eo.

d ¶ *Semper.* Id est, sine præfinitione temporis, vt ff. de doli exception. l. purè. §. si. ita tamen si ante sententiam opponatur, vt Cod. sentẽtiam rescin. non poss. l. perẽptorias. Nisi in septem casib. in quibus etiam opponi possunt post sententiã: vt ratione ętatis, vt C. eodẽ. l. perẽptorias, & ff de minor. l. minor. 25. annis omissam. Item miles, vt Cod. de iur. & fac. ignor. l. 1. Item in Macedoniano, & Velleiano, vt ff. ad Macedo. l. tametsi. Item in donatore, qui opponit vt cõueniatur in quantũ facere potest sẽtentiam, vt ff. de re iud. l. Nesennius, § fin. Item exceptio falsi procuratoris, vt Co. de procur. l. licet. Secus si ratione personę procuratoris opponatur exceptio, vt quia sit miles, vel mulier: quia talis exceptio est dilatoria, vt infra eodem, §. præterea. Item vbicunque dicerem nullum fuisse iudicium, vt quia sit venalis sententia, vel falsis testibus, vel instrumentis iudicata, vt C. quando pro. non est necesse l. venales, vel cum iudex sit non suus, vt Co. si à non compe. iudi. per totum. † Item si inique sub iudice cõmpulsus est eo tempore, quo compelli non debuit, vt ff. de fer. leg 1. Sed dilatoria proponitur ante litem contestatam, sed probatur postquam actor monstrauerit quod † asseruat. vt Cod. de probationi. l. exceptionẽ, & C. eo. l. si quidem. Secus in exceptione fori, quia ante litem contestatam opponi, & probari debet secundum quosdam; vt ff eo. leg. penul. Sed quid de exceptione non numeratæ pecuniæ numquid est perpetua, vel temporalis? Respon. quidam anomalam eã esse. Nos dicimus, quod est temporalis, biennij, s. vel 30. dierum, vt sup. de lite. obl. §. fi. & C.

† aliàs ex quã multis.

Diuisio.

Exceptiones perẽptoriæ in 7. casib. post sñiã opponi possunt.

† Hoc verum itelligere, quòd post sententiam opponitur talis, ex quo apparet dictũ iudicẽ non habuisse iurisdictionem saltẽ in ea, quã iudicauit nec sunt facta prægetita citè, vel expressè tacite. per Ang.

† aliàs asseuerat.

& C. de non numer. pecu.l. in contractibus. §. 1. & §. super cæteris. Sed in hoc potest dici anomala, quod cũ aliis probat, qui excipit, hic tamen non probat, vt C. de non numer. pecun. l. si ex cautione. Item quare in exceptione nõ numeratæ dotis: & eodem modo solue, vt C. de dot. cau nõ nume. l. fin. & auth. ibi posita. Item quid de ea, quę opponitur, vt quis cõueniatur in quantum facere potest? Respon. eam temporalem: quia præsumo, quòd aliqua acquiret: & sic postea poterit soluere, vt Co. atb. tu. l. si defunctus, nã non repetitur, quòd soluitur, licet tacere nõ possit commodè, vt ff de cõdict. ind. l. nam & maritus, ꝙ fieret, si esset perpetua, cum sit fauorabilis, vt ff. de condi. indeb l. qui ex exceptionem. Et circa hoc vide, quod notatur in l. 1. C. de iu. & fa. igno.

** Adde, quòd licet regulariter exceptiones dilatoriæ debeant opponi ante litem contest. vt not. glos. Bal. & alij in d. l. exceptionem, C. de prob. hoc fallit, quando hæc exceptio superuenisset post litem contest. quia in quacunque parte iudicij superueniat exceptio, opponi potest, vt no. Alex. & Doc. in l. si mulier. sol. mat. itẽ quando redderet processum retro nullũ. d. l. licet. & ibi Iason. & Doc. C. de proc. & reliquas fallen. per quas exceptio dilatoria opponitur post litẽ cõtest. vide plenissimè per Fel. in cap. exceptionẽ. col. 9 versic. fallit octauo, de excep. Itẽ singulariter, quòd nõ fuerit opposita ante litẽ contest. exceptio impediens litis ingressũ vel fuerit opposita, sed opponens in probationibus succubuerit, dicta exceptio iterum opponi poterit in vim peremptoriæ, & plenè pbari, vt plenaria sequatur absolutio. Ias. §. actionũ, col. 10. versi. itẽ aduertite. sup. d act.

a ¶ *Pacti conuenti*, scilicet exceptio.

b ¶ *Pacti conuenti*, s. vsque ad quinquenniũ.

& tẽporis dilationẽ tribuũt. qualis est pacti conueti,[a] cum ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra qnquẽniũ: nã finito eo tẽpore non impeditur actor rẽ exequi. Ergo ij, quibus intra certum tẽpus agere volentibus objicitur exceptio, aut pacti conuenti,[b] aut alia similis[c] differre debẽt actionem, & post tẽpus agere, (ideò em̃ & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur) alioquin si intra tẽpus ẽgerint, obiectaq. sit exceptione q. eo iudicio quicquã cõsequebãt propter exceptionem, neq. post tẽpus olim agere poterãt, cũ temerè rẽ in iudiciũ deducebant, & consumebant: qua ratione rem amittebant.[d]

¶ *Hodie si actor plus petat tẽpore siue pendẽte dilatione, reo induci e duplicatur, & eidẽ reo actor in expẽsis factis in causa dãnabitur: ante quarũ refectionẽ super principali negotio audiẽtia denegabitur. Ar.*

¶ Hodie aũt non ita strictè hoc pcedere volumus; sed eũ, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litẽ inferre ausus sit, Zenonianę cõstitutioni[e] subiacere cẽsemus, quam sacratissimus legislator d ijs, qui tẽpore plꝰ petierint, ptulit: vt † & inducias, quas ipse actor spõtè † indulserit, vel quas natura actionis cõtinet[f] † si cõtẽpserit, in duplũ[g] habeant ij, qui talẽ iniuriam[h] passi sunt: & sit, quod tradit Quintil. verba castrensia sę pe non sine maxima venustate in forum transferri.]

c ¶ *Alia similis.* Veluti si qs stipuletur id, quod in vtero est: vel fructus futuros, vel domum certo loco ædificari: vel cum Romæ esset, Ephesi dari stipulatus est, ff. de verb. oblig. l. inter dum, secundũ Azonem.

d ¶ *Rem amittebant.* Facit su. d act. §. si quis agẽn, & ff. de lib. leg. l. nõ solum. §. fi. & C. de iure fisc. l. iu stas. lib. 10. Accur. Floren.

e ¶ *Hodie antem. Zenonianæ constitutioni* Scilicet Grecę, cuius meminit, sup. de actio. §. si quidem.

f ¶ *Continet.* Quod dic, vt modò dixi per l. interdum, ff. de verb. oblig.

* ¶ Induciæ. Potuit pro tẽpore, quo ne agatur, conuenit. Est autem Proprie verbũ castrense, leg. postliminium. §. induciæ, de ca. & postlim. reuer. vt verò

g ¶ *In duplum.* Sed vr, ꝙ nullam patiatur pęnã, vt ff de petit hær. l. quod si in diẽ, i pr. q est huic cõtra. Sed dic illã corrigi. Vel melius, speciale est ibi, qa ad hoc solũ agebatur, vt eo I. iure penes agentem haberetur, quo erat apud defunctum: vnde nõ fuit plus petitum.

* ¶ Intellige duplũ tẽporis, quod superest, non totũ tempus conuentũ, arg. l. aut damnum. §. quisquis de pęn quam interpretatio. nẽ Theophilus quoque amplexus videtur.

h ¶ *Iniuria.* Non tñ talẽ, ppquã agere possit.

STL.

† *aliàs si.*

† *Et hermannus testa pꝰ test contrariam obligationem quod ve ro sequitur, refertur ad tempus, de quo ab initio conuenit, vt hic Theophilus interpretatur.*

† *aliàs deest si.*

a ¶ *Tali*

post eas finitas non aliter litē suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperit: vt actores tali pęna perterriti, [a] tempora litium doceātur obseruare.

¶ *Exceptionum tertium genus est, quia quedā vocatur dilatoria iudicij, personā respicies: vt exceptio incompetentis procuratoris, & similis. Ang. Aretinus.*

SYL. * † Exl.2. §.vlt. & leg.2. de except.

¶ † Præterea etiā ex persona sūt dilatorię exceptiones quales sūt ꝓcuratoriæ: veluti si per militem, aut mulierem [b] agere quis velit. Nam militibus, nec pro patre, vel matre, [c] vel vxore, nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri †conceditur: suis verò negotijs superesse sine offensa [d] militaris disciplinę possint.

* † l. militē. C. de proc.

¶ *Infamis potest esse procurator, & potest procuratorem constituere. Arct.*

¶ Eas verò exceptiones quæ olim procuratoribꝰ propter infamiam, vel dantis, vel ipsius procuratoris opponebātur, cum in iudicijs frequentari nullo modo perspeximus cōquiescere [e] sancimus: ne dum de his altercatur, ipsius negotij disceptatio ꝓtelletur.

a ¶ *Tali pœna perteriti.* facit C. ad l. Iul. repet. l. 1. & ff. de pęn. l. capitalium, §. pen. & C. de inoffic. test. l. si quis in suo.

** Adde, quod hęc exceptio, male agis, quia ante diē agis, licet sit dilatoria, tamē opponi potest etiā post lit. cōtest. sed in hoc est differētia, quia si opponit ante litē cōtest. reus absoluitur ab obseruatione iud. & inducię duplicātur, sed si post opponatur reus absoluitur diffinitiuè. & pariter duplicantur induciæ; ita declarat Bald. in leg. exceptionem, col. 1. Cod. de probatio.]

¶ Præterea.

¶ *CASVS.* itidē clarissimus est. Declarat enim Imp. ꝙ quandoque exceptio dr̄ dilatoria non tm̄ respectu tēporis, vti pręce. §. sed ꝑsonarum: & exēplificat tam clare, vt nulla ad sit dubitationis materia. Not. aliquas esse exceptiones dilatorias respectu personarū. Item, ꝙ mulier & miles nō possunt exercere officiū ꝓcuratoris: nec interuenire ī iudicio ꝑ alio in milite est ratio, ne distrahatur à militia: in muliere verò ratione publicę cuiusdā honestatis: qđ intellige in iudicio, secus extra iudicium, l. 3. § 1. ff. de neg. gest. Itē in pluribus alijs casibus no. per Dec. in l 2. col. 3 ff. de reg. iur. Item, ꝙ miles potest esse in iudicio, dūmodo à disciplina militari nō distrahatur: & ꝑ cōsequēs, ꝙ iura attendūt in militibus plus publicum fauorem, quā priuatū ipsorū met militum.]

Mulier pro parentibus agit.

b ¶ *Mulierem.* Quæ pro alio agere non potest, nisi pro parentibus, si morbus, aut ætas eos impediat, nec sit qui eorū nomine agat, vt ff de proc. l feminis. Accurs.

c ¶ *Nec pro patre, vel matre,* &c. Nisi pro eorum libertate, vt ff. de lib. ca. l. 3. quæ est cōtra secundum Iason.

ADDITIO. Dic, ꝙ isto casu dicitur defendere, causam propriam pro suo interesse, vt l. 12. 3. & 4. ff. de lib. cau. facit. l. non tantum. ff. de appell. Angel.

* ¶ Nūquid pro filio? & respondendū videtur, non posse, quia disciplina castrensis liberorum charitati anteponenda est l. postliminium, §. filius, ff. de capti. & postli. reu.]

d ¶ *Sine offensa,* idest hoc fit sine offensa disciplinæ: non autem sic intelligitur, vt & hoc nō possit fieri, si disciplina, idest exercitum militare offendatur, sed siue offendatur, siue non præsumitur non offendi, vt hic & C. de procur. l. qui stipendia.

¶ Eas verò

c ¶ *Si finium regundorum*. Quo iudicio agitur, vt agris confinib. termini ponātur: sed pro domibus vicinis hoc iudicio non agitur. Si autem sit domus in prædio rustico. agitur vtili fi. regu. nō directa, vt ff. fi. regund. l. 2. in princ. & l. sed & loci. §. fi.

d ¶ *Dispicere*. Hęc scilicet quod sequitur, si euidentioribus.

e ¶ *Adiudicatio*. facit ff. fin. regundo. leg. 2. §. fi. & l. 3. & 4. in princ.

* † *l. 2. §. dubitādū. ff. eo. tit.*

§ r L.

** ¶ *De hoc iud. extat. pulcher tex. in c. ex literis, & ibi gl. ext. de prob.*

** † *Gl. vers. cōfines. in §. q̄dā. sup. de ac*

† *al. abiudicatio.*

a¶ Fu-

Lapides finales surripiens, ad quid puniatur.

a ¶ *Furatus est.* Ad quid damnabitur? Resp. quanti in litem iurauerit actor. Potest etiam criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex l. agraria pro qualibet vice, quæ applicatur fisco, vt ff. de ter. mo. l. agraria. Nec ciuilis tollitur per criminalem, cū ad rei persecutionem altera detur, vt C. quādo ciuilis actio preiudi. crim. l. 1 nisi interim donec altera exerceatur, vt ff. de publ. iud. l. is qui.

b ¶ *Condemnatur,* scilicet ad interesse, & lato iureiurando in litem. Accurs.

c ¶ *Metiri.* *ADDITIO.* No. quod ille, qui non patitur metiri fundum suum ad mandatum iudicis, vt cōtumax & inobediēs potest puniri. Ang.

d ¶ *Eius fit.* Nota ex sententia iudicis dominium transferri, sic est in missione, quæ fit ex secundo decreto, vt ff. de acquirenda possessione, leg. tertia, §. finali, ff. si ex noxa. cau. agatur, leg. secunda in fine. & ff. communi diuidundo, leg. sed si res, quæ sic accipe, si fuerit facta missio per ipsum prætorem.

† al. adiudicatū. Sententia & secūdū decretū trāsferūt dominiū.

¶ Adde, quod Imo. in rub. ff. de re iud. dicit, quod hæc glos. est sing. & eam declarat. & vide etiam Dec. in l. traditionibus, in 1. amplia. C. de pact.]

¶ Nam sola sententia non facit dominium, sed traditio, vt C. de pact. l. traditionib. & supra de re. diui. §. per traditionē, & ff. de acquir. poss. l. iuste. Sed quid in rei vendicatio. si res est aliena, & mea pronūcietur, & ex ea causa mihi traditur? Resp. idem, cum enim publiciana mihi detur, quando à non domino mihi adiudicatur & traditur, vt ff. de publi. l. 3 in fin ergo vbi dominus est, debet ex sentētia traditio me dominum facere, vt ff. de publ. l. quęcūque. Preterea lex videtur expressa, vt ff. de procur. l. non solum. aliàs est l. Pōponius, §. sed & is & ff. de excep. rei iudi. l. si inter. in fin. Nec ob. quod ibi fit error, ex quo videatur dominium non transire, quia hic error iam reprobari non potest, iudicis sententia purgatus, à quo non fuit appellatum. Item nec obstat, quod sentētia lata in actione personali reo absoluto remanet debitor, vt ff. de cōdic. indeb. l. Iulianus, quia illud habet locum in obligatione, quæ est res incorporalis: hic autē dicimus de dominio rei corporalis, quod facile & prorsus potest separari ab vno & alijs dari, sed non sic in incorporali, vt ff. pro soc. l. ea verò.

Dominiū rei corporalis facilius pdatur, quā corporalis.

niens est, vt is alteri † certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc iudicio; quod fortè circa fines aliquid malitiosè commisit, verbi gratia, quia lapides finales furatus est,[a] vel arbores finales excidit Contumaciȩ quoq. nomine quisque eo iudicio condemnatur,[b] veluti si quis iubente iudice metiri[c] agros passus nō fuerit. Quod autē istis iudicijs alicui † adiudicatum fuerit. id statim eius fit,[d] cui adiudicatum est.

† al. certa pecunia.

¶ *De publicis iudicijs.*

¶ *Iudicia ex edictis publicis descēdentia in multis ab actionibus differunt. Et quia vnicuique permittitur accusatio, ideò dicuntur publica, quorum pœna aliquando est corporalis, aliquādo irrogat infamiam cum pęna pecuniaria. Aret.*

PVblica iudicia neq. per actiones[e]

¶ *De publicis iudicijs.*

Continuatio.

¶ Quia ciuilia iudicia dicta sunt vsque huc, & etiam quædam criminalia, scilicet circa priuata delicta, vt supr. in princip. huius quarti libri vsque ad titul. de actionib. ideo nunc ponit de publicis accusationibus siue iudicijs.

Diuisio.

PVblica iudicia. ¶ Totus iste titulus diuidit in quatuor partes. Primò ponit, quod publica iudicia non habent conformitatem cum priuatis. Secundò, vnde dicta sunt publica iudicia. Tertiò ponit in genere, quæ pœna sit in publicis iudicijs. Quartò sigillatim demonstrat publica iudicias, & pęnas vniuscuiusque. Secunda ibi, Publica autem dicta. Tertia ibi, Publicorum iudiciorum. Quarta ibi, Publica autem iudicia.

SYL.

¶ Publica iudicia. ¶ *CASVS.* in diuisione, & terminorum declaratione non est figurādus nisi literaliter. No. quod iudicia publica nō ordinantur per actiones, & sic nota. quod appellatione actionum nō veniunt accusationes. Item, quod non habent aliquid simile cum iudicijs priuatis. Item, quod licet aliquid aliquam habeat similitudinem cum alio, potest dici nullam habere similitudinem, si inter ea sit magna diuersitas. Item, quæ dicātur publica iudicia. Item, quod cuiuis de populo licet accusare. Item quod quædā sunt capitalia, quædam non. Item, quod capitalia dicuntur non solum ea, quæ imponunt mortem naturalem, sed ciuilem.

¶ Item quod ea, quæ imponunt pęnam pecuniariam, licet publica sint, non tamen dicuntur capitalia.

e ¶ *Neque per actiones*, Immo per accusationes.

A D-

ADDITIO. Not. quod actio significat ad vtilitatem partis priuatæ, & ciuiliter, facit quod notat Barto. in l. agraria, ff. de ter. mo. Angel.

l. qui cum maior. §. si libertus, & idē in notorio crimine, vt dixi, per l. ea quidē quæ. C. de acc. & idem in crimine falsi secundū B. & C. de fals. vbi Sed lo. contra. & dicit q̃ ibi principaliter fuit accusatio falsi instituta.

ordinantur, neque omninò quicquam simile[a] habent cum cæteris iudicijs, de quib. locuti sumus, magnaq. diuersitas eorū est, & in † instituendis,[b] & in exercendis. Publica[c] aūt dicta sunt, q̄d cuius ex populo † executio eorū plerūq.[d] datur. ¶ Publicorum[e] iudiciorum quædā capitalia sunt, quædā nō capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo supplicio[f] afficiunt homines, † vel aquæ & ignis interdictione,[g] vel deportatione, vel metallo.[h] Cetera, † si quam infamiam[i] irrogant cum damno pecuniario, † hæc publica quidem sunt, non tamē capitalia.

¶ *Crimen læsæ maiestatis est publicum, & in duobus casib. morte non extinguitur, sed memoria defuncti damnatur.*

a ¶ *Ne omninò quicquam simile*. Hoc verbum nimis largè positum sic intelligē, quia in ciuilib. agitur, vt aliquid detur actori, in istis autem nō vt aliquid detur, sed vt puniatur accusatus, & ita cōsiderata petitione conquerentis nihil habēt simile inspecto fine. Nec in principio, cum vnū per actionem, alterum per accusationē instituitur. Nec in exercitio, cum in ciuilibus probet actor tantum, vt C. de eden. l. qui accusare. sed in criminalibus actor, & reus quandoque, vt Co. de abol. l. fallaciter, & C. ad leg. Corneliam de fal. leg. vbi in alijs autem multa sunt similia: nam in vtrisque fit libellus, vt Co. de lit. contest. authen. offeratur. & ff. de accu. leg. libell. item in vtrisque de calumn. iur. vt C. de iureiur. leg. 1. in princ. & C. de fide instr. l. vlt. licet quidam dixerunt contra, vt arg. ff. de bon. eo. l. j.

b ¶ *Et in instituendis*. Sed qualiter formatur libellus? Respon. sicut contineat nomen accusantis, & accusati, & crimen, & mensem, quo commissum fuit crimen & locum (i) vbi fuit commissum. & consules, sub quibus est admissum. Itē dies dati libelli debet inseri, sed dies commissi criminis, vel hora non est necesse, vt ff. de accusa. l. libellorū. in princip. & in Auth. hēt de exhiben. re. § suscepto. collat. vj. & habet hoc locū in publico, & in priuato crimine, quando criminaliter agitur, vt ff. de priua. deli. l. fina. (Et ista possunt haberi his versibus.) Consule mense, die, coram, prætore professus. Te deferre reum, crimen, loca, pone sodalē. Et licet hora, dies, non tempus prætereatur. cap. tuæ. extra de procur.) quandoque tamen solennitas non est necessaria, vt in leui crimine & notorio, vt ff. de accus. l. leuia. & C. de accus. l. ea quidem quæ. Et idem in casibus, in quibus sine accusatore quis dānari potest, qui sc. casus his legibus notātur, ff. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. si publico. & C. de test. l. nullum. & Co. de prob. l. pen. & ff. de susp. tut. l. tutor. §. præterea, & de calum. l. 1. & ff. de bon. lib.

ADDITIO. (i) Ad minus cum duobus confinibus, vt l. forma, ff. de censibus, & l. si quis in fundi vocabulo, ff. de legatis 1. nisi locus esset insignis & notorius per se, vt in palatio potestatis, vt l. 1. in fin. ff. de do. præleg. & l. demonstratio. in princip. ff. de condit. & demonstra. Ang.

c ¶ *Publica*. Hęc est ratio, quare dicantur publica, scilicet, quasi populica. sic supra, de suspect. tut. § consequens. Et intellige, quod alias possit esse habilis ad accusandum, non aliàs, vt ff. de accu. l. qui accusare.

d ¶ *Plerunque*. Hoc ideò dicit, quia quandoque est publica accusatio, & tamen non competit cuilibet ius accusandi, vt in crimine suppositi partus, vbi accusant soli parentes, vt ff. de fal. l. lege Cornel. §. 1 Itē propter accusationem adulterij, quę primo defertur certis personis, vt C. ad l. Iul. de adul. l. quāuis, ij. Accurs.

* ¶ Theophilus putat verbum, plerumque, appositum esse propter eos, qui accusare ꝓhibētur, qui multi sunt. l. qui accusare, & pluribus sequētibus, ff. de accusa. l. sanè si plures existant, qui eundem in publicis iudicijs accusare volunt, iudex eligere debet eum, qui accuset, causa, scilicet cognita, quæ verò in causæ cognitione versari debeant, exponit diligenter Vlpianus. leg. si plures, de accusa.

e ¶ *Publicorum*. Facit ff. eo. l. 2. Accur.

f ¶ *Vltimo supplicio*, quod interpretamur mortem, vt ff. de pęn. l. vltimum.

* ¶ Primum capitis iudicium actum est in Areopago teste Plinio lib. 7. nat. hist.

g ¶ *Interdictione*. Quæ est mors ciuilis, vt ff. de contratab. l. 1. in fi.

h ¶ *Deportatione, vel metallo*. Has pęnas expone, vt diximus supra quibus modis ius pa. pot. solui. §. cum autem.

i ¶ *Infamiam*, vt in l. Iulia de vi priuata, vt inf. eo. §. item l. Iulia de vi publica.

K ¶ *Capitalia*. Et ista appellantur relegationes.

Publica iudicia differūt a ciuilibus.

† *al. instituendo, & exequendo iudicia publica, & ciuilia ī aliquib. conueniunt.*

† *Vide ibi Bal. †. accusatio. l. si tamē iū cta leg. qui accusare, ff. de accusa.*

Libellus in criminalibus, quid cōtinere debet.

Additio.

† *al. vel etiam.*

† *aliàs, si qua.*

† *al. ea.*

Partus suppositi & adulterij accusatio, non oib. conceditur.

tiones, vt ff. eodem, l. secunda. §. fi.

SYL.

¶ Publica autem iudicia, &c. ¶ *CASVS.* clarissimus est, ponit enim vnum exemplum publicorum iudiciorum in lege Iulia maiestatis, qua tenentur qui contra principem, vel rempublicam moliuntur: cuius quidē delicti pęna est mors naturalis: & si mortuus iam sit, fit memorię damnatio. Nota, quòd crimine lęsæ maiestatis tenetur, qui meditatur aliquid contra Imper. vel contra rēpublic. Item quòd pęna est mors naturalis. Item quòd si mortuus iā sit delinquēs, damnatur eius memoria post mortem.

† Vide ad hunc locū optimā gl. ī ver. dānat a sup. de hæred. q̄ ab itest. defer. §. interdū.

¶ Publica autē iudicia hæc sunt, lex Iulia maiestatis, quę in eos, qui contra Imperatorem, vel rempublicam [a] aliquid moliti sunt, [b] suum vigorem extendit, cuius pęna animæ [c] amissionem sustinet; [d] & memoria [e] rei etiā post mortem damnatur. †

¶ *Ex l. Iulia de adulter. in omnib. capitulis est crimē publicū: cuius pęna aliter honestiores, aliter humiles puniuntur. Arct.*

¶ Item lex Iulia [f] de adulterijs coercēdis, quæ [g] non solum temeratores alienarū nuptiarū gladio punit, [h] sed & eos, qui cū masculis [i] nefandā libidinem exercere audent.

¶ † Eadem lege Iulia [k] etiā stupri flagitiū punitur, cū quis sine vi [l] vel virginem, vel

† al. sed eadem.

¶ Item Iulia. ¶ *CASVS.* nō est exigitur in declaratione simplicium terminorū istarū ll. Not. quod adulteri puniuntur pęna mortis. Item, quod sodomitę puniūtur eadem pęna mortis. Item, quod stuprum est cū virgine, vel cū vidua. Item, quòd pęna stuprum sine vi committentis, est publicatio dimidiæ partis bonorū in honestis personis id committētibus: in humilioribus est coerctio corporis cum relegatione. Item quod nobiles non sunt puniendi eisdem pęnis, quibus ignobiles. Itē, q̄ mulier inhonestè viuēs, licet patiatur stuprū, vel adulterium, facit quod quis puniatur eadem pęna ordinaria.]

a ¶ *Rempublicam*, scilicet Romanorum. Accursius.

b ¶ *Moliti sunt*. Cum effectu: tamen sola voluntas sufficit, vt C ad l. Iul. maiest. l. quisq;.

*¶ Lata fuit lex hæc Iulia à C. Cęsare in primo, vt fertur, consulatu, aut post victum in Pharsalia Pompeium, nam secundo consulatu vix est, vt potuerit, bello Pompeiano, vel Alexandrino impeditus.]

Anima ē in Dei potestate.

SYL.

c ¶ *Animæ*, idest animati corporis. Nā anima non in hominis, sed in potestate Dei cōsistit. sic, C. de sacros. eccl. l. sancimus, in fi. ¶ Adde, q̄ anima hoc in loco sumitur pro vita: est enim anima, qua viuimus animus, quo sapimus.

d ¶ *Sustinet*, idest, infert. Accursius.

Accusatur q̄s etiā post mortē.

e ¶ *Et memoria*. i. dicere, etiam post mortem potest accusari, vt bona deferantur in fiscū, & auferantur hæredibus tanquā indignis, vt C, ad l. Iul. maiest. l. quisquis, & l. seq. & quod dixi, post mortē accusari, intelligas in duobus capitulis illius legis, hoc est, cum contra principē, vel cōtra rempub. Rom. est machinatus, nisus ad malum: aliàs finitur morte, vt cætera crimina, vt ff. ad leg. Iul. maiest. leg. fin.

e ¶ Persequitur hoc in loco Imper. pęnam solum perduellionis, quod omnium de maiestate criminum atrocissimū existimatur: nam perduellio est, quam coniuratione historici appellant, cū hostili animo quis aduersus rempublicam, vel principem animatus est. l. vlt. ff. eo. Etenim & multis alijs modis læditur maiestas, quos diligēter Iurisconsulti tradidere in tractatu ad l. Iuliā maiest.

** & Tacit. quoque de hac re grauissimè disserit lib. 1. annal.]

f ¶ *Item lex Iulia*, scilicet inter publica iudicia numeratur.

g ¶ *Quæ*, scilicet lex Iulia de adulterijs.

*¶ Hac legem tulit D. Augustus, l. 1, ff. eod. quam fortasse Iuliam appellauit in honorē C. Cæsaris, qui eum adoptauit.

h ¶ *Gladio punit*, Sacrilegos enim nuptiarum gladio feriri oportet, vt C. de adulter. l. quamuis a. in fine.

** Aliud est, si tantum solicitauerint, non etiam effectu flagitij potiri potuerint, l. 1. de extraord. crimin.

ADDITIO. Dic quòd in adulterio pęna mortis fuit hodie inuenta, quæ nō erat olim tempore Digestorum, vt not. gl. in l. qui cum vno. §. adulterij, ff. de re mil. † & dicas, quod in talibus delictis etiam per viā inquisitionis potest procedi, vt l. 2. §. si publico, ff. de adult. Ang.

† l. si quis viduā. ff. eode, & l. Claud. de ijs q̄bus, vt indig.

** Mulier hodie in monasterium detruditur, auth. sed hodie. C. ad l. Iul. de adult.]

i ¶ *Cum masculis*. Nam in hoc casu armantur iura, vt gladio feriantur, vt C. ad legem Iul. de adult. l. cum vir nubit.

*¶ Extat hac de re peculiaris, & sanctissima quidem constitutio, in auth coll. 6.

k ¶ *Lege Iulia*, scilicet de adulterijs. Nam habet hæc lex multa capitula, vt ff. de minoribus, l. auxilium, § sed vt ad legis, & ff. ad l. Iul. de adult. l. capit, 5.

l ¶ *Sine vi*. Quid si vi, habetur infra eod. §. item lex Iulia de vi, vers. sin autem per vim.

** Adde, quod nati ex incestu, vel alio simili coitu punibili, non succedunt patri, auth. ex complexu. C. de incest. nupt. & authen. licet.

C. de

viduam[a] honestè viuentem, stuprauerit. Pœnam autem † eadem lex irrogat † stupratoribus si honestæ sunt, publicationem partis dimidię bonorũ: si humiles,[b] corporis coerctionẽ cum relegatione.[c]

¶ *Hominem telo, idest quocũq. quod manu emittitur, occidẽs, vel cũ telo causa occidendi persequens, l. Cor. de sica. punitur: qua lege castigabitur veneficus, vel arte magica hominẽ occidens, vel malo medicamento publicè occidens. Aretinus.*

¶ Itẽ lex Cornelia,[d] dẽ sicarijs,[e] quę homicidas vltore ferro psequit:[f] vel eos, q † homines occidendi cã cum telo ambulant.[g] Telum autẽ, (vt Caius noster ex interptatione legũ duodecim tabularũ scriptũ reliquit) vulgò qdẽ id appellat, quod ab arcu mittit: † sed † & omne significat, quod manu cuiusq. iacitur. Sequitur ergo vt lignũ & lapis,[h] & ferrum hoc nomine contineantur, dictũ ab eo quod in lõginquũ mittitur, à græca[i] voce † τηλοῦ

C. de natu. lib. idem econuerso, secũdũ Azo. in summa. in tit. C. de leg. hære. quẽ sequitur Barr. in l. fin. col. 2. ff. de ijs quibus vt indig. & Bald. in d. auth. licet. & Ias. in §. pęnales, colum. 10. sup. de actio.

a ¶ *Viduam.* Adijcias, vel puerum, & dic de vidua & de virgine, nisi sint meretrices, vel licitæ (1) concubinæ, vt hic subijcit, honestæ &c. & ff. de adul. l. stuprum. 1. respon & §. 1.

† *In hũc locũ vide. Alc. li. 5 Parer. c. 9.*

† *alias peccatoribus.*

ADDITIO.

(1) Dic ꝙ hoc procedit de iure ciuili: sed de iure canonico non est permissum, vt cle. ad nr̃m, de hæret. igitur &c. Ang.

b ¶ *Humiles.* Qui sunt humiles, vel honesti, dic vt C. de incest. nup. l. humilem.

c ¶ *Cũ relegatione.* Hæc distinctio pęnæ fallit in tribus casib. in quib. cõmittitur stuprum, & tamẽ maior pęna imponitur, primus est, si quis in puerum committit: quia tunc gladio feritur. vt sup. eo. §. Et quando tutor stuprauerit eã, cuius est tutor, vt C. si tutor pup. suam leg. 1. Item si fuerit stuprata aliqua à suo proprio seruo, vt C. de mu. quæ seru. pro. se. iunx. l. 1. Et no. pęnam stupri esse quinquẽnalem, nisi quando per vim committitur: tunc. n. fine præfinitione temporis potest institui, vt ff. ad l. Iul. de adult. l. mariti §. quinquennium, & §. fin.

Stuprũ in trib. casibus grauiter puniuntur.

Stupri pœna est quinquennalis.

**Adde, quòd per ti. de extraord. crim. stuprator pęna capitis punitur. l. 1. d. tit.

SYL.

¶ Item lex Cor. Casus planus est: ponit enim quos puniat lex Cornelia de sicarijs, & vnde dicatur, cum pluribus declarationibus. Ideo not. ꝙ homicidæ puniuntur pęna l. Corn. de sicarijs. Itẽ, ꝙ paria sunt occidere, vel ambulare cũ telo hominis occidẽdi causa. Item, quid sit telum. Itẽ, ꝙ lignũ, lapis, & ferrum appellatione teli veniũt, eo quod manu mittantur. Item, ꝙ pñt etiã epigrãmata allegari & auctoritates poetarum. Item, qui dicatur sicarij. Item ꝙ venefici puniuntur l. Cor. de sicar. Item, quod lex Cornelia habebat caput veneficij. Item, ꝙ magica ars est prohibita.

Item, quòd qui mala medicamenta vendit publicè tenetur eadem lege.

d ¶ *Item lex Cornelia*, s. computatur inter publica iudicia.

* ¶ Quam tulit l. Cornelius Sylla Dictator reipub. temporibus facit l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, de orig. iur.

e ¶ *De sicarijs*, quare sic dicãtur, dic, vt infr. eo §. vers. sicarii.

† *alias hominis.*

f ¶ *Persequitur.* l. persequitur eos, qui homicidiũ fecerunt cum ferro: nec enim per hanc legẽ occiditur occidẽs, sed deportatur, & omnia bona sua publicantur. vt ff. ad l. Cor. de sic. l. eiusdem. §. legis, & l. pe. Vel dic quòd persequitur homicidas ferro, quia eos hodie occidimus. vt d. l. eiusdem, §. fina.

† *concor. c. si perso. diẽs. insta gl. s. per ver. telo. extra de homi.*

† *al. sed nũ oẽ &c.*

† *alias τήλοθεν.*

ADDITIO. Dic quod pęna legis Corn. de sicarijs est mors, vt not. in l. j. & l. is qui cum telo. C. de sicar. Ang. Arct.

s. *Lege.*

g ¶ *Cum telo ambulant.* Licet eos non occidant, vt C. ad l. Cornel. de sica. l. is qui. Et no. capitula, ex quib. aliquis hac l. tenetur, vt ff. ad l. Corn. de sic. l. 1.

* ¶ In delictis, an & quando solus affectus puniatur, licet non sequatur delictum, & an eadem pęna, an mitiore, vide Thom. Gram. decis 2.

h ¶ *Lapis.* Facit sup. de interd. §. recuperandæ, in fine.

i ¶ *Græca.* & hoc totum quod sequitur omittas Accur.

SYL.

* ¶ Hic locus sumptus est ex Xenophonte lib. 5. expeditionis Cyri, quem sic Latinitate donauit Alcia. in l. si calumnietur, ff. de verbor. sig. Huiusmodi tela simul ab eis habebantur lanceæ, spicula, fundæ, plurimis autem & sagittæ.

*¶ Hic locus in aliquibus exẽplarib. legitur his verbis, Admonent nos epigrammata in Xerolopho vrbis faustissimæ scripta, quę lectura sanè non improbãda videtur. Xerolophus. n. vt Priscianus Grãmat. lib. 1. & 6. scriptũ reliquit, locus erat Byzantij, in quo exibant

bant epigrāmata vetustissima in tripodib. literis antiquissimis scripta, ex quo etiā facilè intelligitur, per vrbem faustissimam hic accipi Constantinopolim. Meminit Xerolophi. & Suidas ponitq. pro tumulo ex congestis lapidib. facto. Anto. tum August. in archetypo Florētino sic legi scribit: Admonet nos Xenophon, nam ita scribit, Kæ tabele homosi epheredo lonchkæ, toxeumata, sphendonæ, plisti de kkilihi.

a ¶ *Afica.* vnde videbatur, quod tantum qui cū sica occiderent, hac lege tenerentur. Sed tamen generalius hodie accipitur sica & telum per interpretationem: vt supra eo. §. est autem sica (vt subijcit) cultellus vtrinq. scindens, quē portant peregrini quandoque in baculo quodam ita quod non apparet: vnde versus, Mucro latens sica, sicarius inde vocatur.

† al. Xerolopho vrbis † antissimæ scripta. † al. cautissimæ.

figuratū, &†sic hanc significationē inuenire possumus & in Gręco nomine. Nā quod nos telū appellam⁹, & illi βέλος appellāt ἀπὸ τοῦ βάλλειν, Admonētnos epigrāmata in†Xenophōte his verbis † faustissimè scripta. καὶ τὰ βέλη ὁμῶς ἔχοντο λόγχαι τοξεύματα σφενδόναι πλεῖστοι δὲ καὶ οἰσοί. Sicarij aūt appellantur sica,[a] qđ significat a ferreum cultrum.

¶Eadem lege[b] & venefici[c] capite dānantur: qui artib. odiosis,[d] tam venenis, quā susurris[e] magicis homines occiderint,[f] vel mala medicamēta publicè vēdiderit.

¶*Lex Pōpeia de parricidijs, qua cauetur, quod occidens parentes, vel alios, de quibus hic, singulari pęna plectatur, est publici iudicij. E committēs delictum in se plus punitur, quàm committens in alio. Angelus. Aret.*

¶Alia deinde lex asperrimum crimen noua pęna psequit: quæ† Pōpeia đ parricidijs vocat: qua cauet, vt si quis parentis,[g] aut filij, aut omninò affinitatis[h] eius, quæ nūcupatione parētū cōtinetur,[i] fata preparauerit,[k] (siue clā, siue palā id ausus fuerit) necnō is, cuius dolo malo id factū est, vel cōsci⁹†criminis†existit, licet extrane⁹ sit,[l]

quæ clara oīa sūt, & vbi aliquid erit difficultatis, in notabilibus declarabitur. No. q crimen parricidij est aspertimū. Item q in eo puniendo imponitur noua pęna. Itē, q non solum dr committere parricidiū, qui aliquē ex parētib. occidit, sed etiā alios affinitate coniunctos, de quibus in l. i. & seq. ff. eo. Item q eadem pęna punitur apertè & clā faciens. Itē mādans & conscius criminis. Itē no. excogitatā pęnā & rōnē quære. Itē, quod pęna imponitur etiā cum rōne. Itē, quod occidens personas coniūctas extra illum gradum punitur pęna l Cor.]

* ¶ L. Pompeia à Cor Pompeio Magno, qui eam tulit, dicta est.]

g ¶ *Parentis.* Accipe parentes & filios vsque in infinitum, vt ff. de inius vo. l. qnq; §. fi. & l. sed si hac. §. liberos.

** Adde, hac lege teneri, et filium naturalem tantum, secus si sit incestuosus, aut ex alio damnato coitu natus. secundum la f. qui alios refert, in § pęnales, col. 10. supra, de actio.

† Ad hunc locū vide M Tul. in Oratione p Rosc. Amerino, vbi de hac l. elegātissimè, ac sapiētissimè disserit.

† Ex l. vtrū. ff eo titu. † alia existit.

† Et ita legit Theophilus. sic l. 1. C. d ys qui parēt vel lib. occid.

b ¶ *Eadem lege.* Quæ dicitur Corn. de sica. ** Quod dicitur, in hoc text. capite dānantur. intellige, si fuerint serui, in liberos enim huius l. pęna est deportatio, §. item l. Corn. ad fi. infra eod.]

c ¶ *Venefici.* Nam plus est hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere, vt C. de ma. hema. l. 1.

d ¶ *Artibus odiosis.* i. artificijs odiosis. Nam omnis ars bona est.

e ¶ *Susurris.* i. incantationibus. Nam hæc scientia reprobanda est, vt Cod. de male. & mathe ma. l. eorum.

f ¶ *Occiderint.* etiam sine dolo, vt ff de pęn. l. si quis aliquid. 2. §. qui abortionis. Secus in Corn. quia dolus est necessarius, nec sufficit etiam lata culpa, vt ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, l. in lege.

Aliàs bona est. Dolus in l. Cornelia est necessarius.

¶ Alia deinde. ¶ *CASVS.* Exemplificat vlterius Imp. in pęna l. Pompeiæ de parricidijs:

h ¶ *Affinitatis.* Aliàs affinitatis, & aliàs, † affectionis.

i ¶ *Continetur.* Sed qui sunt ij, qui hac appellatione continentur? Respon. superiores & inferiores, vt diximus. Item collaterales: vt fratres, consobrini, & patrueles, & proximiores eis. Item affines quidā: vt vxor, nurus, gener, vitricus, priuignus, socer, & etiam patronus, vt ff. eo. l. 1. & l. sed sciendum. & l. cum pater.

K ¶ *Præparauerit.* Fortè & si non occiderit, secundum P. & facit pro eo. ff. eo. l. 1. in fin. Vel dic illum specialem casum.

ADDITIO. Primam opi. sequitur hic Io. Fab. propter atrocitatem criminis, facit l. fi. C. de sic. & hāc tenet gl. in l. vnica. C. eo. Ang.

l ¶ *Extraneus sit.* No. extraneum plus puniri,

Parricidiū quas personas concernit.

ri, quam si ipse occidisset, vt hic, & ff. eod. l. vtrum, & l. si sciente.

a ¶ *Vel in amnem*. i. flumen, vel si hæc vicina non sunt, bestijs subijciatur, vt ff. eodẽ l. penultima.

b ¶ *Sustinebit*. Sed nonne & qui superiores personas occidit hac l. Cor. tenetur. Videtur quòd sic, vt ff. eod. leg. 1. Sed contra. C. eo. l. 1. Dic ergo, ꝙ hac lege Cornelia tenetur, sed non accusatur. Vel dic secundum Ioan. ꝙ tenetur eadem pęna. s. capitali; sed maior hic imponitur.

** †*Culeus viginti amphoras continebat;*

*¶ Excipe occisorem parẽtum & liberorum, qui in patriam aliquid molirentur, l. minimè, ff. de relig. & sump. fun. ** Plato etiam alias irrogat pęnas his; qui parentes occidisse pulsassẽue conuicti essẽt li. 10. de l. prope fi. quem videas.]

†*In aliquib. exemplarib. habetur, alias qui.*

¶ Item lex Cor. &c.

STL. ¶ CASVS. Prosequitur Imperat. exempla proposita, & nunc ponit dicta l. Corn. de falsis. Nota quòd l. Corn. de falsis appellatur etiam testamentaria. Item, quod testamentum aut instrũm falsum scribens punitur pęna huius legis. Itẽ, ꝙ eadẽ pęna tenetur q̃ sigillauerit, aut falso mõ recitauerit dolo malo. Itẽ qui adulterinũ signũ fecit vel eo vsus est. Itẽ, ꝙ pena l. Cor. de falsis est in seruis vltimum supplicium, in liberis deportatio.

*¶ Hanc quoque legem tulisse fertur. l. Cor. syl. l. 2. §. deinde Cor. de orig. iur.

c ¶ *Testamentaria*. ideò sic dicta, quia & de testamento falso ibi agitur.

pęna parricidij puniatur, & neq. gladio, neq. ignib. neq. vlli alij soleñi pęnæ subijciantur, sed insutus culeo † cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem[a] proijciatur: vt omniũ elementorũ vsu viuus carere incipiat, & ei cęlũ superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autẽ † aliàs cognatione, vel affinitate coniũctas sibi pſonas necauerit, pęnã legis Cornelię de sicarijs sustinebit.[b]

¶ *Publici iudicij crimẽ legis Corneliæ de falsis censetur, qua tenetur quicunque aliquid de ijs, quæ exprimuntur in textu, cõmiserit: & pœna eius in seruo est vltimum supplicium, in libero deportatio. Ang. Ar.*

¶ Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria[c] vocatur; pęnam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumẽtum[d] falsum scripserit,[e] signauerit,[f] recitauerit subiecerit, vel signum[g] adulterinũ fecerit, sculpserit, expresserit, sciens, dolo malo. Eiusq. legis pęna in seruos vltimum supplicium[h] est (quod etiam in lege de sicarijs, & veneficis seruatur) in liberos verò deportatio.

¶ *Vim cõmittens cum armis aliter, quã virginẽ rapiendo deportabitur: si sine armis, tertiæ partis bonorũ publicatione dãnabitur. Sed p vim virginẽ, vel monialẽ, rapiẽs, vel præstans opẽ, capite punitur. Aret.*

*¶ Testamentariam vocat Modestinus, leg. lege Corn. ff. eo.

d ¶ *Instrumentum*. s. emptionale, vel alicuius contractus.

e ¶ *Falsum scripserit*. Et ita veritatem, mutauit, vt in auth. de fid. instr. §. 1. in princip. collat. 6.

*¶ Legendum esse ibi, imitatio, nõ, mutatio; admonet verbum Græcum mi missis positum in authent. Græcis, & ita vertit Haloander.

f ¶ *Recitauerit*.

ADDITIO. Not. contra illos, qui habẽt instrumenta & scripturas alienas in custodiam, & tamẽ alijs ostendunt & recitãt, & copiam faciunt, quia incidũt in falsum, vt hic & l. 1. §. is qui ff. ad leg. Cor. de fal. iuncta, leg. qui testamentum. Ang.

†*Singl secundũ Amanellum in sing. suis ad hoc, ꝙ si Notari9 mutauerit signũ punitur pœna falsi.*

g ¶ *Signum*. † Id est sigillum, quod in testamẽtis apponitur, vt sup. de testamen. §. sed prædicta; Item signum, quod chartis imponitur, vt quandoq. facilius fiat comparatio ex instrumentis, vt in auth. de instrumen. caut. §. oportet autem, coll. 6. Accur.

** Facit l. vl. ver. & si non consiliarij signũ, C. de assess. & vide ad hanc glos. Bar. in rub. ff. vete. num. 5. & 6.]

h ¶ *Vltimum supplicium*. Quod interpretamur mortem, vt ff. de pęn. l. vltimum.

i ¶ *Deportatio*, & omnium bonorum publicatio, & sic no. quòd ex eodem commisso plus serui, quam liberi puniuntur vt hic, & ff. ad leg. Corn. de fal. l. 1. §. fin. & ff. si ex noxa. ca. aga. l. pen. & ff. de pęn. leg. seruorum. immo

Pœna diuersificatur ex personarum diuersitate,

&

& inter liberos magis puniuntur minores, q̃ maiores, vt ff de incend. rui. nau. leg. Pędius. *¶ Aliud iuris in pęnis pecuniarijs, in his enim maiores grauius mulctantur, l. propterandum, §. sin autem vtraque. C. de iudi.

Pęna maior maiori delicto debetur.

*¶ Adde, quòd ex l. 12. tab. qui falsum testimoniũ dixisse conuictus erat, è saxo Tarpeio dijciebatur, vt scribit Aul. Gel. lib. 20. c. 1. a ¶ In tertiam partem. Nor. ex maioritate delicti maiorē pęnam imponi, vt hic, & C. ad l. Iul. de vi l. 2. & facit. supr. de interd. §. recuperãdæ, ver. qui autē. Item hic dãnatus fit infamis, vt ff. ad l. Iuliã. d̃ vi pri. l. 1. rñ. Acc. * ¶ Sic dicta hæc lex à C. Iulio Cęsare, qui eã tulisse tradi tur post victũ Põpeium. Qđ ad raptũ virginis attinet, ita l. 12. tabul. cautũ esse accipimus, Vim ingenuæ virgini inferre, aut eã suasione in tuã sententiã trahere caueto. b ¶ Sin aũt. Dixit. supr. quando fine vi aliquis commiserit stuprum vt sup. eod §.

†Concor. c. perue. nit iũcta gl. in fi. extra de adult. & stup.

¶ Item lex Iulia de vi publica, seu priuata aduersus eos † exoritur, qui vim vel armatã, vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis arguatur, d̃portatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur: si verò sine armis, in tertiam partem [a] bonorum suorum publicatio imponitur. ¶ Sin autẽ [b] per vim raptᵘˢ virginis, vel vidue, vel sãctimonialis, vel alteriᵘˢ, fuerit perpetratᵘˢ, tũc & raptores, & ij, qui opẽ huic flagitio d̃derũt, capite puniũtur, † secundũ nostrę cõstitutionis [c] definitionē: ex qua hoc apertius possibile ē scire. ¶ *Publicam, sacram, vel religiosã rē furto subtrahens, & talibus opē præstans, ex lege Iulia peculatᵘˢ, quæ publica est, capite punitur: aliter aũt ex ea delictũ cõmittens deportatur. Ang. Aret.*

¶ Itē lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam pecuniã, [d] vel rem sacrã, [e] vel religiosã [f] furati fuerint. [g] Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerit, capitali animaduersione puniũtur: & non solum hi, sed etiã qui ministeriũ [h] eis ad hoc † exhibuerint, vel q̃ sub tractas ab his sciētes susceperint. [i] Alij verò, qui in hanc legē inciderint, pęnæ deportationis [k] † subijcientur.

¶ *Lex Flauia de plagiarijs quandoq. pœ-*

furati fuerint, Item, φ furans pecuniam reipubl. vel principis non tenetur simpliciter furti, sed l. Iul. peculatus Itē, φ administrator, vel præfectus rebus publicis, si publicas pecunias subtrahit, capite punitur. Itē, quòd auxilium furãti pecunias publicas administrans, vel eas scienter receptans, tenetur eadem lege. Item, quòd alij, qui non habēt administrationem, aut iurisdictionem, si publicas pecunias furentur deportantur. *¶ Et hac lex à C. Cęsare lata est. Ante eum autem non capitis, sed pecuniæ pæna fuerat constituta, vt ex Liuij. historia li 38. facile est intelligere. d ¶ *Publicam pecuniam*, s. ciuitatis Romanæ non alterius, vt ff. de fur. leg. ob pecuniam. & ff. ad l. Iul. pe. l. 4. § per. *ADDITIO*. Gl. debuit allegare. §. si lo. f. e ¶ *Rem sacra*. Vt calices, & thuribula, quæ sacra sunt, vt supr. de re. diu. §. nullius. f ¶ *Religiosam*. Vt ornamenta sepulchrorum.

† al. adhibue-runt.

† al. subiungentur vel subiungantur.

ea. l. Iulia, nunc quando vi, Vel continua cũ superiori proxi. §.

*¶ Adde, huic, §. locũ esse etiam ecõuerso, si mulier virum rapiat, glos. in l. 1. Co. de rap. virg. quam sequitur, ac multis ornat simil lib. Marf. ibi nu. 223. & in l. si quis viduam. nn. 6. ff. de quęst. Item intellige istum tex. in raptu libidinis causa patrato, secundum Dec. cõs. 234. nu. 8.

SIL.

c ¶ *Constitutionis*. Vt C. de rapto virg. l. 1.

** Adde quòd nati ex tali coitu nõ succedũt patri, nec econuerso, vt annotaui, sup. eod. §. item l. Iul. & tradit Dec. conf. 103. vol. 2.

¶ Item lex. ¶ *CASVS*. No. ad quid inuenta l. Iul. peculatus, ad puniendos. s. eos, qui publicam pecuniam, rem sacrã, vel religiosam

g ¶ *Furati fuerint*. Vel etiam immiscuerint: ita φ damnificauerint rempublicam, vt ff. ad l. Iul pecu. l. 1.

h ¶ *Ministerium*. i. adiutorium.

i ¶ *Susceperint*. s. ad custodiendum.

K ¶ *Deportationis*. deportantur. n. Et no. quòd quinquennio durat hæc actio, vt ff. ad l. Iul. pec. l. peculatus. (i) Item est speciale in ea, φ contra hæredes inchoetur, vt ff. ad l. Iul. pe. l. fi. Accur.

Pecunia tus actio quinquẽnio durat.

ADDITIO. Dic idem in adulterio, & stupr. vt no. gl. sup. eo. §. 2. regulariter autē durat per ann. 20. vt l. querela, cum ibi no. C. de fal. & c. Ang.

¶ Est & inter pub. ¶ *CASVS*. Quæ sequũtur quia

nam capitis, quandoque leuiorem irrōgat. Aretinus.

¶ Est & inter Publica iudicia Lex Flauia de plagiarijs, [a] quæ interdum capitis pęnam [b] ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

¶ *Lex Iulia de ambitu repetundarum, de annona, & residuis, quæ in diuersis capitulis loquũtur diuersas pęnas (pręterquã mortis) inferunt. Angelus.*

¶ Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu, [c] lex Iulia repetundarum, [d] lex Iulia de annona, [e] & lex Iulia de residuis: [f] quæ de certis capitulis, loquuntur, & animæ quidem amissionem non irrogant, alijs autem pœnis

quia per simplicem relationẽ absque aliqua declaratione ponũtur ab Imp. qui ratus est ea, quæ sup. dicta sunt, satis esse ad iuuenũ cognitionem, nos eadem ratione secuti eius exemplum, relinquemus cognoscẽda in latiorib. ss libris finemq; filioll charissimi imponemus huic labori nostro, vestrũ gratia sumpto cum laude Dei omnipotentis, cui honor sit & gloria in æternum.]

a ¶ *De plagiarijs*. ideo sic dicta, quia orbato patre, filio, vel domino, seruo hæc lex punit orbantem siue talẽ plagã inferentem. habet n. locum, quãdo aliquis distrahit alienũ seruũ, vel filium, Ita quòd pater, vel dominus non potest rehabere, vt ff. ad leg. Flaui. de pla. l. 1. & l. lege & leg. eum & l. pen. §. fin. Item tenetur qui liberum hominem de loco in locum transportat, vt Co. ad leg. Flaui. de pla. l. quoniam, & hoc si dolo facit, non aliter, vt ff. ad l. fla. de pla. l. legis flauiæ. Item hac lege tenetur, si quis seruum in fuga cõstitutum vẽdat, ita vt emptio statim teneat vt C. ad l. Fla. de pla l. in fuga.

* Adde, quòd eadem l. tenetur & qui liberũ hominem sciens emerit d. l. 1. ff. eo.

b ¶ *Capitis pœnam*. s. maiorẽ. aliqñ minorem capitalem, cũ capitalis aliàs sit minor, aliàs maior. Nam ingenuus nobilis in metallum, ignobilis gladio feritur, seruus vel libertus bestijs subijcitur, vt C. ad l. Flaui. de pla l. fi. & ff. ad l. Flaui. l. fin. in fin. Item quædam ciuilis pęna olim imponebatur, quæ cessat hodie, vt ff. eo. l. fi.

*¶ Adde, ꝙ lege quoq. Mosaica plagiarijs capitis pęna irrogabatur, vt legit Deuter. c. 24.

Lex Iulia de ambitu in quatuor casibus hẽt locum.

c ¶ *Sunt præterea. Lex Iulia de ambitu*. quæ hẽt locum in quatuor casibus. Primò, si quis dederit clam pecuniam, vt aliquẽ sortiatur honorem non in ciuitate Romana. nam ibi cessat hæc lex, cum princeps ibi eligat. vt ff. ad l. Iul. de ambitu. l. 1. in princip. Ideo dix. clam, quia palã potest (i) vt ff. de pollic. l. j. §. 1. & ff. de offic. pręto. l. Barbarius. Secundò habet locum, qñ quis stat in magistratu vltra annum, vt Co. ad leg. Iul. de ambitu. l. 1. Tertiò si quis ingreditur domũ iudicis cognoscentis de causa criminali, vt ff. ad l. Iuliam de ambitu, l. 1. Itẽ quarto, si quis iudex nouum vectigal. instituerit: & est pęna centum aureorum, vt ff. ad l. Iuliam de amb. l. 1. Sed in casu deportatur, quando. s. bis idẽ officium cõtinue est assecutus, vt C. ad l. Iulia. de amb. l. 1. Sed fallit in assessore, vt Co. de assess. leg. liceat. item in Proconsule., vt ff. de offic. procons. leg. antepen. Vel dic ibi sex fascibus, id est sex mensibus, quia tantum durabat eius officium.

* ¶ Verissima interpretatio illius leg. est ea, quam ibi facit Bud. nihil enim magis abest à vero sensu, quam fasces pro mẽsibus exponere, quos palam est fuisse virgarũ fasciculos cum securi illigata, quos lictores magistratibus præferebant.

ADDITIO. (i) Dicit Ioan. Fab. quod hoc nõ est verum, vt l. in eos. ff. de tute. & in authẽ. vt iudi. sine quo. suf per totum. & ff de mune. & hon. l. existimationem, tu autem dic pro honore sine administratione consequendo dari, non autem cum administratione secundum Bar. & Ang.

SYL.

Lex Iulia repetundarum.

d ¶ *Lex Iulia repetundarum*. Quæ habet locum, quando iudex per pecuniam facit aliquid vel omittit, vt ff. ad l. Iul. repet. l. 1. 3. 4. 5. 6. & 7. Esculentum tamen potest accipere iure veteri, dummodo non nimis magnum, vt ff. de offic. procons. l. solent. in fin. sed iure nouo non, nisi quando deficeret salarium, vt in authen. vt iud. sine quo. suff. §. scriptum est exemplar huius versi. qua propter, ibi, aut si non est. collat 2. Pęna autem huius legis est ciuilis in quadruplum, vt Co. ad l. Iul. repe. l. 1.

**. Ante illam l. pęna dãnatis de reputandis dupli fuit. vt ex Ascon. Pędia satis liquet.] Criminalis extra ordinem, vt ff. ad l. Iul. repetun. l. lex Iulia. §. hodie.

* ¶ At l. 12. tab. qui iudex arbiterve, ob rem dicendam pecuniam accepisse cõuictus fuisset, capite puniebatur, vt satis liquet ex Gellio lib. 20. c. 1.

Lex Iulia de annona.

e ¶ *Lex Iulia de annona*. Hæc lex locum habet, quoties quis facit, vt annona carior sit. Et est pęna in eo statuta 20. aureorum. vt ff. ad l. Iul. de annona. l. 2.

Lex Iulia de residuis.

f ¶ *Lex Iulia de residuis*. Et hæc lex habet locum, quando aliquid superfuit ex aliqua

admi-

eos subijciunt,[a] qui præcepta earum[b] neglexerint.

¶ *Iustinianus finem facturus, ampliorem publicorum iudiciorũ determinationẽ Digesta continere dicit.*

¶Sed de publicis iudicijs hæc exposuimus, vt vobis possibile sit summo digito,[c] & quasi per indicem[d] ea tetigisse: alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo propitio aduẽtura est.[e]

administratione publica, & ipse in vsum suũ conuertit, cui erat illa administratio commissa, vt ff. ad l. Iul. pe. l. 2. & 4. ℣. lege. Pęna autem huius legis est tertia parte amplius quã debeat: quod P. sic dixit, vt esset in quadruplum. Vel dic amplius tertia parte, quia punitur in simplum, & in tertia parte simpli, vt ff. de l. Iul pecu. leg. 4. §. sed & qui pecuniam. in fin. maximè quia pęnę restringendæ sunt, vt ff. de pęnis. l. interpretatione.

Pena sunt restringenda.

ADDITIO. Nota. quod in istam legem incidunt officiales siue camerarij, qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio aliquid retinent, quia tenentur ista lege & pęna supradicta. Et etiam aduertas, quod ista pęna & lege tenentur officiales, qui habent vnam collectam impositam in communi destinatam pro vsu, & necessitate communis, & ipsi conuertunt dictam pecuniam in alium vsum, etiam si esset pro necessitate communis, vt est casus in l. 2. ff. ad l. Iul. pec. secundum Angel.

a ¶ *Subijciunt*. scilicet leges prædictæ quatuor. Vel dic, quod loquitur indefinitè, vt patet in inferioribus.

b ¶ *Earum*. s. legum. Nam in contractibus & alijs, quæ debent de iure sortiri effectum, & non sortiuntur, iudicat lex non valere, vt C. de leg. & cõ. l. non dubium. Itẽ in criminalib. variæ constituũtur pęnæ: quarũ quædam sunt ordinariæ, quæ. s. habent certã pęnam aliqua lege inductã, vt patet per multas rubricas, ff. de publ. iud. & in sequentib. aliæ sunt extraordinariæ, vt ff. ad turp. l. & in priuatis, & ff. de extraordi. cri. l. 1. & in sequentib. ti. vsque ad ti. de publ. iud.

Pœna in criminalibus sunt ordinaria & extraordinaria.

c ¶ *Sed de publicis. Summo digito.* i. longiori digito: cum quo quis tangere potest altius, quam cum alijs, qui dicitur medius. Accur.

¶Tu dic summo digito. i. leuiter, metaphora sumpta à corpore. Quando. n. aliqua res leuiter à nobis tangitur, eam summo digito attingere solemus, & (vt ipse paulo post exponit, per indicem. i. summariè, & breuiter. SYL.

d ¶ *Per indicem*. i per illum digitum, qui dicitur index. Vel dic & melius, quòd hæc dicta sunt vt sint index siue demonstratio aliorum dicendorum: sicut & sub gallina ouum dimittitur, vt sit. index ad hoc, vt ibi alia faciat oua: & idem in ijs qui aucupantur ad columbas.

* ¶ Indicem hic posse etiam pro tabula, seu vt Græci dicunt, elencho accipi, affirmat Alciat. noster lib. 4. de verb. sig.

e ¶ *Adnentura est*. Vt ff. de public. iud. per totum lib. vsque ad tit. de appellatio. qui sequitur. Accursius.

FINIS.

EPITOME INSTITVTIONVM DIONYSIO GOTHOFREDO AVCTORE.

De Iure.



IVSTINIANVS Imperator superatis multis hostibus *Prohæmio Instit. in pr.* §. 1. Priore Codice, qui nõ extat, Digestis seu Pandectis editis §. 2. composuit per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum has Institutiones §. 3. easque libris quatuor partitus est, in quibus totius legitimæ scientiæ prima elementa breuiter explicat § 4. quibus desumptis ex veterum. Institutionibus, maximè Caij § 5. robur legum atque constitutionum tribuit §. 6.

Lib. Tit. I, De Iustitia & iure.

IVstitia est constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi. Quæ iustitiam docet scientia, Iurisprudentia est §. 1. Ea primò leui ac simplicia via, pòst, dil gentissima interpretatione tradenda est §. 2. Docet autem honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere § 5. Refertur ad publicam vtilitatem vel singulorũ seu priuatam §. 3. 4. Collecta est vel ex naturali, vel gentium, vel ciuili iure *d.* §. 4.

Tit. II De iure naturali gentium & ciuili.

IVs naturale omnium animalium: Ciuile cuiusque ciuitatis proprium est §. 1. Gentium, omni humano generi commune est, eoque omnes pene contractus introducti §. 2. Ciuile, aut scriptum est aut non scriptũ §. 3. Scripti species, Lex quæ ab vniuerso populo: Plebiscitum, quod à plebe §. 4. Senatusconsultum, à quod Senatu §. 5. Principum placita, quæ à principe, vel per epistolam, vel per decretum, vel edictum, personaliter vel generaliter sunt constituta §. 6. Edicta, quæ vel à Prætoribus vel ædilibus curulibus §. 7. Responsa prudentum, sunt opiniones eorum quibus permissum erat de iure respondere §. 8. Non scriptum ius, est quod vsus approbauit §. 9. hoc Lacedæmonij, illo Athenienses vtebantur §. 10. Ciuilia iura tacitè, vel expressè mutari possunt, naturalia non item §. 11. Ciuilis iuris obiecta personæ, res, actiones §. *vlt.*

De personis.

Tit. 3 De iure personarum.

PErsonarum prima diuisio, est in liberas & seruas: Libertas à natura §. 1. Seruitus a iure gentium procedit §. 2. Serui dicuntur quòd captiui seruari, nec occidi solent § 3. Nascuntur ex ancillis, fiunt iure gentium, si capiuntur: ciuili, si liber seipsum vendit §. 4.

Tit. 4 De ingenuis.

LIberi, sunt ingenui aut libertini §. *vlt.* Ingenuus est, qui statim vt natus est liber est, cui non officit in seruitute fuisse, & post ea manumissum esse §. *vlt.*

Tit. 5. De libertinis.

¶ LIbertini, qui ex iusta seruitute manumissi. Manumissio fit aut in Ecclesijs, aut vindicta apud Prætorem, aut inter amicos, aut epistola, aut vltima voluntate, aut alijs modis § 1. quocunque tempore & loco §. 2. Manumissi hodie ciues fiunt Romani § *vlt.*

Tit. 6. Qui & ex quibus causis manumittere non possunt.

¶ IN fraudem creditorum non licet manumittere. In fraudem manumittit, qui licet soluendo non sit, seruum suum cum libertate in testamento hæredē instituit §. 1. vel sine libertate §. 2. In fraudem manumittit, qui non tantum cum soluendo non est manumittit, sed qui animo fraudandi §. 3. Non licet quoque minori 25. annis, nisi causa cognita §. 4. 5. 6. qui tamen 17. annum impleuit, & 18. attigit manumittere potest §. *vl.*

Tit. 6. De lege Fusia Caninia tollenda.

¶ POtest & is, vt & quiuis alius, omnes seruos testamento manumittere.

Tit 7. De his, qui sui vel alieni iuris sunt.

¶ SEcunda personarum diuisio ea est, qua personarum aliæ vel alieni iuris sunt, vel sui alieni vt serui, vt filij. Serui dominis acquirunt, quicquid acquirunt §. 1. Non tamen in eos ius vitæ & necis habent domini, nisi causa cognita: quin, eos durius tractare non licet §. *vlt.*

Tit. 8. De patria potestate.

¶ LIberi verò varijs modis patri adquiruntur. Primò, si ex iustis nuptijs procreati sunt in potestate sunt parentum. Nuptiæ, sunt viri & mulieris coniunctio, cum indiuidua vitæ consuetudine §. 1. Talis potestas Romanorum est propria §. 2. Liberos hic intellige, qui ex te & vxore, filio eiusve vxore, non qui ex filia tua nascuntur §. *vlt.*

Tit. 10. De nuptijs.

¶ IVstæ nuptiæ dicuntur quas ciues, puberes, filijfam. cum consensu parentum, & omnes, intra gradus à lege definitos, cõtraxerunt. huc pertinet quod dicitur ratione consanguinitatis vel honestatis inter parentes & liberos, etiam seruos §. 10. etiam adoptiuos, (quantumuis dissoluta sit adoptio,) §. 1. nuptias non posse contrahi: Item inter fratres & sorores, etiam adoptiuos, (nisi

nisi dissoluta sit adoptio, §. 2.) Non possumus quoque ducere fratris vel sororis filiã vel neptem (neptis non est quæ nata est ex sorore tua adoptiua §.3) amitam materteram, etiam magnam, etiam adoptiuam § 5. Non idem est in duorum fratrum vel sororum liberis §.4. Affinitatis ratione priuignã, nurum § 6. socrum, nouercam §.7. (non idẽ est in compriuignis §.8.) Priuignæ loco habetur, quam vxor tua post diuortium ex alio procreauit. Nurus loco habentur, filij sponsa: socrus, sponsa patris §.9.

Alia impedimenta nuptiarum vide in Digestis §. 11. Si à quoquam aduersus ea præcepta contractæ sunt nuptiæ, vir, vxor, nuptiæ, matrimonium dos, potestas patria, dotis, donationisque exactio nulla est, & aliàs etiam pœnas patitur §. 12. & hoc quidem primo modo liberi parentibus adquiruntur. Secundò, per oblationem Curiæ. Tertiò, legitimatione in parentum suorum liberi potestatem rediguntur §. *vlt.*

Tit. 11. De adoptionibus.

¶ QVartò, adoptione. Quoties adoptamus eos qui sui iuris sunt, principis authoritate, Adrogatio: quoties imperio magistratus eos, easve, qui quæve in potestate parentum sunt, Adoptio dicitur. Hic titulus plura capita continet, sed quia hodie parum est in vsu, omitto.

Tit. 12. Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

¶ NVnc videndum est, quibus modis iure patriæ potestatis quis soluitur. Soluitur morte patris, deportatione eiusdẽ §. (non relegatione §. 2.) seruitute pœnæ §. 3. (hic tamen casus hodie est abrogatus *nouell. 22. c. 8.*) patriciatus (non tamen militia, non senatoria vel consulari) dignitate § 4 captiuitate patris ius patris suspenditur §. 5. emancipatione patria potestas soluitur, fitque ea recta via apud competentem iudicem §. 6. non inuito patre §. *vlt.* Reliqua non sunt ita magni momenti in hoc titulo §. 7. 8. 9. & hæc de personis alieni iuris.

Tit. 13. De tutelis.

¶ QVæ sui iuris sunt, vel in *tutela*, vel in curatione sunt. Tutela, est potestas in caput liberum ad tuendum eum qui se defendere nequit, iure ciuili data & permissa §. 1. Tutor est, qui eam potestatem habet §. 2. Tutelæ variæ sunt species, Prima Testamentaria: est enim permissum parentibus, liberis impuberibus, quos in potestate habent, ac non in alterius potestatem recasuris testamento tutores dare §. 3. vt & posthumis §. 4 & emancipatis, sed hoc casu tutor confirmandus est sententia præsidis sine inquisitione §. *vlt.*

Tit. 14 Qui testamento tutores dari possunt.

¶ D*Ari tutor* potest paterfam. filiusfam. seruus proprius, etiam sine libertate: seruus alienus, cum liber erit §. 1. furiosus, cùm compos mentis: minor, cùm maior 25. annis factus fuerit §. 2. ad certum tempus, ex certo tempore, sub conditione, ante hæredis institutionem §. 3. non certæ rei vel causæ §. 4. Filiabus vel filijs tutor datus, posthumo vel posthumæ, non tamen nepotibus: liberis posteris & posthumis & natis §. *vlt.* datus intelligitur.

Tit. 15. De legit. adgnatorum tut.

¶ SEcunda tutelæ species, est *legitima* ab intestato, eaque multiplex, veluti *adgnatorum* proximorum, id est, cognatorũ per virilẽ sexum, (agnatio omnibus modis capitis minutione plerumque perimitur §. 12.) & § *vlt. adde de capitis deminutione & Tit. 16. vbi agitur de speciebus capitis minutionis.*

Tit. 17. De legitima patronorum tutela.

¶ ITem *patronorum*, per quam libertorum & libertarum tutela ad patronos eorumque liberos pertinet.

Tit. 18. De legitima parentum tutela.

¶ ITem *parentum*, per quam parentes filiorum suorum ac deinceps emancipatorum tutelam habent.

Tit. 19. De fiduciaria tutela.

¶ ITem fratrum, quæ & *fiduciaria* dicitur.

Tit. 20. § 1. 2. 3. 4. De Attiliano tutore & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

¶ TErtia species, *Datiua*: quæ deficiente testamentaria, & legitima locum habet. Dantur tutores Romæ à Præfecto vrbi, vel Prætore in prouincijs, à Præside: vel si facultates pupilli quingentos solidos non excedunt, vel à defensoribus ciuitatum vnà cum Antistite ciuitatis, vel à magistratibus, vel iuridico Alexandrino exacta cautione §. 5. ¶ Porrò, post pubertatem, tutelæ iudicio tutores rationem reddere cogũtur §. *vl.*

Tit. 21. § 2 De authoritate tutorum.

COnstante verò tutela, *authoritatem* pupillis interponent præsentes, statim, nõ post tempus, aut per epistolam. Nec enim sine tutore pupilli obligari possunt (quamuis alios possunt obligare) vel mutuo aliquo contractu *d. Tit. 21. in pr.* vel hæreditatem adeundo, vel bonorum possessionem, vel fideicommissum petendo §. 1. Quod si inter tutorem pupillumque iudicium agendum sit, ipse quidem tutor in rem suam auctor esse non potest: ideoque curator pupillo dabitur, ad iudicium peragendum: eoque peracto, curator esse desinet §. *vlt.*

Tit. 21. Quibus modis tutela finitur.

¶ T*Vtela, finitur* pubertate in masculis post 14. annum completum, in fœminis post 12. si pupilli adrogati, vel deportati, vel in seruitutem redacti, vel ab hostibus capti §. 1. conditione sub qua datus erit §. 2. vel tempore ad quod tutor datus erit, existentibus §. 5. morte vel pupillorum vel tutorum §. 3. maxima, & media tutorum capitis minutione, omni verò pupillorum §. 4. si tutores remoti vel excusati § *vlt.*

Tit 23 De curatoribus.

¶ INterea sciendum est, vtcunque tutela finiatur pubertate, puberes tamen vsq. ad 25. annum *curatores* accipere, ab iisdem magistratibus à quibus & tutores accipiũt: testamento non accipiunt, datus tamen cõfirma-

firmatur decreto Prætoris §.1. Non accipiũt etiam inuiti, præterquam in li.em § 2. Nec tantùm eis solis curator datur, sed & furiosis & prodigis, licèt maioribus 25. annis §.3. sed & mente captis, surdis & mutis, & perpetuò morbo laborantibus §.4. Quinetiam ipsi impuberes interdum curatorem non accipiunt si tutore idoneo careant §.5.& vl.

Tit. 24. §. 3. De satisdatione tutorum vel curatorum.

¶ AD tutores & curatores, pertinet tutelæ nomine *satisdare* de indemnitate pupilli, adeo vt nisi caueant, pignoribus captis coerceri possint nisi testamento vel ex inquisitione dati sint *d. Tit. 24. in Prin.* eo tamen casu pluribus datis, potest vnus contutori, vel curatori offerre vel ab eo exigere satisdationem, vt ab vno tantum tutela administretur, quod si nemo eorum satis offerat, is gerat, quem testator adscripterit: si nullus adscriptus sit, quem maior pars elegerit: si dissentio circa eligendum sit; Prætor partes suas interponet §. 1. Quod si indemnes pupilli vel puberes esse non possunt, puta, quia tutores non sunt soluendo, subsidiaria eis dabitur actio in eos eorumve hæredes, (excepe Prætorem, Præsidem prouinciæ, & alios quibus tutores dandi ius est §.4 *(in vlt.)* qui (cùm satisdationem exigere debeant) aut omnino, aut non idoneè a tutoribus vel curatoribus satisdari non curauerunt § 2.& vlt.

Tit.25. De excusationibus tutorum vel curatorum.

¶ ANtea diximus tutores curatores esse desinere, quoties vel remouentur, vel excusantur, de vtroque videndum est. *Excusantur* ergo Romæ propter tres liberos superstites. (Tales sunt in bello mortui) in Italia propter quatuor, in prouincijs propter quinque Liberos, intellige etiam nepotes ex filio & adoptatos a patre naturali. Excusatur pariter quis quandiu res fisci administrat § 1. quandiu reipublicæ causa abest §.2. qui potestatem aliquam habet §. 3. qui litem de omnibus bonis, vel hæreditate cũ pupillo vel adulto habet §. 4. quandiu quis tria onera tutelæ non affectata, vel curæ habet §.5. propter paupertatem § 6. aduersam admodum valetudinem §. 7. si literas pingere vel legere nesciat §. 8. si propter inimicitias testamento tutor datus fit §.9. (inimicitias intellige capitales non reconciliatas §. 11) si status controuersiam a pupillorum patre passus est §.12. maior 70 annis, minor 25.§.13. miles, adeò vt nec volens ad tutelæ onus admittatur §. 14. qui Grammaticam vel Medicinam vel Rhetoricam Romæ, vel in patria sua exercet §.15. Intra quod tempus tutores dati excusare se debeant vide §. 16. Non iusta excusatio est in eo qui hoc solo vtitur, quòd patri pupilli fuerit ignotus §. 10. datus tutor ad vniuersum patrimonium datus intelligitur §. 17. inuitus curator esse non compellitur §.18. quemadmodum & maritus vxoris §.19. falsa allegatione excusatus non plenè liberatur onere tutelæ §. vlt. Et hæc de excusationibus.

Tit 26 De suspectis tutoribus, vel curatoribus.

¶ REmouentur autem tutores *suspecti* à iudicibus ordinarijs §.1. suspecti, inquam, tutores, siue testamentarij, siue alterius generis, siue patroni, dum tamen eorũ famæ ignoscatur §. 2. Postulantur suspecti etiam à quauis muliere, verecunda tamen, & pietate producta §. 3. ab ipsis puberibus consilio necessariorum §.4. Porrò suspectus est, qui non ex fide tutelam gerit, vel gerere potest, licet sit soluendo §. 5. qui moribus talis est vt suspectus sit §. vlt. qui sui copiã non facit, & absens non præstat alimenta, tunc enim in bonorum possessionem eius, pupillus mittitur § 9. si præsens mendaciter id dicit, punitur à iudice, quemadmodum & is qui data pecunia ministerium tutelæ adquisiuit vel redemit §.10. vel libertus fraudulenter tutelam filiorum patroni administrans §. 11. remotus ob dolum famosus est. §.6. quoad cognitio suspecti finiatur interdicitur tutori administratio §.7. suspecti cognitio extinguitur morte tutoris §.8. fraudulenter tutelam administrans, etiam si satis offerat, remouendus est §.vlt.

Lib.II.Tit. I. De rerum diuisione, & acquirendo ipsarum dominio.

De Rebus & earum adquirendarum modis.

¶ SEquitur vt *de rebus, earum diuisione & adquisitione* videamus. Quarum aliæ in nostro patrimonio, aliæ extra, sunt. Et hæ quidem sunt vel naturali iure communes (vt aer, mare, maris littora §.1.& 3.) vel publicæ (vt flumina, portus §. 2. & ripæ, vsu tamen: nam proprietas riparum illorum est quorũ prædijs hærent §. 4.) vel nullius, vt littora, quæ vsu publica sunt, proprietate nullius §.3.5. vt res sacræ, quæ per Pontifices Deo consecratæ §. 8. religiosæ veluti locus in quem mortuus est illatus §. 7. 8. sanctæ, vt muri, portæ ciuitatis, leges §.10. vel vniuersitatis, vt Theatra, stadia, communia ciuitatum §. 6. Singulorum verò, res fiunt multis modis. Primùm, iure naturali seu gentium §.11. idque multifariam. Siquidem feræ bestiæ, vt volucres, & pisces, & alia fera animalia quoties capiuntur, & nostra custodia coercentur, nostra fiunt §.12. capta non sunt quæ tantùm vulnerata § 13. quæ in arbore nostra tantum nidum fecerunt, quæ ex alueo nostro euolarunt apes § 14. quæ reuertendi animum seu consuetudinem non habent §.15. Aliud est in cicuribus animantibus, putà gallinis & anseribus, licèt enim ea animalia conspectum nostrum effugerint, nostra tamen manent: & qui ea animo lucrandi detinet, furtum committit §. 16. Eodem iure gentium, quæcunque ex hostibus capimus nostra fiunt §.17. vt & ea quæ in littore inuenimus §.18. quæ ex animalibus nostris nascuntur §. 19. quæ per alluuionem, seu incrementum latens, agris nostris flumen adiecit §. 20. quæ vi fluminis prædijs nostris adiecta longiore tempore hæserit, & radices egerunt §. 21. de insula hoc tenendum: in mari natam, fieri occupantis: in

Instit. S I medio

medio fiunt fine, confinium pro modo latitudinis agri sui: citimam, eius qui ab ea parte prædia possidet nasci non dicitur insula, si ager meus in formam insulæ redactus est §. 22. Idem est ius in alueo fluminis derelicto, nisi quòd ager meus, alueus factus sit publicus §. 23. Quòd si meus ager inundatus fuerit, meus manebit: inundatio fundi speciem non commutat § 24. Ad hæc eodem iure gentium, quam ex aliena materia speciem feci, mea est, si ad priorem materiam reduci non potest: multò magis si ex mea & aliena speciem fecero §. 25. Eodem modo, quam purpuram meo vestimento intexui, mea fit §. 27. Res aliena meæ confusa, vel fortuitò, vel mea voluntate, fit communis §. 27. mixta fortuitò, mea manet voluntate, fit communis § 28. Quæ, (etiam alterius) in meo fundo (quamuis a me ædificata fuerit) mea erit §. 29. & è contrà, rem meam, amitto quam in alieno fundo ædificauero §. 30. vel plantauero §. 31. vel seuero §. 32. vel in aliena charta scripsero. Non ideo est in pictura, cui tabula cedit §. 34. Eodem iure gentium, bonæ fidei possessor fructus suos facit, malæ fidei possessor, nullos §. 35. Bonæ fidei possessori ad similis est vsusfructuarius & colonus §. 36. Fœtus pecudum sunt in fructu ancillæ, non sunt §. 37. Vsufructuarij officio incumbit in locum demortuorum animalium alia submittere: demortuarum vinearū vel arborum alias substituere §. 38. Eodem etiam iure gentium quem in meo, etiam scitos, vel sacro, vel religioso (fortuito tamen) thesaurum inueni, fit meus: quē in alieno, etiam Cæsaris, fisci, publico, vel ciuitatis, fortuitò tamen, dimidio eius §. 39. Eodem etiam iure res nostræ fiunt, quoties nobis traduntur à domino §. 40. 41. vel eius procuratore, seu alio eius voluntate §. 42 43. Nuda etiam voluntate, sine traditione, res nostræ fiunt purâ patientia §. 44. clauium traditione §. 45. Nostræ etiam res fiunt quæ cùm in vulgus missæ essent § 46. vel pro derelicto habitæ, à nobis occupatæ sunt §. 47. Derelictæ non censentur, quæ in tempestate, leuandæ nauis causa, eijciuntur: vel quæ de theda currente, non intelligentibus dominis, ceciderunt § *vlt.*

Tit. 2 De rebus corporalibus & incorporalibus.

¶ HIc dicendum erat de modis rerum acquirendarum iure ciuili, sed quia Tribonianus hic interseruit alteram rerum diuisionem, præter eam de qua superius dictum est, ea nobis consideranda est. Sit igitur hæc alia rerum diuisio, *Rerum* alias esse *corporales*, alias *incorporales*. Illæ innumerabiles, tangi possunt §. 1. hæ non possunt, in iure consistunt: sicut hæreditas vsus, vsusfructus, obligationes §. 2. iura seu seruitutes prædiorum vrbanorum & rusticorum §. *vlt.*

Tit. 3. in pr. & § 3 De seruitutibus rusticorum & vrbanorum.

¶ HArum iura sunt, iter, actus, via, aquæductus: & secundum quosdam, aquæ haustus, pecoris ad aquam pulsus, ius calcēdi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ §. 1. illarum iura, ædificijs inhærent, suntque plurima: vt seruitus oneris sustinendi, tigni immittendi, stillicidij vel fluminis recipiendi, altius non tollendi, luminibus non officiendi §. 1. acquiruntur huiusmodi seruitutes pactionibus, stipulationibus, testamēto §. *vl.*

Tit. 4. §. 1 De vsufructu.

¶ SIc *vsusfructus* adquiritur: eo possumus alienis rebus vti salua earum substantia *d. Tit. 4. in prin.* non tamen in æternum, siquidem, certis modis extinguitur, & ad proprietarium reuertitur *d. §. 1. in fin. §. 3. & vlt.* constituitur verò in omnibus rebus, etiam ijs quæ vsu consumuntur, vt tamen earum nomine caueatur §. 2.

Tit. 5. De vsu & habitatione.

¶ V*Sus* ijsdem modis constituitur & finitur, quibus & vsusfructus minus iuris est in vsu quam in vsufructu §. 1 2. & 3 4. habitatio, neque vsus est, neque vsusfructus, sed proprium aliquod ius §. 5 sup. tit.

Tit. 6. De vsucapionibus & longi temporis præscriptionibus.

¶ HIc dicendum erat de hæreditatibus & obligationibus: sed tamen Tribonianus transit ad modos rerum acquirendarum iure ciuili §. *vlt.* Eo variè res acquirimus, putà vsucapione, donatione *Tit. 7* & quodam speciali iure adcrescendi, testamēto *Tit. 10. & sequentibus*. ab intestato, iure ciuili *Lib 3. tit. 1 & sequentibus.* vel Prætorio, *Lib. 3 tit. 10.* per adrogationem *Lib. 3. tit. 11.* bonorum addictionem *Lib 3. tit. 12.* & olim per bonorum possessionem, & ex Senatusconsulto Claudiano *Lib. 3. tit. 13.* olim & hodie obligationibus *Lib. 3. Tit. 14 vsque ad tit. de action.* De *Vsucapionibus* primo loco est videndum, de quibus hoc constitutum est: Res mobiles per triennium: immobiles inter præsentes decennio, inter absentes xx. annis vsucapi & nostras fieri, vbicunque sitæ sint *d. tit. 6.* qualescunque sint: libero homine, re sacra, religiosa, seruo fugitiuo §. 1. rebus fisci §. 4. furtiuis, vi possessis, exceptis: quæ neque à fure, neque ab alio (nisi ipso domino, idque quantum ad res furtiuas & vi possessas attinet §. 3. quamuis à bonæ fidei possessore, vsucapi possint §. 2. res tamen alienas mobiles, si bona fide eas nostras existimemus, alienare possumus *vers. sed tamen vers. item finis: & sequentibus*. Fiscus & Imperator in eadem causa sunt quas res enim alienas ignorans vendit, vel donat, vel quocunque titulo transfert, statim facit accipientis: quo casu aduersus fiscum vel Imperatorem intra quadriennium dominis ipsis vel hypothecarijs cōpetit actio §. *vlt.* Immobiles vacantes propter absentiā aut negligentiam dominij, alij, bona fide accipienti, tradere possimus: etiam in præiudicium fisci (si modo sequatur vsucapio §. 4.) vt eas longinqua possessione adquirere possit. Nec enim earum, vtpote immobiliū, furtum fit: cùm furtum sine affectu furandi non committatur: idque vtilitas eorum, qui longa & indubitata possessione muniti sunt, exposcat *d. §. 2. vers. quod autem & sequentibus.*

bus. Adhæc, vt res à bonæ fidei possessore vsucapi possit, res vitio carere debet *&* §.5. qui vsucapit, errore falsæ causæ carere §.6. Diutina bonæ fidei possessoris vel vsucapio, vel possessio, ad hæredem qualemcumque continuatur §.7. veluti emptorem §.8.

Tit.7. De donationibus.

¶ SEquitur *Donatio*, secundus acquirendi iure ciuili modus, estque vel mortis causa, vel inter viuos: illa, ferè per omnia legatis connumeratur §.1. hæc, non item, perfectaque temerè reuocari non potest: perficitur scripto, vel non scripto: nec requiritur traditio: Quæ 50. solidos excedit, insinuatione non indiget §.2. *in pr.* (quemadmodum & quæ fit vel pro redemptione captiuorum, vel à magistris militum ipsis militibus, vel à quouis ijs quorum domus incendio vel ruina corruptæ sunt *vers. sed & quasdam donationes iuncta l.36.C. de donat.*) Reuocari possunt donationes ob ingratitudinem donatarij & alijs ex causis *vers. sciendum*. Tertium genus donationis olim ante nuptias, hodie propter nuptias, vocatur, dotibus exæquatum. Potest enim ante vel post matrimonium fieri §.3. *Tertius* acquirendi modus olim iure ciuili fuit, serui accrescendi, de quo vide paragraphum vltimum § *vl.*

Tit.8. Quibus alienare licet vel non licet.

¶ HIc dicendum erat de testamentis: sed Tribonianus hic interseruit tractatum de personis alienantibus & acquirentibus. Quod ad priores attinet hoc definitur, Maritum res dotales, etiam consentiente vxore, *alienare non posse* quamuis sit earum dominus, Creditorem pignus ex pactione *alienare posse*. quamuis non sit eius dominus §.1. pupillos nullam rem sine tutoris authoritate alienare, mutuam dare, in solutum (nisi de iudicis mandato) accipere, aut soluere posse §. *vlt.*

Tit. 9. Per quas personas cuique acquiritur.

¶ QVod ad alteras attinet: *Acquiritur* nobis *per nosmetipsos*, per liberos nostros, vtriusque sexus, quos in potestate habemus. Totum, si ex re nostra: vsufructu tenus, si aliunde quæsierint §.1. adquirimus, per emancipatos dimidiam vsusfructus tantum non dominij §.2. Per seruos quos in potestate habemus etiam ignorantes & inuiti (nisi fortè heredes instituti sint. tunc enim, nisi nostro iussu, hæreditatem adire non possunt) adquirimus dominia, possessiones, vsucapiones, præscriptiones: quodcunque denique, traditione, stipulatione, donatione, legato, testamento, vel ex alia causa ab ijs acceptum fuerit §.3. per seruos vsufructuarios & bona fide possessos, quod ex re nostra vel operis suis adquisiuerint §.4. Per alienos seruos, & per liberos homines (excepto tamen procuratore) nobis nil acquiritur §.5.

Tit.10. De testamentis ordinandis.

¶ NVnc dicendum est *de quarto* adquirendi modo, iure ciuili: Tale est *Testamentum*, quod hic definitur esse mentis testatio; huius olim diuersæ formæ ac genera (quæ nunc desueta sunt) fuerunt. Vnum pacis, quod calatis comitijs: alterum belli, quod procinctum. Tertium per æs & libram vocabatur §.1. *&* 2. hodie in testamentis paganorum & non militum scriptis §. *vlt* hæc quæ sequuntur necessaria sunt, Vno & eodem tempore ac contextu fieri debent. septem testibus adhibitis, subscribere testes oportet, eorum signacula testamento imponenda §.3.4. per manus testatoris vel testium, nomen hæredis exprimendum est *d.* §.4. possunt omnes testes vno etiam alieno annulo signare §.5. testes in testamento esse non possunt mulier, impubes, seruus, furiosus, mutus, surdus, bonis interdictus, infamis, & is cum quo testamenti factio non est §.6. seruus (nisi eo tempore quo testamentum signabatur, omnium consensu, liberi loco habebatur §.7.) Pater, ac eius liberi §.9 (nisi in alieno negotio §.8) hæres defuncti, eiusdemque hæredis pater liberi. & fratres. qui in eiusdem patris potestate sunt testes esse non possunt §.10 Legatarij, & fideicommissarij, & personæ illis coniunctæ testes esse possunt §.11. Et hæc de testibus. Testamentum in quacunque materia fieri potest §.12. & pluribus codicibus §.13. & hæc de forma scripti testamenti dicta sint. In eo quod sine scriptis fit, seu nuncupatiuo: sufficit septē testibus adhibitis nostram voluntatem coram eis nuncupare §. *vlt.* Et hæc testandi forma hodie passim apud omnes gentes vsitata est.

Tit.11. §.3. *De militari testamento.*

¶ SVpra dicta diligens obseruatio testium & solennitatum in ordinandis testamentis paganorum, *in testamento militis* (dū in expeditione occupatus est, quatenus militat & in castris degit, non post missionem: nisi, quod ad veteranos attinet, intra annum testati sint) non obseruatur *d. tit.11. in pr.* Testamentum fecisse dicitur, non si simpliciter dixit, *Te hæredem facio*, sed tunc demum cum id dixerit in præsentia testium ad id conuocatorum §1. E contrario testamentū militis censetur, cui ante expeditionem facto, posteàve constante militia resignato, aliquid detractum vel adiectum est §.4. Singularia & hæc sunt, quòd filiusfamilias miles testari possit *d. tit.11. in prin.* mutus & surdus §.2. quòd milite adrogato, vel emancipato testamentum eius irritum non fiat tanquam capitis minutione §.5. Quod dictum est de militari testamento, ad eos qui quasi militant extenditur, ratione peculij quasi castrensis §. *vlt.*

Tit. 12. *Quibus non est permissum facere testamentum.*

¶ LOngè ab huiusmodi priuilegio absunt filijfamilias, *quibus*, etiam permittente patre, *testari non licet*, (nisi, vt antea diximus, de castrensi vel quasi peculio) vt & impuberibus & furiosis constante furore §.1. sed & interdictis bonis, & prodigijs §.2 surdis & mutis, (nisi beneficio principali §.3.) cæcis (nisi secundùm obseruationem D. Iustini. §.4.) captis ab hoste §. *vlt.*

Tit.13. §.1. 2.6. De exhæredatione liberorum.

¶ EST & hæc obseruatio, præter superiores, in testamento obseruanda, vt pater (aliud est in matre & auo materno, aliud in milite patre quod ad posthumos §. *vlt*) liberos, cuiuscunq. sexus sint, natos & posthumos (de quibus v. paragr. 1 2.6. §.6) tam suos, quàm emancipatos, hæredes instituat, vel nominatim *exhæredes*. Alioquin, si eos silentio præterierit, inutiliter testabitur: adeò quidem, vt si viuo patre filius ita præteritus mortuus sit, nemo hæres ex eo testamento possit existere: quia se ab initio non constitit testamentum *d. Tit. 13. in prin. &* §.5. De adoptiuis vide paragraphum quartum & quintum in fine §.4. *& 5. inf. l. penult. Cod. de adopt.* De emancipatis paragraphum tertiũ, & quartum in vers. emancipati §. 3. *& d. vers. emancipati.*

Tit.14 in pr. §.1.2 3. De hæredibus instituendis.

¶ PORRO de extraneis hæredibus instituendis, hoc tenendum est: nobis permissum est instituere tam liberos homines quàm seruos, & tam proprios quàm alienos, & vnum hominem & plures vsque in infinitum §.4. quin etiam eos quos nunquam vidimus § 12. & hæreditatem diuidere in plures vncias quàm duodecim §.5. quin vel in nullas, vel partim in quasdam, partim in nullas. Quod cũ accidit, quid iuris sit vide paragr. 6.7 8. §. 6.7 8. Hæredem purè & sub conditione (non tamen impossibili, talis enim pro non scripta habetur §. 10.) quin & sub diuersis conditionibus (quæ si coniunctæ, omnibus: si separatæ, cuilibet obtemperandum erit §. 11) instituere possumus. Ex certo tẽpore, aut ad certum tempus non possumus: quo casu dies habetur pro superuacuo, & perinde è ac si purè hęres scriptus fuerit §.9.

Tit. 15. De vulgari substitutione.

¶ POSSUMUS quoque in testamento plures gradus hæredum facere, & plures in vnius, vel vnum in plurium, vel singulos in singulorum locum, vel inuicem *substituere* §.1. possumus & ex disparibus partibus hæredes scriptos inuicem substituere, & nullã mentionem in substitutione partiũ facere, quo casu videmur eas in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressimus §. 2. Possumus quoque & instituto hæredi cohæredem substitutum dare, & alium ei substituere: quo casu ad vtramque partem substitutus admittitur §. 3. Item possumus hæredi sub hac conditione, *Si hæres non erit*, scripto, alium substituere, de quo quid iuris sit vide paragraph. vlt. § *vlt.*

Tit.16. §.1 *De pupillari substitutione.*

¶ POSSUMUS præterea liberis impuberibus & furiosis (quo casu *ad exemplum pupillorum eis substituimus*) quos in potestate habemus, non solum ita, *Si hæredes nobis non extiterint alius sit eis hæres*, sed eò amplius, Si (instituti vel exhæredati liberi, etiã posthumi §. 4.) *hæredes nobis extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, alius*, (puta Seios,) *sit eis hæres d. Tit. 16. in pr.* Talis *substitutio* vocatur *pupillaris*: eaque & sibi & filio, pater testamentum facit §. 2. hocque illius est sequela: illud si non valet, hoc etiam nõ valebit §. 5. Possumus etiam singulis liberis, vel ei qui vltimus impubes morietur substituere § 6. specialiter, i. nomine expresso, vel generaliter § 7. masculo ad decimum quartum, fęminæ ad duodecimum annum §. 8. Ex tamen vel puberi filio, ita non possumus substituere: eos tamen grauare per fideicõmissum possumus, vt hæreditatem alij totum, vel pro parte restituant §. *vlt.* Quomodo parens substitutione pupillari vitæ filij periculum creare non possit, vide paragr. tertium §.3.

Tit 17. Quibus modis testamenta infirmãtur.

¶ VALENT ergo superioribus modis testamẽta, quæ interdum accidit *infirmari* rumpi vel *irrita* fieri. Rumpitur adgnatione sui hæredis §.2. posteriore testamento §. 2. 3. Prius testamentum non validè reuocatur, si simpliciter dixerimus nolle nos id valere. Item, si posterius facere tantùm cępimus §. 7. & ita quidem vt his duobus casibus princeps non capiat § *vlt.* fit irritum capitis minutione §.4 5.6.

Tit. 18. De inofficioso testamento.

VTCUNQUE autem tanta nobis testantibus competat potestas non possumus tamen iniquè liberos vel parentes exhæredare aut iniquè præterire. sed nec fratres & sorores, turpibus personis scriptis hæredibus, postponere § 1. *&* 2. aliàs huiusmodi personæ de inofficioso defuncti testamento agere possunt: vt sc. vel quarta eis detur, vel suppleatur §. 3. Quòd si huiusmodi personæ quartam vel iure legati, vel fideicommissi, vel mortis causa, vel inter viuos, vel alijs modis habuerint, inofficiosi agere non possunt. Quartam ita intellige vt siue vnus fuerit, siue plures, quibus agere de inofficioso permittitur, vna quarta eis detur, quæ pro rata eis distribuatur § *vl. adde & casus.* §.4.5.

Tit. 19. in pr. & §. 1. *De hæredum qualitate & differentia.*

¶ ET hic non. ndum est, nostrorum *hæredum esse differentiam, eorumque alios esse nobis necessarios* (vt seruos) alios suos & necessarios. (veluti filios §.2.) *alios extraneos* § 3.4. Extraneis deliberandi de adeunda hæreditate, vel non adeunda: suis & necessarijs, abstinendi potestas datur §.5. Extraneus hæres hæreditatem adit vel nuda voluntate vel pro hærede gerendo, Pro hærede gerit, qui rebus hæreditarijs tanquam hæres vtitur. Vtitur, qui vendit, qui colit, qui locat §. *vlt.*

Tit. 20. De legatis.

¶ ET hæc omnia non tantùm possumus; sed etiam legandi nobis potestas data est §. 1. *Legatum*, est donatio à defuncto relicta, ab hærede præstanda §. 1. Olim varijs generibus legabatur, per vindicationẽ, damnationem, sinendi modũ, & præceptionem. Sed hodie omnium istorum legatorum vna est natura, & quibuslibet verbis legare licet: actione personali, in rem, & hypothecaria legatarijs data §. 2. Olim etiam legata fidei-

fideicommissis strictiora erant, hodie exæquata §. 3. Videndum est de rebus quas legare possumus. Legare possumus res nostras, hæredis, rem alienam (scientes tamen, & in commercio positam, quo vltimo casu cogitur hæres eam rem redimere, vel æstimationem dare §. 4. idque nisi legatarius ex causa nõ onerosa, sed lucratiua, puta donationis, eam rem viuo testatore fuerit consecutus §. 6 & 9.) rem obligatam creditori §. 5. quod futurum esse potest §. 7. rem nostram quasi alienam §. 11. rem nostram eãque postea alienare (totam, scil. vel in parte, ac pignori dare: quo casu non videmur legatum adimere §. 12. aliud erit si res legata sine facto hæredis perierit. tunc enim res legatario decedit §. 16.) debitori nostro liberationem § 13. & § 21. in fi. creditori purè legare possumus quod in diem & sub conditione ei debemus, (aliàs si nihil est plus in legato quàm in debito, legatum erit inutile §. 14) dotem vxori (plenius enim est legatum, quam de dote actio §. 15.) ancillas cũ suis natis, ordinarium seruum cum vicarijs, seruum cum peculio, fundum cum instrumento, sed eo casu mortua ancilla & ordinario, partus & vicarius debetur: mortuo seruo, fundo alienato, peculium & instrumentum non debetur §. 17. Gregem quoque legare possumus, cuius quod superfuerit, etiam minimum, puta vna ouis, à legatario vindicari poterit §. 18. Ædibus legatis, quæque eis post testamentum testator adiecerit ædibus cedunt §. 19. Legare etiam possumus peculia seruorum §. 20. res corporales & incorporales §. 21. *in pr.* optionis facultatem §. 23. Rem legatarij ei legare non possumus §. 10. & hæc de rebus. Illis solùm legare possumus cum quibus testamenti factio est §. 24. Incertis personis §. 25. alieno posthumo (posthumus alienus dicitur, qui natus inter suos hæres testatori futurus non est §. 26. qui & olim & hodie hæres institui potest, nisi in vtero eius sit quæ iure nostro vxor esse non potest §. 28. Non idem est in tutore, qui incertus dari non debet §. 27.) & hæc de personis. Videndum est qua forma legare possumus. Possumus verò legare cõiunctim vel disiunctim §. 8. & generaliter, puta seruum, vt eo casu electio sit legatarij §. 22. Possumus in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij errare, (sufficit si de persona eius constet §. 29) Possumus eundem falsò demonstrare §. 30. eique falsa causa legare §. 31. sub conditione, seruo hæredis §. 32. 33. ante hæredis institutionẽ, & inter medias hæredum institutiones § 34. post mortem hæredis aut legatarij §. 35. pœnæ nomine §. *vlt.*

Tit. 21. *De ademptione legatorum, & translatione.*

¶ POssumus quoque *adimere legata* (siue eodem testamento, siue codicillis, siue contrarijs verbis, siue alijs quibuscunque) transferre ab alio ad alium §. *vlt.*

Tit. 22. *De lege Falcidia.*

¶ POssumus quoque vniuersa bona legatis erogare: sed tamen ea potestas primum per legem Furiam, dein per legẽ Voconiam, tandem *per legem Falcidiam* est restricta, qua cauetur *ne plus legare liceat, quã dodrantem totorum bonorum*, id est, vt siue vnus hæres institutus sit siue plures apud eum eosve pars quarta remaneat. Ea lex in singulis hæredibus locum habet, tam ijs quorum pars legatis onerata est, quàm illis quorum pars non est onerata § 1. Quantitas patrimonij mortis tempore spectatur: ideoq. quæ mortuo testatore hæreditati ante aditam hæreditatem adiunguntur vel adimuntur ad lucrum vel damnum hæredum pertinent §. 2. Falcidiæ ratio ponitur, ære alieno, funeris impensa, & pretijs seruorum manumissorum deductis § *vlt.*

Tit. 23. *De fideicommissarijs hæreditatibus & ad senatusconsultum Trebellianum.*

¶ NVnc transeamus *ad fideicommissa, seu fideicommissarias hæreditates*. Ea primum eo fini reperta fuerunt, vt quibus hæreditas vel legatum relinqui non poterat, ij per alium vtramque caperent. Ea diuus Augustus, iustis rationibus motus, confirmauit: confirmata paulatim in assiduam iurisdictionem versa sunt, Prætore ad id peculiariter creato, qui fideicommissarius dicebatur §. 1. Est autem fideicommissum, quoties hæredem institutum rogamus vt hæreditatem alij restituat §. 2. eaque restituta nihilominus est hæres §. 3. quanquam olim ei & in eum darentur omnes actiones, cui ita erat instituta hæreditas §. 4 Postea permissum fuit, Senatusconsulto Pegasiano, hæredi perinde quartam retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur: quo subsecuto, ipse hæres onera hæreditaria pro rata parte sustinebat: alter, legatarij partiarij loco erat, id est, eius cui pars bonorum legata est: eaque species legati partitio vocabatur, quia cum hærede partiarius particebatur hæreditatem §. 5. atque ita in hæredem, iure ciuili: in eum qui recipiebat hæreditatem, ex Sc. Trebelliano actiones pro rata parte dabantur §. 6. Hodie hæres in solidum vel pro parte §. 7. testamentarius vel legitimus vel honorarius §. 8. quin & is cui aliquid restitui mandauimus, & à nobis rogatus vt id, aut totum, aut parte tenus, alij restituat §. 8 9. hæreditatem restituere debet, quartamque, vel quod quartæ deest, retinere & repetere potest: pro rata portione actionibus, tam in eum, quam in fideicommissarios, competentibus: nisi huiusmodi personæ volentes scientes totam restituerint, vel noluerint adire, tunc enim soli fideicommissarij tenentur §. 7. Fideicõmissa coram quinque testibus relinquere possumus, quin coram solo hærede: quo casu fideicommissarius hæredi iusiurandum deferre potest, hæresque cogitur vel iurare se nihil tale à testatore audiuisse, aut, si recusat iurare, fideicommissum præstare §. *vlt.*

Tit. 24. De singulis rebus per fideicommissum relictis.

¶ NEc tantùm vniuersam hæreditatem per fideicommissum relinquere possumus, sed & res singulas, propriam, hæredis, legatarij, fideicommissarij, aut cuiuslibet alterius §. 1. libertatem §. 2. ijs verbis potissimùm, *peto, rogo, volo, mando fidei tuæ cõmitto*, quæ perinde singula firma sunt, acsi in vnum congesta sint § *vlt.*

Tit. 25. In pr. & §. vlt. De codicillis.

¶ POssumus quoque non tantùm per testamentum solenne, de quo antea diximus, sed & codicillis vno vel pluribus, (qui minorem solennitatem requirunt) relinquere §. 1. fideicõmissum vel quid aliud, non tamen hæreditatem directò, licet per obliquum. Per obliquum relinquimus quoties fideicommittimus §. 2. ante vel post testamentum fieri possunt, adeò vt ex ijs fideicommissum peti possit, si appareat testatorem à voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse §. 1.

¶ Et hæc de testamentis. Sequitur quintus acquirendi modus iure ciuili, nempe ab *intestato*.

Lib. III. Tit. I. De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.

INtestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure, cuius testamentum ruptum, irritumve, aut ex quo nemo hæres extitit. Intestati hæreditas primùm ad suos hæredes pertinet §. 1. Sui hæredes sunt iure ciuili liberi qui in potestate positi defuncti, cùm moritur, (cum ijs etiam succedunt filij emãcipati iure Prætorio §. 9. emancipati, inquam, licet ab alijs sint adoptati, idque constitutione Iustiniani §. 14. exploso ea in parte veteri iure §. 10. 11 12. 13.) siue legitimi, siue naturales, siue legitimati, siue adoptiui, siue nati, siue posthumi sint §. 2 7. 8. Ij hæredes fiunt, etiam ignorantes: & in eos, morte parentis, continuatur dominium ipso iure §. 3. Suorum numero continetur & is, qui ab hostibus reuertitur post mortem patris §. 4. Suus est etiam cuius pater perduellionis damnatus, ac memoria damnata suus esse desit, quia bona parentis ad fiscum deferuntur §. 5. Filij & Filiæ æqualiter parentibus succedunt. Cum ijs nepotes ex altero filio mortuo concurrentes succedunt, non in capita, sed in stirpes: nec eo casu qui gradu proximior est, posteriorẽ excludit §. 6. Nepotes verò, & deinceps liberi ex filia concurrentes cum superiusenumeratis personis, minus tertia parte accipiunt, quàm mater eorum vel auia acceptura fuerat § 15. Concurrentes cum agnatis transuersalibus eos excludunt §. *vlt.*

Tit. 2. De legitima agnatorum successione.

¶ VBi verò nulli sui sunt, vel quasi sui, hæreditas ab intestato *ad proximum agnatum* olim pertinebat: sed hodie agnatis cognati, quo ad successiones, sunt exæquati Nouel. 117. c. 4. 5. Agnati, sunt cognati per viriles personas coniuncti §. 12. Succedunt sibi inuicem agnati, etiam si gradu (de gradibus, vide Ti. 6) longissimo sint §. 3. puta decimo Tit. 5. § vlt. Sed hodie, soror cum fratre fratri succedit, veteri iure exploso d. §. 3. hæreditate, non in stirpes, sed in capita diuidenda §. 4. in fin. Olim frater, & soror defuncti, filios & filias alterius defuncti excludebant d. §. 4. in fin. sed hodie non sunt semoti propter concessum eis ius repræsentationis Nouel. 127. eoque casu cum patruo suo succedunt in stirpes, non in capita Auth. cessante Cod. de legit. hæredibus.

Tit. 3. De Senatusconsulto Tertylliano.

¶ OLim cum fratribus defuncti mater non succedebat, sed cum solis sororibus: eo etiam casu pater defuncti matrem eius excludebat Tit. 3. §. 3. sed hodie, etiam cum masculis fratribus, vtroque etiam parente coniunctis defuncti pater ac mater concurrit æqualiter Nouell. 127. in fi. princ. vt tantum percipiat, quantum vnusquisque fratrum defuncti Nouell. 42 c. 47. in f nouel. 117. capit. 2. Cum ijs etiam concurrunt filij fratris defuncti: fratris, inquam, qui defuncto fratri ex vtroque parente iungebatur *nouella* 127. cap. 1. Vbi verò agitur de successione agnati, vel cognati, sine liberis, vel parentibus, vel fratribus, aut sororibus mortui: soli fratrum vel sororum liberi, ac deinceps cognati relicti, patruo suo ab intestato succedunt, non in stirpes, sed in capita Caius lib. 2. inst. capit. 8. eamque opinionem, vt æquiorem defendit Zasius, 1. Respons. 7. Mysingerus 3 obser. 94. Carolus quoque Imperator idem statuit. Hinc constat, magnum iudicium adhibendum esse in legendo titulo secundo, tertio, quarto, quinto huius libri Tit 2. 3. 4. 5. 6. *vnde agitur de gradibus cognationum.*

Tit. 4. De Senatusconsulto Orficiano, Tit. 5. De successione cognatorum.

ET quidem quarto ostenditur quemadmodum filij, filiæ nepotes, neptes matri & auiæ succedunt ex Senatusconsulto Orficiano: item de iure adcrescendi. Quintò cognatus cognato vt succedat. Sextò, de gradibus cognationum.

¶ *De seruili cognatione*, vide titul. 7. *de successione libertorum*, titulum 8. & 9.

Tit. 10. De bonorum possessionibus.

¶ QVod ad *bonorum possessiones* attinet quæ iure Prætorio conceduntur, notandũ est, eas scilicet dari vel ex testamento, vel ab intestato. Ex testamento dupliciter, contra tabulas liberis præteritis: secundùm tabulas, scriptis hæredibus. Ab intestato, hoc ordine, vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor, & ex legibus exploso veteri ordine.

¶ DE sexto acquirendi modo iure ciuili *per adrogationem* vide titulum 11.

¶ DE septimo per *bonorum addictionem* vide titulum. 12.

¶ DE alijs modis, *qui fiebant per bonorũ venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano, sublatis*, vide tit. 13.

Tit. 13. *De successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones & ex Senatusconsulto Claudiano.*

Tit. 14. *De obligationibus.*

¶ QVi nunc sequitur modus, vtilissimus est: constat autem *obligatione*. Ea nihil aliud est, quàm iuris vinculum, quo necessitate astringimur, alicuius rei soluendæ causa, secundum ciuitatis Romanę iura d. ti. 14 Obligationum prima diuisio ea est, qua aliæ ciuiles sunt, aliæ Prætoriæ, seu honorariæ. Hæ ex Prætoris iurisdictione: aliæ, aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili cōprobatæ § 1. Altera diuino in quatuor species diducitur. Aliæ enim sunt ex contractu vel quasi, Aliæ ex delicto vel quasi. Quæ sunt ex contractu, aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu contrahuntur §. *vlt.*

Tit. 15. *Quibus modis re contrahitur obligatio.*

¶ RE, veluti mutui, indebiti §. 1. commodati, §. 2. depositi § 3. pignoris acceptione §. vltim. Harum obligationum nomine, competit nobis condictio mutui, indebiti, commodati, depositi pignoris: Toto titulo. In mutuo semper dominium transfertur, in commodato, deposito, & pignore nunquā § 2. in indebito, Interdum. In mutuo ab accipiente casus fortuiti præstantur: in commodato & pignore, exacta diligentia, ac consueta obseruari à bono paterfam. §. 2 & vlt. In deposito solus dolus præstatur §. 3. Hinc colligere poslis, quid iuris sit indebito.

Tit. 16 §. *vltim De verborum obligationibus.*

¶ VErbis contrahitur obligatio ex interrogatione & responsione, quoties quid dari fieri ve (in huiusmodi stipulationibus, quæ factum continent, optimum est pęnam subijcere, ne quantitas stipulationis in incerto sit: ac necesse sit actori probare quid eius intersit) stipulamur: certum, vnde condictio certi: vel incertum, vnde ex stipulatu actio peruenit. Stipulatio à stipulo, id est firmo, vel a stipite dicitur Tit. 16. in pr. Et hęc de definitione, effectu & etymo stipulationis. Olim solennia stipulationum verba hæc fuerunt, *Spondes? promittis? fide promittis? fideiubes? dabis? facies?* Responsionis verò, verba superioribus respondentia. Hodie quibuscunque verbis fit. Fit stipulatio omni lingua, sufficit congruenter ad interrogata respondere §. 1. Fit etiam aut purè, aut in diem, aut sub conditione. Priori modo, confestim peti potest res promissa §. 2. Duobus posteriis, post quam dies venerit, vel conditione impleta §. 2. & §. 4. Qui stipulatur *annua quoad viuet*; hæredem suum non iuuat §. 3. Quoties sub conditione stipulamur, in casum seu factum differtur obligatio: ex ea spes est, debitum iri, eaque ipsam spem: ad hæredem transmittimus, si prius, quā conditio extet, mors nobis contigerit, si ita stipulamur, *dabis si nō fecero*, perinde est ac si stipulati essemus cum moriemur §. 4. Conditiones ad præsens, vel ad præteritum tempus relatæ, aut statim infirmant obligationem, (putà si falsæ sint) aut omninò non differunt, putà si veræ sint. Nā quæ per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint §. 6. Loca interdum inseruntur stipulationibus veluti *Carthagini dabis*, talis stipulatio, reipsa, seu tacitè, habet tempus adiectum, quo promissor Carthaginem ire poterit: ideòque qui Romæ ita stipulatur, *hodie Carthagini dabis*, nil agit, est enim inutilis repromissio §. 5. & hæc de forma stipulationis dicta sint.

Tit. 17. *De duobus reis stipulandi & promittēdi.*

¶ STipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt, Rei simul quoties vel plures stipulantur, vel promittunt d. tit. 17. vtrouis modo solidum debetur, à quouis eorum solidum præstatur & accipitur § 1. Eorū vnus purè, alius in diem, vel sub conditione obligari potest. Nec impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo, qui purè obligatus est, petatur §. *vlt.*

Tit. 18. §. 1. *De stipulatione seruorum.*

¶ QVod liberi in potestate positi & serui, etiam hæreditarij, quouis modo *stipulantur* domino acquirunt d. Tit. 18. in prin. & d. §. 1. nisi factum in stipulatione cōtineatur §. 2. Communis seruus, vnicuiquē dominorum proportione dominij acquirit, nisi aut vni nominatim, aut vnius iussu stipulatus sit: aut alter dominus adquirendi capax non sit: tunc enim ei soli adquiritur §. vltim. & hec de personis.

Tit. 19. *in pr & §. 1. De diuisione stipulationū.*

¶ STipulationum diuisiones hæ sunt aliæ iudiciales, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur, *Prætoria* & ædilitiæ, quæ à mero Prætoris officio promanant: *Cōmunes*, id est, partim Prætoriæ, partim iudiciales §. 2. in pr. & §. 1. *Conuentionales*, quæ ex conuētione vtriusque partis concipiuntur, §. 3.

Tit. 20. *De inutilibus stipulationibus.*

¶ ALiæ *inutiles* vel vtiles, de quibus hoc primum tenendum est. Res omnes, mobiles, vel soli, dominio nostro subiectas, in stipulationem deduci posse. Contra, non possumus stipulari vtiliter rem quæ in rerū natura non est, aut esse non potest §. 1. rem sacram, religiosam, publicam, liberum hominem, rem nostram §. 2. etiam eo casu quo nostra erit §. 22. factum turpe, vel ob turpē causam § 24. factum alienum seu alium facturum, vel daturum §. 3 alij, cui dari nostra non interest (nisi pęnam stipulemur: quo casu ita factum non erit §. 19. 21. vel citra stipulationem pęnalem, nisi ei cuius iuri subiecti sumus stipulemur, nisi in extraneam personam solutionem conferamus, nisi eis qui iuri nostro subiecti sunt stipulemur. hoc enim vltimo casu nobis acquirimus § 4. nisi pupillo, vel procuratori: tunc enim nostra interest eis dari §. 20.) vel ab eo qui nostro iuri subiectus est, vel ab eo cuius iuri subiecti sumus §. 6. Inutilis est etiam stipulatio, si ad interrogata non fuerit responsum §. 5. Exemplo erit is, qui de vna re interrogatus, de alia repondit §. 23. Mutus §. 7. furiosus neque stipulari, neque promittere possunt §. 8. Pupillus, sine tutore stipulari potest: at

non promittere §. 9. Pupillum intelligimus, qui proximus est infantiæ, non infantem §. 10. Sub cōditione impossibili, (qualis ea est, cui natura impedimento est, quominus existat) si stipulati fuerimus, perinde est ac si purè stipulatio facta esset: ideoque statim peti potest § 11. Inter absentes concepta stipulatio Inutilis est. Absens fuisse non intelligitur, quem præsentem fuisse scriptura seu instrumentum testatur: (hoc enim casu scripturæ creditur, & præsumitur pro instrumento) sed tamen reus potest manifestissimis probationibus, vel per scripturam, vel per testes idoneos probare, toto eo die, quo cōficiebatur instrumentum, se, vel aduersariū suum, in alijs locis fuisse § 12. Post mortem, siue pridie quàm moriamur, dari, stipulari, vel promittere prohibemur §. 13. sed & ita, *cum moriar*, vel ita *cùm morieris* §. 15. post mortē alterius § 16. possumus etiam præposterè stipulationem cōcipere, putà hoc modo, *si nauis ex Asia venerit hodie dabis* §. 14. Item plures res vna stipulatione comprehendere: quo casu si ad omnes, promissor respondeat, ad omnes tenebitur §. 16. Præterea sub conditione, cuius spem ad hæredes nostros, & in hæredes promissoris transmittimus, §. 25. Postremò, hoc anno, hoc mense, nunc, nisi omnibus anni vel mensis partibus præteritis, non rectè petitur §. vl. Si fundum dari stipuleris, vel hominem, non poteris continuò agere, nisi tantum spatium prætereatur, quo traditio fieri possit §. vl. in fine.

Tit. 21. *De fideiussoribus.*

Stipulationum promissionibus solent *fideiussores adijci*, in omni contractu §. 1. si hæredem relinquunt obligatum §. 2. Obligationem præcedere possunt & subsequi §. 3. Quouis idiomate obligari possunt § 7. Si plures sint, epistolæ D. Hadriani, seu diuisionis beneficium habent, de qua vide §. 4. Non possunt obligari, vt plus debeant, quàm principalis: vt minus debeant possunt. §. 5. Si Minus intelligimus res, vel tempore §. 5. Si quid rei principalis nomine soluerint, pro eo recuperando mandati habent iudicium §. 6. Quem fideiussisse constat, eum solenniter & maturo consilio fideiussisse præsumimus §. *vlt*. Et hæc de obligatione, quæ verbis perficitur.

Tit. 22. *De literarum obligationibus.*

Literis, siue scriptura quæ constat, *obligatio* promissiōtem obligat: sed tamen intra biennium exceptionem pecuniæ non numeratæ obijcere possumus. Et hæc de literarum obligationibus.

Tit. 23. *De obligationibus ex consensu.*

Restant quæ fiunt *consensu*: in quibus neque scriptura, neque præsentia, neque rei traditione opus est. Sufficit vt qui contrahunt, consentiant, etiam absentes per epistolam vel nuncium. In quibus etiam alter alteri, ex æquo & bono, obligatur.

Tit. 24. in pr. *De emptione, & venditione.*

Eius generis est *emptio, & venditio*, quæ, simul atque de pretio conuentum est, contrahitur: quamuis nondum pretium numeratum fuerit: ac ne arra quidem data fuerit. Nam quod arræ nomine datur argumentum est emptionis contractæ, non ipsa emptio. Pretium igitur in venditione constitui oportet: nam sine pretio nulla emptio esse potest. Certum pretium esse debet, (certum illud etiam existimamus, quod tertius æstimauerit §. 1.) & in numerata pecunia (qua in re emptio à permutatione differt § 2.) Venditione ita contracta, periculum & commodum rei venditæ statim ad emptorem pertinet: tametsi res emptori tradita nō sit §. 3. Emptio sub conditione, & purè contrahi potest § 4. Rem sacram, religiosam, publicam, frustrà quis sciens emit, ignarus si emerit, habet actionem ex empto aduersus venditorem, vt consequatur quod sua interest, non fuisse deceptum §. *vlt*. Præter superius genus emptionis, aliud est quod scriptura perficitur: quod tunc demum perfectum intelligitur, cùm instrumenta venditionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio scripta & a contrahentibus subscripta, vel à tabellione completa & absoluta. Donec aliquid deest ex his, pœnitentiæ locus est. Potest alteruter contrahentium sine pœna recedere a contractu, nisi arra data sit, tunc enim pœnitens emptor, arram: venditor, duplum arræ restituere cōpellitur *in pr. hoc tit.*

Tit. 25. *De locatione & conductione.*

Et hæc de venditione & emptione, cui proxima est *locatio & conductio*. Vtraque contracta intelligitur si merces constituta est, etiam alieno arbitrio. Merces in pecunia esse debet. Nam si inuicem rem vtendam accipimus, non ex locato & conducto, sed præscriptis verbis agimus §. 2. Aurum meum dedi aurifici, vt annulos conficeret, mera locatio: si is & aurum, & operas præstitit, auri ratione emptio & venditio: operarum verò, locatio & conductio intelligitur §. 4. Locare possumus alteri prædia perpetuò fruenda, ea lege vt quandiu pensio pro his præstabitur, conductor, eiusve hæres, aut qui ab eo causam habet quocunque modo, expelli non possit: quod genus contractus Emphyteusim vocamus. Particularia huiusmodi prædij damna, colonus patitur: vniuersalia, ipse prædij dominus. §. 3. Cæterùm conductor legem conductionis seruare debet: eamque ex æquo & bono supplere, qui, accepta pecunia, rem custodire promisit. Custodiam diligentissimi patrisfamilias debet, de casu fortuito non tenetur §. 5. Mortuo conductore, intra tempus conductionis, hæres eius eodem iure in successione succedit §. *vlt*. Locatori, locati. conductori, conducti actio datur *in prin. hoc tit.*

Tit 26. *De societate.*

Sequitur *societas*, quæ aut totorum bonorum: aut vnius alicuius negotiationis est. Partes lucri & damni expressæ, seruandæ sunt: si non expressæ, æquales erunt §. 1. Coire ita societatem possumus, vt ego lucri duas partes, damni tertiam feram: tu duas damni, lucri tertiam habeas, quia mea

opera

opera ita pretiosa esse potest in societate, vt iustum sit me in societatem conditione meliore admitti. Potest etiam conuenire vt ego pecuniam conferam, tu non conferas, & tamen lucrum sit commune, (si modò opera tua pro pecunia valet) vt lucri partem feras, de damno non tenearis, si modò in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit §. 2. vt compensatione facta, quod superest solum intelligat lucro esse. Si in vna causa (puta lucro) pars expressa est, in altero (putà damno) omissa: in eo, quod omissum est, eadem pars seruabitur §. 3. Soluitur societas dissensu legitimo, non fraudulento §. 4. morte vnius socij, nisi in coeunda societate aliter conuenerit §. 5. finito rei negotio §. 6. publicatione omnium bonorum vnius socij §. 7. vel cessione §. 8. Socius socio culpæ tenentur & diligentiæ, (diligentiam intellige non exactissimam, sed qualem socius in rebus suis adhibere solet §. vlt.)

Tit. 27. De mandato.

¶ SEquitur *mandatum* quod fit vel vt mea tantum § 1. vel vt mea & tua §. 2. vel vt alterius §. 3. vel vt mea & socij §. 4. vel vt tua & alterius §. 5. vel vt tua tantùm geras negotia: cuius generis mãdatum, magis consilium est quam mandatum: ob id non est obligatorium §. 5. vt & illud quod cõtra bonos mores est omni modo §. 7. Qui mandatum accepit non debet excedere fines mandati §. 8. Mandatum reuocari potest, re integra §. 9. Intelligitur reuocatum morte mandantis, si modò mãdatarius mortem eius intellexit §. 10. Mandatum non suscipere liberum est: susceptum, consumandum est, aut renunciandum §. 11. In diem differri & sub conditione fieri potest §. vlt. gratuitum esse debet. Et hæc de obligationibus, quæ ex quasi cõtractu fiunt, dicta sint.

Tit. 28. De obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.

Ex d. Auth. Vt cũ de appel. cog § aliud.

Ex Auth. Non licet. C. de liber. præt.

17 Matri hodie, sicuti aliis parentibus, nõ licet aliquem ex liberis præterire, vel exhæredare, nisi probetur ingratus.

In §. Liberis. De pupil. subst. fol. 136

Ibi. ¶ Adeo vt si patris testamentum nõ valeat, nec filij quidem valebit.

Ex Authen. vt cũ de app. cogn. §. Aliud quoque. §. siue igitur, §. ad hæc, collat. 8

18 Si irritum sit testamentũ patris ex causa exhæredationis, vel præteritionis, valebit tamen substitutio, cum cætera firma permaneant.

In §. posteriore. Quibus mod. te stamẽt. infirm. fol. 138

Ibi. ¶ Aut conditione, sub qua heres Institutus est defectus sit.

Ex l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. test.

19 Conditio, vel dilatio, vel alia dispositio moram, vel quodcũque onus introducẽs, de legitima tollatur: quasi nihil eorum testamento additum esset.

In §. 1. De inoffi. testam. fol. 140

Ibi. ¶ Non autem liberis tantum, &c. verum etiam liberorum parentibus.

Ex Authen. vt cum de app. cog. §. aliud, & § iustum, coll. 8

Ex Authen. non licet. C. de liber. preter.

20 Cum non liceat hodie parentib. aliquẽ ex libetis præterire, vel exhæredare (nisi probetur ingratus) id et neq. liberis facere erga proprios parentes absq. causa licitum erit. Quod si secus factum fuerit, nullum erit testamentum: neq. ob id inofficiosi q̃rela necessaria. Causæ verò ingratitudinis filiorũ erga parentes sunt quatuordecim: Parentum verò erga filios septem, quæ suis locis enumerantur.

In d. §. 1. De inoffi. testam. fol. 142

Ibi. ¶ Soror autẽ, & frater turpibus personis scriptis hæredibus, ex sacris cõstitutionibus prælati sunt. Non ergo, &c.

Ex auth. de Nupt. §. Ingratitudinẽ. col. 4

21 Ob tres tamen causas frater à fratre, vel sorore exhæredari potest, etiã turpi persona instituta, vt puta, si morte voluit fratri, aut criminalem Inducere contra eum inscriptionem: Aut substantiæ ei preparauit inferre iacturam.

In §. sed hæc. De inoffi. testam f. 141

Ib. ¶ Id quod eis deest vsque ad quartam legitimæ partis repleatur.

Ex auth. De trien. & semisse. in princip. collat. 3

22 Si vnius est filij pater, vel mater, aut duorum, vel trium, vel quatuor, nõ triuncium eis relinqui solum, sed tertiam propriæ substantiæ partem, determinatum est. Si verò quis vltra quatuor habuerit filios, mediam eius totius substantiæ partem relinqui necesse est. ita vt semuncium sit omninò quod debetur: singulis ex æquo diuidendum.

In § igitur. De Inoffic. testam. f. 142

Ibi. ¶ Siue iure hæreditatio, siue iure legati, vel fideicommissi.

Ex authen. vt cũ de appellat. cognosc. §. aliud, collat. 8

Ex authen. Non licet. C. de lib. præt.

23 Parentibus non licet in suo testamento liberos præterire, vel absq. causa exhæredes facere, vel eis legitimam portionem, præterquam iure institutionis relinquere.

In §. & cum quæsitum. De leg. Falcidia. fol. 162. Ibi.

¶ Vt quartam partem suæ partis saluam habeat. placuit posse retinere.

Ex Authen. de hæredib. & Falc. §. si verò

verò expressim, coll. 1

Ex auth. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam.

24 Si verò expressim testator designauerit, non velle hæredem retinere Falcidiã, necessarium est, testatoris valere sententiã. Quod si parere noluerit hæres testatori, receditur ab huiusmodi institutione, & locus fit substitutis, & cohæredibus, & fideicommissarijs, & legatarijs, & seruis, & ijs, qui ab intestato sunt.

In §. fin. De singul. rebus per fideicom. rel fol. 170. ibi.

¶ Verba autem fideicommissorum hæc maximè in vsu habentur.

Ex l 2. C. comm. de legat.

25 Omne verbum, significans testatoris legitimum sensum, legare, vel fideicõmittere volentis, vtile, atque validum est.

Ad tertium librum Inst.

In §. Ita demum. De hæred. quæ ab intest. def. fol. 173. ibi.

¶ Veluti emancipatione.

Ex authen. De hæred. ab Intestat. veni. §. nullam. col. 9

26 Differẽtia nulla est hodie in quacunq. successione, aut hæreditate inter eos, qui in potestate sunt, & emancipatos.

In §. emancipati. De hæred. quæ ab intest. def. fol. 175. ibi.

¶ Euenit vt suus hæres pro parte hæres fiat.

Ex Auth. de hæred. ab inte. veni. §. 1. vers. hoc. collat. 9

Ex Auth. in successione. C. de suis & leg.

27 In successione defuncti intestati, omnibus alijs præferuntur liberi, non distinguendo sexũ, vel iura potestatis. Ita tamẽ, vt primi gradus æqualiter. Nepotes, & vlteriores, in stirpes succedant.

In §. 1. De legit. agnat. success. f. 179. Ibi. ¶ Nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint.)

Ex auth. de cõs. & vter frat. §. vult aũt. coll. 6. ex auth. de hær ab int. veni §. si igitur. coll 9. Ex auth. Cessante. Co. de l. hær.

28 Vult autem noua lex, ex vtroq; decoratos, & simul quidem consanguineos, simul autem vterinos fratres, ad successionem morientis, meliores esse quam illos, qui solummodo cõsanguinei, aut solummodo vterini sunt. Et quidem fratris ex vtroque parẽte filius præfertur fratribus defuncti, qui ex vno tñ parente coniuncti sunt

In §. Hoc etiam. De legit. agn. success. f. 180. Ibi. ¶ Vt transferatur vnus tantũmodo gradus à iure cognationis in legitimã successionem.

Ex sæpius citata auth. De hær. ab intest. veni. §. nullam verò coll. 9

29 In omnibus intestatorũ successionibus agnatorum, cognatorumque differentia vacat: totusque gradus cognationis in agnationem translatus est.

In eodẽ §. Hoc ẽt. De leg. agn. success. f. 181. Ibi. ¶ His etenim personis præcedẽtibus, & successionem admittẽtibus, cæteri gradus remanent penitus semoti, &c)

Ex Authent. Vt fratrum filij, §. 1 coll. 9.

Ex Auth. Cessante. C. de legit. hæred.

30 Vocentur etiam: præmortui fratris filij cum suis patruis: & tantam accipiant portionem, quantam eorum pater accepturus erat, si vixisset. Hoc vero sancitum est de illis filijs fratris, quorum pater ex vtroq. parente iungebatur defuncto.

In §. si plures. De legit. agn. success. f. 181 Ibi. ¶ Frater potior habetur.

Ex Auth. Vt fratrum filij, §. 1. collat. 9

Ex Auth. Cessante. C. de leg. hæred.

31 Si quis moriens relinquat ascendentiũ aliquem, & fratres qui possunt cum parẽtibus vocari, & alterius præmortui fratris filios, Cum ascendẽtibus, & fratribus vocantur etiam præmortui fratris filij in stirpes.

In §. sed cum ante. De Senat. cons. Tertull. f. 183. in finalibus verbis.

Ex auth. de hæredit. ab intest. venient. §. consequens. coll. 9

Ex authent. vt fratrum filij. §. 1 collat. 9

Ex auth. Defuncto. Co ad Senatusconſ. Tertullian.

32 Nouo iure si defunctus sine descendẽtibus moriatur, parentes illius admittuntur, salua gradus prærogatiua: quod si pari gradu plures sint, omnes pariter succedunt. Si verò cum ascendentibus inueniãtur fratres, aut sorores ex vtrinque parẽtibus, vocantur cum proximis gradu ascẽdẽtibus pro æquali portione, sexus, & patriæ potestatis differẽtia sublata. Simulq. cum ijs admittuntur prædictorum fratrũ defunctorum, sororumve defunctarũ filij in stirpes.

In §. Nouissimè. De Senat. cons. Orph. f. 184. in fine illius textus.

Ex auth. quibus mod. nat. effic. sui. §. fina collat. 7

Et ex c. cum haberet. De eo qui duxit in matr. &c.

33 Omnis, qui ex complexibus, aut nefarijs, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque alendus est à parentibus, neque habebit quoddam ad præsentem legem participium. Ei tamen necessaria fore subministranda (si parẽtum suppetant facultates) æquitas canonica mandauit.

In §. fi. in fine. De success. cogn. fol. 186

Ex Auth. de hær. ab intest. veni. §. nullam. coll. 9

34 Cum agnatorum, cognatorumve differentiã in omnibus successionibus vacare præceptum sit, siue per fœmineam personam, siue per emancipationem, siue per aliũ quemlibet modum, omnes sine qualibet vltima differentia (secundum proprium agnationis, cognationisve gradũ) ad successionem agnatorum, cognatorũve ab intestato venire iussum est.

In §. 1. in fine. De gradibus. f. 186

Ex can. Ad sedem Apostolicam. XXXV. quæstio. 5

35 In Lateranensi Consistorio, diu vẽtilatis legibus, & sacris canonibus distinctè inuenimus, ob aliam, atq. aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum gradum computationem.

Ad quartum Librum Instit.

In §. Item lex Iulia. de adulterijs. De publ. iud. fol 286

Ibi. ¶ Quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit.

Ex authent. Vt nulli iud. §. si quãdo verò, collatio 9. & ex authẽt. sed hodie, C. ad leg. Iul. de adult. & ex cap. gaudemus. de conuers. coniugatorum.

36 Adultera mulier, competentibus vulneribus subacta, in monasterium mitti debet. Daturque viro suo, si voluerit, eam intra biennium recipere, & copulari ei. Biennio transacto, vel viro priusquam recipiat mulierem mortuo, tondi debet. & monasticum habitum accipere, & habitare in ipso monasterio, in omni propriæ vitæ tempore. Eiusque substantiæ tertia pars monasterio, in quod mittitur, datur: Duas verò partes accipient descendentes: quod si descendentes nõ fuerint, sed ascẽdentes inueniantur, non cõsentientes huiusmodi iniquitati, quatuor vncias accipient, octo verò vnciæ monasterio dantur. Si verò neque descendentes, neque ascẽdẽtes habeat mulier, omnẽ eius substantiam accipiet monasterium: Ita vt viro pacta, dotalibus illata instrumentis seruentur.

In d. §. Item lex Iulia. in fine f. 286

Ex cap. 1. & 2. De adult. & stupro.

37 Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum illa, dotabit eam, & habebit vxorem. Si verò pater virginis dare noluerit, reddat pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Si verò stuprator renuat accipere, vltra dotem, corporaliter castigabitur.

Dissolutiones Antinomiarum, singularesque intellectus ad §§. subsequentes.

Index §§. qui in hoc opere enodantur.

Ad §. fi. De Iustit. & iure.

Neququam principales Antinomias, accipiam enodandas, illud animaduertere placuit: Cur hic Imperator edoceat, ius tripartirè collectum esse: nēpe ex præceptis naturalibus, iuris gentium, & iuris ciuilis? Atque in § constat, in tit. subsequen. iterum ius diuidat in scriptum, & non scriptum? Et iterum in §. fi eod. tit. subsequen. dicat, ius omne, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinere. Etenim, cur hæc triplex iuris diuisio fiat à Iustiniano quærunt plerique, & ignorant. Sed, audi quid in hoc sententiam. Primam iuris diuisionem, originalem esse: Alteram, accidētalem, accidit enim iuri, vt interdum scribatur, interdum non scribatur. Tertiam verò subiectiuam. Habet n. pro subiecto Ius, vel personas, vel res, vel actiones, §. finali de iur. nat. gētium & ciuili.

Ad §. duorum De nupt.

Contra decisionem huius. §. pugnat sanctissima Iuris Canonici constitutio, in c. non debet, §. prohibitio. de consanguin. & affin. can. quædā. 35. q. 3. quam vt tolleret hoc loco glosa, putauit hunc textum loqui de fratribus adoptiuis: quod lanè ex præcedentibus, & subsequentibus satis cōprobari posse videtur. Nam dixerat superius, licet in vxorem ducere filium ex sorore adoptiua: & in §. immediatè sequēt. de Amita adoptiua loquitur Imperator. Verum de fratribus naturalibus loqui à plerisque nō dubitatur, iuxta dispositionem, scilicet l. celebrādis. 19. C. de nup. Ideò ad hunc §. nouellā inserere volui: vt hodie secus esse de iure canonico in filijs duorum fratrum naturalium, sororumve agnoscere: quicquid olim decisum fuerit per Imp. Arcadium, & Honor. in d. l. celebrādis, quibus se subscripsit Iustinianus hoc loco.

Ad § fin. De nupt.

Mendosum esse hunc textum in versiculo. ¶ Quod & alijs liberis, &c.] nemo est, qui nō videat. Etenim, cui, vel imperito dubium est, filios natos post legitimum matrimonium esse legitimos? Quamobrem hunc textum ita restituamus. Quod & si nulli alij liberi ex eodem matrimonio postea fuerint procreati similiter nostra constitutio præuuit,] Vt sit sensus amplificatiuus, non solum illos filios naturales tantum ab initio, legitimari per subsequens matrimonium, si alij postea filij ex eodem matrimonio legitimè celebrato fuerint nati: verum etiam legitimos intelligi, & si post celebratas nuptias, nulli alij liberi ex illo matrimonio fuerint procreati. Exprimit hoc Idem Imper. in f. de hæred. quę ab intest. §. 2. In illis verbis. ¶ Quod obtinere censuimus, & si non progeniti fuerint post dotale instrumentum cōfectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti.] Idemque colligitur ex l. Nuper. C. de nat. li. ibi. ¶ Non solum fecundos liberos, qui post dotem editi sūt, iustos & in potestate esse patribus, sed etiam anteriores, qui & iis, &c.] Et subdit ibidē Iustin. ¶ Quam legem quidam putauerunt sic interpretari, vt siue nō progeniti fuerint post dotem cōscriptam liberi, siue etiam ab hac luce fuerint subtracti, non anteriores filios iustos haberi, nisi vtroque tempore viuētes, & superstites liberi inueniantur. Quorum superuacuā subtilitatē penitus inhibendam censemus.] Hanc itaque subtilitatē explodit in hoc textu sub his verbis. Imperat. & In d. §. 2. in fin. inf. de hæredit. quæ ab intestat.

Ad §. primum. Qui testamento tut. dari poss.

Decisum hic legitur, Directam libertate accepisse videri seruū illum, qui sine libertate tutor datus est à domino suo. Hoc exprimunt illa verba. ¶ Sed & seruus proprius testamento cum libertate, &c.] sed huic decisioni aduersantur verba l. & si non ascripta. 9. C. de fideic libert. ¶ Receptum est tamen, & libertatis, & pupillorum fauore, vt per fideicommissum manumisisse eū videatur.] In vno itaque loco, huic seruo competere directam libertatem statuitur. In alio verò fideicommissariam. Quid igitur?

Communis interpretum solutio est ista, quam ponit glosa hic in verbo Directam. In hoc §. datum fuisse tutorem in testamēto. At in l. contraria, tutorem datum fuisse in codicillis, vel per epistolam. Verum hęc solutio, tum falsa, tum diuinatiua est. Falsa, quia etiam in codicillis dātur directæ libertates. l. 1. C. de testa. manum. Falsa quoque, quia nullo pacto dici potest, per epistolam datam fuisse libertatem. Et quia diuinatiuum, & quia in d. l. & si non ascripta. fit expressa mentio de testatore.

Altera est solutio quorundam, qui dicunt hic consequi directam libertatem, quia testator sciebat suum esse seruum: At in lege contraria credebat alienum. Hæc solutio pariter falsa videtur. Nam ibi sic legitur testator seruum suum tutorem, &c.

Tertio loco soluebat Glosa in dict. leg. & si non ascripta, quam sequitur ibi Salycet. & sequuntur hoc in loco Claud. Cantium. Mynsi. & Aldobrand. num. 50. Legem illam corrigi per hunc textum. Sed hæc solutio non placet ob tritissimam illam regulam. l. præcipimus. Cod. de appellat. In dubio legem non censeri correctam. Accedat, quod quando aliquid Iustinianus emendat, semper de correctione expresse meminit, vt sexcentis locis apparet in hoc volumine Institutionum.

Ego sic solui posse hactenus existimaui. Diuersas fuisse antiquitus sentētias Iurisconsultorum in hac ambiguitate; & præcipuè Inter Vlpianum, & Papinianum. Si quidem Vlpianus affirmauit, fideicommissariam libertatem competere in l. si hæreditas 10. in fine, ff. de testam. tutel. Papinianus verò, illum directò liberum esse. l. qui tutelam. 28. §. 1. ff. de test. tutela. Cui assentitur Paulus in l. quæro. 32. in fine, eiusdemmet tituli. Vlpiani sententiam sequi voluerunt Impp. Vale. & Gallien. in d. leg. & si non ascripta. Cod. de fideicommiss. libert. Papiniano autem, quem pluries excelsi ingenij appellat, consentire voluit Iustinianus hoc in loco, semper enim Imp. Iustin. multum detulit Papi-

Papiniano, vt non vno in loco colligere est, signanter verò in epistola ad Tribonianū, in proem. Digestorum. in leg. cum acutissimi. 30. C. de fideicom. & quod Valer. & Gallien. sectati fuerint sententiam Vlpiani, innuunt illa verba dict. l. & si non ascripta. ¶ Et libertatis, & pupillorum fauore.] Quæ verba Vlpiani sunt in d. l. si hæreditas.

Sed quia hoc probari sine diuinatione vix potest; accipe aliam solutionem F. Connani. lib. 2. Comment. cap. 4. num. 8. Scriptum, & verba Iustinianum spectasse; vim, & euentum rei Vlpianum, ipsiusque sequaces Valer. & Gallienum. Vel dic melius. Eandem sententiam fuisse Vlp. Papiniani, & Iustiniani, nempè, Vt directa sit libertas, si detur in testamento: Sit autem fideicommissaria, si in codicillis, vel in aliqua alia obliqua voluntate fuerit relicta libertas, & tutela, vel tutela tantum: Ne confundatur ius testamētorū, & codicillorū. Hoc clarè patet ex verbis huius rubricæ, & ea verbis huius parag. ¶ Dari autem tutor potest testamento. Sed & seruus proprius testamēto.] Apparet quoque ea rubrica sub qua posita est d. l. & si nō ascripta; Nempè, De fideic. liber. Et hoc voluit dicere glossator hic, dum sic loquitur. § Sed certè hic testamento hoc fit.] Quamuis autem directæ libertates possint dari in codicillis, vt dictum est supra; hoc tamen procedit, si testamento fuerint codicilli cōfirmati. Sed & sui natura libertas data in codicillis dumtaxat erit obliqua. §. pen. infr. de codicill. l. conficiuntur, & l. ab intestato. ff. de iure codicill.

Ad §. Seruus autem alienus Qui test. tut.

Difficillimam esse cōtrarietatē huius §. cū l. si hrditas. §. si ff. de test. tut. fatētur nōnulli; interpretes alioquin doctissimi, nihil super hoc determinantes. legitur hoc in loco. ¶ Seruus autem alienus purè inutiliter testō datur tutor; sed ita cum liber erit, vtiliter datur.] Contrarium verò statuitur in dicta leg. si hæreditas. sub his verbis. ¶ Seruus alienus ita dari tutor potest. Si liber erit, tutor est. Quinimò & si purè datus sit, videtur inesse hæc conditio, cum liber erit.) Soluit primo loco ibi glossa hoc pacto; Non valere, vt statim administret, vt hic: valere, cum liber erit, vt ibi. Idem sentit glossa hic, exprimens hoc per alia verba. Inutiliter vt statim fit, sed cum liber erit. Sed si rem bene pēsitauerimus, nugas has esse inueniemus: Quia nunquam inutiliter seruus alienus testamento tutor daretur, cum semper illa conditio videatur inesse, cum liber erit; Semperq; esset idem casus: nam ante aduētum libertatis nūquam erit tutor. Quamobrem Sylu. Aldob. hic numero 5. dicebat, non videre quomodo bene soluatur hoc contrarium; cum veniant aduersatiuè illa verba subsequentia in hoc textu. ¶ Sed ita cum liber erit vtiliter datur.] Et concludit super hoc per ista verba. Cogita: quia est difficillimum contrarium propter illam adiectionem, sed cum liber erit, &c. Cōtius in d. l. si hæreditas §. si. soluebat hoc modo. Seruus alienus purè inutiliter datur tutor testamento quo ad verba, & sententiam, Nam illa datio, Stichus tutor esto: non est pura quo ad sententiam: cum subaudiatur conditio. cum liber erit. Sed non placet. Quia cum per hæc verba ¶ Cum liber erit.] Intelligatur data fideicommissaria libertas, d. §. si. vers. pnetl, & l. & si nō ascripta in fin. C de fideic. liber. Vtique quo ad verba, & sententiam vtiliter datur tutor, Ex his enim verbis fideicommissaria libertas sequitur, & tutela. Nouissimi Galli ad hunc locum existimant idem in hac formula iuris esse, quod in proxima Iustinianus dicit de furioso, & de minore: vt tunc minor, & furiosus tutor fit: cum in vno furor cessauerit, in alio maior ætas aduenerit § furiosus. inf. eo. tit. & d. l. hæreditas. § Si furiosus. Sed quemadmodum in illa formula furiosi dissentio extitit inter Iurisc ōsultos. d. §. si furiosos. eodem modo in hac quoque de seruo fuisse arbitrantur. Sed hoc non sine diuinatione dictum puto. vnde alia quærenda est solutio. Illud tamen certissimum est. Cui seruo alieno tutela data est, eidem data libertas intelligitur: Non tamen directo, quia rerum natura hoc non patitur; sed testator iubere intelligitur hęredē suum emere seruum illum, & emptum manumittere. d. l. & si non ascripta.

Melior itaque solutio videtur. Non posse constitui tutorem seruum alienum purè, qñ testator volebat eum purè, & directè liberū, & tutorem esse; vt in hoc textu. Valere tamē constitutionem eius serui in tutorem; quando ambigua esse testatoris voluntas: quia videtur subintellexisse conditionem. quam non expressit. Ita Franc. Connan. dicto libro 2. capit. 4. numero 9 Pro hac sententia faciunt verba finalia dict. l. si hæreditas. ¶ Potest igitur & huic fideicommissaria libertas defendi, si voluntas apertissimè non refragetur.] Est igitur intelligenda dispositio Iustiniani in hoc. §. cum voluntas testatoris conditioni refragatur. Hoc est, cū omnino voluit purè libertatem, & tutelam seruo alieno mādare, qđ facere testator neqt.

Ad § Minima De cap. dimin.

Anton. Goueanus lib 1. cap 26. lectionum iuris variarum, mirum esse ait, qua ratione Imperator dicat hoc in loco, emancipationem capitis diminutionem facere; cum venditiones, per quas olim emancipatio fiebat, sustulerit idem Imper. in §. præterea. supra quibus modis ius par. pot. soluit. Nam ijs venditionibus sublatis, nullo modo emancipationem esse capitis diminutionem, putat: cum eius, qui ex filiofam. fit paterfamilias, caput minui non videatur. Olim minuebatur: quia semel, iterum, tertio vendebatur; vt ex Caio in Instit. & ex Paul. in l. liberos 3. ff de capit. dimin in illis verbis. ¶ Cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam seruilē causam deductus.] Vnde mortalitati comparatur emancipatio. l. Gallus. §. & quid si tantū ff. de lib. & post h. l. si ita. ff. quādo dies leg. cedat. Nō secus ac serui-

situtem comparat mortalitati Iurisconf. in l. seruitutē. 210. ff. de reg. iur. Et propter eam causam accidebat, vt emācipatione amitteretur vsusfructus, teste Iulio Paulo lib. 3. sētent. tit de vsufructu. Cum. n. venderetur is, qui emancipabatur, si penes ipsum remansisset vsusfructus, domino esset acquisitus; & sic transiret de persona vnius, in personam alterius, contra naturam vsusfructus. Quod emendauit Iustinianus. in l. corruptionem. 16. C. de vsuf. statuens, non finiri vsumfructum minima capitis diminutione; sed tantum maxima, vel media. Hæc Goueanus aduersus hunc paragraphum Imperatorem nostrū redarguens; licet inscriptionem constituat sub figmento Intellectus ad §. minima. De capitis dimin. Sed hæc Goueani doctrina (me iudice) aduersatur veritati. Siquidem filius dicitur capite minui per emancipationem, quamuis hodie emancipatio non fiat per imaginariam venditionem, vt olim, glossa cōmuniter recepta in d. §. ptcrea. in verbo per imaginarias. Et ratio est; quia iste ad minus mutat statū. Neque vera venditio olim interueniebat in emancipatione, sed imaginaria: vt aperte demonstrant iura superius deducta. Est autē imaginaria vēditio, quædam similitudo venditionis. Vnde licet hic modus fuerit sublatus, remansit tamen emancipatio ip'a, sub minima capitis diminutione, per quam non tollit vsumfructū. bene potuit cōstitutui per Imp. Iustin. cū per ipsum fuerit etiam sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, §. nullā verò. Auth. de hęred. ab Intest. venien. col. 9.

Ad §. 1 de fiduc. tut. In verf. Atqui.

Hunc textū esse multum obscurum, & nō declaratū per Doctores; multumq; in ipsius intelligentia laborasse, testatur Iason hoc in loco in addit ad Portium; Qui tandem autumans germanum intellectum adinuenisse, ait: Lauda Deum, quia non inuenies declaratum ab alio. Sed pace Iasonis, alius delitescit intellectus sub hoc sensu verborum. Atq; vt medullam omnium eorum, quæ hic habentur, degustare possis; scias textum hūc tres habere partes; Nam in prima dictum ponitur, in secunda declaratio, in tertia oppositio, cum solutione. Partes parent. Et hoc dicit in summa. Datur alia tutela, quæ appellatur fiduciaria; nam si parens emancipet descēdentes impuberes, dum ipse parens vixerit legitimus tutor erit; eo tamen mortuo, illius emancipati minoris fiunt tutores fiduciarij fratres, & alij hoc loco descripti: Quamuis liberi ipsius patroni fiant tutores legitimi libertinorum, patrono, qui manumisit, mortuo. Difficultas est dum Imperator reddit rationem differentiæ inter filios parentis emancipantis, & inter filios patroni manumittentis seruum: Nam ita deberet remanere tutor legitimus filius proprij sui nati emancipati ab auo, Auo ipso mortuo; Sicut legitimus tutor remanet filius patroni, patrono, mortuo, serui illius emancipati. Neque videtur in hoc bona ratio reddita per Imperatorem. Nota itaque illa verba. ¶ Filiorum suorum.] Intelligenda pro vt stant, in filijs illius, qui tutelam fiduciariam nanciscuntur: Et sic, nepotum defuncti, vt glossa interpretatur. Et illa verba. ¶ Ideoq; nec in tutelam.] Intellige nec in tutelam legitimam parentum; prout in legitimam patronorum tutelam reincidere debuisset seruus manumissus. §. vnic. de legit. pat tut. Et iste est sensus Accursij in glossa in verbo, nec in tutelam, quem non intelligentes moderni in additionibus damnauerunt. Et alia verba, quæ idem Accursius subdit in eadem glossa, nempè. ¶ Sed fiduciariam.] Malè quoque reprehenduntur ab eisdem modernioribus. Quoniam non vult dicere Accursius, futurum illum esse fiduciarium tutorem, si facta non fuisset emancipatio. Nam hoc esset contra. §. fi. supra de capit. dimin. quem Accursius optimè tenebat: sed in fiduciariam, hoc est, in legitimā tutelam fiduciariam recasurus: cum facta fuerit emancipatio. Sed dices tu, rationem positam in versiculo. Atqui patrono, & c. nō esse generalem; & non adaptari tutelę fiduciariæ, quam haberet filius in persona sui nati, & sic in nepote emancipato ab auo. Nam si T. auus non emancipasset N. nepotē ex filio F. vtique filius ille F. potuisset emācipare N. nepotē impuberē; ipsiusque tutelā legitimā parentum fiduciariam cōsequi. Respondeo, hoc in iure nō esse incōueniēs, vt ratio reddita multoties non sit generalis. Et in reddendis rationibus multa desiderari posse in Iureconsultis, latè demonstrat noster Costa. Maceraten. lib. 3. variarū ambig. capit 4. Exemplo. l. cui dens. ff. de ædil. edicto. Et nihilominus puto in illo casu hanc rationem reddi posse. Quia scilicet propter emancipationem factam ab auo, nullum ius habiturus erat filius in persona sui nati, seu nepotis respectu aui §. 1. §. prętetea. supra quib. mod. ius pat. potest. soluit. At non sic in patrono, filioque patroni. Nā patroni filius habiturus erat idē ius in persona serui manumissi, vel non manumissi. Etenim si non fuisset manumissus filius domini erat habiturus dominicam potestatem in seruo illo. Et si manumissus fuisset, habiturus erat iura patronatus, vt toto titulo ff. de iure patron. Fateor tamen, dispositionem huius textus hodie nullius esse momenti præterquam ad cognitionē iuris correcti: Cum fiduciaria hodie facta sit legitima tutela. l 4. C. de leg. tut. l. meminimus. C. de leg. hæred. Vnde vnus hic locus est, qui cum alijs Nouella Cōstitutione à me decoratus fuit. Et si rectè perpendas quæ dixi, fateberis magis hęc conuenire huic literę, quam Haloandri intellectus, quem refert, & sequitur hic Mynsing.

Ad §. Similiter eos. De excusat. tutor.

Qui literas nesciūt, excusantur à tutela & cura, ex D. Pij rescripto. Hoc cauetur in pręsenti textu. Cuius contrarium legitur in l. Athletę 8. §. fin. ff. de exc. tut. Vbi Vlp. ¶ Eius autē, qui se negat literas scire excusatio accipi

aduerſus quoſdam de Inſula Corſicæ conſuluit Ioan. Cephal. conſ. 136 proponitur, vol. 1. Hęc re ſcire volui, ſtudioſè adoleſcẽs, ne caſu euenie te decipiaris.

Ad §. Quod ſi naturali eod. tit.

Contra deciſionem huius §. ſatis apertè pugnare videtur. l. ergo 30. §. pen. ff. de acq. rer. dom. Hic deciditur, quòd ſi flumen, mutato ſecundo alueo, ad primum redierit, ſecundus alueus ſit eorum, qui prędia vicinia poſſident. At contrarium determinat Iuriſconſ. in d. l. ergo. §. pen. ſub his verbis. [Eius eſſe debet cuius antea fuerat.] Aliorum ſolutionibus omiſſis, diſſolui hunc nodum ita poſſe autumo. Si flumẽ ſenſim receſſerit, alueus eorum fiet, qui habent prædia cõfinia, l. ſi ager. 23. ff. quib. mod. vſuſf. amit. Quod ſi vno impetu recedat aqua, reſtituendus erit alueus priori domino. d. l. ergo. § pen.

Ad §. Cum ex aliena. De rerum diuiſ.

Adeo ardua eſt huius paragraphi contrarietas cum l. adeo 7 § cũ quis, ff. de acq rer. dom. vt coactus fuerit vir, alioquin doctiſſimus, F. Balduinus incuſare librariorum incuriam, qui temerè, addiderunt hoc in loco frumenti exemplum, cuius mentionem oportuit expunctam eſſe. In hoc pariter admodum decepti ſunt Moderniſſimi Vltramontani, qui audacter exiſtimauerunt, nimium hoc in loco Tribonianum feſtinaſſe, atque feſtinando illud prætermiſiſſe, quod Caius I C. appoſuit in præcitata l. Adeo.

Sed antequam aliorum ſolutiones referã, meamque ſtatuam ſententiam, audi ſtudioſè adoleſcẽs in quibus poſita ſit difficultas, Legitur in hoc textu, frumentũ cedere ſpecificanti, cum ad ſpicas reuerti non poſſit. At in d. l. Adeo. §. cum quis. contrarium ſub his verbis legitur. [Videtur tamen mihi quidem rectè dixiſſe, non debere dubitari, quin ex alienis ſpicis excuſſum frumentum eius ſit, cuius & ſpicæ fuerunt.]

Primò loco dicebat Azo, quem refert & ſequitur Accurſius in d. l. Adeo in verbo dixiſſe. Et hoc in loco in verbo ſpicas. Legem illam corrigi per hanc Iuſtiniani deciſionẽ. Sed hanc ſolutionem irrident cõiter, conſiderantes ei fidendum non eſſe, ob illam triſtiſſimam regulam, quod legũ correctio euitari debet in quantum poteſt l. vn. C. de inoffic. dot. l. præcipimus. Co. de appell. Bartol. in l. omnes populi. n. 2. ff. de iuſt. & iure. Abbas in c. 1. de reſcript. nu. 14. textus in c. cum expediat de elect. in 6. quod cum ſit, aperriſſimis verbis ſolet Imper. indicare in hoc volumine.

Secundò dicebat Placent. vt eadem gloſſa hic teſtatur. Imper. Iuſtinian. hoc poſuiſſe gratia exempli pro pueris: exempla verò declarant, non reſtringunt regulam. l. fina. ff. de iuris. & facti ignoran. cum ſimilibus. Sed caue ab hoc dicto: Ridiculum enim eſt dicere, propter iuuenes male exemplificari: & maximè in re dubia, & fortaſſe non vera.

Tertiò ſoluebat Syluester Aldobrãd. hic in addit. Aſſeuerando, ſupplendum eſſe hunc textum ex verſiculo.

Videtur tamen, dicta lege Adeo. §. cum quis qui incuria Triboniani hic relatus nõ eſt: Verùm ita dicere, eſt iniectas manus aduerſarijs dare, & fateri Tribonianum aberraſſe, & perperam loquutum fuiſſe; prout Balduinus, & alij conſtituerunt.

Sileo aliorũ dicta, & præcipuè quod notauit ad hunc locum nouiſſimè Virgilius Capriolus Hiſtonienſis, volens ad intellectum huius. §. videndum eſſe Connanum. lib. 3. cap. 6 num. 3. Cum nihil ad hoc locus ille.

Quamobrẽ vt omnem tollas difficultatẽ, à nemine quem viderim, ante hac ſublatã, Scias verba illa poſita in d. l. Adeo verſic. videtur tamen mihi] Relata eſſe vltimo loco à Caio I.C. auctore d. legis, poſt omnium ſententias; vt quid ipſe ſentiret exprimeret, & comprobaret. Rurſus illud adnotandum eſt ex textu hoc noſtro in verſiculo, ¶ Et poſt multam Sabinianorum,] à Iuſtiniano poſt longam, multamq; ambiguitatem inter Sabinum, & Proculum iure conſultos, eorumq; ſectatores, approbari mediam illam ſententiam, exiſtimantium, quod ſi ea ſpecies ad priorem, & rudem materiam reduci poſſit, is videatur eſſe dominus, qui materiæ dominus fuerat, alias ſecus. Vnde opinio illa à Caio I. C. approbata in dic. verſicul. Videtur tamen mihi, &c. dictæ l. Adeo, verbis expreſſis confutatur per eundem Iuſtinianum hoc in loco. Eſt autem hæc media ſententia, de qua in eadem. l. Adeo. ſic legitur. ¶ Eſt tamen etiã media ſententia rectè exiſtimantium, ſi ſpecies ad materiam reuerti poſſit, verius eſſe, &c.] Igitur opinione Caij & aliorum confutata, media illa ſententia comprobatur. Et ſi ita hæc intelligas [prout verè intelligenda ſunt.] Vbi pugnantia? Vbi librariorũ incuria? Vbi Triboniani feſtinatio, & omiſſio? Vbi in ſumma Antinomia, vel contrarietas? Atque hoc dicere voluit Azo, cuius mentem lectatus eſt Accurſius, & patet ex textu ibi. ¶ Placuit media ſententia.] Quaſi dicat, aliorum opinionibus reiectis. Quod ſi cupias ſtudioſè adoleſcens, inquirere rationem; Cur res ſpecificãtis efficiatur quando ad antiquam materiã res nequit reuerti; cum aliàs eiuſdem remaneat cuius erat olim; vt in hoc §. dicitur. Inſpice Cæſ. Coſtam noſtrum Maceraten. lib. 3. variarum ambig. c. 21. qui eam aſſerre conatur ram ex l. quæſitum. 76. §. illud fortaſſis, ff de leg. 3. quam Ex Bald. num. 16. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Habes itaque ex his verbis huius textus. ¶ Placuit media ſententia exiſtimantium, &c.] Impp. Iuſtinianum confutare in hoc quæſtio omnium opiniones, & mediam illam ſententiam cõprobare duntaxat.

Ad §. Ex diuerſo. De rerum diuiſ.

Difficilis ſanè, ac indiſſolubilis prima facie videtur contrarietas huius §. ex diuerſo. cum leg. 2. C. de rei vend. in qua tollẽda plurimum laborarunt in hanc vſque diem interpretes, & quæ ſit vera ſolutio ignoratur,

Poſi-

Posita est autem Antinomia in illis verbis. ¶ Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem eius amittit: quia volũtate eius intelligitur esse alienata,&c. Et ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vendicare non potest.] Ex quibus desumitur hoc axioma. Ædificans in alieno solo sciẽter ex sua materia proprietatem materiæ amittit: ita vt nec diruto ædificio materiam vẽdicare possit. Concordat. l. Adeo.7.§. ex diuerso.ff.de acq.rer.dom.

Contrarium tamen habetur in l.2. Co. de rei vend. Vbi id, quod in solo tuo ædificatum est, quo ad in eadem causa manet, iure ad te pertinet, si verò fuerit dissolutum, eius materia ad pristinum dominum redit, siue bona fide, siue mala fide ædificium extructum sit, si non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint. Et huic sententiæ consona est decisio.l.Vtiles.42.ff.de pet.hęred.in fine.Vbi etiam prædoni, qui in alienam rem superuacuas impensas fecit, potestas fit tollendorum eorum, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt. Et tale respõsũ est Caij cuius est.d.l.Adeo.§.ex diuerso. Sed insistamus principaliter in §. hoc nostro,& in d.l.2.C.de rei vend.Atq; enitamur hæc duo iura concordare.

Quamuis autem vir doctissimus And. Fachineus l. 1. c. 55. contro.iuris, adeo in hac difficultate insistat, vt confutatis aliorũ solutionibus, suam cum Iacobo Cuiacio ferre statuat sententiam, ita vt nihil vltra optari posse videatur, dicam tamen paucis, ac sincere quid sentiam, nonnullorum prius solutionibus relatis,& si opus fuerit confutatis.

Sit itaq; prima in ordine solutio Mynsingerij, qui putabat hoc in loco ita distinguẽdum. Dictam l. 2. debere intelligi de ædificio extructo à Colono, vel Inquilino, vel emphyteuta: & idcirco nos vendicare posse materiam ædificio dissoluto: quia ius ædificandi habuisse videntur. Textum autem hunc nostrum loqui in alijs, qui ædificandi nullam à domino soli causam habent, vel possidendi, vel ædificandi.

Verùm hæc solutio admitti non debet; tum quia diuinatiua; nullum etenim verbum est in d.l.2.quod Mynsingerij suadeat interpretationem. Tum pariter quia ibidem legitur, hoc procedere siue bona fide, siue mala fide fuerit ædificium constructũ. Accedat insuper Inquilinum, & alios supra nominatos, non solum posse vendicare materiam diruto ædificio; verum etiam agere cum domino ad recipiendum ea, quæ impendit necessario, vel vtiliter auxerit l. dominus horreorum. 57.§.1. ff. locati.l.in fundo 39 ff.de rei vend.

Altera fuit solutio Eguinatij Baronis hoc in loco. Malæ fidei possessorem ædificando in alieno solo, censeri ædificasse animo donandi: & ob id materiam vendicare non posse, etiam diruto ædificio. d. §. Ex diuerso. Posse tamen ipsũ probare; se non animo donandi impendisse; & tunc poterit materiã vẽdicare, vt in d.l. 2. cauet.

Huic tamen interpretationi repugnant verba.d.l.2. vbi axioma illud ponitur, Malæ fidei possessorem posse materiam vẽdicare, nisi probetur animo donãdi ædificia alieno solo imposuisse. Probandi igitur onus ad dominum soli, non autem ad instruentem ædificia pertinebit, si materiam diruto ædificio restituere noluerit.

Referamus tertio loco Iacobi Cuiacij intelligentiam, quæ talis est. Textum hũc nostrum in §. Ex diuerso. loqui de rigore iuris, de quo vendicari non poterit materia, etiã diruto ædificio. Textum verò in d. l. 2. loqui de benignitate iuris. Benignius enim ẽ, vt eam materiam vendicare possit; ne possessor cum illius iactura locupletetur. argumento. l. plane.41 ff. de pet. hær. & leg Iulianus. 38. ff. de rei vendicat. Et maximè si sciente domino ædificauerint, argumento l. purè. 5. §. si donaui. ff. de dol. mali except. Sed contra hoc pugnare. l. sumptus. 49. ff. de rei vend. adnotauit A. Fachineus post Antonium Fabrum, quem allegat. Siquidem inquit ibi Papinianus; sumptus in prædium alienum factos peti quidem non posse, sed exceptione doli opposita per officium iudicis æquitatis ratione seruari, si a bonę fidei possessore facti sint. Ergo si à malę fidei possessore facti, secus erit.

Prætetea, quis non videt hanc intelligentiam colligi nullo modo posse ex verbis dictorum iurium? Vnde meritò diuinatiuus sensus dici poterit.

Quarto loco. And. Fach. d.lib.1.capit.55. hanc statuit solutionem, vt Imper. Iust. hoc in loco,& Caius in d. l. adeo. §. ex diuerso loquantur de ædificante in alieno solo, nesciente domino. Impe. verò Antoninus in d. l.2. loquatur, cum aliquis ædificat in alieno solo, sciente & patiente domino. Nam talis scientia, & patientia operatur vt materiam vendicari possit. argumento. l. purè. 5. §. si donaui. ff. de doli mali,& met. except. in illis verbis. ¶ Dolo enim feci, quia passus sum eum ædificare, & non reddo impensas.] Non negligendus sane intellectus, nisi diuinatiuus. Vbi enim scientia, & patientia domini illius partis inferioris probabitur in d.l.2. Dices forte cum Fachineo, in illis verbis textus. ¶ Eam, quam vicinus tuus imposuit,&c.] Et sic ex præsumptione, quia vicinus. c. quoddam. de præsumpt. Sed hoc valde remotum: quia adesse,& abesse potuit vicinus iste tempore cõstructi ędificij, vt in casu de quo Alex. cons.82. nume.10. vol.3. latè Mascard. concl.1406. nu. 14. Vnde non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse l. nõ hoc. C. vnde legit. Pręterea nõ sola sciẽtia & patientia operatur in d.l. purè. vt materia vendicari possit; verum etiam iustus titulus donationis, prout ibi apertè legitur.

Quamobrem perpendamus vltimo loco glossæ in verbo non potest. solutionem, quę communiter ab interpretibus recipitur, & quæ talis est. Iustinianum hic loqui de eo, qui ex propria materia ædificat in alieno solo. Antoninum verò in d.l. 2. Loqui de eo,

qui

qui ex aliena materia ædificat in alieno solo. vnde materiæ dominus, dissoluto ædificio, eam materiam vendicare poterit: quia non præsumitur in hoc casu donatio materiæ, prout in casu priore, quando si quis ædificat ex propria materia. d.§ ex diuerso. quod alias regulariter non præsumatur donatio, extat Pauli responsum. in l. Campanus. ff. de oper. libert. late Mascard. conclus. 555. vol. 1. de probat.

Et si cum Pachineo opponas, nullum esse verbum in d. l. 2. per quod significetur ibi Antoninum Imperatorem loqui in eo casu, in quo quis ædificat ex aliena materia. Respondeo illa verba hoc exprimere. ¶ Si non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint.] Nam si quis ex sua materia ædificando in solo alterius scienter eam donare iudicatur. d. §. ex diuerso. Ergo præcitata. l. 2. non potest intelligi in casu, in quo de sua materia quis ædificat, cum diruto ædificio dominus soli nolens restituere materiam, probare teneatur, donandi animo ædificia suo solo imposita fuisse. Et si cum eodem doctissimo Pachineo replicares, illa verba. ¶ Si non donandi animo, &c.] Magis proprie conuenire, ei qui dominus materiæ sit. Respondeo rem potius referenda fore ad dominum soli, qui ne cogatur restituere materiam diruto ædificio, probabit, suo solo donandi animo ædificia imposita fuisse; hoc est ædificantem fuisse dominum materiæ. Præterea esto, quod illa verba referatur ad dominum materiæ, non ne ex hoc pariter comprobabitur intellectus glossæ? siquidē dominus materiæ volens eam vendicare, probabit ædificantem in alieno illo solo, nō animo donandi ædificasse: cum non ex sua ædificantis materia, sed ex aliena, nepe sui repetentis, ædificium dirutum construxerit.

Ad §. Si quis in aliena. De rer. diuis.

Eos, qui Iustiniano credunt nullā in pandectis esse Antino niā relatam, huc remittere solebat Eguinarius Baro; Cū inter Iuliū Paulum, & Caiū extet maxima cōtrarietas, vt mox intelligetis. Itaq; tabula picturæ cedere, apertis verbis legitur in hoc. §. si qs in alien. de rerum diu. Cū quo concordat Caij responsum in l. qua ratione 9. § literæ. ff. de acquir. rer. dom. Sed aduersatur de diametro Iulij Pauli responsum in l. in rem. 23. §. sed & id. ff. de rei vendicat. Picturam, scilicet tabulæ cedere; cum necesse sit ei rei cedere id, quod sine illa esse non potest. Vnde formata est hic glossa in verbo cedere. & in d. l. in rem, glossa in verbo necesse.

Primò Azo dicebat. d. l. in rem. corrigi p d. §. literæ. & per hūc §. si quis in aliena. Sed Azo clarius loqui poterat, licet eius sēsus verissimus sit, vt dicā infra in finalib. verbis.

Secundò soluebat Ioan. dicendo. Ibi formari quæstionem de scriptura, & pictura; sed fieri decisionem dumtaxat de scriptura. Quod sanè falsum est, vt ex inspectione illius. l. in rem. apertè patet.

Tertiò loco Placentinus distinguebat sic; vt pretiosiori rei cedat minus pretiosa. Cōprobari hoc videtur ex d. l. in rē. in illis verbis. ¶ Licet de pictura quidam contra senserint, propter pretium picturæ.] Ex textu nostro ibi.

¶ Ridiculum est enim, picturam Apellis, vel Parrhasij in accessionem vilissimę tabulæ cedere.] Vnde fit, vt hodie propter vilissimum pretium chartæ, literis charta cedat. Ita glossa in d. l. in rem. quam sequitur Azo Mynsing. & Ioan. Omot. in §. literæ, supra eod. Licet in hoc contrarium teneat Accur. in glossa ibi, necnon Præpos. Senen. casu 3. q. 1. & Aldob. in addit. ad glossam in textu mox citato. Et hanc opinionem Placentini distinguentis circa picturam, dicit communem Præpos. Senen. in præallegato loco, & sequitur glossa nostra hic.

Hæc opinio Placentini nō debet admitti: quia secundum hoc non debebat fieri differentia inter scripturam, & picturā; & tamen fit; cum literæ licet aureæ sint, chartis, membranisve cedant. d. §. literæ. Indistinctè itaque scriptura cedit chartis; & tabula cedit picturæ propter eius æstimationē, & excellentiam, & artificium. Benè tamen verum est, quod nonnullis modis hoc dictum de pictura restringitur per interpretes. Primò si pictura sit vilis, tabula pretiosior, iuxta opinionem Plateæ, quem Port. & alij. Tunc enim pictura cederet tabulæ. Secundò si pictura sit imposita rei immobili, vt in pariete: Nam tunc quoque pictura cederet muro, vt dicebat Platea, quem Ioan. Omot. hic. Tertiò si pictor tabulæ pretiū non soluerit; secundum distinctionem hic traditam. Erit itaque vtilis hæc indagatio ad dirimendam contentionem, quæ posset oriri. Pictor, qui pinxit in aliena tabula, offert pretium tabulæ. Dominus verò tabulæ, pretium picturæ. Quis eorum præferri debet? Pictor. ita Platea, & alij post glossam hic, & nouissime Omotom. His habitis, reponamus nos in via, atque dubitationem hāc absoluamus. Quarta itaque fuit sententia Aldob. hic post Præpos. Senen. in d. casu 3. q. 1. ex varijs veterum altercationibus. Caij sententiam comprobari à Iustiniano, vt tabula cedat picturæ propter illam rationem hic positam in versic. Ridiculū est enim &c. Et hoc voluit dicere Azo.

Ad §. Thesauros. De rer. diuis.

Thesaurus in sacro, aut religioso loco inuentus fortuito casu, perinde conceditur inuentori, ac si illum inuenisset in proprio suo loco.

Hæc est decisio huius textus. Cui de diametro aduersatur. l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisci. sub his verbis. ¶ Si in locis fiscalibus, vel publicis, religiosisve, aut in monumentis thesauri reperti fuerint. Diui fratres cōstituerūt, vt media pars ex his fisco vēdicetur.] Glossa in verbo Religioso conatur hūc nodum varijs modis soluere, nihil tamen, vel ipsa, vel Port. vel nouissimè Aldobr. in additionibus efficiunt. Sed vera solutio colligitur ex dictis Franc. Connan. lib. 3. comm. iuris. cap. 4. Hunc scilicet textum nostrum loqui

loqui de sacro, & religioso loco, posito in fundo, vel ædibus ipsius Inuentoris. Sunt enim teste Caio in l. 5. ff. de relig. & sumpt. fun. quædam familiaria, & hæreditaria sepulcra. Vnde habes ita concepta verba huius literæ.

¶ Thesauros quos quis in loco suo inuenerit.] Siue puro, dicas tu, siue sacro, siue religioso, iure ciuili, cadaueris illatione. At I.C. Callistratus in d. l. 3. loquitur de thesauris inuentis in locis religiosis monumentisve alienis. Sentit hanc veritatem Balduinus hic; Addens nonnullos aliter legere hūc textum, addita negatiua hoc pacto.

¶ Publicis, non etiam religiosis.

Ad §. Finitur. De vsufructu.

Inuoluta satis videtur à Glossa, & à Doctoribus contrarietas huius §. in quo deciditur, nihil agere vsufructuarium cedendo vsumfructum extraneo. Concordat l. si vsusfructus. 67. ff. de iure dot. vbi sic Pompon.

¶ Quoniam dicimus vsumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis: Et si extraneo cedatur, idest ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eū transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum.] Ex quibus habes, fructuarium alienare non posse, & alienando perdere vsumfructū. Vnde glossa hic in verbo cedēdo, aperte velle videtur, quod si fructuarius alienet suum vsumfructum extraneo, nec exprimat se alienare cōmoditatem, seu facultatem percipiendi fructus, alienatio non tenebit: & insuper vsumfructū amittet, & cum proprietate consolidabitur. Atque id voluit Azo originaliter in summa. C. de vsuf. nu. 20. quem Castr. in leg. 4. ff. de nouat. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 4. ff. de verbor. oblig. Ibique Alex. col. pen. Ias. nu 80. Ripa nu. 88. Et hoc receptissimum, & indubitatum tradit ex Soc. Couarr. & alijs, Arrius Pinell. ad l. 1. C. de bo mat. in 3. part. numero 38. Et hoc sine dubio ab omnibus probatum esse, tradit. Paril. cons. 171. numero 3. lib. 2.

Quamuis alijs patres mitiorem colligentes conclusionem dicant; Fructuarium alienātem vsumfructum intelligi in dubio alienare commoditatem, vt actus sustineatur, & pęna vitetur. Sotin. cons 66. num. 7. lib. 3. Sileo Bald. Aretin. & alios, quos idem Pinel. d. numero 38. vers. Alij autem ex proximis, &c.

Cuius contrarium exprimitur in §. 1. in fi. inf. de vsu & habitat. in illis verbis. ¶ Vsuarius, nec vlli alij ius, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere pōt; Cum is qui vsumfructum habet possit hęc omnia facere.] Concordat Vlpiani responsum in l. arboribus. 13. §. vsufructuarius. ff. de vsufr.

¶ Vsufructuarius, vel ipse frui ea re, vel locare, vel vendere, vel alij fruendā cōcedere potest] Cōfert Iuliani dictum in l. Cui vsusfructus 74. ff. de vsuf. ¶ Cui vsusfructus legatus est, etiam inuito hærede cū extraneo vendere potest.] Ex quibus quasi indubitatum præsupponendum est, quemlibet vsufructuarium posse iure distrahere suū vsumfructum; atque id quod habet in alium trāsferre, non expectato consensu proprietarij: neque ex tali alienatione vsumfructum ad proprietatē reuerti. Glossa hic in verbo cedendo, communiter recepta, soluit sic: Non posse cedi vsumfructum quo ad ius vtendi: cum sit personale, & à persona regatur; Cedi autem posse commoditatem percipiendi fructus prouenientem ex vsufructu, Vult dicere glossa, Nō potest cedi vsusfructus quo ad effectum constituendi in eo, cui vsusfructus conceditur, nouum vsumfructum, qui ex persona vsufructuarij durare, & cēseri debet. Et hoc ꝑbat textus in glossa allegatus, nempe l necessario. 8. §. fi. ff. de per. & commodo rei vendit. Vbi, si mihi vendideris vsumfructum, idest ius vtendi fruendi, quod tuum solummodo sit, etiam si statim morieris, nihil mihi hæres tuus debebit. Facit ad idem d. l. si vsusfructus. ff. de iure dotiū. in fine. Vbi I. C. vtitur his verbis loquendo de vsufructu vendito à marito vxori. ¶ Ipsum quidem ius remanet penes maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertinet.]

Aliam solutionem posuit Pinellus. d. num. 38. cum seq. Interpretando illa verba huius paragraphi. ¶ Nam cedendo extraneo nihil agit.] Nempe quo ad consolidationem, cedi autē posse, vt viuente vsufructuario cessionarius vtatur vsufructu. Nam sic legitur hoc in loco. ¶ Item finitur vsusfructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur: Nam cedendo extraneo nihil agitur. ¶ Ex quibus verbis patet hic agi de cōsolidatione, sicuti & in sequentibus verbis. ¶ Vel ex contrario si vsufructuarius proprietatē acquisierit.] Quæ Pinelli conciliatio satis cōfert ad intellectum huius paragraphi. Cęterum quo ad resolutionem huius contrarietatis, arbitror vsufructuarium nihil agere; non solum quo ad consolidationem, de qua stultum esset dubitare; sed etiam quo ad ius vtendi, vt dicebat Accursius, quod cum personale sit, cedi non poterit, nisi quo ad cōmoditatem ex eo resultantem, vt supra dixi.

Et si adhuc contra Accursium quis insisteret dicendo, per eius responsionem non tolli obicem ex d. §. 1. infr. de vsu, & habit. cum ille textus loquatur quo ad ius, non quo ad commoditatem; Nam inquit. ¶ Vsuarius, nec vlli alij ius, &c. cum is qui vsumfructum habet, &c.] Responderem IVS ibi accipi, vel pro seruitute, vt dicebat Accur. in diffinitione vsusfructus. supra, & est textus ad hoc in l. creditori. 9. ff. de oper. nou. nunciat. Vel pro commoditate resultante ex illa seruitute. l. 3. ff. de seruit. rusticorum prædiorum.

Ad §. Nouissimè. De Vsucapionibus.

Non opinionem iusti tituli, sed iustum titulum parere vsucapionem hic deciditur in vers. Error autem falsæ causæ, &c. Quod & in l. Celsus. 27. ff. de vsucap. in l. 1. ff. pro donato in l. nemo potest. 6. ff. pro derel. in l. 2. & 3. ff. pro legato, tem probatur t Vlpia.

Iulian.

Iulian. & Paulus. Sed an hoc ita generaliter, & indiffinitè pronunciatum verum sit, videamus. Et sanè falsum esse videtur, per l. quod vulgo. 11. ff. pro emptore. Vbi iustissima causa erroris in titulo pro emptore, vsucapiendi causam tribuit. Per l. 3. ff. pro soluto. Vbi titulo pro soluto, etiam putatiuo procedit vsucapio. Per l. 3. ff. pro suo. Vbi sola traditio ex causa, quam veram esse existimat accipiens, sufficit ad vsucapionem. Per leg. 4. in fine. ff. pro suo. Vbi Pompon. ¶ Quod legatum non sit, ab hęrede tamen perperam traditum sit, placet à legatario vsucapi: qui pro suo possidet.] Et hoc dictum Pomponij pugnare videtur in specie cum d. l. 2. ff. pro legato. Vbi sic Paulus. ¶ Si possideam aliquam rem, quam putabam mihi legatam, cum non esset, pro legato nō vsucapiam.] Distingui igitur rem sic oportet. Nam aut tradita res est, aut non est. Si tradita est, idque bona fide accipienti, iusti tituli opinio parit vsucapionem, sin minus; Quamuis aliquo modo possessio adepta sit, non parit vsucapionem. Sed hæc distinctio traditionis alijs quidem in causis valet, in emptione non valet. l. penult. ff. pro solutio. l. 2. ff. pro empt. Propterea quod in hoc contractu emptionis bona fides non solutionis tantum, sed & contractus tempore requiritur. d. l. penult. & d. l. 2. Et ita intellige, & declara glossam hanc in verbo error, & opinionem Azonis in glossa relatam. Neque vlla est cōtrarietas inter Pomponium & Paulum; cum Pomponius loquatur in vsucapione pro suo. d. l. 4. Paulus verò in vsucapione pro legato, in d. l. 2. Facilior enim est vsucapio pro suo, quam pro legato; cum titulus pro suo procedat cum dominium nobis acquiri putamus. l. 4. ff. pro suo. Et sic ex nostra opinione. At vsucapio pro legato nulli alij quam ei, cui legatum est, competit. d. l. 1. ff. pro legato.

Ad §. primum. De testamentis.

Pugnantia loqui videtur in hocmet textu Imper. Iust. Hic enim potius legitur, Testamentum per æs, & libram solitum fieri coram quinque testibus, & libripende ciuibus Romanis puberibus. Mox subdit, septem testes quodammodo fuisse necessarios ex eodem iure ciuili in hoc testādi genere. Audi verba textus. ¶ Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs, & libram: quia per mancipationem, idest imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque testibus, & libripende, ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur.] Subdit postea, in versiculo, sed cū paulatim. ¶ Vt vno eodemque tēpore, quod ius ciuile quodammodo exigebat, septē testib. adhibitis, &c.] Quæ ab Accursio in verbo libripende, & in verbo quodammodo afferuntur, & ab alijs interpretibus ad huius loci solutionē, confutantur nouissimè à Cæsare Costa nostro, Variarum ambig. lib. 1. cap. 13. qui postmodum, ita soluere conatur. Quinque puberes ciues Romanos requisitos, & duos alios pro illo, qui & Libripens, idest stateram tenens, & Antestatus appellabatur, cuius defectus numero duorum testium supplebatur. Non negligenda sanè interpretatio, quę satis cōprobari videtur ex Caij Institut. lib. 1 cap. 6. in his verbis. ¶ Vbi quinq. testes ciues Romani in præsenti erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, idest stateram tenens, & qui Antestatus appellabatur, alij duo; vt septem testium numerus impleatur.] Mihi tamen semper hęc litera satis clara visa est, nullamque continere contrarietatem, altero ex his duobus modis interpretando, & dicendo. Primo de iure ciuili fuisse necessarios quinque testes cum libripende in illo testamēto per æs, & libram. Postea verò ex forma cōposita ex triplici iure, erant adhibendi septem testes. Neque obstabunt illa verba. ¶ Quod ius ciuile quodammodo exigebat. Quia dictio illa Quodammodo, exponi debet pro Quasi, vt hic in §. sanctæ, supra de rerum diuis. in §. sui autem. de hæred. qualit. & differ. Vt sit sensus. In testamēto ex triplici iure cōposito necessarium esse numerum septem testium, quem numerum quasi exigebat ius ciuile, Etenim (connumerato libripende) interueniebāt sex testes in illo testamento de iure ciuili per æs, & libram. Vel dicamus secundo loco, & melius, quod Libripens, & Antestatus differebant. Nam Libripens imaginariæ venditioni præerat. Antestatus verò conuocabat, sistebatque testes illos quinq. Ita Stephan. Budæus ad hunc locum. Vnde bene hic legitur illa dictio, Quodammodo; quia ferè septē testes adhibebantur, habita consideratione Antestati. Et vt inquit Viglius quē Myusing. hic sequitur, si Libripendem, & Antestatum computauerimus, septennarius explebitur numerus. Itaque Libripens, & Antestatus in numero testium quodammodo habebantur, vt pariter ad hunc locum adnotauit Eguin. Baro Sed remanet, vt Caij locum perpēdamus, quem supra retulimus, ne ex eo, vnum & idem fuisse Libripēdem, & Antestatum colligamus cum nostro Costa mox citato. Itaque illud colligi ex dictis commentarijs Caij nullo pacto potest. Nam dum dicit Caius, Et pro illo qui Libripens appellatur, idest stateram tenens, & qui Antestatus appellatur, alij duo. Diuersum officiū, diuersasque personas fuisse satis apertè colligi etiam poterit. Quasi diceret, & pro Libripende, & pro eo qui Antestatus appellatur. Vt differentia nominis, officij differentiam denotet.

Ad §. Sed neque hæres. De testam.

Silentio prætereundum minimè censui hunc locum, quem Accursius imperfectè videtur interpretatus. Posita est difficultas in illis verbis. ¶ Hæredi autem, & ijs, qui per potestatem ei coniuncti fuerant, cōcedebāt testimonia in testamentis præstare.] Siquidem dubitatur, quodnam fuerit illud testamentum, in quo hæres, & personę eum per potestatem contingentes, ad testimonium admittebantur. Non in testamento per æs,

& libram:quia familiæ emptor,qui hęredis locum obtinebat, & qui per potestatem ei coniuncti fuerant,à testimonio repellebantur,vt hic legitur. Vnde Accursius in verbo hæredi de testamento Procincto,& Calatis Comitijs, intelligit; quem alij sequuntur. At Viglius hoc reprobat & bene; tum quod in desuetudinem illa abierunt; tum quod nulla ratio differentiæ,appareret, vt magis familiæ emptor excluderetur, quam hæres in testamento Calatis Comitijs,vel Procincto. Quamobrem cum Viglio, quem modernissimi sequuntur,de testamento in scriptis intelligi debet,de quo loquitur Imper. in hoc titulo vsque ad §. finalē. Siquidē esse poterat,quod plerumque ipse hęres institutum se ignoraret. Poterant enim ipsum latere,quæ in tabulis signatis scribebantur. Sed cū subinde hoc ipse scire posset,suadebant, vt abstineret à testimonio; ne suspicionem de se præberet. Et hoc veteres pro concilio suadebant, vt patet ex illis verbis. ¶ Licet ij,qui id permittebāt hoc iure minimè abuti eos debere suadebant.]Sed hoc in necessitatem legis, speciali constitutione Iustinianus vertit.

Ad §. Videamus. De hæred. instit.

Triplex exoritur difficultas ex hoc textu, quarum tertia satis obscura,& sub nube singulas quàm breuissimè expediā. Sed literaliter textum hunc prius enodemus.Hic quatuor constituamus partes, in quarū prioribus tria dicta ponuntur.in vltima verò Ampliatio. Secunda,ibi.¶ Et ex diuerso Tertia. Et si plures. Quarta. Idemq. Hoc dicit in sūma,secundum Aretinum. Pars nō distributa alijs accrescit,sicut amplius erogata decrescit. Distributis autē vltra assem partibus fit transitus ad dupondium. Vel sic. Non distributa pars accrescit alijs 2. si pars amplius erogatur,decrescit alijs. 3. si plures vncias,quā duodecim testator distribuerit,& sine parte aliū instituerit,quod dupondio deest is habebit 4. Idemq; erit dupondio expleto;nam ad tripondium deuenitur, & istæ partes ad assem reuocantur. Casum pone literaliter,in qualibet parte. Sed contra illud dictū in vltima parte, quod expleto dupōdio deueniēdum fit ad tripondium. Primò obstat.l.item qđ Sabinus 17.in fine.ff. đ hæred.instit. Vbi ex sententia Labeonis.expleto dupōdio deuenitur ad Trientem. Solutio. Triens ibi importat idem quod tripondium: Nam omnes partes ad assem postea reuocātur,vt expressis verbis legitur in calce huius §. Altera difficultas ex eadē l.itē quod Sabinus. vers.sed si asse. Vbi nullā partē consequitur vltimus heres,si totus as fuerit expletus. Solutio vera est. Hæredem vltimo loco scriptum,aliquā partem hæreditatis non consequi, si sub his verbis instituatur. ¶ Ex reliqua parte H. hæres esto.] Pro vt ibi. At secus si simpliciter hæres scribatur,pro vt hic. Ita Accursius ad hunc §. in s. glossa quē cętera turba Institutariorū sequitur. Sed maior exoritur cōtrarietas ex l.cū quæstio.C.de legatis. Vbi neq; ad dupondium,neq;ad tripondiū fit transitus;sed cauetur ibi,tantū adimi à primo,q̄tum confertur secundo. Summè difficile,ac terribile cōtrariū appellatur istud à Iasone ī d.l.cū quæstio. Sed dices,quæ inde vtilitas in praxi? Maxima,quę desumitur ex casu ꝓposito in l. Interdum 13.§.sed si excesserit.ff. de hæred.instit vt puta Titius me ex duodecim vncijs hæredē instituit,te in sex vncijs. Inquit I C. Vlpia. eo loco,me ex besse,te ex triente hæredē fore. Quod apprime cōgruit cū textu nostro in prima sui parte,vbi pars non distributa accrescit alijs pro rata. Si sic, ergo ego quatuor, tu duas alias vncias habebis,vt dupondium impleatur. Quæ partes si ad assem reuocentur,vt in fine huius § dicitur,verissimum inuenies Vlpiani responsum mox citatum Quod si meis 12.vncijs adimātur sex illæ vnciæ tibi relictę; Ego dimidiā, tu alteram dimidiam partem hæreditatis Titij consequeris.iuxta d.l. cum quæstio.

Plures afferuntur à glossis, & ab Interpretibus solutiones,an audieris, sed vereor ne illud Iasonis dictum in præallegato loco, verum sit. ¶ Quamcumque solutionem teneas vix bonam reperies.]

Priori loco soluebat glossa prima ;hic, versic.sed distingue. Aut testator voluit excedere assem,vel dupondium (quod facere potest) §. hæreditas. versic.non autem,supra eodem, & tunc deuenitur ad dupondiū, & ad tripondium ; vt hic. Aut noluit excedere assem, & tunc tantum detrahitur primo quantum relictum fuit secundo, vt in d.l. cum quæstio. Aut sumus in dubio quid voluerit facere testator. Et tunc idem, quod in d.l.cum quæstio. Hanc solutionem tenent Bartol. & alij Doctores communiter, teste Iasone in d.l. cum quæstio.columna tertia, versic. sed certè licet, sequitur quoque Syluestr. Aldobrand.in addit. ad glossām hanc nostram.

Sed ista solutio non valet, vt vtar verbis Iasonis, Quia neque hic, neque ibi aliquid cōstat de voluntate testatoris. Imò si cōstatet de voluntate testatoris non esset dubia. Præterea,inquit Iason,est contra l. qui non militabat 78. §.pen. incipiente Filijs,ff.de hæred.instit.vbi,&c.

Quamobrē aliter soluebat Accurs. hic in fine huius primæ glossæ,& in d.l.cum quæstio.in verbo migrare. Hunc textum corrigi per illam legem. Et idem tenuit glossa in verbo portionem.in d.l.qui nō militabat.§. pen.ff.de hæred.inst.sequutus est Fulg.in d. l. cum quæstio. Et inquit ibi Iason. Fortè oportet ita dicere: quia non video quo minus male respondeatur.Sed euitemus legum correctionem,si fieri poterit.

Successit tertia solutio Pauli de Castro,q̄ sequitur quoque Cumanus,videlicet Aut in vnamet voluntate,& scriptura testator reliquit vni 12.vncias & alteri sex:Et deuenitur ad dupondium, vt in textu nostro, & in d.l. interdum,§.sed si excesserit,cum simil. Ratio,ne in vna volūtate intelligatur se corrigere cōtra l.nam ad ea.ff.de condict.& demonstr. Aut in diuersis voluntatibus,& scri-

pturis,

pturis, & tunc procedit dispositio. d. l.cum quæstio. Probant hoc ex illo textu vbi ponitur dictio Postea, & dictio, Deinde.

Sed iste intellectus diuinatiuus est, vt ipsemet Cuman. fatetur. Licet dicat ipse ita tenendum, vt iura iuribus concordentur.

Quarto loco soluebat Fulgosius sic. Testator si reliquit, vel legauit vni xij. vncias, & antequam aliud disponeret legauit alteri sex vncias, tunc fiet transitus ad dispondiũ, ne videatur in cõtinenti se corrigere. Et ita loquitur d. l. Interdum, & textus hic noster Iustinit. At si primo reliquerit vni 12. vncias, deinde multa alia disposuerit, & postea legauerit alteri 6. vncias, Tũc intelligitur adimere sex à primo. Et ita procedet d. l. cum quæstio.

Hæc solutio fuit Gugl. teste Iasone in sæpius allegato loco, dicens quoque ita tenere Paul. Castr. in d. l. interdum.

Probari videtur hæc conciliatio ex d. l. cũ quæstio. in illis verbis. ¶ Cum enim manifestum est eum, qui ab initio duodecim vncias rei cuidam reliquit, alij autem postea sex, &c.] Reprobatur ab Alexan quia dictio Postea, nõ semper denotat interuallum iuribus adductis per ipsum.

Replicat tamen Iason tuendo hanc solutionem: satis esse habere regulã pro se. Bartol. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus, & quod regulariter dictio. Postea, denotat interuallum. l. fructus. ff. solut. matr. Sed neque hanc solutionem procedere sine diuinatione apparet.

Tollamus itaque hanc contrarietatẽ hoc pacto. Vt d. l. cum quæstio. loquatur in legatis, vel in institutione alicuius rei particularis; puta agri Corneliani, vel similiũ. Tribonianum verò hic, & Iurisconsultum in d. l. interdum. loqui de institutione vniuersali, seu de quota hæreditatis. Cogita: quia ex inspectione vtriusque literæ, videbis satis congruere hanc responsionem, necnon ex titulo, sub quo d. l. cum quæstio reposita est: Sed certè obstant contra hunc intellectum verba illa. d. l. cum quæstio. ¶ Si quis itaque vel agrum, &c. Vtrumque in sex vncias esse. vel dominum rei legatæ, vel hæredem.] Replico, de herede rei particularis semper hũc textum esse intelligendum.

Ad §. Non solum, De pupill. substit.

Tria habes (Iuuenis) ex hoc textu. Primo dictum, nempe, substitutio. Pupillaris potest fieri etiã liberis exhereda is. Secundò liiationem. f. substitutio pupillariter tunc omnia bona quoquomodo exhæredatis acquisita debentur. Tertiò extensionem, videlicet: Hæc omnia sibi locum vendicare etiam in posthumis. Sed an sibi locum vendicabit hodie constitutio primę partis huius textus, ex quo exhęredatio sine causa fieri non potest? §. Aliud quoque. Auth. vt cũ de appell. cognoscitur. Minor verò 14. immunis ab illis caussis esse videtur. Respondeo vẽdicare locum sibi posse. si proximus pubertati fuerit, cum tales impuberes puniri lex permittat. l. excipiuntur 14. ff. ad Sen. cõs. Syllan, Iure tamen nouo exhæredari posthumum non posse cognoscis.

Difficultas huius §. in eo reposita est, vt Antinomiam huius textus in 2. sui parte tollamus cum l. miles ita. 42. §. exhæredato. ff. de mil. test. Habes hic. Omnia bona pupilli exhæredati vndecumq. conuenientia pertinere ad substitutum pupillariter. si infra pupillares annos ipsum mori contigerit. At in d. §. exhæredato, contrarium; nempè substitutum a milite datum filio exhæredato, ea tantũ accipere, quæ à testatore prouenerũt.

Hanc contrarietatem excitauit hic glossa in verbo. Id omne, quæ & hanc tradit solutionem. Triphonium I. C. in d. l. miles ita. loqui in milite, qui substituerat filio emancipato, qđ à pagano fieri nequit. §. extraneo infr. eod. tit. & sic speciale in milite quo ad hoc. Vnde fuit restrictum procedere in ijs dumtaxat, quæ à testatore proueniunt. Sed hęc solutio reijcitur quia. §. exhęredato. d. l. miles, ita loquitur non solum in emancipato, sed etiã in filio exhæredato, in quo idẽ licet pagano quod militi. Soluebat secundo loco Christ. quem sequutus est Silu. Aldobr. in additio. ad glossam hic. Bene loqui glossam, circa filium emancipatum. Sed dum loquitur I. C. in d. l. miles ita. de filio exhæredato, cui datur à patre substitutus pupillaris, esse speciale in milite; vt ea dũtaxat substitutus accipiat, quæ in filium à patre milite obuenerunt. Ratio: quia sicuti miles potest pro parte testatus. pro parte intestatus decedere. l. quætebatur. ff. de mil. testam. ita filius militis. Quod cum secus fit in pagano, mirum videri non debet, si contrarium deciditur in hoc textu nostro.

Tertiò loco soluebat Viglius. Verbum illud (exhæredato) legendum esse in d. l. miles ita, cum superiori. §. Adeo. vt finalis. §. d. l. miles ita, incipiat ibi. ¶. Miles, & emancipato.] Et ita legendo comprobatur solutio glossæ, vt d. lex loquatur in emancipatio dũtaxat in illo. §. fina. Celebris sanè solutio, quam & Mynsin. & alij frequentius amplexi sunt. & videtur ipsa veritas. Hoc tamẽ vnum etiam admonere libet quo ad textum in d. l. miles ita. i fine. illa verba. §. In ijs exercebitur.] Non referri ad personas, sed ad bona: vt iste sit sensus. ¶ Verũ hoc ius in ijs bonis exercebitur, quæ ab ipso ad eum, cui substituit, peruenerint.

Ad §. Vel singulis. De pupil. substit.

Ex hac litera, quæ descripta est ad verbũ ex responso Florentini in l. vel singulis. 37. ff. de vulg. & pupil. desumitur hoc axioma. Substituens vltimo morienti impuberi non videtur institutos liberos inuicẽ substituere, sed velle inter eos ius legitimarum hereditatum integrum custodiri. In contrarium pugnat de diametro l. Titia. Seio. 89. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. Vbi legatarij censentur substituti inter se, si vltimo moriẽti substituatur Multum se torquent Interpretes in hac Antinomia tollenda, ob quam formata est hic glossa prima satis longa. & in d. §. Seia. libertis, in verbo vltimus. Difficilis sane q-

ſtio,cuius vtilitas infra explicabitur. Et vt ab ipſis gloſſis incipiamus. Prima fuit eatũ ſententia. Ex prohibitione facta à teſtatore, ne legatarij venderent fundum legatum, induci ſubſtitutionem inter legatarios in d.§. Seia libertis propter regulam poſitam in l.is qui 92.ff. de leg. 3. Non autem ex eo quod vltimo morienti fuerit ſuſtitutum, vt in tex tu noſtro.

Sed hæc ſolutio reprobatur ab Alexandr. numer.5.in d l. vel ſinguli's,& ab alijs communiter, vt teſtantur Viglius & Ozzer. hic, nec non Couarr. in capit. Raynutius. §.8.in princip.de teſtamen. ex eo, quia I.C. in d. §. Seia. ad eius deciſionem non conſiderauit prohibitionem alienationis: ſed illam ſubſtitutionem vltimo morienti factam.

Altera fuit ſolutio Dini, quam ſequuti sũt Bart.Albert.& Caſtren.in d. §.Seia nec non Alex. in l.penult. C. de imnub. Textum noſtrum loqui in directa ſubſtitutione. At §. Seia.loqui in fideicõmiſſaria. Directa enim ſubſtitutio ex coniecturis non inducitur. l. iubemus.C. de teſtam.Sed reprobatur:quia etiam ex coniecturis directa ſubſtitutio inducitur. l. iam hoc iure.ff.de vulg.ſicuti & fideicommiſſaria ex coniecturis deducitur a teſtatoris intentione. l.fideicommiſſa.§. hæc verba. ff. de leg. 3. l. vnum ex familia. §.ſi ff.de leg.2.

Tertia fuit ſententia Bartoli,diſtintentiam eſſe,An ſubſtitutio fiat in toto,ſeu in omnibus bonis,vt i d.l.Titia,§.Seia. An verò fiat ſimpliciter,vt in caſu huius textus. Nã primo caſu,nempè ſi fiat in tota aliqua re,ſubſtitutio inter primos cẽſetur inducta. In altero caſu,nempè ſi fiat ſimpliciter,ſubſtitutio non cenſetur inter primos inducta. Ratio:quia quando teſtator exprimit rẽ,in qua ſubſtituit,cẽſetur potius facere ſubſtitutionem in rem,quam Perſonæ. Vnde debet res omnimodo ad ſubſtitutũ peruenire,qđ non poſſet fieri,niſi eſſet inducta reciproca ſubſtitutio inter illos legatarios vt in caſu d.§. Seia. Quãdo verò ſubſtituit ſimpliciter vltimo decedenti,ſic ſubſtitutio perſonæ. Neq. eſt neceſſe,vt ad eũ aliorũ partes deueniat. Hanc opinionẽ ſequuntur Alex. in fiue Iaſ. nu.10.dicẽs communem in l.põt.ff.de vulg. Couar.in d. c.Rayn.§.8.Vigil.& Myn.nu.3. hic Ozzer.in fin Bellon n 4.Aldobr.in add. ad hãc gloſſam.Et dicebat Ang.in l.vel ſinguli.ff. de vulg. ſe vidiſſe ſepè ita practicati.Hæc opinio mihi dubia vĩ ,ppter illam vulgarẽ regulam, quod indiffinita æquipollẽt vniuerſali.l ſi pluribus.ff.de leg. 2. Et maximè ſi affirmatiuè ,ſtatũ ſit,vt hic;ex dictis p Ceph.cõl.45.n.8.Vndc idem erit ſubſtituere in tota re,& ſubſtituere ſimpliciter.

Quarta fuit diſtinctio Alex. cõſ.91.Põderatis.n.2.verſ.nec ad hoc lib.1 Aut inſtituũtur plures filij,& ſic ſubſtitutio vltimo moriẽti,vt hic ; & tũc nulla inducit ſubſtitutio inter ſubſtitutos. Aut pdicta ſubſtitutio fit vltimo decedẽti pluribus extraneis hrdib. inſtitutis,vt in d.§.Seia;& tunc cenſetur facta reciproca ſubſtitutio. Rõ drĩ ẽ ex Fulgoſ. quem Ang.Are;.hic,& Card. Mantic. li.12. ti.2.n.8.de coniect.vlt.vol. Quia mẽs teſtatoris videtur eſſe, vt a d ſubſtitutum omnes inſtitutorum partes deueniant per vltimũ morientem, Quod cum fieri poſſit in caſu huius §.per ius legitimarum hæreditatũ,nõ fuit opus inter ipſos inducere tacitã ſubſtitutionẽ.At cũ extranei ſunt,ex quibus ei,qui vltimo morietur,ſubſtitutio facta eſt,vt ſatis fiat dictæ voluntatis teſtatoris, alterum ſubſtitutionis gradum inducere opus fuit; vt in d.§. Seia. Impugnat hanc rationẽ Vigilius.nu.2 Sed bene reſponſum fuit per me in voce. Hanc igitur potes Alexandri ſuſtinere ſententiam. vel illã Dini diſtinctionẽ.

Ad §. Item extraneus. De hæred.qual.& diff.

Antonius Goueanus lib.1.c.25. lectionum iuris variarum, notam intulit Iuſtiniano, quod hoc in loco confuderit Aditionem hæreditatis, & Geſtionem pro hærede, cum tamen hæc duo valde inter ſe differant. Nam in aditione, neceſſaria ſunt verba, quæ tamen in geſtione pro hærede minimè requiruntur. l. mutum, 5.l. pupillus 9 l.ſi quis mihi.25.§.ſed quid.l. eum qui. 52. §.ſi.ff.de acquit.hæred.

Iſta tamen oppoſitio facilè ſubuerti poteſt:quia quamuis apertè Iuſtio,hanc differentiam non declaret,fortè quia nõ erat hic locus, apprime tamen hoc diſcrimen colligi poteſt ex verbis huiuſce literæ.¶Etquoquomodo voluntatem ſuam declaret; vel re,vel verbo,de adeunda hæreditate.]Præterea de adeunda hæreditare loquutus fuerat Imperat.in præcedenti.§.extraneis. Vbi edocuit,extraneis hæredibus ius eſſe adeũdi hæreditatem,licet eis fas non ſit regulariter aditam hæreditatẽ derelinquere. Hic verò loquitur quando extraneus hæres non expreſsè,ſed nuda voluntate adit, gerendo ſe pro hærede.Atque inſiſtit in declarando, quid ſit gerere ſe pro hærede.

Sed maior difficultas eſt. An Mendoſus dici poſſit hic textus in verſiculo.¶Veteres enim hæredes pro dominis appellabant.] Hoc enim ſe nunquam legiſſe,ait idem Goueanus,ſed bene hæres pro domino.Verũm pro Domino capi Hæredem apertè Feſtus. lib.8.ſic dicens.¶ Hæres apud antiquos pro domino ponebatur.] Vtriuſq.authoritatem comprobat. Plaut. in Menechmis ſub his verbis.¶Prãdi,potaui,atq. abſtuli hãc,cuius hæres nunquam erit poſt hunc diem.]Vnde tamen hæres dicatur,late inſiſtit hoc in loco.F.H.ad quem recurrere quilibet poterit.

Ad §. Legatum. De legatis.

Legati diffinitio, quæ hic ponitur, vr̃ pugnare cũ diffinitione tradita per Florentinũ in l.legatum.119.ff.de leg.1. nec nõ cum illa Modeſtini recondita in l. legatum 37. ff.de leg.2 quarum verba hic referre ſuperuacuũ exiſtimaui. Circa iſtud multi multa dixere. Ego ſic Florentini diffinitionẽ eſſe diffinitionẽ legati, prout legati appellatione continentur fideicommiſſa,& donationes cauſa mortis. iuxta l. & fideicommiſſum.85.ff. de

de leg. 3. Modestini diffinitionem esse diffinitionem legati proprij secundum illa tempora, quibus in testamento duntaxat legata fieri poterant. §. praeterea inf. de fideic. haered. quod clarũ sit ex illis verbis ibi insertis. ¶ Testamento relicta.] Diffinitio verò hic tradita, est diffinitio legati, prout hodie legatum potest fieri etiam ab intestato, iuxta communẽ sententiam interpretum in d. §. praeterea. Dixi latius in mea repet. Firmana ad rubr. & l. 1. ff. de leg. 1. in 1. lect. rubricae, ad quam volentes remitto.

Ad §. Sed non vsque. De legatis.

Famosissima est huius §. Antinomia cum inscriptione, & responso Vlpiani in l. 1. ff. de leg. 1. vbi ipse Vlpianus sibi ascribit exaequationẽ legatorum, & fideicommissorum sub illis verbis. ¶ Per omnia exaequata sunt legata fideicommissis.] E cõtra in verò ascribitur hic Iustinianus, se omnia legata fideicõmissis exaequasse. Quatuordecim principales intellectus ad illud respõsũ enumeraui, & confutaui in mea repet. typis edita ad l. illam in 1. lect. Quibus adde nunc. 15. Mynsing. in §. praeterea. nu 4 De fideic. haered. Vt verba in illa lege posita ab alio adiecta sint. Quod minimè dicendum arbitror. cum fideliter illa omnia verba legantur in Pisanis, & Florentinis Pandectis. Adde insuper, si placet XVI. Ioan. Corasij. lib. 5. Miscellan. cap. 17. quem nouissimè sequitur Andr. Fachin. lib. 5 Controu. iuris cap 30. Credentes ambo, exaequationem factam ab Vlpiano, licet hic dicat Iustinian. se exequasse. Quod ei solenne sit mulca à veteribus Iuriconsultis ordinata, & cõstituta sibi ascribere. Putantes tñ, totã hanc rem Triboniano, ceterisque compilatoribus tribuendam. Sed absit à me tale hoc excogitare, ne dicã asseuerare. Quid plura? Viginti duos intellectus ad illam legẽ primam enumerat Petr. Ricciardus Pistorien. hoc in loco à num. 4. ad num 26. Mihi tamen illa semper visa est genuina solutio, quam edidi super illius legis primae repetitione. Exaequationem Vlpiani fuisse particulatẽ in materia interpretationis edicti. Quorum legatorum, in qua, tpe Vlpiani per omnia exequata erãt legata fideicommissis. Generalem verò fuisse in omni casu exequationem factam per Iustinianum Imper. Apertè hoc demonstrãt verba huius textus. ¶ Necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exaequare, vt nulla sit inter ea differentia.] Hoc ipsum legitur in l. vn. §. nos autẽ. C. de caduc. tollen. ¶ Vnam omnibus legatis naturam, & fideicommissis imponentes.] Omnia itaque legata, & fideicommissa exaequata sunt per Iustinianum. Aliqua verò per Vlpianum facta fuit exaequatio, in materia. s. e dicti quorum legatorũ, vt latius apertũ in supracitata repet. Et hanc intelligentiam posuit Iacob. Cuiac. lib. 8. obseruat. c. 4. tetigitque Iaco. Raeuard. lib. 3. cap. 4. de iuris ambiguit.

Ad §. Non solum. De legat.

Legatum rei alienae valere regulariter, saltem quo ad aestimationem de iure ciuili, expressis verbis legitur in hoc textu, & in alijs similibus. Sed an hoc immmutatum sit de iure Canonico per c. filius noster. de testamen. satis multumque dubitant interpretes. Siquidem non valere legatũ rei alienae de iure Canonico docuere Abbas tam ibi, quam in cap. cum esses. de testam. Glossa, Alex. Ias. & quidam alij in l. cum alienam. C. de legat.

Sed dicamus, nihil immutatum fuisse de iure Canonico circa legatũ rei alienę, praeterquam in ea specie, de qua loquitur Greg. Summus Pont. in d. c. filius, Nempè, quando testator legauit Ecclesiae rẽ alterius Ecclesiae, sepulturae suae gratia, & filios instituit haeredes, quibus non amplium patrimonium reliquerat. Tunc enim nec res legata debetur, neq. eius ęstimatio. Ita post Innocẽtium. Butrium, Anchar. & Imol. in d c. filius, docuerunt Didac. Couar. in comm. de testam. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 9. nu. 7. quos refert, & sequitur Andr. Fachin. lib. 5. cap. 38. rescribens originale Epistolae Gregorij Papae ad Episcopum Mesaleñ. ex ea hanc veritatem apertissimè comprobans. Hoc ipsum praeterea innuunt verba illius. cap. ¶ Valde mihi videtur iniustum, vt res tibi legatae, quae cuiusdam Ecclesiae esse perhibentur à te teneantur, qui alienã restituere debuisti.] Aliquid quodque de hoc Mich. Crass. in § legatum. q 14. ad finem.

Ad §. Si cui fundus. De legat.

Vsumfructum se tuituris locum obtinere, cauetur in hoc §. cui conformis est decisio Pauli in l. rectè dicimus. 25. ff. de verb sig. in illis verbis. ¶ Quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis sit.] Sed hoc ipsum abnegat idem Paul. in l. 4. ff. de vsufr. ita dicens. ¶ Vsusfructus in multis casibus pars dñij ẽ. Putauit glo. plures posse accommodari solutiones, vt per ipsum in d. l. 4. Illam tñ cõmuniter amplexi sunt Scribentes, vt ad plenum dñium constituẽdum vsusfructus si pars integralis: vt paries dicitur pars domus. Vnde vsusfructus est pars dominij in genere sumpti Et sic species illius dominij, quod sub se habet nudam proprietatem, & vsumfructũ. Ita Petr. quem refert, & sequitur Bart. in d. l. 4. & Bald. ibidem appellauit partẽ pdicamẽtalem. Declarat hoc latius Aret. in §. alienus seruus. De haered. instit. Ista prima cõciliatio reijcitur per Fulgosium, & post ipsum p Vigliũ in d. §. alienus. Quia si hoc esset verum, semper & indistinctè vsusfructus diceretur pars dominij non autẽ in multis casibus, vt in d. l. 4. cauetur. Insuper dicitur noster esse totus fundus, & si vsusfructus alterius sit d. l. rectè dicimus. In toto autem nulla pars deesse potest. Ergo vsusfructus non est pars integralis dominij.

Altera est solutio, Vt vsufructuarius dicatur dominus vsusfructus, sed non dñs rei. Ita Bart. ad rubr. C. de vsuf. quem Aretin. in d. §. alienus. Ias. nu. 2 in d. l. 1. §. vsufructuarius. ff. de oper. nou. nunc. Alex. num. 6. in famosissimo, §. nihil commune. Haec doctrina licet in se vera sit, non tamen tollit con-

trarietatem. Namque in vno loco dicitur vsusfructus pars dominij, in alio verò pars seruitutis.

Tertiò loco Viglius in d.§. alienus. autumat, vsumfructum esse partem dominij in his rebus tantum, in quibus fructus est in corporum perceptione, vt in fructibus agri, & in fętu animalium. Namque in his vſ vsufructuarius dominus partis vnius esse. Quod non est in vsufructu ędium argumento. l. Vaccæ. 4]. de euictio. Ista solutio non placet. Arrio Pinello, ad l. 1. Cod. de bon. materno. parte 3 num. 3. cum d.l.4. loquatur vniuersaliter in cuiusque rei vsufructu. Neque se magis restringit ad vsumfructum agri, quàm ædium. Imo d.l. rectè dicimus. quæ abnegat vsumfructum esse partē dominij, loquitur de vsufructu fundi, & non de vsufructu ædiū. sic enim ibi legitur. ¶ Rectè dicimus eum fundum totum nostrum esse, &c.]

Quarta fuit conclusio glossæ in d.l.4. quā tenuere Bart. num. 1. Iason. num. 2. & 3. in l. 1. §. vsufructuarius ff. de oper. nou. nun c. Bald. & Fulgo. in d.l.4. Franc. Connan. lib. 4. cap. 3. & 4. Pinell. vbi sup. n. 3. dicens ita concludere Alciat. in d.l. rectè dicimus. nn. 7. Vt in multis casibus vsusfructus dicatur pars dominij. Id est habere similitudinem dominij: Cum multa concedantur vsufructuario, quæ rei domino congruunt, solique dño competere videntur, quos casus enumerat supracitata glossa in d.l.4. versic. Vel verius dic. Nō autē dicatur vsusfructus propriè pars dominij, iuxta nostrū, & iuxta d.l. rectè dicimus.

Sed neque ista conciliatio me iudice, tuta videtur. Mouet me, quia diuinandum est, vt ex verbis. dict. l. quartæ. mens istorum interpretum colligatur. Inquit enim ibi Paulus. ¶ Vsusfructus in multis casibus pars dominij est.] Et non dixit. Vsusfructus in multis casibus similis est dominio.

Quòd tamē exprimere sciuisset illius legis author, si voluisset.

Quamobrē ita solitus sum dicere. Regulariter verum, & formalem vsumfructum non esse partem dominij, sed seruitutis: vt hic & in dict. l. rectè dicimus. Sed hæc regula fallit in multis casibus, in quibus vsusfructus est pars dominij. d.l. 4. Sunt autem illi casus enumerati in d.l.4. & 5. ff. de vsufruc. Quia præsens, vel ex die, vel ad diem dari potest vsusfructus. Quod secus est in cæteris seruitutibus. l.4. ff. de seruit. Insuper quia pro parte diuisa, & indiuidua constitui potest vsusfructus. Quod secus est in seruitute. l. pro parte. xi. ff. de seruit. cum simil. Et quia vsusfructus per legem Falcidiam minui potest. d.l.5. ff. de vsufruct. l. 1. §. si vsusfructus, ff. ad leg. Falcid. quod secus est in alijs seruitutibus. l. viæ itineris. 17. ff. de seruit. Et sic de similibus, de quibus in d.l. 5. Et hanc meam sententiam satis fulciunt verba. dict. l. 4. ¶ Vsusfructus in multis casibus pars dominij est.]

Ad §. Sed si rem. De legatis.

Maximi ponderis est Antinomia, quæ latitare videtur in fine huius §. cum leg. 1. ff. de reg. Caton. Decisum hic legitur; Inutile esse legatum illius rei, quæ tempore testamenti fuerit legatarij, & licet eam legatarius alienauerit, non deberi neque ipsam rem, neque eius æstimationem. Concordat Pauli responsum in l. cætera. 43 §. tractari. ff. de leg. 1. l. proprias. 13. C. de leg.

At contrarium Celsus in d.l. 1. in fine, cuius hæc sunt verba. ¶ Si tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eum viuo testatore alienaueris, legatum tibi debetur: quod non deberetur si testator statim decessisset.] Hunc nodum varijs modis conati sunt tollere Interpretes, vt videre est per glossam hic in verbo. Alienauerit. Et per glossam in dict. l. 1. in verbo. Itē si tibi.

Prima solutio fuit Bulgari, dicentis in dict. l. 1. legatarium alienasse rem sibi legatam, viuo testatore. Hic verò alienasse mortuo testatore.

Ratio: quia post alienationem censetur durare eadem testatoris voluntas. leg. 4. ff. de adim. legat. sequitur Balduin. sed vt diuinatiua à nonnullis reijcitur. Præterea non est hoc fine Triboniani negligētia, qui simpliciter loquutus est in illis verbis. ¶ Et licet alienauerit eam, non debetur.]

Altera fuit solutio Ioannis: Hic factum fuisse legatum purum. At in dicta leg. 1. factum fuisse sub conditione. Siquidem ibi legitur. ¶ Si eam viuo testatore alienaueris.] sequitur Aldobrand. in addit. ad glossam nostram, nec non Balduin. numer. 7. & Donellus. lib. 8. suorum Comment. capit. 13. Dubia tamen hæc solutio videtur: quia illa verba. ¶ Si eam, &c. potius denotant factum, & qualitatem sequutam post conditum testamentum, quàm conditionem sapiant.

Tertia fuit solutio Eguin. Baronis ad hūc locum, cui Mynsing. adhæret. Pauli responsum in d.l. cætera. §. tractari, quod conuenit cum §. nostro, Celsi distinctione, veluti quadam exceptione corrigi. Nempe, si proprium tuum fundum, tibi ab aliquo legatum, viuo testatore alienaueris, vel fundum, vel eius æstimationem consequeris. Quod si mortuo testatore alienatio facta sit, nec fundus: neque eius æstimatio legatario debebitur. Ratio: quia absurdum non est in iure nostro, vt iura iuribus coocordentur. l. sed & posteriores. ff. de legibus. Verum, hac solutione pariter notam inferimus Triboniano, quod loqui nesciuerit, & simpliciter illa verba protulerit. ¶ Et licet alienauerit eam, nō debetur, nec ipsa res, nec ęstimatio eius.] Itaque amplectamur Ioannis sententiam tanquam minus periculosam, quę satis comprobari videtur ex verbis. d.l. cætera. §. tractari. in fine. ff. de leg. 1. ¶ Purū igitur legatum Catoniana Regula impedit: Conditionalia non: quia ad conditionalia legata Catoniana non pertinet.]

Ad §. Si quis ancillas. De legat.

Altercatur summoperè nostri iuris Interpretes, circa intelligentiam huius §. In vltima

ma sui parte,ne aduersetur de diametro . l. si cui. 5. ff. de fundo instr. Qua de re fabricata est tā hic glossa in verbo instructus, quā in d.l. si cui. in verbo. ex cæteris. Paucis veritatem inueniamus. Decisum hic legitur, quod si cui fundus instructus, vel cum instrumento legatus fuerit, alienato fundo, ei legatario nihil debebatur: Nullaque constituitur hic differentia inter fundum instructum, & fundum cum instrumento. At non sic Paulus in d.l. si cui. Vbi confutata sententia Labeonis ait, Differre legatum fundi cum instrumento, legatum fundi instructi, seu fundi, & instrumenti. Nam si legetur fundus cum instrumento, fundo alienato nihil debebitur legatario: In alijs duobus casibus, poterit instrumentum esse legatum. Huiusce rei hæc ratio affertur à Donello. li. 8. cap. 17. Quia in illis vltimis casibus apparet testatorem hæc disiuncta esse velle, & tanquam res æquè principales facere.

Hunc nodum primo sic soluebat Roger. Imperatorem simpliciter hic loqui propter iuuenes, nulla prorsus facta distinctione: quia leui, ac simplici via iuuenibus hæc prima legum elementa traduntur § igitur. supra in proœm. At in Pandectis, exactissima Methodo singula traduntur prouectis: Vnde ibi opus erat distinguere, non hic. Reijcit glossa, & cum ea Bar. nu. 3. in d.l. si cui. Quia non debuit Imper. hic malè loqui propter rudes iuuenes.

Secundo dicebat Ioannes. Illud dictum. ¶ Idem est si fundus instructus.] referēdum esse ad illos duos primos casus, scilicet de Ancilla cum natis, & de seruis Ordinarijs cum Vicarijs. At quod subijcit postmodum. ¶ Vel cum instrumento legatus fuerit.] Referendum ad proximum casum, quo ad legatum factum de seruo cum peculio. Sed neque hoc placet glossæ in d.l. si cui. Imò cauendum omnino est ab hac solutione: quia admodum inepta esset hæc contrapositio literæ, in qua distinguuntur clarissimè duo primi casus ad fauorem legatarij contra hæredem; Alij verò duo vltimi contra ipsum legatarium.

Tertio dicebant quidam, teste eadem glossa. Per nunc textum corrigi dispositionem d.l. si cui. Quasi quod Imper. tacitè reprobata Pauli sententia, hoc in loco Labeonis opinionem sectetur, & huic solutioni adhæret glossator noster hic. Sed non placet ex duobus. Primò per regulam. l. præcipimus. C. de appellat. quia legum correctio euitanda. Secundò, quia dum Imper. reprobat alicuius opinionē, expressè hoc admonet. Et præcipuè in hoc libro Instit. vt plures admonui.

Quartò loco soluebat Azo sic: legato fundo instructo, & postea alienato, extinguitur legatum instrumenti, vt hic dicitur, Nempe extinguitur legatum instrumenti illius fundi. At non extinguitur legatum instrumenti patrisfamil. quo instructior paterfam. in eo fundo esset. l. quæsitū. 12. §. sed si fundus. ff. de fundo instr. & hanc solutionem Azonis, Mynsing. num. 9. hic tribuit Balduino, eamque sectatus est, nulla facta mentione Azonis. Ista solutio communiter recepta est, teste Iasone in vlt. add. ad Port. tenuit Bart. in d.l. si cui. num. 3. sequiturque Donel lib. 8. c. 17. suorum comment. iuris. vers. alienatio quoq. Ioan. Oinot. hic ad finem. Et hanc solutionem tenendam esse, omnesque alias esse falsas, inquit Aldobr. in addit. ad glos. Verùm huic solutioni non assentior. Motus primo, quia sciuisset Paulus distinguere talia instrumenta, pro vt sciuit ponere differentiam illorum verborum contra Labeonem in d. l. si cui. Prætetea hic dicitur, legatum instrumenti extingui, si fundus instructus legatus fuerit, alienato fundo per testatorem. At in d.l. si cui. habetur. Legato fundo instructo, fundoque alienato, legatum instrumenti debere. Vnde vterque textus loquitur in instrumentis fundi legati, & sic in instrumentis necessarijs ad illum fundum. Vnde restringere ad propria instrumenta patrisfam. testatoris, quæ ad tutelam fundi, & vsus sui gratia habebat, vt instructior ibi esset, illorumque dumtaxat legatum deberi; est textum admodum restringere, ne dicam violare. Insuper quæram adhuc de ratione diuersitatis, Cur magis extinguatur legatum instrumenti fundi, quam legatum Instrumēti patrisfamilias? Scio F. H. hoc in loco dicere, Quod quis locos istos conciliare studet, Pauli cum Labeone simultatem infestam ignorare videtur.

Quamobrem vt quid sentio ingenuè fatear. Veritus sum hactenus, ne vnus hic sit locus, in quo Tribonianus nimium properans, facilitatique iuuenum studens, Pauli distinctionem sciens, & consulto prætermiserit: vt ex latioribus Digestorum libris perfectius id haberetur, quòd aduersus Labeonem adnotauit Paulus. Et hoc fortassè voluit dicere Roggerius, cuius fortè mentem non bene hucusque intellexerunt Interpretes. Hoc si non placet, alteram accipe solutionem Mendosum hunc fortè textum esse, delendamque ex eo esse dictionem V E L. & legendum hoc pacto. ¶ Idem est si fundus instructus cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, &c.] Vt sit sensus. Idem esse si legatus fuerit fundus, qui instructus est, cum instrumento. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur. Hæc intelligentia clara ex hoc redditur: quia in hoc §. quatuor casus similes deciduntur, sed diuersimodè, scilicet, si legentur ancillæ cum natis, si legentur Ordinarij serui cum Vicarijs, si legetur seruus cū peculio, si legetur fundus Instructus cum Instrumento. In duobus primis casibus ad fauorem legatarij deciditur. In postremis verò ad fauorem hæredis. Cogita quia puto hoc esse verum. Quādo autē per alienationē rei legatæ extinguatur legatū, tradit magistraliter Donel. lib. 8. c. 17. vers. Alienatio.

Ad §. Si generaliter. De legatis.

Legati in genere electionem esse legata-

rlj in dubio, admonet hoc in loco simplici-
ter Imp.Concordat. l. si seruus. rii.'§. cum
homo.ff.de leg. 1.l.2 ff. de opt.leg.l.si do-
mus.74.l.aquæ duos 20.ff.de leg.1. Huic ta-
men decisioni aduersantur plura iura de
diametro,& præcipuè l.3.& 4.ff. de tritico,
vino,& oleo leg.l.Idem Iulian. 41. §. Seio.
ff.de leg.1.& sub eod.titu.l legato generali-
ter.37.Imò , hoc esse obseruandum contra
huius text.decisionem paret: quia etiam in
contractibus datur electio debitori . com-
prehensum. 60.ff. de contr. empt. Vbi dat
venditor emptori dolia,quę vult,nec potest
emptor eligere. Hoc ipsum suadetur ratio-
ne: quia si electio daretur legatario in hoc
legato generali,propemodum infinita esset
auctoritas legatarij , & videretur hæres ni-
mium grauari, quem testator minus graua-
re præsumitur,quam fieri possit l. vnum ex
familia.§.si rem.ff. de l. 2. Finge modò do-
mum, fundum. seruum in genere legatum ,
quem puras eliget legatarius? Hunc nodum
varijs modis conantur soluere interpretes .
Primo quidā dicebāt, tūc legatarij esse ele-
ctionem ,cum legatū sit generaliter per Vē-
dicationem:quia dictum sit legatario:Ven-
dica tibi seruum . Tunc verò esse hæredis
electionem,cum legatum generis per Dam-
narionem fuerit relictum. Quia sic dictum:
Hæres mi damnas esto dare Titio seruum .
Motum per l.si is cui 19.ff.de leg.2.

Hæc prima solutio existimatur friuola :
cum sit sublata hæc differentia legatorum :
§.sed olim.sup.eo. Nec quicquam facit.d.l.
si is cui . In qua illud probatur dumtaxat ,
facta semel electione, non licere illam am-
plius immutare.

Secundo loco Ioan. Oinot num. 15. hic ,
putat tunc dandam electionem legatario ,
cum verba ad ipsum legatarium fuerint di-
recta.Quod si ad hæredem dirigantur.secus
fit.l.qui concubinam 29.§.1.in fi.ff.de leg.3.

Hæc distinctio non satisfacit.quia imper-
fecta . Nam adhuc quæri posset , cuius sit
electio , si verba impersonaliter concipian-
tur,vt hodie in testamentis frequentius fit,
in quibus sic dicitur . Item reliquit iure le-
gati N. &c. Nisi diceres , ad hæredem tunc
spectare electionem. d. l. qui concubinam .
§. 1. Quod esset contra regulam huius li-
teræ .

Tertio itaque loco soluunt hoc pacto.Tūc
demum in dubio competere electionem le-
gatario,cū res legata est in hæreditate. d. l.
si domus.ff.de leg.1.Hæredis verò tunc esse
electionem in hoc legato generali, cum res
legata extra hæreditatē fuerit. d.l.3. & 4 ff.
de tritico vino,&c.Ita gl.tam hic,quā in d.l.
legato generaliter,quæ communiter recep-
ta est ab interpretibus , vt per Donell. libr.
8.cap.19.

Probatur expressè in d. l. si domus, ff. de
leg.1.in d.l.3.& 4.ff.de tritico vino,&c.Cō-
probatur quoq.ratione : Quia rebus alienis
legatis , legatarius habet vnam actionē so-
lummodo , in personam , scilicet aduersus
hæredem,nullam in rem,quia legatarius nō
potest fieri dominus alienæ rei legatæ, an-
te quam illam cōsequatur,latè Donell. mox
citatus . Sed cur sit dicet aliquis? Quia tunc
magis in legandis suis rebus, quā in alienis
comparandis , & in onerandis hæredibus
faciliores voluntates defunctorum . d. leg.
vnum ex familia 69.§.si rem.ff. de legat.2.
Prætèrea electio legatarij infinita esset , si
hæc sibi in rebus alienis concederetur.Vnde
certis finibus legatariorum electio inclusa
est, vt modum interdum faciant electioni ,
d.l.legato generaliter.

Ergo re aliqua generaliter legata . In his
rebus , quas testator habuit eius generis ,
electio erit legatarij . Si nullas habuit,tunc
hæredis erit electio , quas aliunde emat, &
legatario præstet . Sed cur hæc decisio tam
concisè scripta fuit hic per Tribonianum ,
cum adeò diffusa sit huius § materia? Quia
per illud verbum , electio, satis nos admo-
nemur. Tribonianum sensisse superius po-
sitam distinctionem . Est enim eligere ,
vnam ex his rebus sumere,quę potestati tuę
subijciuntur,latè Donel d.cap. 19. quæ verò
possunt subijci potestati ipsius legatarij à
testatore, nisi quæ sunt testatoris propriæ ?
Siquidem in alienis,cum nihil iuris testator
habuerit, nec ipse potuerit ex his vllam su-
mere , multo minus , nec poterit in alium ,
transferre ius istud sumendi, quòd non ha-
buit.l.nemo.ff de reg. iur. Quam igitur po-
terit eligerę speciem ille , cui electio debe-
tur?Castren.nu 5. in d. l. legato generaliter.
dicebat sic , si reperitur species mediocris ,
illa eligenda est.d.l.legato. Si vero medio-
cris non reperitur , quod minimum est cen-
setur legatum,glossa in d.l.legato generali-
ter . Et hæc in speciebus . In quantitatibus
verò , & summis semper eligi debet quod
est minimum,l.nummis.75.ff.de leg.3.Din.
in cap.in obscuris.de reg.iur.in 6 Oinot.hic
in fine .

Ad §. Optionis De legatis.

Si legatarius olim non optasset legatum
optionis,simul cum eo extinguebatur, neq.
ad ipsius hæredes trāsibat.Ita cauetur in l.
par.huius textus , qui sanè pugnat cum l. il-
lud,aut illud 19.ff.de opt. leg. Vbi ad hære-
dem transmittit electionem inquit Paulus .
Ergo legatum optionis olim transmitteba-
tur, vt hodie.Primò Bart in d. l. illud. dice-
bat,quod olim.i.ante Iura Digestorū, lega-
tum optionis habebat in se conditionem &
nisi legatarius vnius optasset , legatum non
transmittebatur ad hæredē : Secus verò de
iure Digestorum,de quo idem erat,quod o-
lim. Sed contra hanc Bartoli sñiam pugnat
litera huius §. In qua profitetur Impe. ex-
pressè , id sua constitutione emendasse ,&
hoc in meliorem statum reformasse;nempe
in leg. fin. C.comm.de leg.Quæ sanè emen-
datio necessaria non fuisset , si per iura Di-
gestorum facta esset . Insuper hæc Bartoli
solutio videtur diuinatiua,& ob id reijcien-
da. Alteram solutionem dabat glossa finalis
in d.l. illud . Negationem ibi à Triboniano
sublatam , & dum legebatur illa litera cum
nega-

negatiua hoc pacto. ¶ Ad hæredem non transmitti placuit.]Hodie fic legitur. ¶ Ad hæredem tranfmitti placuit.] Hunc intellectum fequuti funt nouiffimi Vltramontani hoc loco. Sed vti diuinatiuus non placet. Vnde tertia eft folutio eiufdem gloffæ; Vt olim legatum optionis ex omni famılla non tranfmitteretur, fecus verò fi legatum optionis fuiffet ex certis duobus, vt in d. l. contraria. Hæc folutio fatis confona videtur cum hoc textu, qui declarat, hoc legatum optionis, quod in fe olim conditionem habeat, generale effe. Inquit. n. ¶ Optionis legatum, idest vbi teftator ex feruis fuis, vel alijs rebus optare legatarium iuffèrat.] Legatum verò, de quo in d. l. illud. effe ex certis duobus non ambigitur: fic enim cantat. ¶ Illud aut illud, vtrum elegerit.]

Ad §. Pofthumus. De legatis.

Intelligentia huius §. adeo inuoluta videtur, vt vir doctiff. Alc. lib. 9. par. c. 1. coactus fuerit hanc literam ita legere. ¶ Pofthumus autem non alienus.] Cum frequentius ita legitur. ¶ Pofthumus autem alienus.) Agunt de intellectu huius §. Idem Alci. lib. 3. cap. 1. Parad. Donel. lib. 6. ca. 11. Plaut. ad rubr. C. de bon. poff. lib. 1. c. 4. Cofta. lib. 1. cap. 24. Sed rem hanc totam explicemus. Hic tex. plures patitur difficultates. Prima quando ifte pofthumus alienus potuerit hæres inftitui. Cui quæftion refpondent interpretes. Hunc pofthumum rectè potuiffe hæredem inftitui de iure prætorio, non autem de lege 12. tabul. vel de iure ciuili; vt inf. de bon. poff. in pr. l. Gallus. §. ille cafus ff. de lib. & pofth. Donel. lib. 6. c. 11. Is autem alienus. Pofthumus dicitur, qui fi tẽpore teftamenti natus fuiffet, fuus hæres non fuiffet. §. pofth. fu. e. ti. Sed cur Pofthum. alienus non potuit antiquiffimo iure inftitui hæres? Refpondent communiter: quia hoc lege prohibebatur. Ita dd. in prin. de bon. poffeff. inf. Sed ifta opinio difplicet quibufdam ibidem, putantibus id nulla lege cautum fuiffe. Cofta. li. 1. c. 24. ex eo id factum effe autumat: Quia fiebat teftamentum per æs & libram nam teftam. Calatis Con. & Procinctum, defierunt effe in vfu. §. 1. de teftam. Sed in hoc teftamento per æs, & libram non poterat pofthumus hæres fieri; cum in rerum natura non effet. Hęc opinio mihi femper dubia vifa eft: Nam fequerentur duo abfurda. Primum quod ftatim ac fuit introductum teftamentum. Nuncupatiuum quod ante Iuftiniani tempora fuerat. §. fin. fup. de teftam. alienus pofthumus potuerit hæres inftitui; quod non potuit, vt hic dicitur, & in d. §. 1. de bon. poff. Secundum, quod neque fuus pofthumus eo tempore potuerit inftitui hæres; quod falfum eft. §. pofthumi. fup. de exhær. liber.

Alia itaque ratio reddi poteft ex coniunctione huius textus cum fuperiori verfic. Incertis. Nempe: quia olim: incertis perfonis relinqui non poterat, vt dicitur in d. §. incertis Pofthumus autem alienus fimilis eft incertis perfonis ita Theophil. hic, quẽ Viglius in §. fetuus etiam; num. 3. fupr. de hæred. inftit. Fotcat. In Necyom. dial. 8. refpondendo obiectioni, quod eadem incertitudo verfetur in fuis. Sed quæramus adhuc, Cur pofthumus ifte per bon. poff. confequebatur hæreditatem; ad legata verò nõ admittebatur? §. pofthumo, fup. eod. Refpondeo, quia prætor prouidit quo ad inftitutionem, & non quo ad legata. Sed cur fic? Quia bonorum poffeffio, fecundum tabulas, per quam pofthumus alienus inftitutus hæres efficiebatur fucceffor de iure pretorio, non fe extendebat ad legata. Prætor enim legatorum curam non habuit. Et fortè ratione, quia de minimis non curabat l. 4. ff. de reft. in integ. Vnum fupereft, vt vltima verba huius §. declaremus.

¶ Nifi in vtero eius fit, quæ iure noftro vxor effe non poteft.) De forore, & Nepte iftud interpretati nulla ratio eft: quia cum liceat etiam alieniffimum inftituere fup. de hæred. inft. ad finem. multo magis nafciturum ex forore. nepte, vel ex alia cognata. Quidam ad Veftales, & Afcetrias hoc referebatur, quæ cuiquam nuptæ effe non poterant. Sed non placet, propter illa verba. ¶ In vtero eft.) In talibus enim detineftanda hæc funt vt inquiunt Nouiffimi. Itaque intellige hæc verba iuxta §. fi aduerfus. tu. de nup. Vt exciplat hic Imp. §. pofthumum cõceptum ex prohibita. Ita gloffa finalis hic, quam fequendam puto.

Ad rubr. & §. 1. De lege Falcidia.

Clarum eft, legem Falcidiam latam fuiffe Falcidio Tribuno plebis Interrogante. Can. quædam. diftin. 2. Atque hoc ex plurib. comprobarunt Faber, & Ald. fentit. Bar. in l. 1. ff. de reg. Cat. & eft mera veritas, vt inquit Præpof. Senen. cafu 2. q. 11. Comprobauit alios congerens Fiumag. ad l. in quartam. num. 8. ff. ad leg. Falc. Donel. lib. 8. capit. 22. Card. Mant. lib. 9. tit. 13. in princ. Quamuis à falce, crebrius autument Interpretes dictam effe, poft glof. hic, & inl. 1. ff. eod. fed malè vt per dd. mox relatos. Maxima tamen exoritur dubitatio ex §. plebifcitum. fup. de iur. nat. Cur Falcidia dicatur Lex, & non Plebifcitum: cum iftæ fint duæ fpecies oppofitæ inter fe, & vna fpecies oppofita non poffit fieri altera fpecies oppofita. gloffa in §. litorum. fup. de rer. diu. Omitto hic referre aliorum opiniones, & illa confutare, pro vt alias feci. Dicam tamen duobus modis poffe tolli hanc difficultatem. Primo cum Donel. d. c. 22. Falcidiam effe legem Tribunitiam: quia ita Plebifcita dici cęperunt poft legem Horten. Vel & fecundo, Legem tripliciter fumi poffe. Latè, ftrictè, ftrictiffimè. Latè lex dicitur quicquid naturalis, & diuina æquitas dictitat, atque diffinit. Strictè capitur pro quacumque fcripta conftitutione. Strictiffimè verò pro illa Specie iuris fcripti, quam legem denominarũt. Ita dd. quos Mynf. & Omot. ad § lex eft fup. de iure nat. Vnde accipiendo legem in fecundo fignificatu, dubium nemini videri debet, fi Plebifcitum quoque hoc legis nomine

mine decoratur, vt hic & infra de lege Aquil, Stricto itaque ſumpto vocabulo Plebiſcitum appellatur lex.

Ad §. 1. De fideic. hæreditatibus.

Profitetur Tribonianus hoc in loco, de vniuerſalibus fideicommiſſis prius agere, quàm de ſingularibus; Dum in primis verbis huius §. ſic loquutus eſt. ¶ Sed prius eſt, vt de hereditatibus fideicommiſſarijs videamus.) Quod dubio procul adimpleu t; nam hic de vniuerſalibus, in ſubſequenti verò titulo de ſingularibus fideicom. agitur. At in Pandectis hic ordo poſterior eſſe videtur, & contrarius. l. 1. ff. ad Trebel. vbi ſic legitur.

¶ Explicito tractatu, qui ad fideicommiſſa ſingularum rerum pertinet, transeamus nunc, &c.) Hoc præbuit anſam nouiſſ. Vltramontanis dicendi, Ineptos illos eſſe, qui ordinem in hoc Animali notati, atque obſeruari poſſe exiſtimant (de Triboniano Inſtitu. compilatore intelligẽtes) ſed alius deliteſcit ſenſus in illis verbis. d. l. 1. ff. ad Trebellian. Etenim prima illa verba ibi poſita. ¶ Explicito tractatu, &c.] Sunt Vlpiani authoris illius. l. referentes ſe ad quendam tractatum per ipſum compoſitum, in quo prius de fideicomm. ſingularum rerum pertractauerat. Quod ſanè ex duobus apprimè apparet. Primò, quia illius legis inſcriptio ſic ſonat. ¶ Vlpianus. l. 3 fideicomm.) Habuit itaq. author relationem ad alios ſuos libros de eadem re per ipſum compoſitos: non autem ad titulos ſuperius poſitos in volumine Inforiati per compilatores. Secundò & melius: quia ſi illa verba. ¶ Explicito tractatu, &c.] deberent referri ad titulos præcedentes, alterum de duobus neceſſario ſequeretur, vel non eſſe Vlpiani, ſed Compilatorum; vel Vlpianum fuiſſe vnum ex compilatoribus Pandectarum. Quodcumque verò iſtorum dicatur, abſurdiſſimum erit. Dices tu. Ergo in Pandectis non agitur prius de fideicomm. particularibus, quam de vniuerſalibus (hoc enim vno ore fatentur omnes Interpretes.) Reſpondeo æqualiter, & coniunctim de particularibus, & de vniuerſalibus fideicomm. agi in ff. nō autem de particularibus prius, vt putabat Iaſon. nu. 20 in rubr. ff. de legat. 1. quem tota cohors interpretum ſequitur, excepto Bologn. ibidem. ſub nu. 84. cuius ſententia vera eſt.

Ad §. Finalem. De fideic. hæredit.

In fideicommiſſis numerus quinque teſtium debet neceſſariò interuenire, vt in qualibet vltima voluntate, præterquam in teſtamento. l. fin. C. de codic. Hic verò conſtituitur, valere fideicommiſ. ſi pauciores quam quinque vel ſi nemo penitus teſtis interuenerit. Vnde tollenda eſt hæc Antinomia, & vera huius. §. intelligentia demonſtranda. Quod vt facilius contingat, quærenda ratio eſt, Cur per Inſt. id fuerit conſtitutum hoc in loco, & in l. fin. Cod. de fideic. vnde hic tex. deſumptus eſt. Ioan. vt refert glo. in d. l. fin. putabat in caſu noſtri textus, primò hæredem negaſſe relictum, mox fuiſſe confeſſum; ſeq. tueri velle ex minus ſolenni voluntate. ſequitur Balduin. Sed expreſſis verbis iſtud aperit Imper. in calce huius §. Vnde potius eſt quædam declaratio, quam ratio. Quærimus enim cur valeat hoc fideicomm. ſine debito numero quinque teſtium. Dices tu, forſan in pœnam quia negauit. Addam ego, Si confiteatur relictum hæres, cur fideic. valere debet ſine debito nume. teſtium. Dices fortaſſe cum Bald. quia hæres vſus eſt imperfecto, minuſque ſolenni teſtamento. Replicarem tunc, Textum hunc loqui etiam in caſu ſucceſſionis ab inteſtato, & quando à legatario, vel à fideicommiſſ. ſimiliter aliquid relictum fuerit; vt hic legitur in verſ. Eadem obſeruari, &c. Quamobrem altera eſt intelligentia frequentius recepta, teſte Iaſ. n. 12. in d. l. fin. Hunc eſſe caſum ſpecialem propter duo: Et quia teſtator noluit ſolenniter teſtari: Et quia hoc ponere voluit in fide hæredis. Ita gloſſa. Fab. & alij hoc in loco. Quaſi quod iſta ſit limitatio ad regulam. l. ſi veritas. 23. C. de fideic. Relicta in teſtamento minus ſolenni non debentur. Hæc opinio ſemper mihi dubia viſa eſt. Quia fideicom. poteſt fieri & in teſtamento, & ab inteſtato §. præterea. ſupr. hoc eo. ti. & huius textus deciſio habet locum, & quando factum eſt teſtamentum, & quando veniens ab inteſtato rogatus eſt; & tam ſi rogetur hæres, quam ſi rogetur legatarius, vel fideicommiſſar. Hoc patet ex his verbis. ¶ Siue pater hæredis.] Et ex illis. ¶ Eadem obſeruari cenſuimus, & ſi à legatario, vel fideicommiſs. aliquid ſimiliter relictum ſit.] Tertiò dicebat Port. Id ex eo eſſe: quia teſtator prius fecerat teſtamentum validum, & ſolenne, in quo hæredem inſtituerat; Mox in alia vltima voluntate minus ſolenni, fecerat quibuſdam legata, & fideicommiſſa. Illa enim valere debent: quia hæc vltima voluntas non ſolennis, ſuſtinetur propter teſtamentum ſolenne. Reijcitur à Iaſ. in d. l. fin. nu. 8. Ex eo: quia hic tex. non ſolum ſe fundat in teſtamento, ꝙ præceſſerat, ſed vel ſuper negatione hæredis, vel quia fidem hæredis teſtator ſequutus ſit. Omitto Iaſ. ſententiam. ibi. num. 18. coniungentis primum, & ſecundum intellectum. Quartò igitur loco Barto. in l. nemo poteſt. col. 1. ff. de leg. 1. huius deciſionis hanc eſſe rationem ait. Quia teſtator non poſuit ſimpliciter relictum in fide hæredis. Nam tunc requireretur num. 7. teſtium ſi teſtamentum conderet, vel 5. ſi codicillos: ſed teſtator fecit hæredem ſibi promittere de præſtando legatum, vel fideicom. iuxta l. quidam 46. ff. de hæred. Inſt. & l. ſpadonem. 17. §. 1. ff. de excu. tut. ſequuntur ibid Imo. col. 2. Alex. nu. 9. Ratio autem rationis eſt: quia tale fideicō. tranſit in vim contractus, teſte Bar. vbi ſup. in 2 oppoſ. Vnde hæres, qui hoc promiſit, poteſt conueniri. late Bart. Veronen. cautela 29. Iaſ. nu. 18. in d. l. nemo poteſt. Et hæc eſt ipſa veritas, quæ ex hoc textu limpidè appa-

apparet,non vno in loco.ibi.¶Si hæres perfidia tentus adimplere fideoı recuſar.] Et ibi.¶ Ne depereat vltima voluntas teſtatoris,fidei hæredis commiſſa .] Et ibi. ¶ Siue pater hæredis,ſiue alius quicumque ſit, qui fidem hæredis elegerit.] Illud quoque admonere libet,in vetuſtiſſimis codicibus non legi illa verba. ¶ Poſtquam negauerit.) Ita admonuit hoc loco Ferrer. & H. Atque hic Theophil. nullius negationis meminit.

Ad §. 1. De ſingulis rebus per fideic. relictis.

Prætermittenda non eſt enodatio Antinomiæ, quam autumnant plerique eſſe in hoc textu.cum ſequenti §.& cum l.1.§. pen. C.cōm.de legat. Etenim hic legitur.¶ Quāuis à legatario legari non poſſit.] At in ſequenti §.ſic cauetur.¶ Itaque,& legatarius, & fideic. non ſolum de ea te rogari poteſt,&c.]Et in d l.1.§.pen.habes. ¶ Et hæc diſpoſuimus non tantum ſi ab hærede fuerit legatum derelictum,vel fideicom. ſed & ſi à legatario, vel fideicom.&c. Putant plerique poſt gloſſam. Id quod habetur in hoc §.procedere de iure antiquo.ſ. vt à legatario legati non potuerit: ſed nouo iure poſt generalem exæquationem legatorum,& fideicom. iſtud licere. Et conſequenter,correctiuè loqui,§.ſubſequentem,& d.l 1.§.pe. Vnde inquit Bald,¶ Sed hodie ex Iuſtiniani conſtitutione in l 2.C.comm.de leg nō notamus has verborum formas.] Hæc ſolutio, non modò dubia, verum etiam falſa videtur. Cum exæquatio intactam reliquerit directionē legatorum, & obliquitatem fideicom. Vt poſt Bal. Ang.& alios demonſtraui in l.1.ff.de leg.1.in 3.lect.ex multis,ſignāter verò ex l.fi.C.de ſacr.eccl. vbi ſancitum eſt ſpecialiter: Dominium rei relictæ per fideicom. recta via tranſire in Eccleſiam, & in alias perſonas ibi enumeratas. Vnde etiam hodie in legatis datur directus tranſitus, & in fideicommiſſis obliquus. l. à Titio.66. ff. de furt. Vnde hic erit (ni fallor) genuinus ſenſus huius §. à legatario non potuiſſe legari directò, neque hodie poſſe, ſed poſſe per fideicommiſſum. Quod ſi directò ab eo legetur, in vim fideicommiſſi valere propter virtutem exæquationis, quæ virtutem vnius tribuit alteri. Bart.in d. l.1. num.1 facit l. 2. C.comm.de leg. Probatur hoc apertè ex verbis ſubſequent.§. ¶ Itaque & legatarius,& fideicom. non ſolum de ea re rogari poteſt, &c.] Et ſic ponitur verbum illud R O G O. quod denotat fideicommiſſum, §. fi.infr.eod.tit. Idem quoque probatur ex d.leg.1.§.pen.C.com.de leg. Et apertiſſime edocet Caius.lib.2.Inſtit tit.7.ſic dicens. Et à legatario, licet legatum dimitti non poſſit, fideicommiſſum poteſt. Concordat. l.ſi fuerit.5.in prin. ff.de leg.3.

Ad §. Ita demum.verſ. Poſthumi. De hæred. quæ ab inteſt.

Pluribus modis interpretamur DD. hunc §.vt euitent contrarietatem, de l. fin.ff. de collat.bon.& de l.fi.ff.de aſſig.li. Rē paucis enodabo, cum ſatis amplam annotationem de hoc habeamus ad gl. fi. Receptiſſimum eſt apud omnes. Poſthumum non dici hæredem antequam naſcatur.d.l.fin. Vnde in poſthumo ſpes tantum, non exiſtentia ſui hæredis tunc conſideratur. l. 1. §. toties.ff. de vent.in poſſ. mitt. Sed huic veritati aduerſatur noſtra litera, in qua poſthumus hæres dicitur antequam naſcatur. Puto illam eſſe veram ſolutionem, quam poſuit Curt.Iun.in l.poſthumus. C.de coll. Gozz. in l.qui ſe patris.C.vnde libr. Pinell.ad rub. C.de bon.mater.in 2.p.nu.37. Nempè, hunc textum loqui in poſthumo iam nato. Etenim frequentius in iure Poſthumus non dicitur ille, qui eſt in vtero, ſed qui natus eſt. Nam ante natiuitatem, vel venter dicitur,vel in vtero eſſe. l. 1. & per totum.ff.de vent.in poſſ.mitten.l.qui in vtero.7. de ſta. hom.l.venter.81. ff de acq. hær. cum ſimil. Conferunt ad hoc verba huius text.¶Qui ſi viuo parente nati eſſent.] Ergo de poſthumis iam natis loquitur text. iſte. Sed dicat aliquis, Qui in rebus humanis eſt, poſthumus nominari non debet l.nomen 164.ff.de verb.ſign. Ergo hæc ſolutio falſa. Reſpondeo. Appellari poſthumum hoc loco, quia non erat natus viuo illo, de cuius hęreditate agebatur. Erat enim hic quæſtio, An nepotes, & alij vlteriores liberi in poteſtate, inter ſuos hęredes connumerari debeant, & inquit Imper. connumerandos, ſi nemo eos præcedat in gradu. Etiam ſi naſcantur poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur.

Ad §. Quos autem. De bonorum poſſeſſ.

Difficilem eſſe hunc §.poſt Roncag. & alios teſtatur Coſta.lib.2.c.22.iatè ſuper hoc inſiſtens. Et nouiſſimè Fachin. lib.5.cap.72. confutatis aliorum opinionibus aliā tradit explanationem,quę licet,me iudice,melior ſit cęteris, latius tamen pro veritate declarabitur. Coſtæ itaq.& Fachinei intelligentias perpendamus. Dicebat Coſta. Ipſo iure fieri,& dici hæredem qui ſine aliquo facto etiam non ſolenni hæres fit, ſola legis opera.l.in ſuis.14.ff.de ſuis,& leg.l.pen.ad fi.ff. de bon.lib. Prętorem verò non poſſe hæredem facere ipſo iure, quia Prætor quandoque prius reſcindit emancipationem, quandoque petita bon.poſſ.ſucceſſorem facit,& ſic non ipſo iure. Verum, hoc crediderim procedere in hæreditatibus,& ſucceſſionib. ab inteſtato, in quibus hæres fit ſola legis opera. In hæreditatibus verò, quæ ex teſtamento obueniunt, non fit quis hæres ſine facto ſolenni, vt apparet ex tit. de teſt. ord. De hær.inſtit.cum ſimil. Vnde hoc dictum non eſt ſine ſcrupulo Fach. ita ſoluit. Prætorem nō poſſe facere hæredem ipſo iure.i. iure ciuili. Sicuti hoc verbum exponitur per gl.in §.non autem.inf.de perp.& temp. Act. Vnde prætor non poterit facere hæredem in hunc modum, vt iure ciuili hæres ſit, quia per legem tantum, vel ſimilem iuris conſtitutionem hæredes fiunt iure ciuili, ſed loco hæredis erit. l. 1. §.Idē Pomp.ff.quod falſo tut.auct. Mihi facilis, ac plana ſemper viſa eſt loci huius explanatio, ſi prius perpenda-

damus intentionem Imper.hoc in loco,quã hanc esse fateamur oportet. Constituere.s. differentiam inter hæredem, & bonorum possessores. Hæres enim de iure ciuili. Bonorum possessor de iure Prætorio successor dicitur. Differunt enim vt spes oppositę, Hęres,& Bon.poss.§.fi. sup.per quas pers.nob. acq. Vbi enumerantur quatuor modi acquirendi dominium per vniuersitatem nempe, per Hæreditatem per Bonorum possessionẽ, per Arrogationem,per Addictionem bonorum causa conseruandarum libertatum. Hæres autem fit à iure ciuili. Bonorũ possessor à iure Prætorio. Vnde impossibile erit. Hæredem fieri posse à Prætore. Sicuti impossibile est. Bonorum possessorem fieri ab alio,quam à Prætore. Et impossibile est, vnam speciem effici alteram speciem oppositam. Quamobrem illi,quos solus vocat prætor ad hæreditatem hæredes quidẽ ipso iure ciuili non fiunt. Nam prætor hæredem de iure ciuili facere non potest. Quia per legem tantum,vel similem iuris ciuilis constitutionem fiunt hæredes. Sed cum Prætor dat bon.possess.alicui, loco hæredis illę cõstituitur, & dicitur bonorum possessor. Vt.s. specie differat hæres, qui fit à iure ciuili, à Bonorum possessore,qui fit à iure Prætorio. Et ex his habes intelligentiam huius tex. de qua latè dd.in rub. C.qui admitti.

Ad §.Is quoque. Quibus mod.re contr oblig.

Obligationẽ indebiti prouenire ex cõtractu,satis superq.constare vr̃ ex §.fi.supr.tit. de oblig.& ex præsẽtis §. situatione,dũ ponitur sub hoc tit.Quib.mod re cont.obl.Sed hanc speciẽ obligationis indebiti nõ ex cõtractu, sed ex quasi contractu prouenire, apertis verbis exprimit hic Imper.& magis apertè in §.pen.infr.de oblig. quæ ex quasi contr.Pluribus modis conantur Doct. tollere hanc contrarietatẽ post gl. hic in verbo ex contractu. Hactenus satis mihi placuit Rayn.Corsi opin.li.1.c.31.Indag.iur.Vtrumque verissimum esse,Et quod indebiti obligatio proueniat ex contractu, & quod pariter proueniat ex quasi contractu,diuerso tamen respectu, factaq. diuersa personarum consideratione. Nam respectu personæ accipientis indebitum,obligatio indebiti prouenit ex cõtractu. Sed respectu personę dãtis,vel soluentis indebitum,dr̃ prouenire ex animo contractu.Cum is qui soluẽdi animo dat,magis velit negotiũ distrahere, q̃ contrahere,vt in fine huius §.legitur.Placebat hæc distinctio ex his verbis positis,in d. §. penult.¶ Nã,qui soluendi animo pecuniam dat, &c.] Et ex verbis primis huius litteræ. ¶ Is quoq.qui non debitum accepit.] Et sic, inspecta persona accipientis indebitum, ex contractu prouenit,vt hic:Inspecta persona soluentis indebitum,ex quasi contractu descendit,vt in d.§.pen. Mouebat me quoque hoc,quod Imp.in fi.huius tex.formari istam contrarietatem. s. speciẽ obligationis indebiti non videri ex contractu consistere. Et nullam affert solutionem. Quasi quod vtrũque verum esse fateatur, diuerso tamen respectu,vt dicebat Corsus. Sed re melius pensa, hic Corsi intellectus non placet. Qm̃ is, qui accepit indebitum, tenetur ex quasi contractu,nõ ex contractu, vt ipse dicebat.d. §.pen.Cuius hæc sunt verba.¶ Irẽ is,cui quis per errorem non debitum solule, quasi ex contractu debere videtur.]Nec dicat aliquis,illud verbum(videtur) denotare improprietatem. Nam respondeo,denotare proprietatem,quando profertur à lege,text. apertissimus in l.4 §.is quoq.ff.d act.& obl. vnde p̃tatus § per .desumptus ẽ, q̃ ita sonat. ¶ Is quoque,qui nõ debitum accepit,nõ põt intelligi ex contractu obligatus esse.] Quid igitur? Dicamus,indebitũ non ex cõtractu, sed ex quasi cõtractu, re vera,prouenire,vt ex citata l.4.apparet,&tenuere Baldu. Mynf. & Oinot.in d.§.pen. Et vltra ipsos suadetur apprimè ex leg.r.ff.de act.& obl. Vbi Caius enumerãdo obligationes prouenietes ex cõtractu.omnes illas connumerat quę hoc titulo à Triboniano recensentur,pręter Indebitum. Et ab eodem Caio ponitur Indebitum in d.l.4.§. is quoque inter obligationes ex quasi contractu descendentes. Dices tu. Quare igitur Indebitum hic ponitur inter reales contractus? Respondeo. Non quod sit verè contractus,vt probaui:sed qm̃ habet indebitum magnam conformitatem cũ mutuo Hinc legitur in d.l.4.¶ Is quoque,q̃ non debitum accepit,obligatur soluentib. quasi ex mutui datione.) Vnde ad eius mutui similitudinem datur pro indebito repetendo Condictio: Nec oritur obligatio, nisi res, id est solutio indebiti, actualiter interueniat.

Ad §.Præterea. De Inutilib.stipul.

Magna est contrarietas præsentis. §. cum l 1.§.si stipulanti.ff.de verb.oblig. Decidit hic,Inutilem esse stipulationem, si stipuletur quis decem aureos,ille verò quinq. promittat. Cuius contrarium asserit Vlp.in d.l. 1.scilicet, contrahi obligationem in decẽ, si stipulanti viginti, quis decem promittat. Recepta est frequẽtius hæc solutio:Stipulationem illam non valere in totum,seu in tota summa petita;valere tamẽ in ea parte,in qua consensere,vt placuit Vlpiano. Et hoc est quod voluit glossa hic,dũ dicit.¶ Si verò in quantitate,in eo quod consonat valet, siue detrahat,siue adijciat,&c.) Ista solutio neque congruit verbis huiusce literę,neque ratione fundatur. Siquidẽ non inest in hac stipulatione consẽsus vtriusq.Nã qui decem petit,non eo semper animo est,vt velit quę tantum accipere, cum ea decẽ, quæ illi opus erant,ab vno, eodemq. solida accipere,non à diuersis velit.Et qui stipulanti 10. offert 15. non vult plerumque minus dare: Vnde,neq. in minori summa consentiunt Accedat,quia vnius summæ vna est stipulatio: Vnde diuersa est omninò illa,qua decẽ petuntur,ab ea qua quinq.promittuntur; licet in rebus aliud sit: cũ tot sint stipulationes,quot res.l.1.§.sed si mihi Pãphilũ.ff.de verb.obl. Conatur hunc nodũ aliter soluere Vacõ.decl.71. qui licet diuersis verbis multa profetat:ipsius tñ solutio in idẽ reincidit cum

cum cõl. Quapropter hanc difficultatem dirimendam puto cum F. Con. lib. 9. c. 1. num. 7. Vt si stipulanti decẽ quinque promittam, fit te ipsa inutilis stipulatio: vt hic edocet Iustin. cum respõsio nõ congruat interrogationi. At in iudicijs sequẽda est Vlpiani sẽtentia: vt in quinque valeat obligatio. Et ratio est: quia petitor non decem solum, sed octo, quinque, aut quamlibet aliam illius summæ partẽ se stipulatum esse affirmabit: cum in maiori summa minor insit d. §. si stipulanti. Et hoc videtur de mente Pauli in l. inter stipulantem. 83. ff. de verbor. obligat. ¶ Si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio: nihil actum erit. Quod & in iudicijs Aritto existimauit. Sed hic magis est, vt is petitor videatur, de quo actor sensetit.) Subdit postea. ¶ Alioquin semper negabit reus se consensisse.] Vnde actori potius credendum esse ait, De hoc agunt quoq. Coras. num. 3. Ferrer. num. 4 Alb. Bolog. in rub. ff. de verb. oblig c 31. nu 6. ad quos in d. l. 1. §. si stipulanti. volentes remitto.

Ad §. Item per liberos. Per quas perso. nob. ob. acq.

Multis obducta tenebris videtur huius §. Antinomia, cum l. per seruum. 14. ff. de vsu & habit. Etenim hic legitur, Per seruum, in quo vsumfructum, vel vsum habemus, nobis acquiri ex duabus istis causis: si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirat. Quod sanè verum est in seruo, in quo habemus vsumfructum, sed falsum est quo ad seruum, in quo habemus vsum, quia tantummodo er re nostra nobis acquirit d. l. per seruum. ¶ Per seruum vsuarium si stipulet, vel per traditionẽ accipiam, an acquirã quærititur, si ex re mea, vel ex operis eius, Et si quidem ex operis eius non valebit, quia nec locare eius operas possumus.) Hac de causa facta est glossa hic in verbo vsumfructũ. Et ibi in verbo non valebit. Quidam dicunt Vlpiani dictum corrigi per hunc §. Quod non placet: cum legum correctio in dubio euitanda sit iuribus vulgaribus.

Secundò volebat Ioan. illud verbum (ex duabus) referri ad solum vsumfructum, seu ad seruum, in quo habemus vsumfructum. Sed huic expositioni obstat regula: Vnum verbum respiciens plura determinabilia, &c. l. si legatarius. §. fi. ff. de leg. 3 Tertia solutio est, in emẽdatis Codicibus non legi illud verbum (vel vsum) quod si fateamur, cessabit omnis difficultas. Et cum hac solutione videtur pertransire hic Accur. Sed cũ in omnibus emendatis codicibus verbum illud repetiatur, & præcipuè in Pil. & Florent. Pandectis, nec non in Instit. Thenph. admitti hæc solutio non debet. Quamobrẽ quarta est solutio glossæ in d. l. per seruum, Tribus modis quærere seruũ ex opera. Primò, si locet eas alteri. Et hoc modo nõ quæritur, domino vsuario, sed domino vsufructuatio, d. l. per seruum. Secundò, operando in re vsuari; Et tunc ei acquirit. §. itẽ is. supra de vsu & habit. Tertio operãdo in re alterius, quam vsuarius expediẽdam condu-xit; Et poterit ad hæc vsuarius vti opera serui; in quo fiet vsum. l. plenũ. 12. §. fi. ff. de vsu & habit. Vbi redditur hæc rõ. ¶ sibi enim face te videbitur, qui nõ operas eius locabit, sed opus qđ conduxit expediet.] Igitur vsuarius lucrabitur ex operis serui ex duab. istis causis: si seruus operetur in re vsuarij: vel in re alterius, quam vsuarius expediendam cõduxit: Non autẽ lucrabitur vsuarius ex operis serui eas alteri locando. Cum itaque in hoc duob. casibus, defensari apprime poterit Triboniani loquutio Reddit hoc clarissimum d. l. per seruum, ibi. ¶ Quia nec locate eius operas possumus.] Loquẽs de seruo vsuario.

Ad §. 1. De vi bonorum rapt.

Non bene videtur hic loquutus Tribonian. in his verbis. ¶ Siue comprehendatur raptor in ipso delicto, siue non.) Raptor enim semper præsens est; cum rapere sit, vi de manu eripere. l. 4. ff. ne quis eũ. Quomodo igitur raptor non poterit non deprehendi. Non insistam circa solutionem glossæ hic, quæ an bona sit quilibet iudicet. Ego sic soluerẽ. Comprehẽdere, siue Deprehendere, idẽ esse quod testibus præsentibus arguere, cõuincere, testificari; vt ex humanioribus cõprobarunt hic late modetni Vltramontani. Vel dic, ista verba posse exẽplificari in occupante per vim rẽ immobilem; vt in sequenti textu, & in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Atque in rapiente de domo, iu qua nemo erat l. si quis ex domo 54. ff. de furt. Vnde non facit vim Tribon. in verbo RAPERE, sed in verbo Comprehendi. Siquidem est etiam raptor, qui de domo rapit, vt dixi. Et circa §. fin. eiusdem tit. Satis obscura videntur illa verba.

¶ Non vt dominium accipiat, sed illud solum, quod ex bonis eius &c.] Quæ rescripta sunt ex l. 2. §. in hac. ff. vi bon. raptor. Id autem sibi volunt: Vt si alicuius intersit tem non fuisse subreptam, hoc casu ille non agat ad quadruplum ipsius rei per vim subtractæ, sed ad quadruplum interesse ipsius. Exemplum Scyphum valoris 100. oppignorauit tibi pro 20. Titius rapuit: Per hanc actionem vi bonorum raptorum non consequeris 400. sed solum 80. Nam 20. aurei hoc casu duplicautur, & non 100.

Ad §. Aeque. De actionibus.

In hoc volumine Instit. nullus difficilior textus est isto, quẽ decreui pro viribus exactè explicare. Ipsius tamen difficultas duobus in locis posita est. Prior circa intelligẽtiam istorum verborũ. ¶ Veluti si quis agat ius sibi esse altius ędes suas tollẽdi.] Altera verò ibi. ¶ Sanè vno casu qui possidet, nihilominus is actoris partes obtinet.]

Circa primum quærunt interpretes, quomodo exemplificari debeant ista verba.

¶ Veluti si quis agat.) Cum nemo qui possidet agat, vt dicitur in hoc textu, & liceat cuique supra suũ imponere vsque ad cælũ. l. altius. C. de seruit. & aqua, etiam si tollendo obscuret vicini ædes, quibus non seruiat.

l. cum

l.cum eo.8.ff.de feruit. vrb. præd. Gloſſa in verbo tollendi. Primo loco putabat hic poni exemplum actionis. Negatoriæ, verbis tamen affirmatiuis. Sed hoc dictum reijcit ex pluribus Præpoſ. Senen.caſu.7. q.1. Nec non Donellus ad hûc § nu.14. Atq;iſtius opinionis confutatio patere videtur ex verſiculo.

¶ Cõtra quoq.] Vbi de Negatoria,& de eius exemplo agitur. Ergo dum hic tractatur de Confeſſoria, eiuſdem actionis Confeſſoriæ ponuntur exempla. Scimus quoque veteres vocare Confeſſoriã, non quæ confeſſoria eſt de libertate, ſed quæ cõfeſſoria eſt de ſerui tute,q̃ debeti ſibi confitetur quis. Sicuti Negatoriã, nõ quæ eſt Negatoria de libertate, ſed quæ Negatoria eſt de ſeruitute, quã negat.l.2.ff.ſi ſeruit.vend. Etenim res ſua nemini ſeruit.l.in re cõi.25.ff.de ſeruit. vrban. præd. Dicebat ſecundò loco eadem gloſſa. Hic poni exemplum in Confeſſoria; nempè ſi talem mihi debeas ſeruitutẽ, vt altius teneas ędificatum. l.ſi deberem.16.§.Interdũ. & l eum debere 32 ff de ſeruit.vrb.præd. Et hanc intelligentiam ſequutus eſt hic Iaſon. Sed hoc repugnat verbis literę huius, quę de ædibus ſuis proprijs loquitur, non autem de vicini ædibus. Et interpretari illud verbum (ſuas)i. vicini, vt fecit Iaſon, & ſequuti ſunt quidam alij, eſt deſtruere tex. & redarguere Tribonianum quod neſcierit loqui.

Tertiò loco Præpoſ.Senen. vbi ſupra confutato exemplo Perticen. & reiecto exẽplo Fabri, ſubdit, Doctores hucuſq. non intellexiſſe hunc textum. Atq. hunc ponit intellectum, Vt procedat quãdo inter meã,& vicini mei domum, erat paries intermedius illius vicini: Et cum non poſſem altius ædes meas tollere, niſi ædificando ſupra parietẽ illius vicini; agam contra vicinum, mihi ius eſſe altius ædes meas tollendi, ædificando ſupra parietem vicini;& ſic erit Confeſſoria. Verùm iſte intellectus repugnat literæ, quæ non de muro, ſeu de vicini ędibus; ſed tantum de ſuis ædibus altius tollendis loquitur, non ſupra murum vicini. Etenim exemplum iſtud Præpoſiti potius verificari poterit in illis alijs verbis huius.§.

¶ Vel immittendi tignum in vicini ædes.] ſuper quibus nulla eſt dubitatio. Quartò Coraſ.lib.3.Miſcell.cap 24.præter omnes alios interpretes, quos omnes in errore,& luto iacere putat, ſic fortè exemplificandam hanc literam ait. Nam cuique licitũ eſt ſupra ſuum imponere vſque ad cęlum. d. l.altius, etiam vicini lumina obſcurando d. l. cum eo. Quatuor caſibus exceptis. Primus in area, in qua frumẽta conteruntur.l.fi.§.fi. C. de ſeruitutibus,& aqua. Alter ſi fiat ad ęmulationem.l.opus nouum.3.ff. de oper.publ. æmulatio autem non præſumitur, ſed in arbitrio iudicis perſiſtit. latè Menoch. de arbit. iud. caſu.156. Tertius caſus in ædibus legatis obſcurandis. l. binas. 9. ff.de ſeruit. vrban. præd. Quartus ſi præſtitutus modus in ædificijs excedatur.leg.1.C.de ædif.priu. Modo inquit Coras. finge aliquem à vicino quæſiuiſſe facultatem, vt ſibi liceat aliquo caſu ad libitum ſuum ædes tollere: ſi iſte, qui ſeruitutem ſibi quæſiuit, tollere velit,& prohibeat alter, intentabit actionẽ Confeſſoriam, qua dicet, ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollere: Non quod res ſua ſibi ſeruiat, ſed vt ſeruitute impoſita vtatur. Et hãc, opinionẽ ſequuti ſunt hoc in loco Mynſ. nu.13. & Oinot.in fine. Sed aduerſus hunc intellectum obſtat vulgaris illa regula. Pacto priuatorum iuri publico non derogatur. l. ius publicum.39.ff.de pac. cap. ſi diligenti. de foro comp. ſed in iſto caſu derogaretur iuri publico per pactum priuatorum. meritò. Donellus hic nu 12 reſtringit iſtum intellectum ad caſum, in quo forma legis municipalis, ita conſtituta eſſet, Vt non liceat altius ædificare inuitis vicinis. Nam ſi ſeruitus vicino conſtituatur, mox prohibeat ædificantẽ, aget ille, ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollẽdi. Neque obſtabit id quod dicebatur de l. ius publicum.ff.de pac. Cum id ſolum vendicet ſibi locum, vbi lege cautum pręciſe eſſet, ne quis ſupra eam altitudinem ædificaret; vel propter incendia, vel propter ruinas ædificiorum; & ſic propter publicam vtilitatem, ob quam conſtituta videtur.d l C. de ædif.priu. Sed cogitaſſe Imperatorẽ de hoc caſu legis municipalis, admirtam ſine rubore? Opinor itaque hanc literam planam reddere ex Aphr. in l.ſi prius 15.ff.de oper.nou. nunc. Vbi deciditur, quod ſi priuſquã vicinus tuus ædificaret, ageres ius ſibi non eſſe, altius ędes ſuas tollere; nec ab eo res ipſa defenderetur; cum facilè poſſet, tutus eſſe iuris pręſũptione, qua quęlibet domus libera pręſumitur.d.l.altius. etiã ſi ille vicinus in poſſeſſione fuerit, non prius ædificabit, quàm vltro agat, ius ſibi eſſe, inulto aduerſario, altius ædes ſuas tollere. Vnde reo exiſtẽte cõtumace, in pęnam contumacię rota conuertitur, & ob id contumax de reo efficitur petitor; adeò vt ſi poſtea eũ, qui antea egerat, repellere velit, actionem contra eum inſtituere, & libertatẽ quam afferit probare teneatur; ſcilicet, quod nulla plus iuris præſũptione adiuuetur. Probabit autem id, quod in hoc §. habetur; Ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi. Atq. hæc longè melior eſt interpretatio, quam illa Bernardini Valtherij in Miſcellaneis, quã commendauit Broſſeus in notis ad Accurſium. Alteram explicemus difficultatem huius §.in illis verbis. ¶ Sanè vno caſu, &c.] Etenim, quinam ſit iſte caſus, non ſatis conſtare videtur apud interpretes. Gloſſa in verbo vno caſu. exẽplificat dupliciter. Primò in duplicibus iudicijs, nempe familiæ erciſc. Communi diuidun. Finium regund. In quibus vterque actor,& reus eſt.l.in tribus.13.ff.de iudic. §. quędã. inf eod. impugnatur tamẽ hoc à Petro Perticenſe, Fabro, Angel. & alijs; cum de vno tantum caſu loquatur hic Imperat. iſti verò tres ſint. Aliud exemplum Accurſij eſt, in qualibet exceptione proponenda. Nã in exceptionib. reus fungitur parte actoris.l.1. ff. de except. Sed neq. hoc exemplum quadrare ad pręſentẽ locum putant dd. Quia non

vnus,

vnus, sed supra centum casus essent. Tertiò loco Bellapert. quem Faber, Arct. Iason, & alij gregatim sequuntur, ponebat exēplum in reo, qui sua sponte suscepit onus probādi rem ab actore petitam sumet esse, & non actoris, l. circa. 14. ff. de probatio. Sed re diligenter perpensa, totū hoc dici probabiliter, & in specie magis, quā verè, edocet Donellus numero 31 hic. Demonstrans, eandem in hoc casu probandi necessitatem esse, quę in superioribus, de quibus in hac met litera. cum intendat id, quod est in exceptione. Quarto loco Coras. 3. Miscel. cap. 23. quem Mynsinger. in fine huius §. & Menoch in 3. remedio Retinen. numero 16. Intelligebat hunc casum esse in interdicto. Vti possidetis, in quo sustinet vices actoris ille, qui possidet. l. 1. §. interdictum. ff. vti possid. Sed nō plenè satisfacit: quia idem dicēdum esset in interdicto Vtrobi. Vnde non esset vnus casus, vt hic legitur. Quinto A. Goucan. lib. 1. cap. 41. putat hunc casum esse illū, qui ponitur in l & si fortè. §. sciendum. ff. si seru. vēd. Sed istud torquere fuisset, non docere: cum dicat, in Pandect. libris 50. casum hunc latere. Preterea non ille solus casus est, vt vidimus. Accedat insuper d. §. sciendum. loqui de seruitutibus, & sic de rebus incorporalibus: at Imper. à vers. Quod genus. huc vsque, loquitur de rebus corporalibus. Sextò quidam sic legit. ¶ Sanè illo casu.] Vt superiorem casum significaret Tribon. quo rerū incorporalium nomine, actio negatoria cōceditur. Nam illo sanè casu, is qui possidet actoris partes subire cogitur; probare q. aduersarium, ius aliquod seruitutis nō habere. leg. vti frui. 5. § fi. ff. si vsusf pet. Non placet propter subsequētia verba. ¶ Sicuti in latioribus Digestorum libris.] Ad quos vix necessaria fuisset relatio, si tantum de illo superiore casu Iust. intelligeret. Igitur cū Balduino & Donel. num. 35. dicēdum arbitror, hunc textum mendosum esse, atque ita fore restituendum. ¶ Et sanè non vno casu.] Atque ita legendo cessabunt tot, tantæq. interpretum altercationes: Et quilibet eorū casus veritati consonus erit. Scio Cōelum hāc emēdationem non admittere, sed nihil mihi honorificentius contingere posse existimo, quàm cum grauissimis ijs viris sentire, vt omnis difficultas horum verborum tollatur.

Ad §. Item si quis in fraudem, De Act.

Quod receptum est ab interpretibus vno ore circa sēsum huius §. defendi aliquo pacto non potest; nempe hic cōstitui actionē Paulianam, seu Faulanā: licet istę actiones non nihil commune habeat cum casu actionis eius, quæ hoc in loco declaratur. Sed tenendum est, hic agi de actione in rē de Pretorio pignore; iuxta l. fi. C. de præt. pign. & l. nō est mirum. 26. ff. de pign. act. quamuis totus orbis clamet contrariū. Quod adeò clarè per Donel. huius sententiæ authorē comprobatur, vt superfluum sit, vel eius fundamenta, & rationes recensere; vel aliquid excogitare quod à me illis addi possit, Mouēt me tamē precipuè illa duo per Donellum adducta. Primum, quod cum Pauliana, & Fauiana sit actio personalis Prætoria. l. 1. §. hæc actio. ff si quid in fraud. pat. l. ait prætor. §. fina. ff. quæ in fraud. credit. collocari nequaquam debuiss et ab Imperatore inter reales Prætorias, de quibus agitur à §. sed istæ. vsque ad §. in personam. Alterum est, quia dicendo hic agi de actione in rem de prætorio pignore, inspicimus ordinem, paratumque aditum ad subsequemē. §. Itē Serulana. Siquidem cadens à detentione pignoris Prætorij, eā recuperat per hypothecariam d. l fi. C. de præt. pign. Adde tertiam rationem, quia si Imperator agere de Pauliana, seu Fauiana, vtrique eius nomē expressisset apertis verbis, sicuti factū inuenimus in quolibet §. huius tituli. Opitulantur quoque verba illa posita in hoc §. ¶ Bonis eius à creditoribus possessis.] Ex primo scilicet decreto intelligenda, iuxta l. Millo. 12. ff. pro emptore, l. pignoris. ff. & C. de pignor. Cętera cum Donello.

Ad §. 1. De his per quos agere poss.

Iuuenibus satis inuoluta videtur cōstructio horum verborum. ¶ Quive in eorum, cuius tutela essent.] Sēsus est. Lege Hostilia prouisum fuerat, furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut causa Reipublicæ abessent. Eorum quoque pupillorum nomine, quorum tutores, vel Reipubl cę causa erant absentes, vel apud hostes. Ita glossa in verbo, cuius tutela, quam Balduin. Mynsi. & alij Sed constructio erit ista Lege Hostilia permissum erat, furti agere eorum nomine, qui apud hostes esset, aut Reipublicę causa abessent, quive in tutela alicuius eorū essent. Et si quæris. Cur lege Hostilia de solo furto cautum sit; cum in alijs quoque fauorem mereantur, qui causa Reipublicę absunt, vel qui pro patria capti sunt? Respondeo. Id ex eo factum fuisse: quia absentibus non tam facilè homines cęteras iniurias inferre solent.

Ad §. Hac exempli, De exception.


Colligitur ex finalibus verbis huius literæ Exceptionum aliàs ex legibus, iisve, quæ legum vicem obtinent; aliàs ex edicto Pretoris institutas fuisse. Quod satis obscurum est, vt lex vlla exceptionem instituerit. Negotium enim, aut valere omninò, aut pro nihilo haberi lex iubet. Quamobrem vidēdum, vtrum leges dixerit pro constitutionibus, ex quibus non numeratæ pecuniæ nascitur exceptio. An potius exceptiones ex legibus eas appellet, quas Prætor quidem ipse instituit, & quarum formulas concepit; sed ex legum, aut constitutionum, aut Senatusconsultorū vi, ac præscripto delibatas. Omnes enim exceptiones ex prætoris beneficio pendent, vt non obscurè demōstrant hoc in loco Moderni. Ad quod inspice totam l. iuris gentium. 7 ff. de pact. & præcipuè §. Pretor ait. Vel adde, & dic verius; ex legib. quoque, ex Senatusconsultis, & ex Principum placitis, quæ legis vicem obtinent, prouenire exceptiones. Et pone in singulis exēpla.

Ex

Ex legibus; vt exceptio declinatoria fori; vel vt inquit glossa hic; ne quis coueniatur, nisi corã suo iudice. l. fin. C. de except. Ex Senatusconsultis; Cuiusmodi sunt exceptiones Velleiani, & Macedoniani. Ex Principum placitis: qualis est exceptio diuisionis inter plures fideiussores ex Adriani constitutione. §. si plures. sup. de fideiuss. Et inter plures reos debendi ex Nouella Iustiniani in Authent. de duobus reis. collat. 7.

Ad §. Hodie de Exception.

Hodie multiplicandas esse inducias aduersus actorem petentem plus tempore, deciditur in hoc §. Sed quod tempus duplicari debeat, quando agitur post transactam aliquam temporis partem, discuti solet. Exemplum. Per stipulationem promisi dare Titio centum, transacto demum quinquennio. Titius biennio tantum elapso agit aduersus me. Ego ante litis contestationem proposui hanc temporalem exceptionem pacti conuenti. Debet ne Titius condemnari, vt expectet adhuc sexennium, vel Decennium? Magis communis opinio est, totum quinquennium fore duplicandum; vt per Doctores in §. sed hæc quidem, supra de action. Pro qua facit noster text. ibi. ¶ Vt & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, &c.) Non desunt tamen qui putant, tempus quod contempsit dumtaxar fore duplicandum. Cui sententiæ astipulatur hic Theophilus in suis Institut. sequuntur Balduin. & Mynsi. numer. 3. pro qua videtur textus in leg. aut damnum, 8. §. quisquis. ff. de pœn.



FINIS.

